Vo vero sunt quæ diuina in hoīe similitudinē reparāt, i. speculatio veritatis, & virtutis exercitium: quæ in hoc homo similis deo est, qđ sapiens & iustus est: sed iste mutabiliter, ille immutabiliter & sapiēs & iustus est. Illarū vero actionū, qđ hui⁹ vitæ necessitudinē deseruiūt, trimodū gen⁹ est. Primū, qđ naturæ instrumentū administrat: scđm, qđ contra molesta quæ extrinsec⁹ accidere possunt munit: tertium, qđ cōtra iā illata p̄stat remediū. Cū igit̄ ad reparandā naturā nostrā intēdimus, diuina actio est: cū vero illi qđ infirmū in nobis est necessaria puidem⁹, humana. Oīs ergo actio vlt̄ diuina est, vel humana. Possum⁹ autē nō incōgrue illam (eo qđ de superiorib⁹ habeat) intelligētiā appellare: hæc vero (quæ de inferiorib⁹ habet, & quasi quodā cōsilio indiget) sciētiā vocare. Si igit̄ sapiētia (vt supra dictū est) cūctas quæ rōne sūt moderat̄ actiones: consequēs est iā, vt sapiētiā has duas ptes cōtineret. i. intelligētiā & sciētiā dicam⁹. Rursum intelligētiā, quæ & inuestigatiōe veritatis, & in morū cōsideratione laborat, eā in duas species diuidim⁹: in theoricā, i. speculatiuā, & practicā, i. actiuā: quæ etiā ethica, i. moralis appellat̄. Sciētiā vero quæ opera humana profectur, congrue mechanica, i. adulterina vocatur.

¶ De triplicibus operibus. Cap.X.

S Vnt etem̄ triplicia opera. i. opus dei, opus naturæ, opus artificis imitantis naturā. Opus dei est, qđ nō erat creare: vnde illud. In principio creauit deus cælū & terrā. Opus naturæ, qđ lauit ad actū p̄ducere: vnde illud. Producat terra herbā virētē &c. Opus artificis

Gen. 1.

Ibidem.

est disgregata coniungere, vel coniuncta segregare: vñ illud. Cōsuerunt folia ficus & fecerūt sibi perizomata. Neg. n. poruit vel terra calū creare, vel homo herbā p̄ducere: qđ nec palmū ad staturā suā adicere potest. In his trib⁹ operib⁹ cōueniēter opus humanū, qđ natura nō est, sed imitatur naturā, mechanica, i. adulterinū noīatur: quæ admodū & clauis subintroducitur: mechanica dicit̄. Qualiter autē opus artificis imitet naturā: longū esset & onerosum p̄sequi p̄ singula. Possumus tñ exempli causa ī paucis id demonstrare. Qui statū fudit, hoīem intuit⁹ est. Qui domū fecit, mōrē respexit. Quia, n. (vt ait Propheta) Qui emittit fontes in cōuallib⁹ intra mediū mōriū p̄ransibūt aque: eminentia mōriū aquas nō retinet: ita dom⁹ in altū quoddā cacumen leuāda fuit: vt irruētū rēpstatū molestias, tuto excipere possit. Qui vltimū vestimētū prim⁹ adinuenit, cōsiderauit qđ singula quæq; nascētū propria quædā habeāt munimēta, quibus naturam suā ab incōmodis defendūt. Cortex ambit arborē, pēna regit volucrē, pilcem squama operit, lana ouē induit, pilus iumentū & feras vestit, concha testā excipit: ebur elephātē, iacula nō timere facit. Nec tñ sine causa factū est qđ cū singula animalū naturæ suæ arma secū nata habeāt solus homo inermis nascit̄ & nud⁹. Oportuit em̄ vt illis quæ sibi puidere nesciūt natura cōsuleret: hominī autē ex hoc etiā maior reperiendū occasio p̄staret, cū illa quæ ceteris naturaliter data sunt, ppria rōne sibi iueniret. Multo em̄ nūc magis enitet rō hoīs hæc eadē iueniēdo, qđ habēdo clarruisset. Nec sine causa puerbiū sonat, qđ Ingeniosa fames omnes excuderit artes. Hac equidem ratione illa quæ nunc excellentissima in studiis hominū vides, reperia sunt. Hac eadem pingendī, texendī, sculpendī, fundendī, infinita genera exorta sunt: vt iam cum natura ipsū miremur artificem.

Gen. 3.

Luc. 12.

Psal. 103.

¶ Quid sit natura. Cap.XI.

Via vero iā toties naturā noīauim⁹: licet vt ait Tullius, naturā diffinire difficile sit, nō tñ huius vocabuli significatio oīno silētio p̄termissa

A

videtur. Neque quia non omnia quae volumus dicere, possumus; id quod possumus tacere debemus. Plura veteres de natura dixisse inveniuntur: sed nihil ita ut non aliquid restare videatur. Quartum tamen ego ex eorum dictis conicere possum, tribus maxime modis huius vocabuli significatioe vni solebat, singulis sua diffinitione assignando. Primo modo per hoc nomen significare voluerunt illud archetypum exemplar rerum omnium, quod in mente diuina est: cuius ratione omnia formata sunt: & dicebant naturam esse vniuersum rei primordiale causam suam: qua non solum esse, sed etiam tale esse habeat. Huic significationi talis diffinitio assignatur. Natura est quae vniuersum rei suae esse tribuit. Secundo modo naturam esse dicebant, proprium esse vniuersum rei, cui significationi diffinitio assignatur. Natura vnaquam rem informans propria differentia dicitur: sed in qua significatione dicere solemus. Natura est omnia ponderosa ad terram vergere, leuia alta petere, ignem urere, aquam humectare. Tertia diffinitio talis est. Natura est ignis artifices, ex quadam vi procedens in res sensibiles procedas. Physiologi namque dicunt omnia ex calore & humore procedi. Vnde Virgilius Oceanum patrem appellat: & Valerius Soranus in quodam versu de Ioue, in significatione ignis etherei dicit. Iuppiter omnipotens rerum, regumque rector. Progenitor genitrixque deum verum vnus & idem. **De ortu Logice. Cap. XII.**

Geor. 4.

B



Ostenditur igitur theorica, & practica, & mechanica ortu demonstrauimus: superest logica quae originem inuestigare: quam in circulo vltima annumero quae postremo inuenta est. Ceterae prius repperit fuerat: sed necesse fuit logicam quoque inueniri: quoniam nemo de rebus conuenienter differere potest, nisi prius recte loquendi rationem agnouerit. Nam sicut dicit Boetius, cum primitus antiqui circa naturas rerum & morum qualitates inuestigandas operam impenderent, necesse fuit sepe falli eos: quia uocum & intellectuum discretionem non habebant: ut in multis euenit Epicuro, qui atomis mundum consistere putat, & honestum voluptate metit. Hoc autem idcirco huic atque aliis accidisse manifestum est: quoniam disputandi quaedam ratione

comprehenderat, haec in res ipsas quoque venire arbitrabatur. Hic vero magnus est error: neque enim sese res, ut in numeris ita etiam in rationationibus habet. In numeris enim quicquid in digitis recte computatis euenit, id sine dubio in res quoque ipsas euenire necesse est: ut si ex calculo certum contigerit: certum quoque res illi numero subiectas esse necesse est. Hoc vero non aequae in disputacione seruat. Neque enim quicquid sermo non decursus inuenit, id in natura fluxum tenet. Quare necesse est falli, quae abiecta scientia disputandi, de rerum natura pergeret. Nisi enim prius ad scientiam uenerit, quae ratione uera teneat semitam disputandi, quae uerisimile agnouerit, & quae fida, & quae possit esse suspecta. Rerum incorrupta ueritas, ex ratione uera non potest inueniri. Cum igitur veteres sepe multis lapsi erroribus, falsa quaedam & sibi contraria in disputacione colligerent, atque id fieri impossibile uiderent: ut de eadem re contraria conclusioe facta, utraque essent uera, quae sibi discuties ratione conclusisset, cuius uere ratione uero credi oporteret esset ambiguum: uisum est prius disputacione ipsi uera atque integram considerare naturam: qua cognita, cum illud quoque quod per disputacionem inueniret, an uere comprehensum esset posset intelligi. Hinc igitur perfecta logica peritia disciplinae, quae disputandi modos, atque ipsas rationationes iterum ostendi uias parat: ut quae ratione uera, nunc quaedam uera, nunc autem falsa, quae uero semper falsa, quae nunquam falsa possit agnosci. Haec tunc quaedam postrema est, sed ordine prima: haec enim inchoantibus philosophiam primam legenda est, proptereaque in eo doceat uocum & intellectu naturam: sine quibus nullus philosophia tractari rationabiliter explicari potest. Logica dicitur a graeco uocabulo logos: quod nomen geminam habet interpretationem. Dicit enim logos sermo siue ratio: & inde logica sermotionalis siue rationalis scientia dici potest. Logica rationalis quae disertiuam dicitur, continet dialecticam & rhetoricam. Logica sermotionalis generatur est a grammatica, dialectica, atque rhetorica: & continet sub se disertiuam. Et haec est logica sermotionalis, quam quartam post theoriam, practica, & mechanica annumeramus. Nec putandum est ideo logicam, id est sermotionalem dici, quod ante eius uentionem nulli fuerint sermones: & quasi homines mutuas locutiones prius non habuerint. Erant prius & sermo-

nes communes & literae: sed nondum ratio sermonum & literarum in usum redacta fuerat, nulla adhuc recte loquendi uel disputandi praecipua data erant. Omnes enim scientiae prius erant in usu quam in arte. Sed considerantes deinde homines usum in artem posse conuerti, & quod uagum fuerat & licentiosum prius, certis regulis & praecipuis posse restringi: coeperunt (ut dictum est) consuetudinem quae partim casu, partim natura exorta fuerat, ad artem reducere, id quod prauum usus habebat emendantes, quod minus habebat suppletas, quod superfluum habebat resecantes: & de caetero singulis certas regulas & praecipua praescribentes. Huiusmodi fuit origo omnium artium: hoc per singula currentes, uerum inuenimus. Priusquam esset grammatica, & scribebant & loquebantur homines. Priusquam esset dialectica, ratiocinando uerum a falso discernabant. Priusquam esset rhetorica, iura ciuilia tractabant. Priusquam esset arithmetica usum numerandi habebant. Priusquam esset musica, canebant. Priusquam esset geometria, agros mensurabant. Priusquam esset astronomia, per cursus stellarum discretionem temporum capiebant. Sed uenerunt artes, quae licet ab usu principium sumpserunt, usum tamen meliores sunt. Hic locus esset exponendi qui fuerint singulorum artium inuectores, quando extiterint, aut ubi, aut quomodo per eos disciplinae exordium sumpserint: sed uolo quaedam prius philosophiae diffinitione singulas a se uicem discernere.

Epilogus supradictorum. Cap. XII.
Portet ergo breuiter recapitulare quae supradicta sunt, ut facilius fiat transitus ad sequentia. Quatuor tamen diximus esse scientias, quae reliquas omnes continent: id est theorica, quae in speculacione ueritatis laborat: practica, quae morum disciplinam considerat: mechanica, quae huius uirtutis actiones dispescat: logica quoque, quae recte loquendi & acute disputandi scientiam praestat. Hic itaque non absurde ille quaternarius a se intelligi potest, quem ob reuerentiam suam, antiqui in iussuradum absiuerant. Vnde & illud dictum est: Per qui nrae a se numerum dedit ille quaternum.

F



Haec qualiter sub philosophia continentur, & rursum quas sub se continent: reuocata breuiter diffinitione philosophiae ostendamus.

Libri secundi Capita.

De discretionem artium.	Cap. I.
In quas partes diuidatur philosophia.	Cap. II.
De theologia.	Cap. III.
De mathematica.	Cap. IIII.
De quaternario animae.	Cap. V.
De quaternario corporis.	Cap. VI.
De quadriuiuo.	Cap. VII.
De arithmetica.	Cap. VIII.
De musica.	Cap. IX.
De geometria.	Cap. X.
De astronomia.	Cap. XI.
De arithmetica.	Cap. XII.
De musica triplici.	Cap. XIII.
De geometria.	Cap. XIII.
De astronomia.	Cap. XV.
Diffinitio quadriui.	Cap. XVI.
De physica.	Cap. XVII.
Quid sit proprium uniuersumque artis.	Cap. XVIII.
Collatio supradictorum & diuisio theorica.	Cap. XIX.
Diuisio practica.	Cap. XX.
Diuisio mechanica in septem species.	Cap. XXI.
Prima est lanificium.	Cap. XXII.
Secunda armatura.	Cap. XXIII.
Tertia nauigatio.	Cap. XXIII.
Quarta agricultura.	Cap. XXV.
Quinta uenatio.	Cap. XXVI.
Sexta medicina.	Cap. XXVII.
Septima theatrica.	Cap. XXVIII.
De logica & grammatica.	Cap. XXIX.
De grammaticae diuisione.	Cap. XXX.
De ratione differendi.	Cap. XXXI.
De discretionem artium.	Cap. I.



Hilosophia est amor sapientiae, quae nulli indiget, uita mens, & sola rerum prima mensura ratio est. Haec diffinitio magis ad etymologiam nominis spectat. Philo enim graece amor dicitur latine. Sophia sapientia: & inde philosophia dicta est. id est amor sapientiae. Quod autem audit, quae nulli indiget, aaaa iiii

viuax mens, & sola rerum primeua ratio est, diuina sapietia significatur, quae propterea nullius indigere dicitur: quia nihil minus continet: sed semel & simul oia inuēt preterita, praesentia, & futura. Viuax mēs iccirco appellatur: quia quod semel in diuina fit ratione, nulla vnq̄ obliuione abolet. Primeua rerū ratio est quia ad eius similitudinē cūcta formata sunt.

Dicitur quidā quod illud vnde agūt artes semp̄ maneat. Hoc ergo oēs artes agunt, hoc intendūt, vt diuina similitudo in nobis reparetur, quae nobis forma est, deo natura: cui quāto magis cōformamur, tāto magis sapimus. Tūc em̄ in nobis incipit relucere qđ in eius rōne semp̄ fuit: quod quia in nobis trāsīt, apud illū incōmutabile cōsistit. Aliter. Philosophia est ars artū & disciplina disciplinarū, i. ad quam oēs artes & disciplinae spectāt. Ars dici potest sciētia, quae artis p̄ceptis regulisq̄ cōsistit, vt est in scriptura: disciplina quae dicit plena vt est in doctrina. Vel ars dici potest, qñ aliqd̄ verisimile atq̄ opinabile tractat. Disciplina qñ de iis quae aliter se habere nō possunt, veris disputationib⁹ aliqd̄ differitur. Quā differentiam Plato & Aristoteles esse voluerūt inter artē & disciplinā. Vel ars dici potest qđ fit in subiecta materia: & explicat per operationē, vt architectura. Disciplina vero quae in speculatione consistit, & per solā explicat

H rationationē, vt logica. Aliter. Philosophia est meditatio mortis: qđ magis cōuenit christianis, q̄ seculi ambitioē calca, cōuersatione disciplinali, similitudine futurē patriae viuūt. Aliter. Philosophia est disciplina oīm rerū diuinarū atq̄ humanarū, rationes probabiliter inuestigās. Sic oīm studiorū ratio ad philosophiam spectat. Administratio nō omnis philosophia est: & ideo philosophia aliquo modo ad omnes res pertinere videtur.

I In quas partes diuidit̄ phiā. Cap. II. Philosophia diuiditur in Theoricā, practicā, Mechanicā, & Logicā. Haec quatuor oēm cōtinet sciētia. Theorica interpretatur speculatiua. Practica actiua, quā alio noīe ethicā, i. moralem dicitur, eo qđ mores in bona actioē cōsistat.

K Mechanica adulterina, quae circa humana opera versat. Logica sermotionalis, quae de vocib⁹ tractat. Theorica diuidit̄, in Theologia, Mathematicā, & Physicā. Hāc diuisionē Boetius facit aliis verbis: theoricae secās in intellectibilē, & in itelligibilē, & naturālē: per intellectibilē significās theologiam: per itelligibilē mathematicā: per naturālē physicā. Deniq̄ intellectibile sic diffinit.

L **N** Intellectibile est qđ vnū atq̄ idē per se in propria semp̄ diuinitate cōsistēs nullis vnq̄ sensibus, sed sola tm̄ mēte intellectuq̄ capit. Quae res ad speculationē dei atq̄ ad animi incorporationē considerationēq̄ verē philosophiē indagatiōe cōponitur: quā, inq̄t, Graeci theologia nominant. Dicta aut̄ theologia quasi sermo habit⁹ de diuinis. Theos em̄ deus, logos sermo vel ratio interpretat. Theologia igit̄ est, qñ aut̄ ineffabilē naturam dei, aut̄ speciales creaturas, ex aliqua parte pfundissima qualitate differimus.

M **A** thematica aut̄ doctrinalis sciētia dicit. Mathematica nō habet aspiratū, doctrinā sonat. Hęc autē est quae abstractā cōsiderat quātitatē. Abstracta em̄ quātitas dī, quā intellectu a materia separātes, vel ab aliis accidētib⁹ vt est par, impar, & hmōi, in sola rationatione tractamus: qđ doctrina facit non natura. Hāc Boetius itelligibilē appellat, quae primā partem intellectibilē cogitatione atq̄ intelligētia cōprehēdit: quae sunt oīm celestiuū operū supnā diuinitatis, & quicquid sub lunari globo beatiore aīo atq̄ puriore substantia valet: & postremo humanarū aīarū quae oīa cū prioris illius intellectibilis substantie fuissent, corporū tractu ab intellectibilib⁹ ad itelligibilia degenerarūt, vt magis ipsa itelligant q̄ itelligāt, & itelligētie puritate tūc beatiore sint, quoties sese intellectibilib⁹ applicarūt. Spūm nāq̄

N **A** thematica aut̄ doctrinalis sciētia dicit. Mathematica nō habet aspiratū, doctrinā sonat. Hęc autē est quae abstractā cōsiderat quātitatē. Abstracta em̄ quātitas dī, quā intellectu a materia separātes, vel ab aliis accidētib⁹ vt est par, impar, & hmōi, in sola rationatione tractamus: qđ doctrina facit non natura. Hāc Boetius itelligibilē appellat, quae primā partem intellectibilē cogitatione atq̄ intelligētia cōprehēdit: quae sunt oīm celestiuū operū supnā diuinitatis, & quicquid sub lunari globo beatiore aīo atq̄ puriore substantia valet: & postremo humanarū aīarū quae oīa cū prioris illius intellectibilis substantie fuissent, corporū tractu ab intellectibilib⁹ ad itelligibilia degenerarūt, vt magis ipsa itelligant q̄ itelligāt, & itelligētie puritate tūc beatiore sint, quoties sese intellectibilib⁹ applicarūt. Spūm nāq̄

O **V**ius quoq̄ p̄gressionis regressionisq̄ rationem ipse etiā numer⁹ docet. Dic ter vnū, sunt tria: dic ter tria, sunt. ix. dic ter. ix. sūt. xxvii. dic ter xxvii. sunt. lxxxi. Ecce in quarto gradu tibi vnitas prima occurrit, idēq̄ euenire videbis: si vsq̄ ad infinitum duxeris multiplicationē vt semp̄ i quarto gradu vnitas emineat. Rectissime autē simplex animae essentia vnitate exprimitur, quae ipsa quoq̄ incorporea est. Ternari⁹ quoq̄ propter indissolubile mediā vnitatis vinculum cōgrue ad animā refertur, sicut quaternarius, quia duo media habet, ideoq̄ dissolubilis est, & proprie ad corp⁹ pertinet. Prima igitur progressio animae est: quae de simplici essentia sua quae monade figuratur in virtualē ternariū se ex-

& aīarū natura quia incorporea & simplex est, intellectibilis substantiae particeps est. Sed quia p̄ instrumēta sensuū nō vniformiter ad sensibilia cōprehēdēda descenditur, eorūq̄ similitudinem per imaginationem ad se trahit: in se quodāmodo suam simplicitatem deserit, quo compositionis rationem amittit. Neq̄ enim omnimodo simplex dici potest quod cōposito simile est. Eadem igitur res diuersis respectibus intellectibilis simul & itelligibilis est. Intellectibilis eo qđ incorporea sit natura & nullo sensu cōprehēdi possit. Intellectibilis vero ideo qđ similitudo quidem est sensibiliū, nec tamē sensibilis. Intellectibile est em̄ quod nec sensibile est nec similitudo sensibilis. Intellectibile aut̄ qđ ipsum qđ solo percipitur intellectu, sed nō solo intellectu percipit, quia imaginationem vel sensum habet, quo ea quae sensibus subiacēt comprehendit. Tangendo ergo corpora degenerat: quia dum visibilesq̄ corporum formas per sensuum passiones percurrit, easq̄ attractas per imaginationem in se trahit, totiens a sua simplicitate scindit, quotiens aliquibus contrariis passionis qualitatibus informatur. Cum vero ab hac distractione ad puram intelligentiam conscendens in vnum se colligit: sit beator intellectibilis substantiae participatione.

Q **D**e quaternario animae. Cap. V.

R **V**ius quoq̄ p̄gressionis regressionisq̄ rationem ipse etiā numer⁹ docet. Dic ter vnū, sunt tria: dic ter tria, sunt. ix. dic ter. ix. sūt. xxvii. dic ter xxvii. sunt. lxxxi. Ecce in quarto gradu tibi vnitas prima occurrit, idēq̄ euenire videbis: si vsq̄ ad infinitum duxeris multiplicationē vt semp̄ i quarto gradu vnitas emineat. Rectissime autē simplex animae essentia vnitate exprimitur, quae ipsa quoq̄ incorporea est. Ternari⁹ quoq̄ propter indissolubile mediā vnitatis vinculum cōgrue ad animā refertur, sicut quaternarius, quia duo media habet, ideoq̄ dissolubilis est, & proprie ad corp⁹ pertinet. Prima igitur progressio animae est: quae de simplici essentia sua quae monade figuratur in virtualē ternariū se ex-

tendit, vbi iam per concupiscentiā aliud appetat: aliud per iram contēnat, per rationem inter vtrūq̄ discernat. Et recte a monade in triadē profluere dicitur, quia omnis essentia naturaliter prior est potentia sua. Rursum qđ eadem vnitas in ternario multiplicante ter inuenitur, hoc significat qđ anima non per partes: sed tota in singulis suis potētis cōsistat. Neq̄ em̄ vel rationem solam, vel iram solā, vel concupiscentiam solam, vel tertiam partem animae dicere possumus: cum nec aliud, nec minus sit in substantia ratio q̄ anima, nec aliud nec minus ira q̄ anima, nec aliud, nec minus concupiscentia q̄ anima, sed vna eadēq̄ substantia, secundum diuersas potētias suas: diuersa fortis vocabula. Deinde a virtuali ternario secūda progressio ne ad regendā humani corporis musicā descendit quae nouenario cōponitur: quibus quia nouem sunt foramina in humano corpore: secundū tēperantiam naturalem: insluit & effluit omne quo idem corpus vegetatur & regitur. Hic quoq̄ oratio est, quia prius naturaliter anima potētias suas habet q̄ corp⁹ cōmiscet. Postea autem in tertia progressione per sensus iam, extra se profusa: ad visibilia haec quae per. xxvii, qui solidus numerus est, & triena dimensione ad similitudinem corporis extenditur, figurantur dispensanda: per infinitas actiones. In quarta autē progressione: soluta a corpore ad puritatem simplicitatis suae reuertit: ideoq̄ in quarta multiplicatione vbi ter. xxvii. in lxxxi. excreuit, monas i summo apparet, vt euidēt clareat qđ aīa post hui⁹ vitae terminum qui per. lxxx. designatur: ad vnitate suae simplicitatis redeat, a qua prius discesserat, cum ad humanum corpus regressum descendebat. Quod autem in octoginta meta humana vitē naturaliter cōsistat: propheta declarat. Si inquit in vilitudine. lxxx. anni: & amplius eorum labor & dolor. Hanc quadruplam progressionem illum quaternariū animae, de quo supra loquuti sumus: quidam intelligentes putant: eumq̄ ad differentiam quaternariū corporis, quaternariū animae appellatum.

R **D**e quaternario corporis. Cap. VI.

NAm corpori quoq; suū assignant quaternariū. Sicut monas animæ, ita diās corpi cōgruit. Dic bis duo sūt. iiii. dic bis iiii. sūt. viii. dic bis. viii sūt sexdecim: dic bis sedecim sūt. xxxii. Hic in q̄rto loco: similiter idē numer⁹: id est binarius, a quo multiplicatio initium sumpfit, tibi occurrit: idēq; si in infini- tum procefferis, indubitanter continget vt quarto semp gradu binari⁹ emineat. Et hic est quaternarius corporis, in quo intelligi datur omne quod a dissolubilibus cōpositionē accipit: ipsum quoq; eē dissolubile. Vides nūc satis apte (vt pu- to) quomodo animę de intellectibilibus ad intelligibilia degenerant: quādo a puritate simplicis intelligentiæ quæ nulla corpori fuscatur imagine, ad visibilibus imaginationē descendunt: rursusq; bea- tiores fiunt, quando se ab hac distractio- ne ad simplicē naturæ suæ fontem colli- gentes, quasi quodam optimæ figuræ si- gno impressæ cōponuntur. Est igitur (vt apertius dicam) itellectibile in nobis id qđ est intelligentia: intelligibile vero id quod est imaginatio. Intelligentia vero est de solis rerū p̄cipiis: id est deo, idēis & hyle: & de incorporeis substantiis pu- ra certaq; cognitio. Imaginatio est memo- ria sensuū ex corporū reliquiis inherenti- bus animo principium cognitionis per se certū nihil habens. Sensus est passio ani- mæ in corpore, ex qualitatibus extra acci- dentibus.

De quadriuo. Cap. VII.

Vm igitur (vt supradia- ctū est) ad mathematia- cā proprie pertineat ab- tractam attendere quan- titatem: in partib⁹ quā- titatis species eius q̄rere oportet. Quātitas abstracta nihil aliđ est nisi forma visibilis scđm liminentarē di- mensionem animo impressa, quę imagina- tione consistit, cuius geminæ sunt partes vna cōtinua, vt arbor, lapis, quæ magni- tudo dicitur: alia discretæ: vt grex, popu- lus, quæ multitudo appellat. Rursus mul- titudinis, alia sūt per se: vt tres, quatuor, vel quilibet alius numerus: alia ad aliqd

vt duplum dimidiū, sesquialterum, ses- quitertium, vel quodlibet tale. Magnitu- dinis vero alia sūt mobilia, vt sphaera mō- di, alia immobilia vt terra. Magnitudi- nem ergo quæ per se est, arithmetica spe- culatur, illā autem quæ ad aliqd est: musi- ca. Immobilis magnitudinis geometria pollicetur notitiam. Mobilis vero scien- tiā, astronomice disciplinē peritia sibi vē dicat. Mathematica igitur diuiditur in arithmetica, musicam, geometriā, astro- nomiam.

De arithmetica. Cap. VIII.

Rete græce: virt⁹ inter- pretat latine: arithmus numerus: inde arithme- tica virtus numeri dici- tur. Virtus autem nu- meri est, qđ ad eius simi- litudinem cuncta formata sunt.

De musica. Cap. IX.

Musica a moy: id est ab a- qua vocabulū sumpfit, eo qđ nulla euphonia: id est bona sonoritas, sine humore fieri potest.

De geometria. Cap. X.

Geometria mēsurā terræ interpretatur: eo qđ hec disciplina primū ab egyptiis reperta sit, quorū terminos cum Nil⁹ inū- datione sua limo obdu- ceret, & cōfunderet limites: p̄teritis & fu- nibus terram mēsurare cōperūt: deinde a sapiētib⁹ etiā ad spatia maris, & cœli, & aeris, & quorūlibet corporum mensu- randa deducta fuit & extensa.

De astronomia. Cap. XI.

Astronomia & astrologia in hoc differre vidētur, qđ astronomia de lege a- strorum nomē sumpfit, astrologia autē dicta est quasi sermo de astris dis- ferens. Nomos em̄ lex & logos sermo in- terpretatur. Ita astronomia videtur esse quæ de lege astrorum: & cōuersione cœ- li differit, regiones, circulos, cursus, ort⁹, & occasus siderum & cur vnūquodq; ita vocetur, inuestigans. Astrologia autē que

astra cōsiderat scđm natiuitatis & mor- tis & quorūlibet aliorū euentū obserua- tionem qđ partim naturalis est, partim su- perstitiosa. Naturalis in cōplexionib⁹ cor- porum: quæ scđm superiorū contēperan- tiam variantur: vt sanitas, egritudo, tēpe- stas, serenitas, fertilitas, & sterilitas. Superstitiosa in cōtingentibus & in iis, quæ li- bero arbitrio subiacet: quam partem ma- thematici tractant.

De arithmetica. Ca. XII.

Rithmetica materiam habet parē: & imparē numerū. Par numerus, alius est pariter par: ali⁹ pariter impar, alius im- pariter par. Impar quo- q; numerus tres habet species. Prima est primus & incōpositus, secūda secundus & cōpositus, tertia per se secūda & com- positus & ad alios comparatus: prim⁹ & cōpositus.

De musica triplici. Cap. XIII.

Res sunt musicę: munda- na, hūana, instrumentalis. Mūdāna, alia in elemen- tis, alia in planetis, alia in temporibus. Quę in ele- mētis: alia ī numero, alia in pōdere, alia in mensura. Quę in plane- tis: alia in situ, alia in motu, alia in natu- ra. Quę in tēporibus: alia in dieb⁹ vicissi- tudine lucis & noctis: alia in mētib⁹, cre- mētis, detrimētisq; lunaribus, alia in an- nis, mutatione veris, æstatis, autumnī, hyemis. Hūana musica: alia in corpē, alia in aīa, alia cōnexu vtriusq;. Quæ in cor- pore: alia est in vegetatione, scđm quam crescit, quæ omnibus nascētib⁹ conuenit. Alia est in humorib⁹: ex quorū cōplexio- ne humanū corp⁹ subsistit. Quæ sensibili- bus cōmunis est, alia in opationib⁹: qđ spe- cialiter rationalib⁹ cōgruit, qb⁹ mechani- ca pest: quę si modū nō excederint bonæ sunt, vt inde nō nutriatur cupiditas: vn̄ infirmitas foueri debet: sicut Lucanus in laude Catonis refert. Huic epulę vicisse famē, magniq; penates Sūmonisse hyemē tecto: p̄ciosaq; vestis. Hyrtā mēbra sup. Romani more quiritis Induxisse togā &c.

Musica in aīa, alia est in virtutibus: vt est

iustitia: pietas, & tēperātia: alia in poren- tiis: vt est ratio, ira, & cōcupiscentia. Mu- sica inter corpus & animā: est illa natura- lis amicitia qua aīa corpori nō corporeis visibilibus, sed affectib⁹ qb̄sdā colligatur ad mouēdum & sensificādū ipsū corp⁹ secundū quā amicitia nemo carnē suam odio habuit. Musica hac est: vt amē ca- ro: sed plus sp̄ritus, vt foueatur corpus, non perimatur virtus.

Musica instrumentalis: alia in pulsu: vt sit in tympanis & chordis, alia in fla- tu, aut in tibiis & organis: alia in voce, vt in carminibus & cātlenis. Tria quoq; sunt genera musicorū: vnū qđ carnē fin- git, aliud qđ instrumentis agit: tertiū qđ instrumentorū opus carnēq; diiudicat.

De geometria. Cap. XIII.

Geometria tres habet spe- cies: planimetriā, altime- triā, cosmometriā. Plani- metria: planū metiē, id est longū & latum, & ex- tendit aī & retro, dex- trorsum & sinistrorsum. Altimetria altū metitur, & extēdit sursum & deorsū. Nā & mare altū dicit. i. profundū: & arbor al- ta. i. sublimis. Cosmos mūdus interp̄at, & inde dicta est cosmimetria. i. mensura mūdi, hec metiē spherica. i. globosa, & ro- tūda, sicut est pila & ouū, vñ etiā a spha- ra mūdi ppter excellētā dicta est cosmim- etria, non quia trū de mūdi mēsurā agat sed quia mūdi sphaera inter omnia spha- rica dignissima sit.

De astronomia. Cap. XV.

Nec cōtrariū est: qđ supi⁹ immobilē magnitudi- nē geometria: attribui- mus, & mobilē astrono- mię, quia hoc scđm primā inuentionē dictū est: sm quā etiā geometria mēsurā terræ dicit. Vel possumus dicere qđ id qđ geometria ī sphaera mūdi cōsiderat. i. dimēso regio- nū: & circulorū celestū immobile sit, em hoc qđ ad geometricam considerationē pertinet. Geometria em̄ nō cōsiderat mo- rum, sed spatium. Quod autē astronomia speculatur mobile sit. i. cursus astrorum: & interualla temporum. Sicq; vn̄ uerba- liter dicemus immobilē magnitudinē

Ephē.

E

F

G

geometriae esse subiectam: mobilem astronomia: quia licet ambae de eadem re agant, vna tamen contemplatur id quod permanet, altera id quod transit speculatur.

¶ De diffinitione quadriuii. Cap. XVI.

Arithmetica est igitur numerorum scientia: musica est diuisio sonorum & vocum varietas. Aliter Musica siue harmonia est plurimum dissimilium in vnum redactorum concordia. Geometria est disciplina magnitudinis immobilis formarumque descriptio contemplatiua: per quam vniuersumque terminum declarari solent. Aliter Geometria est sensuum & orationum dictionum. Astronomia est disciplina inuestigans spatia, motus, & reditus caelestium corporum certis temporibus.

¶ De Physica. Cap. XVII.

Physica causas rerum in effectibus suis: & effectus in causis suis inuestigando considerat: Vnde tremor terris, quae vi maria alta tumescant, Herbarum vires, animos, irasque ferarum: Omne generum fructum, lapidum quoque, reptiliumque. Physis natura interpretatur, vnde etiam superioris diuisionis theoreticae, physicam naturalem Boetius nominauit. Haec etiam physiologia dicitur, id est sermo de naturis differens quod ad eandem causam spectat. Physica aliquando large accipitur equipollens theoreticae secundum quam acceptionem philosophiam quidam in tres partes diuidunt, id est physicam, ethicam, logicam: in qua diuisione mechanica non continetur: sed restringit philosophia circa physicam, ethicam, & logicam.

¶ Quod sit proprium vniuersumque artis. Cap. XVIII.

Vniuersum vero omnes artes ad vnum philosophiae tendunt terminum, non vna tamen via omnes currunt, sed singulae suas proprias quasdam considerationes habent, quibus ab inuicem differunt. Logica consideratio est in rebus: attendens intellectus rerum, siue per intelligentiam: vt neque sint haec, neque horum similitudines,

siue per rationem, vt neque sint haec, sed horum tamen similitudines. Considerat ergo logica species: & genera rerum. Mathematica autem proprium est, actus confusos inconfuse per rationem attendere: vbi gratia. In actu rerum non inuenitur linea sine superficie & soliditate. Nullum enim corpus sic solummodo longum est, vt latitudine vel altitudine careat: sed in omni corpore haec tria simul sunt: ratio tamen attendit sine superficie & crassitudine lineam pure per se: quod est mathematicum, non quia in re ita vel sit, vel esse possit: sed quia ratio sapientis actus rerum considerat, non vt sunt sed sicut esse possunt: non in se, sed quantum ad ipsam rationem: id est vt ratio patere tur esse. Secundum quam, considerationem dictum est: continuum quantitatem in infinita decrecere, & discretam crescere in infinitum. Talis est enim viuacitas rationis vt omne longum in longa diuidat, latum in lata, & cetera: vtque ipsi rationi nihil carens intervallo intervallo generet. Physica autem est proprium, actus rerum per mixtos, impermixte attendere. Actus enim corporum mundi: non sunt puri: sed compositi ab actibus purorum, quos physica cum per se non inueniantur pure tamen & per se considerat: purum, scilicet actum ignis: siue terre, siue aeris, siue aquae, & ex natura vniuersumque per se considerata de coactione: & efficientia totius iudicat. Hoc etiam non pratereundum est: quod sola physica proprie de rebus agit, ceterae omnes de intellectibus rerum. Logica tractat de ipsis intellectibus: secundum praedicamentalem constitutionem. Mathematica vero secundum integrale compositionem: & ideo logica quandoque vtitur pura intelligentia, mathematica autem nunquam sine imaginatione est: ideoque nihil vere simplex est. Quia, enim logica & mathematica priores sunt ordine discendi quam physica: & ad eam quodammodo instrumenti vice funguntur, quibus vniuersumque primum informari operaretur antequam physicae speculationi operam det: necesse fuit, vt non in actibus rerum vbi fallax experimentum est: sed in sola ratione, vbi incoccussa veritas manet, suam considerationem poneret, deinde ipsa ratione prauiua: ad experientiam rerum descendere. Postquam igitur demonstraui?

quomodo diuisio theoreticae quam ponit Boetius superiori conueniat: breuiter nunc vtriusque repetemus: vt singula vtriusque verba diuisionis inuicem conferamus.

¶ Collatio supradictorum. Et diuisio theoretica. Cap. XIX.

Theoretica diuiditur in theologiam, mathematicam & physicam. Vel ita. Theoretica diuiditur in intellectibilem: & intelligibilem, & naturalem: Vel aliter. Theoretica diuiditur in diuinalem: & doctrinalem, & philologiam. Eadem est igitur haec theologiam, intellectibilis & diuinialis. Eademque physica, philologia, & naturalis. Sunt qui has theoreticae partes mystice quodam Palladis nomine, quae dea sapientiae fingitur esse: significari putant. Dicitur enim tritoniam, quasi trita genos, id est tertia cognitio, videlicet dei, quam intellectibilem nominauimus, & animarum: quam intelligibilem diximus, & corporum quam naturalem appellamus. Et ab his tribus tamen sapientia vocabulum sumit: quia licet tres reliquas, id est ethicam, mechanicam, logicam, congrue ad sapientiam referre possimus expressius tamen logicam propter vocis eloquentiam, mechanicam: & ethicam propter circumspectionem morum: & operum prudentiam siue scientiam appellamus, solam autem theoreticam propter speculationem veritatis rerum sapientiam nominamus.

¶ Diuisio practicae. Cap. XX.

Practica diuiditur in solitariam, priuatam, & publicam. Vel aliter. In ethicam oeconomicam, & politicam. Vel aliter morale & dispensatiuam, & ciuilem. Vna est solitaria, ethica, & moralis. Vna rursus, priuata, oeconomica & dispensatiua. Eademque publica, politica, atque ciuilis. Oeconomus interpretatur dispensator. Inde oeconomica dicta est dispensatiua. Polis graece, latine ciuitas dicitur, ideo politica dicta est: ciuilis. Quando ethica

partem constituimus practicae, stricte accipienda est ethica in moribus vniuersumque personae, & est eadem quae solitaria. Solitaria igitur est quae sui curam gerens cunctis se se erigit, exornat, augetque virtutibus, nihil in vita admittens: quo non gaudeat, nihilque faciens poenitentiam. Priuata est, quae familiaris officium mediocriter componens dispositione distribuit. Publica est, quae reipublicae curam suscipiens cunctorum salutem suae providentiae solertiam, & iustitiam libra, & fortitudinis stabilitate, & temperantiae patientiam medetur. Solitaria igitur conuenit singularibus, priuata patribusfamilias, politica rectoribus urbium. Practica actualis dicitur: eo quod res propositas operationibus suis explicet. Moralis dicitur per quam mos viuendi honestus experitur vel acquiritur, & instituta ad virtutem tendentia praeparantur. Dispensatiua dicitur cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. Ciuilis dicitur per quam totius ciuitatis utilitas administratur.

¶ Diuisio mechanica in septem scientias. Cap. XXI.

Mechanica septem scientias continet: lanificium, armaturam, nauigationem, agriculturam, venationem, medicinam, theatricam. Ex quibus tres ad extrinsecum velimentum naturae pertinent, quo seipsa natura ab incommodis pregit, quatuor ad intrinsecum, quo se alendo & fouendo nutrit, ad similitudinem quod est triuium & quadriuium: quae triuium de vocibus quae extrinsecum sunt, & quadriuium de intellectibus quae intrinsecum concepti sunt praestat. Haec sunt septem ancillae quas Mercurius a philologia in dote accepit: quia nimirum eloquentiae cui iuncta fuerit sapientia, omnis humana actio seruit, sicut Tullius in libro Rhetoricorum de studio eloquentiae dicit: haec tuta, haec honesta, haec illustris, haec eadem vita iocunda fit. Nam haec ad rem publicam, plurima comoda veniunt, si moderatrix omnium sit sapientia. Haec ad eos qui ipsam adepti sunt, laus, honos, dignitas, consistit. Haec amicis quoque eorum certissimum, turissimumque praesidium est. Haec mechanicis appellatur, id est de opere artificis agitur: quod a natura formam mutat. Sicut aliae septem liberales

appellatae sunt: vel quia liberos, id est ex-
peditos & exercitatos animos requirunt
quia subtiliter de causis rerum disputant:
quia liberi tamen antiquitus, id est nobiles
in eis studere consueverant: plebei vero
& ignobiliu filii in mechanicis propter
peritiam operandi. In quo Priscorum appa-
ret diligentia, quod nihil intentatum linquere
voluerunt: sed omnia sub certis regulis & pre-
ceptis strigere. Mechanica est scilicet ad quam
fabrica: omnium rerum concurrere debent.

De lanificio Cap. XXII.

Lanificio continet omnia
textendi, consuendi, retor-
quendi genera, quae sunt ma-
nu, acu, fuso, subula, gir-
gillo, pectine, alibro, cala-
mistro, chylindro, siue a-
liis quibuslibet instrumentis: ex quacumque
lini vel lanae materia, & omni generis pellium
erasarum vel pilos habentium, canabis
quoque, vel suberis iuncorum, pilorum, flocco-
rum, aut alia qualibet re hominum, quae in usum
vestimentorum, operimentorum, linteorum,
sagorum, saginarum, substratorum, cortina-
rum, matularum, filtrorum, telarum, cassium, fu-
nium, redigi potest. Stramina quoque ex quibus
galeros & sportellas texere solent homi-
nes: haec omnia studia ad lanificium pertinent.

De armatura & fabrilis Cap. XXIII.

Secunda est armatura.
Arma aliquando quaelibet in-
strumenta dicuntur: sicut di-
cimus, arma belli, arma
navis, instrumenta bel-
li & navis. Ceterum pro-
priae arma sunt quibus tegimur, ut scutum,
thorax, galea: vel quibus percutimur, ut gla-
dius, bipennis, sarissa. Tela autem sunt quibus
iaculari possumus: ut hasta, sagitta. Dicta
autem arma ab armamento, id est brachio, quia brachium
muniunt: quod ictibus opponere solemus. Te-
la autem dicuntur a graeco telon, id est longum,
eo quod longa sint hominum, inde & protelare, id est
prolongare dicitur. Armatura igitur quasi
instrumentalis dicitur scientia, non tamen ideo
quod instrumentis operando utatur: quod de
praesentanti alicuius materiae materiae aliquid
(ut ita dicam) instrumentum efficiat. Ad
hanc omnis materia lapideum, lignorum, metal-
lorum, arenarum, argillarum pertinet. Haec
duas habet species, architectonicam & fa-

brilem. Architectonica dividitur in coe-
metaria: quae ad latomos & coemetarios:
& in carpentariam, quae ad carpentarios
& tignarios pertinet, aliosque hominum utriusque
artifices, in dolabris & securibus, lima, &
asciculo, ferra & terebra, rucinis, artauis,
trulla, examussi, polientes, dolantes, scul-
pentes, limantes, scalpentes, compingentes,
linientes, in qualibet materia, luto, latere,
lapide, ligno, osse, sabulo, calce, gipso, & si-
qua sunt similia operantium. Fabrilis di-
viditur in malleatoriam, quae feriendo mas-
sam in formam redigit. Et in exclusoriam,
quae fundendo massam in formam redigit.
Vnde exclusores dicti sunt, qui de confu-
sione massae nouerunt formam vasis expri-
mere.

De navigatione. Cap. XXIII.

Navigatione continet omnem
in emendis, vendendis mu-
tandis, domesticis siue
peregrinis mercibus ne-
gociationem. Haec rectis
siue quasi quaedam sui ge-
neris rhetorica est: eo quod huic professioni
eloquentia maxime sit necessaria. Vnde &
is qui faciendae praesente dicitur, Mercu-
rius, quasi mercatorum Kyrius, id est
dominus appellatur. Haec secreta mun-
di penetrat, littora iussa adit: deserta hor-
rida lustrat, & cum barbaris nationibus
& linguis incognitis commercia humani-
tatis exercet. Huius studium gentes con-
ciliat, bella sedat, pacem firmat, & priua-
ta bona ad communem usum omnium im-
mutat.

De agricultura. Cap. XXV. X

Agricultura quatuor spe-
cies habet: arum agrum
qui satiationi deputatur, &
constitutum qui fructibus & ar-
boribus: ut sunt vineta, po-
maria, syluae: pascuum ut
prata, tempe, tesqua, saltus: floridum, ut or-
ti sunt & rosaria.

De venatione. Cap. XXVI.

Venatio dividitur in fe-
rinam, aucupium, & piscatu-
ram. Ferina multis mo-
dis exercetur. Retibus,
pedicis, laqueis, precipi-
tiis: arcu, iaculis, cuspi-

de, indagine, penarum odore, canibus, acci-
pitribus. Aucupium fit laqueis, pedicis, re-
tibus, arcu, visco, hamo. Piscatura fit sa-
genis, retibus, gurgustis, hamis, iaculis.
Ad hanc disciplinam pertinet omnium ci-
borum, saporum, & potuum apparatus.
Nomen tamen accepit ab una parte sui, quia
antiquitus plus venaticis vesci solebat:
sicut adhuc in quibusdam regionibus ubi
rarissimus panis est: carnem pro cibo: &
mulsum vel aquam pro potu habent. Ci-
bus in duo dividitur: in panem & obso-
nium. Panis dicitur est, vel quasi panis: quia
omnibus mensis apponitur, vel a graeco
pan: quod est omne: quia nullum conuiuium bonum
sine pane ducit, vel quod pascat. Panis mul-
ta sunt genera: azimus, fermentatus, subci-
nericius, rubigineus, spogia, placenta, clibanicus,
dulciarius, filigineus, ordeaceus, amolus, simi-
la, & cetera multa. Obsonium dicitur quia
si adiunctum panis: quod nos cibarium di-
cere possumus. Huius multa sunt gene-
ra. Carnes, pulmenta, mullae, olera, fructus.
Carnium aliae sunt aliae, aliae fixae, aliae eli-
xe, aliae crudae, aliae salsae. Aliae dicuntur
succidia: Lardum quoque siue taxea: pna-
vel perasunculus: axugia, aruina, sepum,
adeps. Pulmenti item sunt genera, luca-
nica: farcime, minuta, afrotoni, mortisia
galatia, & cetera quaecumque princeps co-
corum excogitare potuit. Mullae habent
lac, colostrum, babbutam, butyrum, caseum,
ferum, Olerum & fructuum nomina annume-
rare quis potest. Saporum alii calidi sunt:
alii frigidi, alii amari, alii dulces, alii sicci
alii humidi. Potuum alii tantum sunt potus
id est qui humectant tamen: non nutriunt: ut
aqua: alii potus & cibus, id est qui hume-
ctant & nutriunt, ut vinum. Rursum qui
cibus sunt, alii naturaliter sunt cibus, ut
vinum & ficera quaelibet, alii accidentaliter,
ut ceruissia: medones. Venatio igitur
continet omnia pistorum, laniorum, co-
corum, cauponumque officia.

De medicina.

Cap. XXVII.

Medicina dividitur in du-
as partes, occasiones, & ope-
rationes. Occasiones sex
sunt. Aer, motus, & quies
inanitio & repletio: cibus
& potus: somnus & vigi-

lia, & accidemia aia. Quae ideo dicitur esse
occasiones: quia faciunt & conseruant sanitarum, si
teperata fuerint, si intemperata infirmatam.
Accidemia autem ideo dicitur occasio fanita-
tis vel infirmitatis: quia aliquando vel commouet
calorem speculose ut ira: vel leniter ut dele-
ctationes: vel attrahit & celat idque aut im-
petuose ut terror & timor: aut leniter ut
angustia. Et sunt quae commouent naturalem vir-
tutem inter & extra: ut est tristitia. Omnis ope-
ratio medicinae, aut itus fit, aut extra. Inter
ut ea quae ore, naribus, auribus siue ano intro
mittuntur: ut potiones, vomitiones, pulue-
res, cisturae &c. quae bibendo, vel masticando,
vel attrahendo sumuntur. Foris ut epidimata,
cataplasmata, epiplastra. Chirurgia, quae du-
plex est in carne, ut incidere, suere, vrere.
In osse: ut solidare, & iuncturam reddere.
Nec moueat quaeplura: quod cibum & potum iter
attributa medicinae annunero, quae supra ve-
natio attribuitur, quia sunt diuersos respectus
hoc factum est. Vinum quoque in botro agricul-
turae est, in penu cellarium, in gustu medici, in
ciborum apparatus ad pistorum, macellum, co-
nam pertinet: virtus saporis ad medicinam.

De theatrica scientia. Ca. XXVIII.

Theatrica dicitur scientia lud-
rum a theatro, quo popu-
lus ad ludendum conuenire
solebat, non quia in thea-
tro tantum ludus fieret, sed
quia celebrior locus fue-
rat: ceteris. Fiebant autem ludii alii in thea-
tris, alii in atris, alii in gymnasiis, alii in
amphicircis, alii in arenis, alii in conuiuiis,
alii in phanis. In theatro gesta recitaban-
tur, vel carminibus, vel laruis, vel personis,
vel oscillis. In atris choreas dicebant, &
saltabant. In gymnasiis: luctabant. In am-
phicircis, cursum certabant vel pedum, vel
equorum, vel currum. In arenis pugiles ex-
ercebant. In conuiuiis: rhythmis & musicis
instrumentis: & odis psallebant, & alea lude-
bant. In phanis tpe solenni deorum laudes ca-
nebant. Ludos vero idcirco iter legitimas
actiones conuerbant, quod temperato motu na-
turalis calor nutritur in corpore: & letitia ei
repat. Vel quod magis videtur, quia necesse fuit
populum aliquando ad ludum conuenire, voluerunt
determinata esse loca ludicium: in diuerso-
ris conuenticula facientes probrosa alia
qua aut facinorosa perpetrarent.

De logica quae est quarta pars
Philosophiae: Et de Grammatica.
Cap. XXIX.

Logica diuiditur in grammatice & in ratione differendi. Grammatica graece litera interpretatur latine: inde dicta est grammatica, id est literalis scientia. Litera proprie est figura quae scribitur: elementum sonus qui pronunciat. Caterum hic large accipienda est litera: ut & uocem & scripturam intelligamus utrumque enim ad grammaticam pertinet. Qui dam dicunt grammaticam non esse partem philosophiae, sed quasi quoddam appendicium & instrumentum ad philosophiam. De ratione autem differendi Boetius dicit: quod pars esse possit & instrumentum ad philosophiam: sicut pes, manus, lingua, oculi &c. partes sunt corporis & instrumenta. Grammatica simpliciter agit de uocibus, id est secundum se: inuentionem & formationem, compositionem, inflexionem, prolationem, & cetera ad pronuntiationem tantum pertinentia pertractans. Ratio differendi agit de uocibus secundum intellectus.

De grammatica diuisione. Cap. XXX.
Grammatica diuiditur in litteram, syllabam, dictionem, & orationem: Vel aliter. Grammatica diuiditur in litteras: id est in id quod scribitur: & uocales, id est in id quod pronunciat. Vel aliter. Grammatica diuiditur in nomen, uerbum, participium, pronomen, aduerbium, praepositionem, coniuunctionem, interiectionem: in uocem articulatam, litteram, syllabam, pedes, accentus, posituras, notas, orthographiam, analogiam, etymologiam, glossas, differencias, barbarismum, solocismum, uitiata, metaplasma, schemata, tropos, profas, metra, fabulas, historias. Quorum idcirco expositionem transeo, quia plerumque esset, quod huius schedulae breuitas exspectat: & quia etiam in hoc opusculo, diuisiones tantum rerum & nomina inuestigare proposui, ut ratum modo quoddam principium doctrinae lectori conderetur. Qui autem scire desiderat legat Donatum, Seruium, Priscianum de accentibus, & de duodecim

uersibus Virgilii, & Barbarismum, & Isidorum in libris etymologiarum.

De ratione differendi. Ca. XXXI.

Ratio differendi integrales partes habet, inuentionem & iudicium: diuissiuas uero, demonstrationem, probabilem, sophisticam. Demonstratio est in necessariis argumentis: & pertinet ad philosophos. Probabilis pertinet ad dialecticos & ad rhetores. Sophistica ad sophisticas & cauillatores. Probabilis diuiditur in dialecticam & rhetoricam, quarum utraque integrales habet partes inuentionem & iudicium. Quia enim ipsum genus, id est artem differendam, integraliter constituit, necesse est ut in compositione omnium specierum eius simul inueniatur. Inuentionis est quae docet inuenire argumenta, & constituere argumentationes. Scientia iudicandi, quae de utroque iudicare docet. Queri potest: utrum inuentionis & iudicium sub philosophia contineantur. Videtur enim neque sub theorica, neque sub practica, neque sub mechanica, neque sub logica (de qua magis uideretur) contineri. Sub logica non continentur, quia neque per grammaticam, neque per differendam. Per differendam non continentur, cum integraliter eam constituent: nulla autem res esse possit simul integralis & diuissiuas partes eiusdem generis. Sicut philosophia non omnem scientiam continere uidetur. Sed scientiam quod scientia duobus modis accipi solet, id est pro aliqua disciplinarum, sicut: cum dico dialecticam esse scientiam, id est artem vel disciplinam: & pro qualibet cognitione, sicut cum dico scientiam habere eum qui scit aliquid. Verbi gratia. Si scio dialecticam, scientiam habeo: & si scio notare, scientiam habeo: & si scio Socratem esse Sophronici filium, scientiam habeo. Et uniuersaliter omnis qui aliquid scit: potest dici scientiam habere. Sed tamen aliud est cum dico, dialectica est scientia, id est ars vel disciplina, atque aliud cum dico, scire quod Socrates est Sophronici filius est scientia, id est cognitio. De omni scientia quae est ars vel disciplina, uerum est dicere quod sit pars philosophiae diuissiuas: non autem uniuersaliter dici potest, quod

omnis scientia, quae est cognitio, pars sit philosophiae diuissiuas. Est tamen prorsus omnis scientia siue disciplina, siue quaelibet cognitio pars philosophiae, uel diuissiuas, uel integralis. disciplina autem est scientia: quae absolutum finem habet, in quo positum artis perfecte explicatur, quod scientia inueniendi uel iudicandi non contineat: quia neutra per se absoluta est, & ideo

Questio. disciplina dici non possunt: sed partes disciplinae, id est differendae. Rursum queritur utrum inuentionis & iudicium: eadem partes sint dialecticae & rhetoricae: quod inconueniens uidetur, ut duo opposita genera eidem prorsus constituentur partibus. Dici ergo potest has duas uoces aequiuocas esse ad partes dialecticae & rhetoricae. Vel (quod fortassis melius est) dicamus inuentionem & iudicium proprie partes esse differendae & sub his uocibus uniuocari. In inferioribus tamen huius generis quibusdam praeprietatibus a se differre, quae tamen differentia: per has uoces non discernuntur: quia per eas non secundum hoc quod species conponunt, sed secundum hoc quod partes sunt generis, significantur. Grammatica est scientia loquendi sine uicio. Dialectica disputatio acuta, uerum a falso distinguens. Rhetorica est disciplina: ad persuadendum quod idonea.

Lib. III. de ordine legendi Capita.

De disciplina & eius diuisione. Ca. I.
De authoribus artium Cap. II.
Quae artes praecipue legendae sunt. Cap. III.
De duobus generibus scripturarum. Ca. IIII.
De artium coherentia. Cap. V.
Uniuscuique arti quod suum est, tribuendum esse. Cap. VI.
Quid sit necessarium studetibus. Cap. VII.
De ingenio & memoria quae duo pertinent ad naturam. Cap. VIII.
De ordine legendi Cap. IX.
De modo legendi Ca. X.
De meditatione. Cap. XI.
De memoria Cap. XII.
De disciplina Cap. XIII.
De humilitate. Cap. XIII.
De studio querendi Cap. XV.
De quatuor reliquis preceptis Ca. XVI.
De quiete Ca. XVII.
De scrutinio. Ca. XVIII.
De paritate Cap. XIX.
De exilio. Cap. XX.

De disciplina & eius diuisione.
Cap. I.



Philosophia diuiditur in theoreticam, practicam, mechanicam, logicam. Theoretica diuiditur in theologicam, physicam, mathematicam, arithmeticam, musicam, geometriam. Practica in solitariam, priuatam, publicam. Mechanica diuiditur in lamnicum, armaturam, navigationem, agriculturam, uenationem, medicinam, theatricam. Logica diuiditur in grammaticam & differendam. Differenda diuiditur in demonstrationem, probabilem, & sophisticam. Probabilis diuiditur in dialecticam & rhetoricam. In hac diuisione solummodo diuissiuas philosophiae partes continentur: sunt aliae adhuc subdiuisiones istarum partium: sed istae nunc sufficere possunt. In his igitur si solum numerum respicias, xxi. si gradus computare uolueris, triginta octo reperies. Authores harum scientiarum diuersi leguntur. Alii incipiendo, alii augendo, alii perficiendo artes inueniunt, sicut eiusdem artis plures saepe referuntur auctores. Ex his paucorum nomina subter annumerabo.



Philologus apud graecos Linus fuit, apud latinos Varro: & nostri temporis Ioannes Scotus, de decem categoriis in deum Physicam naturalem, apud Graecos Thales Milesius unus de septem sapientibus reperit, apud latinos Plinius describit. Arithmetica Samus Pythagoras inuenit. Niconachus scripsit. Apud latinos primum Apuleius, deinde Boetius transtulit. Hic etiam Pythagoras mathematicos tetradicos fecit, id est libri de doctrina quadrati, & V. ad similitudinem uitae humanae inuenit. Musicae repertorem Moyses dicit fuisse Tubal, qui fuit de stirpe Chaym. Graeci Pythagoram, alii Mercurium, qui primus tetrachordum instituit: alii Linum uel Zetum, uel Amphionem.

Geometriam apud aegyptum primū dicit esse repertam, cuius auctor apud graecos optimus Euclides fuit. Huius artem transtulit Boerius: Heratosthenes quoque sagacissimus in geometria: quod abitum orbis reperit. Dicitur quod Chā fili⁹ Noe astronomiam primus inuenerit. Chaldei primū astrologiam docuerunt, secundum naturae observationē. Iosephus autē asseruit Abraham primū docuisse apud Aegyptios astrologiam. Astronomiam Ptolomeus rex Aegypti reparauit. Hic etiā canones instituit, quibus cursus astrorum inuenitur. Aiunt quidam Nembroth gigantem summum fuisse astrologum: sub cui⁹ nomine etiā astronomia inuenitur. Graeci dicunt hanc artem ab Athlante primū excogitatam, propter quod etiam coelū sustinuisse fertur. Ethica inuētor Socrates fuit, de qua xxxiii. libros, secundum positiuam iustitiam tradidit. Deinde Plato discipulus ei⁹ libros multos de republica secundum iustitiam naturalem scilicet & positiuam conscripsit. Deinde Tullius in latino sermone libros de republica ordinauit. Fronto quoque philosophus scripsit librum stratagematō. i. militaris subtilitatis. Mechanica diuersos habuit auctores. Hesiodus Aescrus primus apud Graecos in describendis rebus rusticis studuit. Deinde Democrit⁹. Mago quoque Carthaginensis. xvii. voluminibus studiū agriculturæ conscripsit: Apud Latinos prim⁹ Cato opus de agricultura instituit: quod deinde Marcus Terentius Varro expoliuit. Virgilius quoque georgica fecit: Deinde Cornelius & Iulius Attic⁹ Emilianus, siue Columella insignis orator: qui totum corpus discipline huius complexus est. Palladius quoque de agricultura scripsit: Vitruuius autē de architectura. Lanificii usum apud Graecos primā Mineruā monstrasse ferunt. Hanc etiam primā telā ordinasse, lanamque colorasse, oliuæ quoque & fabricæ inuentricem fuisse credunt. Ab ipsa Dædalus didicit: & ipse post eā fabricā fecisse creditur. Apud Aegyptiū autē Isis filia Inachi usum serendi lini reperit, & qualiter inde vestimenta fierent monstrauit. Similiter lanæ usum ibidem ipsa reperit. In Libya primus usus lanæ exortus est, a tēplo Ammonis. Ninus rex

Affyriorum primus bella mouit. Vulcanum primum fabrum fuisse credunt. Diuina autem historia asserit Tubal. Prim⁹ Prometheus ferreo circulo lapidem imprimens, usum annuli inuenit. Nauigiū usum Pelasgi primū inuenerunt. Ceres prima in Græcia apud Eleusim usum frumētū inuenit: Isis in Aegypto. Pilius in Italia usum frumētū & farris, & ritū molendi & pinsendi. Tagus in Hispania ritum serendi. Osiris apud Aegyptum cultū vinearum reperit. Liber apud Indos. Dædalus primus mensam fecit & sellā. Apertius quidam Romanus primus composuit apparatus coquinæ, qui tandem in ea re consumptis bonis morte voluntaria periit. Medicinæ auctor apud graecos Apollo fuit. Hanc filius eius Esculapius laude & ope ampliauit, qui postquam fulmine periit, diu medendi cura intermissa est. Latuitque per annos poene quingentos usque ad tēpus Artaxerxis regis. Tunc eam reuocauit in lucē Hippocrates Asclepio patre genitus in insula Co. Ludi a Lydis inuēti sumpsisse creduntur, qui ex Asia uenientes, in Hetruria cōsederunt sub Tyrreno duce: ibique inter ceteros superstitionū suarum ritus, spectacula instituerunt: quæ morē Romani imitati sunt, accersitis inde artificibus, indeque ludi a Lydis uocati sunt. Literæ Hebræorum a Moysē per legem initium sumpsisse creduntur. Chaldeorum & Syrorum per Abraham, Aegyptiorum literas Isis inuenit. Græcorum Phœnices, quas Catm⁹ a Phœnice in Græciam attulit. Carmētis mater Euandri, quæ proprio nomine Nicostрата vocabatur, latinās literas reperit. Diuinam historiam primus Moyses scripsit. Apud gentiles primus Darhes Phrygius Troianam historiam edidit, quam in foliis palmarum ab eo scriptam esse ferunt. Post Darhetē in Græcia Herodotus historicus primus habitus est. Post quem Pherecides iisdē temporibus claruit: quibus Hædras legē scripsit. Fabulas primum inuenisse creditur Alcimon Crotoniēsis Aegyptus mater est artium, inde in Græciā: deinde in Italiam uenerunt. In ea primum grāmatica reperta est tempore Osiris mariti Isidis. In ea quoque dialectica primum inuenta est a Parmedide: quæ ciuitates & cœtus

hominū fugiens in rupe confedit non modo tempore, sed dialecticam excogitauit: unde & rupe Parmenidis appellata est. Plato autem post mortē Socratis magistrī sui amore sapiētiae in Aegyptū migravit: ibique preceptis liberali⁹ disciplinīs Athenas rediit: & apud Academiā: villā suā coadunatis discipulis philosophiæ studiis operā dedit. Hic prim⁹ logicā rationālē apud graecos instituit, quā postea Aristoteles discipulus eius ampliauit, perfecit, & in artem redegit. Marcus Terentius Varro primus dialecticam de graeco in latinum transtulit. Postea Cicero topica adiecit. Demosthenes Fabri filius: apud graecos rhetoriæ princeps creditur. Tisias apud Latinos. Corax apud Syracusas. Hæc ab Aristotele & Gorgia & Hermagora in graeco scripta est, translata in latinā a Tullio Quintiliano & Titiano.

Quæ artes præcipue legendæ sint.

Cap. III.

His autem omnibus scientiis supra enumeratis septem specialiter decreuerant antiqui in studiis suis ad op⁹ erudiendorum, in quibus tantam utilitatem esse præ ceteris omnibus perspexerunt, ut quisquis harum disciplinam firmiter percepisset, ad aliarū notitiam postea inquirendo magis, & exercendo, quæ audiendam perueniret. Sunt enim quasi optia quedam instrumenta & rudimenta quibus via paratur animo ad plenam philosophicā veritatis notitiā. Hic triuim & quadriuim nomen accepit, eo quod iis quasi quibusdam uis uia animus ad secreta sophiæ introeat. Nemo tunc temporis nomine magistrī dignus uidebatur: qui non harum. vii. scientiam profiteri possit. Pythagoras hanc in studiis suis cōsuetudinem seruasse legitur, ut usque ad septēniū secundum numerū uidelicet septem artū liberalium nullus discipulorum suorum de iis quæ ab ipso dicebatur rationem poscere auderet: sed fidem daret uerbis magistrī quousque oīa audiuisset, sicquæ iam per semetipsum rationem eorū posset inuenire. Has septē quidam tanto studio didicisse leguntur, ut

plane ita omnes in memoria tenerent, ut quascunq; scripturas deinde ad manum sumpsisissent, quascunq; quæstiones soluendas, aut comprobandas proposuissent, ex his regulas & rationes ad definiendum id de quo ambigeretur, solum librorum non quererēt, sed statim singula corde parata haberent. Hinc profecto accidit eorumpe tot fuisse sapientes ut plura ipsi scriberent quæ nos legere possimus. Scholastici autē nostri aut nolunt aut nesciunt modum congruū in discendo seruare, & idcirco multos studentes, paucos sapientes inuenimus. Mihi uero uidetur non minori cura prouidendum esse lectori ne in studiis inutilibus operam suam expendat, quæ ne in bono & utili proposito tepidus remaneat. Malum est bonū negligēt agere, peius est in vanum labores multos expendere. Sed quia non omnes hanc discretionem habere possunt: ut intelligant quæ sibi expedit, idcirco quæ scriptura mihi utiliores uideantur, lectori breuiter demonstrabo: ac deinde de modo quoque differendi pauca annectam.

De duobus generibus scripturarum. Cap. III.



Duo sūt genera scripturarum. Primum genus est earum quæ proprie artes appellantur. Secundum est earum quæ sūt appendentia artium. Artes sunt quæ philosophiæ supponuntur, id est quæ aliquam certam & determinatam philosophicā materiam habent: ut est grāmatica, dialectica, & ceteræ huiusmodi. Appendentia artium sunt: quæ tū ad philosophiam spectant, i. quæ in aliqua extra philosophiam materia versantur, aliquando tamen quedam ab artibus discrepta sparsim & confuse attingunt, uel si simplex narratio est, uiam ad philosophiā preparant. Huiusmodi sunt omnia poetarum carmina, ut sunt tragœdiæ, comedie, satyræ, heroica quoque & lyrica, & iambica, & didascalica quædam: fabulæ quoque & historia. Illorum etiam scripta quos nunc philosophos appellare solem⁹, quæ & breuem materiam longis uerbis ambagibus extendere consueuerūt, & facilem sensum perplexis sermonibus obscuro

rare,vel etiā diuersa simul cōpilātes,qua si de multis colorib⁹ & formis, vnā picturam facere. Nota q̄ tibi distinxī. Duo sūt Artes & appēdiciā artū. Sed iter hęc tā ra mihi distātia esse videt: vt ille ait. Lēta salix quātum pallētī cedit oliuā, Puniceis hūilīs quātū saliuca rosetis. Ita vt quicunq; ad sciētiā pertingere cupit, si relicta veritate artū reliqs se implicare voluerit: materiā laboris nedum plurimā, sed & fīnitā sustinebit, & fructū exiguū. Deniq; ptes sine appēdiciis suis pfectū lectore facere possunt, illa sine artibus nihil pfectiōis cōferre valēt. Maxime autē cū nihil in se expetēdū habeāt vn̄ lectore inuiter, nisi traductū ab artibus & accōmodatū: neq; quisq; i eis q̄rat nisi qd̄ artū est. Quapropter mihi videt primū opa dāda esse artib⁹ vbi fundamenta sūt oim: & pura simplexq; veritas apit: maxime his, vii. quas p̄dixi, q̄ toti⁹ phia: istrumenta sunt. Deinde cetera queq; si vacat legāt, quia aliqñ pl⁹ delectare solēt seriis admixta ludicra, & raritas p̄ciosum facit bonum. Sic in medio fabulæ cursū inuētā sententiā auidi⁹ aliqñ retinem⁹. Verū tamē in, vii. liberalib⁹ artib⁹ fundamētū est ois doctrinā, q̄ p̄ ceteris oib⁹ ad manū habēda sunt, vtpote sine quib⁹ nihil solet aut potest philosophica disciplina explicare aut definire.

De artium coherētia. Ca. V.

Hic quidē ita sibi cohæret, & alternis vicissim rōnib⁹ indigēt: vt si vel vna defuerit, ceterē philosophū facere non possunt. Vñ mihi errare vidēt, q̄ nō attēdentes talē in artib⁹ coherētiā, q̄sdā sibi ex ipsis eligūt, & ceteris intactis, his se posse fieri pfectos putant.

Vnicuiq; artū quod suum est triabuendum esse. Cap. VI.

St rursū ali⁹ error nō multo minor isto: quem summopere vitare oportet. Sunt, n. qdā, qui licet ex iis q̄ legēda sūt nihil pratermittant, nulli tamen artū qd̄ suū est tribuere norūt: sed in singlis legūt omnes. In grāmatica de syllogismorū rōne disputāt: dialectica in-

flexiones casuales ingrūt: & qd̄ magis irrisiōe dignū est: i titulo totū p̄one legūt librū, & incipit, tertiā vix lectione expediunt. Nō alios docēt hmōi, quales ostērant sciētiā. Sed vtinam quales mihi, tales oibus apparerēt. Attēde q̄ peruersa sit hac consuetudo: cū pfecto quāto magis supflua aggregaueris, tāto min⁹ ea q̄ vtilia sūt cape possis vel retinere. In qua libet igit arte duo nobis maxie discernēda sunt & distinguenda: primū, qualiter oporteat in ipsa arte agere: secundū, qualiter oporteat ipsi⁹ artū rōnes quiblibet aliis rebus accōmodate. Duo sunt agere de arte: & agere p̄ artē. Verbi grā. Agere de arte: vt est agere de grāmatica. Agere p̄ artē: vt est agere grāmatically. De grammatice agit, q̄ regulas de vocibus datas: & p̄cepta ad hanc vocem prinētia tractat. Grāmatically agit ois qui regulariter loquitur vel scribit. Agere igitur de grāmatically, quibusdā tātūmodo, vt Prisciano Donato, Seruio, & similib⁹, cōuenit. Agere vero grāmatically, omnib⁹. Cū igitur de qualibet arte agimus, maxime in docēdo vbi oia ad cōpendiū restringenda sunt, & ad facilem intelligentiam reuocāda, sufficere debet id de quo agit, quanto breui⁹ & apti⁹ pōt explanare, ne si alienas nimis rōnes multiplicauerim⁹, magis turbem⁹ q̄ ædificem⁹ lectore. Non oia dicenda sūt quæ dicere possumus, ne min⁹ vtiliter dicantur ea quæ dicere debemus: id tandē in vnaquaq; arte quæras quod ad eā specialiter pertinere cōstitit. Deinde cum legeris artes: & quod vnus cuiusq; sit p̄cipium agnoueris disputando & conferēdo, tunc demū rationes singularum inuicem conferre licebit: & ex alterna consideratione vicissim quæ minus prius intellexeras inuestigare. Noli multiplicare diuerticula quoadusq; semitas didiceris securus discurre cum errare non timueris.

Quid sit necessarium studentibus Cap. VII.

Tria sunt necessaria studentibus. Natura, exercitiū disciplina. In natura cōsideratur vt facile audita p̄cipiat, & p̄cepta firmiter teneat. In exercitiū,

vt labore & sedulitate naturalē sensum excolat. In disciplina, vt laudabiliter viuēs, mores cū sciētia cōponat. De his tribus per singula modo introductiōis pauca perstringemus.

De ingenio & memoria, quæ duo pertinent ad naturam. Cap. VIII.

Vi doctrinæ operā dāt, ingenio simul & memoria pollere debent, q̄ duo in omni studio & disciplina ita sibi cohærent: vt si desit alterū: neminē alterum ad p̄fectū ducere possit: sicut nulla prodesse possunt lucra, vbi deest custodia: & incassum receptacula munit, q̄ quod recondat nō habuerit. Ingeniū iue nit & mēoria custodit sapiētiā. Ingeniū est vis qdā naturaliter aīo s̄sita p̄ se valēs Ingeniū a natura p̄ficiscit, vsu iuuat, imo derato labore retūdīt: & t̄pato acuit exercitio. Vñ satis elegāter a quodā dictū est Volo tādem tibi parcas: labor est in charis, curre p̄ aera. Duo sunt q̄ ingeniū exercet: lectio & meditatio. Lectio est: cū ex his q̄ scripta sunt, regulis & p̄ceptis iformamur. Trimodū est lectionis genus doctis, discētis, vel per se inspiciētis. Dicimus, n. lego librū illi: & lego librū ab illo & lego librū. In lectione maxime conside randa sunt ordo & modus.

De ordine legendi. Cap. IX.

Rdo cōsideratur, ali⁹ in disciplinis, vt si dixerim grāmatically dialectica antiquiorem: vel arithmetica priorem musica. Alius in libris: vt si dixerō catilinariū in gurthino priorē. Ali⁹ in narratione, q̄ est in cōtinua serie. Ali⁹ in dispositione. Ordo in disciplinis attenditur fm naturā: in libris fm psonā authoris, vel subiectā materiā. In narratiōe fm dispositionē, q̄ duplex est, naturalis, i. q̄ res eo referat ordie quo gesta est: & artificialis, i. q̄ id qd̄. postea gestū est pri⁹ narrat: & qd̄ prius, postmodū dicūt. In expositione cōsiderat ordo scdm̄ q̄sitionē. Expositio tria cōtinet: literā, sensū, s̄ntam. Litera est congrua ordinatio dictionū: quā etiā cōstructionē vocamus. Sensus est factus qdam & aperta significatio: quā lite

ra prima fronte p̄fert. Sentētia est p̄fundior intelligentia, q̄ nisi expositionē vel interpretatione non inuenitur. In his ordo est: vt primum litera, deinde sensus, deinde sententia inquiratur: quo facto, perfecta est expositio.

De modo legendi. Cap. X.

Modus legēdi in diuēdo constat. Omnis diuēdo incipit a finitū, & ad infinita vsq; progredit. Omne autem finitū magis notum est, & sciētia cōphensibile. Doctrina autē ab his quæ magis nota sunt incipit: & per eorū notitiam ad sciētiā eorū quæ latēt pringit. Præterea ratione inuestigam⁹: ad quam p̄prie pertinet diuēdo, q̄n ab vn̄uersalibus ad particularia descēdimus diuēdo, & singulorū naturas inuestigādo. Oē nāq; vn̄uersale magis est determinatum suis particularibus. Quādo ergo discim⁹ ab iis incipere debem⁹ quæ magis sunt nota & determinata: & cōplectētia: sicq; paulatim descendendo, & per diuisionem singula distinguēdo, eorū quæ continent naturam inuestigare.

De meditatione. Cap. XI.

Meditatio ē cogitatio frequēs cū cōsilio, quæ causam & originē, modū & vtilitatem vn̄ius cuiusq; rei prudētē inuestigat. Meditatio principū sumit a lectione: nullis tñ regulis stringit̄ aut p̄ceptis lectiōis. Delectat, n. quodam apto decurrere spatio: vbi liberā contemplāda veritati aciem affigat: & nūc has, nūc illas rerū causas p̄stringere: nūc autē profunda queq; penetrare: nihilq; anceps nihilq; obcurum relinquere. Principiū ergo doctrinæ est in lectione: consummatio in meditatione. Quam si quis familiarius amare didicerit, ei⁹ sapius vacare voluerit: iocundā valde reddit vitam: & maximā in tribulatione p̄stat consolatio nē. Ea, n. maxima est, q̄ animā a terrenorū actuum strepitu segregat: & in hac vita etiā æternæ quieris dulcedinem quodā modo p̄gustare facit. Cūq; iam p̄ ea q̄ facta sunt, eū qui fecit oia q̄rere didicerit, & itelligeret: tunc aim pariter & scia eru

dit & letitia perfundit: vnde fit: vt maximum fit in meditatione oblectamentum.

F Tria sunt genera meditationis. Vnū cōstat in circūsp̄ctione morū: aliud in scrutatione mandatorum: tertium in inuestigatione diuinorum operum. Mores sunt in vitiis & virtutibus. Mandatum diuinum, aliud præcipiens, aliud promittēs, aliud terrens. Opus dei est: & quod creat potētia, & qd moderatur sapientia, & qd cooperatur gratia. Quæ omnia quanta sunt admiratione digna, tanto magis q̄sq̄ nouit, quanto attentius dei mirabilia meditari consuevit.

De memoria. Cap. XII.

G Memoria hoc maxime in p̄nti p̄mittēdū nō eē existimo: q̄ sicut ignis diuidēdo inuestigat & inuenit, ita mēoria colligendo custodit. Oportet ergo vt quæ discendo diuisimus, cōmēdando memoriæ colligam. Colligere est ea de quibus prolixius vel scriptū vel disputatum est: ad breuem quandam & cōpendiosam summam redigere: quæ a maioribus epilogus, s. breuis recapitulatio supradictorum appellata est. Habet nāq̄ omnis tractatio aliquod p̄cipium cui tota rei veritas & vis sententiæ innititur, & ad ipsum cuncta alia referuntur: hoc querere & considerare colligere est. Vnus fons est, & multi riuuli: qui an fractus fluminum sequeris, tene fontem, & totum habes. Hoc idcirco dico: quoniam memoria hominis hebes est, & breuitate gaudet: & si i multa diuiditur, fit minor in singulis. Debem⁹ ergo in omni doctrina breue aliquid & certum colligere, qd in arcula memoriæ recōdatur, vnde post modum cum res exigit aliqua deriuent. Hoc etiam saepe replicare, & de v̄tre memoriæ ad palatum reuocare necesse est, ne longa intermissione obsolescat. Vnde rogo te o lector ne nimium lateris si multa legeris, sed si multa intellexeris: nec t̄m intellexeris, sed etiam retinere poteris. Alioqui nec legere multum prodest: nec intelligere. Quare superius me dixisse recolo, eos qui doctrinā operam dant, ingenio & memoria indigere.

De disciplina
Cap. XIII.



Sapiēs quidam cum de modo & forma discēdi interrogaretur. Mēs respondit humilis, studiū q̄rēdi, vita quietā, scrutinium tacitum, paupertas, terra aliena: Hæc referare solent, nō nulla obscura legenti. Audierat puto qd dictum est: mores ornant scientiā: & ideo p̄ceptis legēdi, p̄cepta quoq̄ viuēdi adiungit: vt & modū vitæ suæ & studii rationē lectorē agnoscat. Illaudabilis est scia, quā vita maculat ipudicia. Et idcirco sumopere cauēdū est: ei q̄ q̄rit scientiā, vt nō negligat disciplinā. De hūilitate. Ca. XIII.



Rincipium autē disciplinæ hūilitas est. cuius cū multa sint documenta, hæc tria p̄cipue ad lectorem pertinet. Primum vt nullam scientiā, nullam scripturam vilem teneat: scdm, vt a nemine discere erubescat: territi, vt cum scientiā adept⁹ fuerit, ceteros nō cōtēnat. Multos hoc decepit, q̄ añ tēp⁹ sapientes videri volunt. Hinc nāq̄ in quēdā elationis tumorē prorumpunt: vt iam & simulare incipiant qd non sunt, & quod sunt erubescere: eoq̄ lōgius a sapiētia recedūt q̄ nō esse sapiētes, sed putari volūt. Cuiusmodi multos noui, q̄ cū primis adhuc elementis indigeant, nō nisi summis interesse dignantur: & ex hoc solūmodo se magnos fieri putant, si magnorum & sapientium, vel scripta legerint, vel audierint verba. Nos inquit vidimus illos: nos ab illis legim⁹. Sape nobis loqui solebāt. Illi sūmi: illi famosi, cognouerūt nos. Sed v̄tinam me nemo cognoscat, & ego cūcta noueri. Platonē vidisse: nō intellexisse gl'amini? Puto idignū vobis ē descēps vt me audiat. Nō ego sū Plato, nec Platonē videre merui: sufficit vobis ipsum, phie fore potatis, sed v̄tinā adhuc fitiretis. Rex post aurea pocula: de vase bibit recteo. Quid erubescitis? Platonē audistis, audietis & Chrysippū. In puerbio dicit. Qd tu nō nosti, fortassis nouit asell⁹. Nemo est cui oīa scire datū sit, nec q̄q̄ rursum cui aliqd sp̄ale a natura accepisse nō cōtingerit. Prudēs igit̄ lector oēs libenter K audit, oīa legit, nō scripturā, nō p̄sonā: nō doctrinā sp̄nit. Indifferenter ab oībus qd

sibi deesse videt, querit: nec quātū sciat, sed quantum ignoret cōsiderat. Hinc illud Platonicum aiunt, Malo aliena veracunde discere, q̄ mea impudenteringere. Cur discere erubescis, & nescire nō verēcūdaris? Pudor iste, maior est illo. Aut quid summa affectas, cum tu iaceas in imo? Cōsidera potius, quid vires tuæ ferre valeant. Aptissime incedit, qui incedit ordiate. Quidam dum magnum saltum facere volunt, p̄cipitium incidunt. Noli ergo nimis festinare, hoc modo citius ad sapientiam pertinges. Ab omnibus libenter discere: quod tu nescis, quia humilitas cōmune tibi facere potest: quod natura cuiq̄ proprium fecit, sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris.

L Qui ab omnibus accipiunt, omnibus diatiores sunt. Nullam deniq̄ scientiam vilem teneas: quia omnis scientia bona est. Nullam si vacat scripturam vel saltē legem contēnas, quia si nihil lucraris, nec perdes aliquid, maxime cū nulla scriptura sit secūdū meam existimationem, quæ aliquid expetendum non proponat, si cōuenienti loco & ordine tractetur: quæ nō aliquid etiam speciale, habeat quod diligen- gens verbi scrutator alibi non inuētum, quāto rarius, tanto gratius carpat. Nihil tamen bonum est: quod melius tollit. Si omnia legere non potes, ea quæ sunt vtiliora lege: etiam si omnia legere potueris non omnibus tamen idem labor impendendus est: sed quædam ita legenda sunt ne sint incognita, quædam vero ne sint inaudita, quia aliquando pluris esse credimus qd non audiuimus: & facilius existimatur res cuius fructus agnoscitur. Videre nunc potes q̄ necessaria tibi sit hæc hūilitas, vt nullam scientiam vilipēdas & ab omnibus libenter discas. Similiter tibi quoq̄ expedit: vt cum tu aliquid sapere cōperis, ceteros non contēnas. hoc autem tumoris vitium hinc quibusdam accidit, q̄ suam scientiam nimis diligenter inspicunt, & cum sibi aliquid esse videri si fuerint, alios quos non nouerunt, tales nec esse nec potuisse fieri putant. Hinc etiam ebullit q̄ nugigeruli nūc quidam nescio vnde gloriātes, priores patres simplicitatis arguunt, & secum natam, secū morituram credunt sapientiam. In diu-

nis eloquiis ita simplicem modum loquēdi esse aiūt, vt in eis magistros audire nō oporteat: posse satis quicq̄ proprio ingenio veritatis arcana penetrare. Corrugant nasum, & valgium torquent in lectores diuinitatis: & non intelligunt q̄ deo inuiriā faciunt, cuius verba pulchro quidē vocabulo simplicitas: sed sensu prauo insipida prædicant. Non est mei consilii huiusmodi imitari. Bonus enim lector humilis debet esse & mansuet⁹: a curis inanis & voluptatum illecebris prorsus alienus: diligens & sedulus, vt ab omnibus libenter discat, nunq̄ de scientia sua p̄sumat: peruersi dogmatis authores quasi venena fugiat: diu rem pertrectare anteq̄ iudicet discat, non videri doctus sed esse discat, vel querat: dicta sapientium intellecta diligit, & ea semper coram oculis quasi speculum vultus sui tenere studeat. Et si qua forte obscuriora intellectū eius non admiserint: non statim in vituperium prorumpat, vt nihil bonum esse credat nisi quod ipse intelligere potuit. Hæc est hūilitas discipline legentium.

De studio quarendi.

Cap. XV.



Studium quarendi ad exercitū pertinet, i quo exhortatione magis q̄ doctrina lector indiget. Qui enim diligenter inspicere voluerit, qd antiqui propter amorem sapientiæ pertulerint: q̄ memoranda posteris virtutis suæ monimenta reliquerint. q̄libet suā diligentia inferiorem esse videbit. Alii calcauerunt honores, alii proiecerunt diuitias, alii acceptis iniuriis gaudebāt, alii penas spreuerunt: alii contubernia hominū deserētes & intimos recessus & secreta eremi penetrātes, soli se philosophiā dedicauerunt: vt eo contēplationi vacarent liberius, q̄ nullis q̄ virtutis iter impedire solent cupiditatibus, animū subiecissent. Parmenides plus, xv. annis in rupe egyptia confidisse legitur. Et Prometheus ob immodicam meditādū curā in mōre Caucaeso vulturi exposit⁹ mēorāt. Quia. n. sciebāt verū bonū nō i estimatiōe hoīm, sed in pura cōsciētia esse absconditū: & eos iā non hoīes esse: q̄ reb⁹ perituris inherens

tes bonū suū nō agnoscerent, ideo q̄tum mēte & intelligentia a ceteris differrēt, ipsa locorū distātia demonstrabāt, ne vna teneret habitatio, quos nō eadē sociabat intērio. Quidā philosopho cuidā referebat dicens. Nūqd nō vides, q̄ te deridēt homines? & ille. Ipsi me, inquit, derident, & eos asini. Cogita si potes quanti asti- mauerit laudari ab eis a quibus nec via tuperari timuit. De alio rursū legitur: q̄ post omnia disciplinarum studia, & ar- tium acūmina, ad opus figulī descende- rit: & alterius cuiusdam discipuli cū lau- dibus magistrum suum efferrēt: inter ca- tera nec sutorie peritia eū carere gloria- ti sunt. Hāc igitur diligētiam in nostris lectoribus esse vellem, vt nūq̄ in eis sene- sceret sapiētia. Sola Abisac sumamitis se- nem Dauid calefecit, quia amor sapiētia: etiā marcescente corpore dilectorem suū nō deserit. Omnes poēne virtutes corpo- ris mutantur in senibus: & crescente so- la sapiētia decrescunt cetera. Senectus em̄ illorum qui adolescentiā suam hone- stis artib⁹ instruxerint, etate fit doctior, vsu tritior, p̄cessu temporis sapiētiōr, & veterum studiorum dulcissimos fructus merit. Vnde & sapiēs ille vir grēcie The- mistocles cum repletis cētum septem an- nis se mori cerneret: dixisse fert sese do- lere q̄ egrederetur de vita quādo sapere cōpisset. Plato octogintaunius annorū scribens mortuus est. Socrates. xcix. ānos in docendū scribēdiq; dolore laboreq; cō- pleuit. Taceo ceteros philosophos, Pytha- goram, Democritum, Xenocratem, Zeno- nem, & Eleatem, qui iam etate longēua in sapiētiā studiis floruerunt. Ad poe- tas venio Homerum, Hesiodū, Simonidē Therfilochū, qui grādes natu cygneum nescio quid & solito dulcius vicina mor- te cecinerunt. Sophocles cū post nimiam senectutem, & rei familiaris negligentia a suis accusaretur amentia: Oedippi fa- bulam quam nuper scripserat, recitauit iudici: & tantū sapiētiā in etate iam fra- cta specimen dedit: vt seueritatem tribu- nalium in fauorem theatri conuerteret. Nec mirum cum etiā Cato censorius & Romani generis disertissimus iam senex grēcas literas discere, nec erubuerit, nec desperauerit. Certe Homer⁹ refert q̄ de

lingua Nestoris iam vetuli & poēne decre- piti dulcior melle oratio fluxerit. Ani- maduerte igit q̄tum amauerint sapiē- tiam, quos nec decrepita etas ab ei⁹ in- quisitione potuit reuocare. Ille igit tan- tus amor sapiētiā, tanta in senibus abū- dantia congrue etiā ex ipsius supradicti nominis interpretatiōe colligitur. Inter- pretatur em̄ Abisac pater me⁹ superflu⁹ vel patris mei rugitus: ex quo ostenditur abundantissimum, & vs̄tra humanam vo- cem in senibus diuini sermōis tonitruū cōmorari. Verbum nāq; superfluū in hoc loco plenitudinem non redundanciam si- gnificat. Porro sumamitis l̄ lingua nostra coccinea dicitur: quod satis conueniēter feruorem sapiētiā significare potest.

De quatuor reliquis præceptis, Cap. XVI.



Quatuor quæ sequuntur sic alternatim disposita sunt, vt alterum semper ad disciplinam, alterum ad exercitium spectet.

De quiete, Cap. XVII.



Ita quiete siue interior, vt mens per illicita de- sideria nō discurrat: siue exterior, vt ocium & opportunitas honestis & vtilibus studiis sup- petat, vtraq; ad disciplinam pertinet.

De scrutinio, Cap. XVIII.



Scrutinium autē, id est meditatio: ad exercitiū spectat. Videretur autem scrutinium sub studio querendū contineri.

Quod si verum est su- perfluū repetitur: cum in superiori parte annueratum sit. Sed sciendum est hāc inter hęc duo esse differentiam: q̄ stu- dium querendū instantiam significat ope- ris, scrutinium vero diligentiam medita- tionis. Opus peragunt labor & amor, cō- silium pariunt cura & vigilia. In labore est vt agas: in amore vt pericias. In cu- ra est vt prouideas: in vigilia vt atten- das. Isti sunt quatuor pedisequi qui portant lecticam philologiae, quia men- tem exercent, cui sapiētia præsidet.


3. Reg. 1.

Tactibus

R

Cathedra quippe philologiae: sedes est sa- piētiæ: quæ his suppositis gestari dicitur: quoniā in his se exercendo pmouet. Vnde de pulchre iuuenes propter robur a fron- te lecticā tenere dicitur: videlicet φιλος ἡ κόπος, Philos & kopos. i. amor & labor: quæ foris opus peragunt: a posteriori puella, videlicet ἐπιμελία ἡ ἀγρυπνία, Epimelia & agrypnia: quæ interpretantur cura seu diligētia & vigilia: quia intus in secreto cōsiliū pariunt. Sunt quidā qui putant per cathedrā philologiae humanū corpus significari, cui anima rationalis præsidet: quod ministri quatuor portāt. i. quatuor elemēta componūt. De quibus duo supe- riora. i. lignis & aer. actu & nomine mascu- lina sunt. Duo vero inferiora. i. terra & aqua, fœminina.

De paritate, Cap. XIX.



Arcitatem quoq; lecto- ribus suadere volunt. i. superflua non sectari: qd maxime ad disciplinam spectat. Pinguis. n. v̄ter (vt dicitur) sensum nō gignit acutū. Sed quid ad hoc scholastici nostri p̄pis rīdere poterūt, q̄ nō solū i stu- diis suis frugalitātē sequi contēnunt: sed etiā supra id qd sunt diuites videri labo- rāt. Nec itā qd didicerit q̄q; iactitat, sed qd expēderit. Sed fortassis suos magistros imitari volūt: de quibus qd digne dicā nō inuenio. De exilio, Cap. XX.




Ouidi⁹.

Ostremo terra aliena po- sita est, q̄ & ipsa quoq; hoīem exercet. Oīs mū- dus philosophatib⁹ exi- liū est. Quia tū, vt ait qd- dā, Nescio qua natale so- lū dulcedie cictos Ducit: & inmemores nō sinit eē sui: magnū virtutis p̄cipiū ē, vt discat paulatī exercitat⁹ anim⁹ visibilia hęc & trāsitoria primū cōmutare: vt post modū possit etiā derelinq̄re. Delicat⁹ ille est adhuc cui patria dulcis est. Fortis autē itā cui oē solū patria ē p̄fect⁹ vero cui mū- dus tot⁹ exiliū est. Ille mūdo amorē fixit: iste sparsit, hic extinxit. Ego a puero exu- laui: & scio quo mœrore animus arctum aliquando pauperis rugurū fundū dese- rat: quæ libertate postea marmoreos lares & tecta laqueata despiciat.

Libri quarti Capita.

De studio diuinarū scripturarū, Cap. I.
De ordine & numero librorū, Cap. II.
De authorib⁹ diuinorū librorū, Cap. III.
De bibliotheca, Cap. IIII.
De interpretibus, Cap. V.
De authorib⁹ noui testamētī, Cap. VI.
Quid sit apocripum, Cap. VII.
Ratio diuinorū librorum, Cap. VIII.
De nouo testamento, Cap. IX.
De canonibus euangeliōrum, Cap. X.
De canonibus conciliorum, Cap. XI.
Quatuor esse p̄cipales synodos, Cap. XII.
Qui bibliothecas fecerunt, Cap. XIII.
Quæ scripturæ sint authenticæ, Cap. XIII.
Quæ sint apocriphe scripturæ, Cap. XV.
Erymologie quorūdā ad lectionem perti- nentium, Cap. XVI.

De studio diuinarū scripturarum, Cap. I.



Cripturæ quæ vel de deo vel de bonis inuisi- bilib⁹ loquunt: nec omnes, nec solē diuine ap- pellandæ sunt. In libris siquī- dem gētīlium multa de eter- nitate dei, animarū immortalitate, & de vir- tutū premiis sempiternis, poēnisq; malo- rū, satis probabili ratione scripta inueni- mus: quos tali vocabulo indignos esse ne- mo dubitat. Rursus veteris & noui testa- mētī seriem percurrētes: rotā pene de præ- sentis vitæ statu & rebus in tempore ge- stis cōtextā cernimus: raro aliqua de dul- cedine æternorū bonorū & celestis vitæ gaudiis manifeste deprimi. Tū has scri- pturas diuinas appellare fides catholica solet. Philosophorū scripturæ, quasi luteus paries dealbatus, nitore eloquiū foris pol- lent. Quæ si quādo veritatis prætendunt speciem, falsa admiscendo, quasi quodam colore superducto luti erroris operiunt. Cōtra, diuina eloquiā aprissime fauo cō- paratur: quæ & propter simplicitatē ser- monis arida apparent: & intus dulcedine plena sunt: vnde cōstat q̄ merito tale vo- cabulū forrita sunt: quæ sola sic a falsita- tis cōtagione aliena inueniuntur: vt nihil

Veritati contrarium continere probentur. Scripturae divinae sunt, quas a catholicae fidei cultoribus editas, auctoritas uniuersalis ecclesiae ad eiusdem fidei corroboratio nem in numero diuinorum librorum computandas recepit, & legedas retinuit. Sunt praeterea alia plurima opuscula a religiosis uiris & sapientibus diuersis temporibus conscripta: quae licet auctoritate uniuersalis ecclesiae probata non sint: tamen quia a fide catholica non discrepant: & nonnulla etiam utilia docent: inter diuina computantur eloquia, quae fortasse enumerando melius quam definiendo ostenderitimus.

De ordine & numero librorum. Cap. II.

Mnis diuina scriptura in duobus testamentis continetur: ueteri uidelicet & nouo. Vtrumque testamentum tribus ordinibus distinguitur. Vetus testamentum continet legem, prophetas, agiographos. Nouum autem euangelium, Apostolos, patres. Primus ordo ueteris testamenti, id est lex quae Hebraei thorath uosant, pentateuchum habet, id est quinque libros Moysi. In hoc ordine primus est Genesis, secundus hellemoth, quae est Exodus, Tertius uaietra, quae est Leuiticus, Quartus uaietaber, quae est Numeri, Quintus adabarim, qui est Deuteronomius. Secundus ordo est prophetarum: hic continet octo uolumina. Primus Iosue bennun, id est filium Nun, qui & Iosue & Iesue, & Iesunaue nuncupatur. Secundum sophtim, qui est liber Iudicum. Tertium Samuel, qui est primus & secundus regum. Quartum Malachim, qui est tertius & quartus regum. Quintum Esaiam, Sextum Hieremiam, Septimum Ezechiel. Octauum thareastra, qui est duodecim prophetarum. Deinde tertius ordo, octo libros habet. Primus est Iob, Secundus Dauid, Tertius Masloth, quod graece parabole, latine prouerbia sonat, uidelicet Salomonis, Quartus coelech, qui est Ecclesiastes, Quintus, sira sirim, id est Cantica canticorum, Sextus Daniel, Septimus dabraiamin, qui est Paralipomenon. Octauus Hefdras. Nonus Hefter. Omnes ergo numero sunt, xxii. Sunt praeterea alii quidam libri, ut Sapientia Salomonis, liber Iesu filii Sirach, & liber Iudith, & Tobias, & libri Maccabaeorum, qui legitur quidem, sed non scribitur in canone.

Primus ordo noui testamenti, quatuor habet euangeliorum uolumina, Matthei, Marci, Lucae, & Ioannis. Secundus similiter quatuor: Epistolas Pauli numero, xiiii. sub uno uolumine contextas: & canonicas epistolas, Apocalypsim, & Actus Apostolorum. In tertio ordine primum habet locum decretalia, quos canones, id est regulas appellamus: deinde sanctorum patrum, & doctorum scripta Hieronymi, Augustini, Gregorii, Ambrosii, Isidori, Origenis, Bedae, & aliorum multorum orthodoxorum: quae tam in finita sunt, ut numerari non possint. Ex quo profecto apparet quantum in fide christiana feruore habuerunt: pro cuius assertionem tot & tanta opera memoranda posteris reliquerunt. Vnde nostra quoque pigritia arguitur, qui legere non sufficimus: quae dicere illi potuerunt. In his autem ordinibus maxime uirtuosus apparet conuenientia, quae sicut post legem prophetarum & post prophetas agiographi, ita post euangelium Apostoli, & post Apostolos doctores ordine successerunt. Et mira quadam diuina dispensationis ratione actum est, ut cum in singulis plebana & perfecta ueritas consistat, nulla tamen superiorum sit. Haec breuiter de ordine & numero diuinorum librorum perstrinximus, ut quae sibi sit praescripta materia lector agnoscat.

De auctoribus diuinorum librorum. Cap. III.

Vinque libros legis Moyses scripsit. Libri Iosue, id est Iosue cuius nomen inscribitur, auctor fuisse creditur. Liber Iudicum a Samuele editum dicitur. Prima pars libri Samuelis ipse Samuel scripsit: sequentia uero usque ad calcem, Dauid, Malachim Hieremias primum in unum uolumen collegit: nam atea sparsus erat per singulos regum historias. Esaias, Hieremias, Ezechiel, singuli suos libros fecerunt, qui scripti sunt nominibus eorum. Liber etiam, xii. prophetarum, auctorum suorum nominibus praenotatur: quorum nomina sunt Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ioannas, Micheas, Naui, Abacuch, Sophomias, Aggeus, Zacharias, & Malachias. Qui praeterea minores dicuntur: quia sermones eorum breues sunt: unde & uno uolumine comprehenduntur. Esaias autem & Hieremias, & Ezechiel, & Daniel, hi quatuor maiores, sunt

singulis suis uoluminibus distincti. Liber Iob alii Moysen, alii unum ex prophetis, non nulli ipsum Iob scripsisse creditur. Liberum psalmodum Dauid edidit: Hefdras autem postea ita ut nunc sunt ordinatae: & titulos addidit. Parabolas autem & Ecclesiastem & Cantica canticorum Salomon composuit. Daniel sui libri auctor fuit. Liber Hefdras auctoris sui titulo praenotatum: in cuius textu eiusdem Hefdrae Neemeae sermones pariter continentur. Liber Hefter Hefdras conscripsit. Liber Sapientiae apud Hebraeos nunc est: & ipse stylus graecum magis eloquentiam redolet. Hinc quidam Iudei Philonis esse affirmant. Liber Ecclesiasticum certissime Iesus filius Sirach Hierosolymita, nepos Iesu sacerdotis magni (cuius meminit Zacharias) composuit. Hic apud Hebraeos reperitur: sed iter apocryphos habet. Iudith uero & Tobias, & libri Maccabaeorum quorum (ut testatur Hieronymus) secundus magis graecum esse probatur, quibus auctoribus scripti sunt minime constat.

De bibliotheca. Cap. III.

Bibliotheca de graeco nomen accepit: eo quod ibi libri recedant. Nam bibliotheca repositorium interpretatur. Bibliotheca ueteris testamenti Hefdras scriba post incensam legem a Chaldeis, dum Iudaei regressi sunt in Hierusalem, diuino afflatus spiritu reparauit: cuiusque legis ac prophetarum uolumina quae fuerant a gentibus corrupta, correxit: totisque ueteris testamentum in uigintiduos libros constituit: ut tot libri essent in lege, quot habebant & litterae. Porro quae litterae duplices apud Hebraeos sunt, caput, mem, num, phe, sade. Alii tamen eam per has scribitur principia medietate resque uerborum, aliter fines. Unde & quilibet a plerisque duplices existimant. Samuel, Malachim, Dabreiamin, Hefdras, Hieremias cum cynorh, id est lamentationibus eius.

De interpretibus. Cap. V.

Interpres ueteris testamenti, primum septuaginta, quos Ptolemeus cognomine Philadelphus rex Aegypti omni litteraturae sagacissimus, cum Pisistratum Atheniensem tyrannum, qui primus apud Graecos bibliothecam instituit, & Seleucum Ni-

cauorem, & Alexandrum, & ceteros priores qui sapientiae operam dederunt, studio bibliothecarum emularet: non solum gentium scripturas, sed etiam diuinas literas in sua bibliotheca conseruauit: ut septuaginta milia librorum in tempore eius Alexandriae inuenirentur, ab Eleazaro Pontifice praeterea scripturas ueteris testamenti in graecam uocem ex hebraica lingua interpretari fecit. Sed singuli in singulis cellis separati, ita omnia per spiritum sanctum interpretati sunt, ut nihil in alicuius eorum co-dice inueniri esset, quod in ceteris uel in ueterum ordine discreparet: propter quod una est eorum interpretatio: sed Hieronymus dicit huic rei non esse adhibendam fidem. Secundam & tertiam & quartam quoque primum, id est Aquila, Symmachus, & Theodocion: quorum primum, id est Aquila Iudeus fuit, Symmachus uero & Theodocion Ebionitae heretici. Obtinuit tamen usus ut post septuaginta interpretes ecclesiae Graecorum eorum recipere exemplaria, & legerent. Quarta est uulgaris: cuius auctor ignotatur: unde specialiter sibi uendicauit, ut quarta appellaretur. Sexta & septima est Origenis: cuius codices Eusebius & Paphilus uulgauerunt. Octaua est Hieronymi, quam merito ceteris antefertur: nam & uerborum tenacior est, & perspicuitate sententiae clarior.

De auctoribus noui testamenti. Cap. VI.

Lures euangelia scripserunt: sed quidam sine spiritu sancto magis conati sunt ordinare narrationem, quam historiae texere ueritatem. Vnde sancti patres per spiritum sanctum docti: quatuor tamen in auctoritate receperunt ceteris reprobatis, id est Matthei, Marci, Lucae, & Ioannis, ad similitudinem quatuor fluminum paradisi, & quatuor uentium arcae, & quatuor alicuius in Ezechiele. Primum Mattheus euangelium suum scripsit hebraice. Secundus Marcus graece. Tertius Lucas inter omnes euangelistas graeci sermonis eruditissimus, prope ut medicus, in Graecia euangelium scripsit Theophilus episcopus, ad quem etiam Actus Apostolorum idem scripsit. Quartus & ultimus Ioannes euangelium scripsit. Paulus, xiiii. scripsit epistolas: decem ad ecclesiam, quatuor ad personam. Ultima autem ad Hebraeos plerique dicunt non esse Pauli: eandemque alii Barnabae scripsisse alii Clementem suspicant. Canonicae epistolae septem sunt: una Iacobi, duae Petri,



D

E

G

H



K



M

tres Ioannis, vna Iude, Apocalypsim scripsit Ioannes Apostolus in Parthos insulam exilio relegatus.

¶ Cetera esse apocripha & quid sit apocriphum. Cap.VII.

NI sunt scriptores sacrorum librorum, qui per spiritum sanctum loquentes ad eruditionem nostram precepta viuendi regulam descripserunt. Preter haec alia volumina apocripha nuncupantur. Apocripha autem dicta sunt secreta, quia in dubium veniunt. Est enim eorum occulta origo, nec patet patribus, a quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum certissima & notissima successione peruenit. In his apocriphis & si inueniuntur aliquid veritas, tamen propter multa falsa nulla est in eis canonica auctoritas: quae recte iudicant non esse eorum credenda, quibus ascribuntur. Nam multa & sub nominibus prophetarum & recetiora sub nominibus Apostolorum ab haereticis perferuntur: quae omnia nomine apocriphorum ab auctoritate canonica diligentem examinatione remota sunt.

¶ Ratio diuinorum librorum. Cap.VIII.

Omnitudo entateuchum, a quo voluminibus dicitur. Petrus enim graece, quoque teuchos volumine vocatur. Genesis eo dicitur quod gentium saeculum in eo continetur. Exodus ab exitu filiorum Israel de Aegypto. Leviticus eo quod leuitarum ministeria & diuersitate victimarum exegitur. Numerorum liber vocatur, eo quod in eo egressus de Aegypto tribus enumerantur: & XLIIII per eum mansiones. Deuterus, verbum graecum est trissyllabum, & interpretatur secundus: nomen interpretatur lex. Inde dicitur est Deuteronomus, quasi secunda lex: quia in eo replicantur ea quae in praecedentibus tribus diffusim dicta sunt. In libro Iosue quae Hebraei Iosue bennu dicunt: terra promissionis populo diuisa. Liber Iudicum dicitur est a principibus qui iudicabant populum Israel, antequam reges essent in eodem populo. Huic quaedam copingunt historia Ruth sub vno volumine. Liber Samuel dicitur est, quia natiuitate eius & sacerdotium & gesta describit. Qui licet etiam historia Saul & Dauid continerentur: utriusque tamen ad Samuelem referuntur: quia vnixit utrumque. Malach hebraice, latine regum interpretatur: vnde dicitur est Malachim, per eo quod reges Iude & Israelite gentis,

gestaque eorum per ordinem digerat. Esaias etiam per gelista potiusque propheta edidit librum suum: cuius omne contextum eloquentie prosa incedit. Canticum vero hexametro & pentametro versu discurret. Hieremias similiter librum suum cum threnis quos lameta vocamus, eo quod in tristioribus rebus funebribusque adhibeantur: in quibus quadruplex diuerso metro compositus fuit alphabetum: quorum duo prima quasi sapphico metro scripta sunt: quae tres versiculos qui sibi nexi sunt, & ab vna tamen littera incipiunt, heroicum comae concludit. Tertium alphabetum trimetro scriptum est: & a ternis litteris, iidem terni versus incipiunt. Quartum alphabetum sile primo & secundo habetur. Ezechiel principium & finem, obscuriora habet. Vnum est volumen XII, prophetarum. Principia & fines libri Iob apud Hebraeos personae contexta sunt. Media autem ipsi ab eo loco quo ait: pereat dies in qua natus sum: usque ad eum locum ubi ait: iccirco ipse me reprehendo & ago poenitentiam: omnia heroico metro discurret. Psalmorum liber graece psalterium, hebraice nabla, latine organum dicitur. Ideo autem vocatur psalterium quod vno propheta canente ad psalterium chorum consonando respondeat. Hunc librum quoque incisionibus & vno psalmodii volumine comprehendunt. Psalmorum Dauid compositus, sed Esdras postea ordinauit. Omnes autem psalmi & lamentationes Hieremiae & omnia ferme scripturarum cantica, apud Hebraeos metrica composita sunt: ut testantur Hieronymus, Origenes, Iosephus, Eusebius, Caesariensis. Nam in more Quinti Flacci Latini, & Pindari Graeci, nunc alii iam currunt, nunc sapphico nitent, trimetro vel tetrametro incedentes. Tribus nominibus vocatum esse Salomonem scriptura manifestissime docet: Idida, id est dilectum dicitur: quia eum dilexit dominus: Goeleth, id est ecclesiasten: Ecclesiastes autem graeco sermone appellatur, quod coertum, id est ecclesiam congregat: quem nos nuncupare possumus conacionatorum, qui loquitur non ad vnum specialem, sed ad totam concionem populi. Porro Pacificus vocatus est, eo quod in regno eius pax fuerit. Istaque iuxta numerum vocabulorum tria edidit volumina: primum quod hebraice masloth, graece parabole, latine puerbia inscribitur: eo quod in ipso sub comparatiua similitudine figurarum verborum, & imagines veritatis ostenderit. Quae videlicet parabola in fine ab eo loco in quo ait: Mulierem forte quis inueniet,

alphabeto textum: sicut lamentationes Hieremiae, & cetera quaedam scripturae cantica. Secundum quod hebraice coeleth, graece ecclesiastes, latine concionator dicitur, eo quod sermo eius non specialiter ad vnum, sicut in proverbiiis, sed ad vniuersos generaliter, quasi ad totam concionem & ecclesiam dirigatur. Tertium sira, id est cantica cantorum: quod est quasi epithalamium, id est carmen nuptiale Christi & ecclesiae. In proverbiiis parvulum docet: & quasi in officio eius per sententias erudit: vnde & ad filium eius crebro sermo repetitur. In ecclesiaste vero maturae viri etatis instituit, ne quocumque in mundum putet esse perpetuum, sed caduca & breuia vniuersa quae cernimus. Ad extremum iam consummatum virum & calcatum saeculo preparatum in cantico canticorum sponsi iungit amplexibus. Haud proculdubio ab hoc ordine doctrinarum, & philosophi suos sectatores erudiunt, ut primum Ethicam doceant: deinde Physicam interpretentur: & quae in his praefecisse praesaxerint, ad theologia usque perducant. Daniel apud Hebraeos non inter prophetas sed inter agiographos habetur. Hunc secundum LXX in interpretibus catholica ecclesia non legit, eo quod multum a veritate discordet. Daniel maximus & Adras propheta & vna pars Hieremiae, hebraicis quidem litteris, sed chaldaico sermone conscripti sunt. Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habet societatem, Daniel apud Hebraeos nec Susanna habet historia, nec hymnum trium pueroque, nec Beli draconisque fabulas. Paralipomenon graece dicitur quod nos praemissorum vel reliquorum dicere possumus: quia ea quae in lege vel regum libris vel omnia vel non plene relata sunt, in isto summam ac breuiorem repliant. Hic hebraice dicitur dabraiamin: quod interpretatur verba diuertit: quod significat? Chronicon totum diuinae historiae possumus appellare. Liber Esdrae quartus est, in quo eiusdem Esdrae Neemiisque sermones sub vno volumine continentur. Secundus tertius & quartus apocriphi sunt, Liber qui Sapientia Salomonis inscribitur, ideo sapientia vocatur, quia in eo Christi aduersus (qui est sapientia patris) & passio euidenter exprimitur. Liber Iesu filii Sirach ideo ecclesiasticus dicitur, quod de totius ecclesiae disciplina religiose conuersationis, magna cura & ratione sit editus. De his duobus Hieronymus sic dicit, Fertur parnetos Iesu filii Sirach liber, & alii pseudo-

graphus, qui sapientia Salomonis inscribitur: quorum primorum hebraicum reperit, non ecclesiasticum apud nos, sed parabolas praenotatum. Cuius iusti erant ecclesiastes & cantica canticorum, ut similitudinem Salomonis, non solum librorum numero, sed etiam materiarum genere coequarent. Secundus apud Hebraeos nusquam est, quia & ipse stylus graecam eloquentiam recedat. Et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudei Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith & Thobie & Maccabaeorum libro legitur quidem ecclesia: sed iter canonicas eos scripturas non recipit: sic & haec duo volumina legat ad aedificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmanda. Quod ergo viginti duo elementa sunt, per quae hebraice scribimus omne quod loquimur, & eorum initium vox humana comprehendit: ita viginti duo volumina superantur, quibus quasi litteris & exordium in dei doctrina tenera adhaec & lactens viri iusti eruditur infantia. Quidam historiam Ruth & lamentationes Hieremiae seorsum per se iter agiographa computantes, & hos duos praecedentes viginti duos addentes, viginti quatuor veteris legis libros numerant: figura & numero viginti quatuor scannorum, qui in Apocalypsi agni adorantur.

¶ De nouo testamento.

Cap.IX.

Sicut omnis scriptura veteris testamenti lex appellari potest, specialiter tamen libri Moysi quoque lex dicitur: ita generaliter totum novum testamentum euangelium dici potest: sed tamen specialiter ista quatuor volumina, Matthei, Marci, Lucae, atque Ioannis: in quibus facta & dicta Saluatoris plane explicantur, nuncupari meruerunt. Euangelium interpretatur bonum nuntium, quia aeterna bona promittit: non terrenam felicitatem, ut vetus testamentum sine littere intellectum.

¶ De canonibus euangeliorum.

Cap.X.

Anones euangeliorum. Ammonius Alexandriensis primus excogitauit, postea Eusebius Caesariensis sequutus plenus compositus: quod ideo facti sunt, ut per eos

inuenire, & scire possum⁹ q reliquorū euāgelistarū silia aut ppria dixerūt. Sūt autē numero decē, quorū primus cōtinet numeros in qbus qtuor eadē dixerūt: Mattheus, Marcus, Lucas, Ioānes. Secundus in qbus tres, Matthe⁹, Marc⁹, Lucas. Tertius in qb⁹ tres, Matthe⁹, Lucas, Ioānes. Quartus in qbus tres, Mattheus, Marcus, Ioānes. Quint⁹ in qbus duo Marcus, Lucas. Sext⁹ in qbus duo, Matthe⁹, Marcus. Septim⁹ in qbus duo, Matthe⁹, Ioānes. Octauus in qbus duo, Lucas, Marcus. Non⁹ in qbus duo, Lucas, Ioānes. Decim⁹ in qbus singuli eorū ppria quedā dixerūt, Quorū expositio hec est. Per singulos em euangelistas numer⁹ quidā capitulis affix⁹ adiacet, qbus numeris subdita est area quedā in imo norata: que indicat in quo canone posit⁹ sit numer⁹ cui subiecta ē area. Verbi gra. Si est area prima in primo canone. Si secūda in secūdo, si tertia i tercio, & sic p ordinē vsq ad decimū peruenies. Si igr aperto quolibet euāgelio placuerit scire q reliquorū euāgelistarū silia dixerint, assuues adiacentē numerū capuli, & requies ipm numerū in suo canone quē indicat, & ibi inuenies q & qd dixerint: & ita demū in corpe ingita loca, que ex ipsis numeris indicantur per singula euāgelia de eisdem dixisse inuenies.

De canonibus conciliorum. Cap. XI.

Anon autē græce, latine regula interpretat. Regula autē dicta, q recte dicit, nec aliqñ aliorū trahit. Alii dixerūt regulā dictā, vel q regat, vel q normā recte viuēdi præbeat, vel q distortū prauitq corrigat. Canones autē, gñaliū cōciliorū, a tpibus Cōstātini cōpserūt. In pcedētibus nāq annis, psecutiōe feruente docēdarū plebiū minime dabat facultas: inde christianitas in diuersas scissa hereses est: qā nō erat i cōmeat⁹ epīs i vnū cōueniēdi nisi tpib⁹ supradicti Impatoris, Ipse, n. dedit facultatē christianis libere cōgregādī. Sub hoc etiā sancti p̄s in cōcilio Niceno de oī orbe terrarū cōueniētes, iuxta fidē euāgelicā & apostolicā, sciscidū, post Aplos, symbolū tradiderūt.

Quatuor esse principales synodos. Cap. XII.

Anter cætera autē cōcilia quatuor sūt venerabiles synodi, quæ totā p̄cipaliter fidē cōplectūtur qñ euāgelia, vel totidē paradisi flumina. Harū prima Nicena synodus trecetorū, xviii. eporum Cōstātino Augusto imperāte peracta est: in qua Arriane perfidię cōdemnata blasphemia quā de inequalitate sanctę Trinitatis idē Arrius assererebat: cōsubstātiāle deo patri deū filiū, eadē sancta synodus p symbolū definiuit. Secūda synodus, cl. patrū sub Theodosio seniore Cōstātino polim cōgregata est, que Macedoniū spiritū sanctū negātē deū esse cōdemnās, cōsubstāntialem patri & filio spiritū sanctū demonstrauit: dans symboli formā quā tota Græcorū & Latinorū cōfessio in ecclesiis p̄dicat. Tertia synodus ephesina p̄ria, cc. eporū sub iuniorē Theodosio Augusto edita est: q Nestorū duas psonas in Christo asserētē iusto anathemate cōdemnauit, ostēdēs in duab⁹ naturis vnā dñi nōstri Iesu Christi personā. Quarta synodus Chalcedonēsis, dc. xxx. sacerdotū, sub Marciano principē habita est: in qua Euticem Cōstātinopolitanū abbatem, verbi dei, & carnis vnā naturā pnūciantē, & ei⁹ defensorē Dioscorū quedā Alexandrinū ep̄m, & ipm rursū Nestorū cū reliq⁹ hæreticis, vna patrū sentētia p̄dnauit, p̄dicans eadē synodus Christū deū sic natū de virgine, vt in eo substātiā & diuine & humane cōfiteant naturę. Hę sunt qtuor p̄cipales synodi, fidei doctrinā plenissime p̄dicātes. Sed & siqua sunt cōsilia quæ sancti patres spiritu dei pleni sanxerūt: post istarū quatuor authoritatē omni manēt stabilita vigore: quorū gesta in hoc opere cōtinent cōdita. Synodū autē ex græco interpretari comitatū vel cœtū. Cōciliū vero nomē tractū ex more Romano. Tēpore em quo causę agebantur, cōueniebant omnes in vnum, cōmuniq⁹ intentiōe tractabāt. Vnde & cōciliū a cōmuni intēntione dictū, quasi cōsidiū. Nā cilia oculorū sunt integumēta. Vnde & cōsidiū cōsiliū, d in l litera trāseūte. Cœtus vero cōuētus est, vel cōgregatio a cœuōdo, i. cōueniēdo in vnū. Vnde & cōuētus: est nūcūpatus: sicut cōuentus cœtus cōciliū, a fo-

licentia.

Cietate multorū in vnum. Epistola græce missa interpretat latine. Epistola canonice, i. regulares, que etiā dicuntur catholice, i. vniuersales: qā non vni tm populo, vel ciuitati, sed vniuersis gētib⁹ generaliter scriptę sunt. Actus Aplos primordia fidei christianę in gētib⁹, & nascētis ecclesię historiā digerunt, & Apostolorū gesta narrāt: vnde etiā actus Aplos vocantur. Apocalypsis ex græco in latinū reuelatio interpretatur: iuxta quod Ioannes dicit. Apocalypsis Iesu Christi, quā dedit illis deus palam facere seruo suo Ioanni.

Qui bibliothecas fecerūt. Cap. XIII.

D Pud nos Pāphilus martyri, cui⁹ vitā Eusebi⁹ Cæsariensis cōscripsit, Pisis stratū in sacre bibliothecę studio adæquare cōtendit. Hic em in bibliotheca sua prope triginta milia voluminū habuit. Hieronym⁹ quoq atq Gennadi⁹ ecclesiasticos scriptores toto orbe queren tes ordine psecuti sunt: eorūq studia in vno voluminis indiculo cōprehēderūt.

Quæ scripturæ sunt authenticę. Cap. XIII.

De nostris apud Græcos, Origenes in scripturā rū labore tam Græcos q Latinos operū suorū numero superauit. Deniq Hieronymus sex milia librorū eius se legisse fatet. Horū tm oīm studia Augustin⁹ ingenio vel sciētia sua vicit. Nā tāta scripsit, vt dieb⁹ ac noctib⁹ nō solū scribere librose eius qñ, sed ne legere quidē accurate valeat. Scripserūt & alii catholici viri multi, & signia opera: Athanasius Alexandrinus episcopus, Hilarius Pictaueſis episcopus, Basilus Capadocenus episcopus, Gregori⁹ theologus, & Gregori⁹ Nazanzenus ep̄s, Ambrosius Mediolanēsis ep̄s, Theophilus Alexandrinus ep̄s, Ioānes Cōstātinopolitanus ep̄s, Cirillus Alexandrinus ep̄s, Leo papa, Proculus, Isidorus Hispanensis, Beda, Cyprianus martyr, & Charthagenensis ep̄s, Hieronymus sbyter, Origenes, cuius scripta nec oīno refutat: nec per oīa recipit ecclesia, Orosius, Sedulius, Prudēt⁹, Iuuēcus, Arator, & Ruphinus, q multos libros edi-

dit: & interpretatus est quasdam scripturas. Sed qm beat⁹ Hieronym⁹ in aliquibus eū de arbitriū libertate notauit: illa sentire debemus, que & Hieronym⁹. Gelasius etiā fecit quinq⁹ libros aduersus Nestorū & Euticē: & tractatus in modū Ambrosii. Itē libros, ii. aduersus Arriū. Fecit etiā sacramētorū præfata: & orationes & epistolas fidei, Dionysius Ariopagita, ep̄s ordinatus Corinthiog, multa ingenii sui volumina reliquit. Itē chronica Eusebi⁹ Cæsariēsis atq eiusdē historie ecclesiastice libri, quīs in primo narrationis suæ libro tepuerit: & post in laudib⁹ atq excusatione Origenis schismatici vnū cōscripserit librū: ppter rerū tm singularē notitiā, que ad istructionē p̄tinet, nō vsq⁹ quaq ecclesia refutat. Cassiodor⁹ quoq q in explana tiōe Psalmorū satis vile op⁹ scripsit. Sūt adhuc & alii multi, quorū noīa hic taceo.

Quę sint apocriphę scripturę. Ca. XV.

Minerariū nomē Petri apli: qd appellat sancti Clemētis, lib. viii. apocriphi. Actus Andreę apli apocriphus. Actus noīe Thomę ap. Euāgelia nomine Barnabę apli ap. Euāgelia nomine Thomę apli ap. Euāgelia noīe Andreę apli ap. Euāgelia que falsauit Lucian⁹ ap. Euāgelia que falsauit Tiriū ap. Liber de infantia Saluatoris ap. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, vel de obstetrice eius apoc. Liber qui appellat pastoris ap. Libri oēs quos fecit Leuti⁹ discipulus diaboli ap. Liber q appellat fundamētū ap. Liber q appellat thesaur⁹ ap. Liber q est de filiabus Adę vel Genesis ap. Cētimetrū de Christo Virgilianis cōpāginatū versib⁹ ap. Liber q appellat act⁹ Teclę & Pauli ap. Liber qui appellat nepotis ap. Liber prouerbiorū ab hæreticis cōscript⁹, & sancti Sixti noīe signat⁹ ap. Reuelatio que appellat Pauli ap. Reuelatio que appellatur Thomę apostoli ap. Reuelatio que appellatur Stephani ap. Liber qui appellatur transitus sanctę Marię ap. Liber qui appellat poenitētia Adā ap. Liber Diogē noīe gigātis q post diluuiū cū dracone ab hæreticis pugnaſse phibet ap. Liber qui appellat testamentū Iob ap. Liber q appellat poenitētia Origenis ap.

Liber qui appellatur poenitentia Cypriani apocriphus. Liber qui appellatur Iane, & Mambre ap. Liber qui appellat fors Apostolorum ap. Liber Lufan ap. Liber canonum Apostolorum ap. Liber phisiologus ab hereticis conscriptus, & beati Ambrosii nomine praesignatus ap. Historia Eusebii Paphylis ap. Opuscula Tertulliani, siue Africani ap. Opuscula Posthumiani & Galli ap. Opuscula Montani & Priscille, & Maximille ap. Omnia opuscula Faustii Manichei ap. Opuscula alterius Clemetis Alexandrini ap. Opuscula Cassiani presbyteri Gallicani ap. Opuscula Victorini Pictaueusis ap. Opuscula Faustii Reginensis ap. Opuscula Frumentii ap. Epistola Iesu ad Abagarum ap. Passio Ciriaci & Iulite ap. Passio Georgii ap. Scripturae quae appellantur Salomonis contradictio ap. Philacteria omnia quae non ab angelo, ut illi consingunt, sed magis a demone conscripta sunt ap. Hac & his similia quae Simon Magus, Nicolaus, Cherynthus, Marcion, Basilides, Chion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus, & Bonosus, qui simili errore defecerunt. Moranus quoque cum suis obscenissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, Manicheus, Faustus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Fabarius, Calixtus, Donatus, & Eustathius, Nibianus, Pelagius, Iulianus, & Laciensis, Coelestinus, Maximianus, Priscillianus ab Hispania, Lampadius, Dioscorus, Euticius, Petrus & alter Petrus: e quibus vnus Alexandria, alter Antiochia maculauit. Acharius Constantinopolitanus cum consortibus suis, necnon & oes hereses quas ipsi eorumque discipuli siue schismatici docuerunt vel scripserunt: quorum noia minime retinemus: non solum repudiata, verum etiam ab omni catholica & Romana ecclesia eliminata, atque cum suis authoribus authorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in aeternum consistemus esse damnata.

Quaedam etymologiae dictionum ad lectionem pertinentium. Cap. XVI.

H



Odex multorum librorum est: liber vnus voluminis: & dictus codex per translationem a codicibus arborum seu vitium quasi caudex, quod in se multitudine librorum quasi ramorum contineat. Vo-

lumen dei a voluendo. Liber est iterior cortex arboris, in quo antiquae versus chartae vel membranae scribere solebant. Unde scriptores librariorum vocabant: unde dictus est liber volumen. Schemata cuius diminitiuus est schedula graeci nomen est. Et de schedula proprie quae adhuc emendatur: & necdum in libros redactum est. Cartarum versus primus apud Memphis ciuitate Aegypti inuentus est. Dicta autem carta quae carprum papiri tegmen decerptum glutinatur, & sic charta conficitur: cuius genera plura sunt. Pergamenum dicitur a Pergamio, ubi inuentum est. Dicuntur etiam membranae: quia ex membris pecudum detrahuntur. Fiebant autem membranae primum lutei coloris: postea Romae candida membranae reperire sunt. Homilia dei quasi sermo popularis: sicut ubi verbum fit ad populum. Tractatus est vnus rei multiplex expositio. Dialogus est collatio duorum vel plurium: Latini sermonem dicunt. Sermo autem dicitur, quia feritur inter versus. Commentaria dicta quasi cum mente, vel a comminiscor. Sunt enim interpretationes, ut commentaria iuris vel euangelii. Dicunt quidam commenta appellanda gentium librorum: expositiones autem diuinorum. Glossa graecum est, & interpretatur lingua: quia quodammodo loquitur significationem subiectae dictionis. Hanc philosophi aduerbum dicunt: quia vocem illam de cuius re querit, vno & singulari verbo designat: verbi gratia: ut conticescere est tacere.

χρῆσις
gracis,
nobis
charta
scribit.

K

† aduer-
bium.

Libri quinti Capita.

- De quibusdam sacrae scripturae proprietatibus praemonitio. Cap. I.
- De triplici intelligentia. Cap. II.
- Quae res etiam significant in diuina scriptura. Cap. III.
- De septem regulis. Cap. IIII.
- Quid studium impediatur. Cap. V.
- Quis sit fructus diuinae lectionis. Cap. VI.
- Quomodo legenda sit scriptura diuina ad correctionem morum. Cap. VII.
- Lectionem esse incipientium, opus perfectorum: & quid monacho competat. Cap. VIII.
- De quinque gradibus, quibus exercetur virtus iustorum. Cap. IX.
- De tribus generibus legentium seu lectorum. Cap. X.

De quibusdam sacrae scripturae proprietatibus praemonitio. Cap. I.



Non debet onerosum esse studio lectori, quod tam varie multipliciterque numerum & ordinem & vocabula diuinorum librorum tractamus: quae saepe accidit ut haec minima ignorata, magnarum rerum & vtilium notitiam obscurant. Quapropter semel se expediat lector, ut his quasi quibusdam clauis, prima fronte referatis, libero gressu possit deinde propositum iter currere: ne in singulis libris noua rudimenta quaerere oporteat. His ergo expeditis: deinceps caetera quae ad propositum opus valere videbuntur tractabimus.

M

De triplici intelligentia. Cap. II.



Rimo omnium intelligentium est quod diuina scriptura triplicem habet modum intelligendi, id est historiam, allegoriam, tropologiam. Sane non omnia quae in diuino reperitur eloquio ad hanc triplicem interpretationem: ut singulae historiae, allegoriae, & tropologiae simul continere credantur. Quod etsi in multis congrue assignari possit: vbique tamen obseruare aut difficile est, aut impossibile. Sicut enim in citharis & huiusmodi organis musicis non quidem omnia quae tanguntur canorum aliquid resonant, sed tantum chorde: caetera tamen in toto citharae corpore ideo facta sunt, vt essent vbi conuenerent, & quo tenderetur illa quae ad cantilenae suauitatem modulaturus est artifex: ita in diuinis eloquiis quaedam posita sunt quae tantum spiritualiter intelligi volunt: quaedam vero morum grauitati deseruiunt: quaedam etiam secundum simplicem sensum historiae dicta sunt: nonnulla autem quae & historice & allegorice & tropologice conuenienter exponi possunt. Unde modo mirabili oculo diuina scriptura ita per dei sapientiam conuenienter suis partibus aptata atque disposita est, vt quicquid in ea continetur, aut vice chordarum spiritualis intelligentiae

suauitatem personae: aut per historiae seriem & literae soliditatem mysteriorum dicta spatium posita continens, & quasi in vnico coniectens ad modum ligni concinaui super extensas chordas simul copulet, earumque sonum recipiens in se, dulcior auribus referat: quem non solum chorda edidit, sed & lignum modulo corporis sui forma uir. Sic & mel in fauo gratius. Et quicquid maiori exercitio queritur maiori etiam desiderio inuenitur. Oportet ergo tractare sic diuinam scripturam, vt nec vbique historiae, nec vbique allegoriae, nec vbique quartam tropologiae: sed singula in suis locis, prout ratio postulat, competenter assignare. Saepe tamen in vna eademque litera omnia reperiri possunt: sic vt historiae veritas & mysticum aliquid per allegoriae insinuet, & quod agendum sit pariter per tropologiae demonstret.

Quae res etiam significant in diuina scriptura. Cap. III.



Sciendum est etiam quod in diuino eloquio non tantum verba, sed etiam res significantur: quod modus non adeo in aliis scripturis inueniri solet. Philosophus solam vocem nouit significatio: nem: sed excellentior valde est rerum significatio, quae vocum: quia hanc versus instituit, illam natura dictauit. Hac hominum vox est, illa vox dei ad homines. Hac prolata perit, illa creata subsistit. Vox tenuis est nota sensuum: res diuinae rationis est simulacrum. Quod ergo sonus oris, qui simul subsistere incipit & desinit, ad rationem mentis est: hoc omne spatium temporis ad aeternitatem. Ratio mentis intrinsecum verbum est, quod sono vocis, id est verbo extrinseco manifestatur: & diuina sapientia quam de corde suo pater eructauit in se inuisibilis per creaturas, & in creaturis agnoscitur. Ex quo nimirum colligitur quod profunda in sacris literis requirenda sit intelligentia: vbi per vocem ad intellectum, per intellectum ad rem, per rem ad rationem, per rationem peruenitur ad veritatem. Quod dum quidam minus docti non considerant: nullam in eis esse subtilitatem existimant, vbi exerceri possint intelligentiae: & ob hoc ad Apostolorum scripturas se transferunt: quia profecto nihil aliud

ibi concipiunt nisi sola literę superficię, virtutem veritatis ignorantes. Quę aut reru si gnificatione sacra vtantur eloquia, breui quoda & aperto exęplo demõstrabim⁹, dicit scriptura. Vigilate qa aduersarius vester diabolus tanq leo rugies circuit. Hic si dixerimus leonę significare diabolũ: nõ vocę, sed rem intelligere debemus. Si em duę hæ voces. i. est diabolus & leo, vnã & eadem rem significat, incõpetens est similitudo eiusdę rei ad seipsam. Restat ergo vt hæc vox leo animal ipsm significet, animal vero diabolũ designet: & cetera oĩa ad hũc modũ accipiẽda sunt, vt cũ dicimus vermẽ, virulũ, lapidẽ, serpentẽ, & alia huiusmodi, Christum significare.

De septem regulis. Cap.III.

Yllud quoq; diligenter attendẽdũ est, qd septę esse inter ceteras regulas locutionũ sanctarum scripturarũ, quidã sapientes dixerunt. Prima regula est de dño & eius corpore, quę de vno ad vnũ loquitur, atq; in vna persona modo caput, modo corpus ostendit: sicut Esaias ait. Induit me dominus vestimẽtis salutis & indumento iustitię circumdedit me: quasi sponsum decoratur corona, & quasi sponsam ornatã monilibus suis. In vna enim persona duplici vocabulo nominata: & caput, id est sponsum: & ecclesiã, id est sponsam manifestaui. Proinde notandũ est in scripturis, quando specialiter caput scribitur, quãdo & caput & corpus, aut quãdo ex vtroq; transeat ad vtrũq; aut ab altero ad alterũ: sicq; quid capiti quid corpori cõueniat, prudẽs lector intelligat. Secũda regula est de dñi corpore vno ac simplice & permixto. Nã videtur quẽdã vni conuenire personę quę tñ non sunt vnus: vt est illud ¶ Puer meus es tu Israel, ecce deleui vt nubes inigrares tuas, & sicut nebulã peccata tua. ¶ Cõuertere ad me, & redimã te. Hoc ad vnũ non cõgruit. Nam altera pars est cui peccata deleuit, & cui dicit meus es tu: & altera cui dicit cõuertere ad me & redimã te: qui si conuertatur, peccata eorũ delent. Per hæc em regulã sic ad oēs loquit scriptura, vt & boni redarguantur cũ malis, & mali laudent ppter bonos: sed quid ad

quę pertineat qui prudẽter legerit discet. Tertia regula est de litera & spũ. i. de lege & gratia: lege per quã pcepta facienda admouent: gratia p quã vt opremur adiuuamur. Vel qd lex nõ tñ historice, sed etiã spiritualiter sentiẽda sit. Nãq; & historice oportet fidẽ tenere, & spiritualiter legẽ intelligere. Quarta regula est de specie & genere: per quã pars pro toto, & totũ pro parte accipit: veluti si vni populo vel ciuitati loquatur deus: & tñ intelligatur oẽm cõtingere mũdum. Nã licet aduersus vnã ciuitatẽ Babyloniã per Esaiam prophetã dñs cõminetur: tñ dum cõtra eã loquitur, transt ad genus de specie: & cõuertit cõtra totũ mũdũ sermõnem. Certe si nõ diceret aduersus vniuersum orbẽ, nõ adderet infra generaliter: vt disperdat oẽm terrã: & visitabo super orbis mala, & cetera quę sequuntur ad intentionem mũdi pertinẽtiã: vnde & adiecit. Hoc est cõsiliũ quod cogitauĩ super oẽm terrã, & hæc manus extensa super omnes gẽtes. Item postq; sub persona Babylonię arguit vniuersum mũdũ: rursus ad eandẽ quasi de genere ad speciẽ reuertit: dicens quę eidẽ ciuitati specialiter contingunt. Ecce ego suscitabo super eos Medos. Nã regnãte Balthasar, a Medis obventa est Babylonia. Sic ex persona vnũ Egypti totũ vult intelligere mũdũ dicẽdo: Et cõcurrere faciam Egyptios aduersus Egyptios, regnũ aduersus regnum. Cum Egyptus nõ multa regna, sed vnum habuisse describat regnũ. Quinta regula est de temporibus, per quã aut pars maxima tẽporis per partẽ minorẽ inducitur, aut pars minima tẽporis p partẽ maiorẽ intelligitur. Sic est de triduo dñicę sepultura, dñi nec trib⁹ plenis dieb⁹ ac noctibus iacuerit in sepulchro: sed tñ a parte totum tridũ accipit. Vel sicut illud qd quadringẽtis annis pdixerat de filiis Israel feruuros i Egypto, & sic inde egressuros. Qui tamẽ dñante Ioseph Egypto dñati sunt: nec statim post qdringetos años egrediuntur, vt fuerat repromissum: sed annis quadringẽtis triginta peractis, ab Egypto recesserunt. Est & alia de tẽporibus figura: per quã quẽdã quę futura sunt, quasi iã gesta narrant: vt est illud. Foderunt manus meas & pedes meos, Et diuiserunt sibi

Tertiã.

Quarta.

Esa.13.

Esa.14.

Esa.13.

Esa.19.

Quinta.

Psal.21.

1. Pet. 5.

Prima regula.

Esa. 61.

Secunda.

Esa. 44.

¶ Seruus.

¶ Reuertere.

vestimẽta mea: & his filia in qbus futura ac si iã facta sint, ita dicunt. Sed cur quę adhuc faciẽda erãt iam facta narrantur? Quia ea quę nobis futura sunt apud deĩ eternitatẽ iam facta sunt. Quapropter qñ aliquid faciendũ esse pronũciatur, sũ nos dicit: qñ vero quę futura sunt, iã facta dicuntur: sũ deĩ eternitatẽ accipiẽda sunt, apud quẽ iam oĩa facta sunt, quę futura sunt. Sexta regula est de recapitulatione. Recapitulatio est, cũ scriptura rẽdit ad illud cuius narratio iã trãsierat: sicut cũ filios filiorũ Noe scriptura cõmemorasset, dixit illos fuisse in linguis & gẽtibus suis: & tñ postea quasi hoc etiã in hoc ordine tempore requirit: Erat inquit omnis terra ¶ labiũ vnũ, & vox vna oĩbus erat. Quomodo ergo scdm suas gẽtes, & scdm suas linguas erãt, si vna lingua erat oĩb⁹: nisi qa ad illud qd iam trãsierat recapitulando est reuerfa narratio? Septima regula est de diabolo & eius corpore: qd sãpe dicitur ipsius capitis, quę suo magis conueniunt corpori. Sepe vero videtur esse dicta mẽbroru: & nõ nisi capiti cõgruunt. Ex noĩe quippe corporis, intelligitur caput: vt est in euãgelio de zizaniis tritico admixtis, dicẽte dño: inimicus homo hoc fecit: hoĩem ipsũ diabolũ vocas, & ex noĩe corpis caput designas. Itẽ ex noĩe capitis significat corpus, sicut in euãgelio dicit. Duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est: Iudam vtriq; indicas: qa diaboli corpus fuit. Apostata qpp angelus oĩm caput est iniquoru: & huius capitis corpus sunt oēs iniqui: sicq; cũ mẽbris suis vnus est vt sãpe qd corpi eius dñs, ad eũ potius referat. Rursus qd illi ad mẽbra ipsius iterũ deriuat: sicut i Esaiã vbi dum cõtra Babyloniã, l. cũ cõtra diaboli corpus multa dixisset sermo propheticus: rursus ad caput, i. diabolũ oraculi sententiã deriuat, dicens. Quomodo cecidisti de celo Lucifer qui mane oriebaris? ¶ Quid studium impediãt. Cap.V.

Sexta.

Geñ. 10.

Geñ. 11.

¶ Labiũ vnũ &c.

Septima

Mart. 13.

Ioan. 6.

Esa. 14.



Ostq; certã materiã prescriptimus lectori: & eas scripturas quę ad diuinã precipue pertinet lectionem suis noĩbus assignãdo determinauim⁹: cõsequens videtur, vt etiã de modo & or

dine legendi aliquid dicamus: quatinus ex his quę dicta sunt agnoscat cui rei studiu impendere debeat: ex his vero quę sunt dicenda eiusdę studii sui modũ & rationem accipiat. Quia vero facilius qd agendum sit intelligimus, si prius quid nõ sit faciendũ agnouerimus: instruẽdus est prius qd cauere debeat: ac deinde informãdus qualiter ea quę sunt agẽda perficiat. Dicẽdũq; est qd sit qd ex tanta turba discẽtũ, quoru multi & ingenio pollẽt: & vigeat exercitio: tã pauci & tã numerabiles inueniãtur, qbus ad scientiã puenire conringat. Et vt de illis taceã q naturaliter sunt hebetes & tardi ad intelligendum: hoc maxime me mouet, & dignũ questio videt, vnde hoc accidit, qd duo pari ingenio, & equali studio vni lectioni intentũ, nec tñ simili effectu ei⁹ intelligentiã cõsequunt. Alter cito qd querit apprehẽdit: alter diũ laborat, & partũ pficit. Sed sciẽdũ est q in quolibet negotio duo sũt necessaria: opus videlicet, & ratio operis: quę ita sibi cõnexa sunt, vt alterũ sine altero, aut inutile sit aut min⁹ efficax. Verũtũ melior (vt dñs) prudẽtia est fortitudi ne: qa & põdera aliqñ quę virib⁹ mouere nõ possum⁹, arte leuamus. Sic nimirũ est in oĩ studio, q sine discretioẽ operat, laborat qdẽ sed nõ pficit: & quasi aerẽ verberas vires in vtrũ fundit. Aspice duos pariter syluã trãseũtes: & hũc qdẽ per deuia laborãt, illũ vero recti itineris cõpediã, le gẽtẽ, pari motu cursum tẽdit, sed nõ eĩ cito perueniũt. Quid aut scripturã dixerim nisi syluã, cuius sententiã quasi fructus quosdã dulcissimos legendo carpiamus, tractando ruminamus. Qui ergo in tanta multitudine librorũ legendi modũ & ordinẽ non custodit: quasi in cõdensitate saltus oberans tramitem recti itineris perdidit: & est inter eos vnde dicitur, semper discẽtes & nuq; ad scientiam peruenientes. Tantũ em valet discretio, vt sine ipsa & omne ocũ turpe sit, & labor inutilis. Vt aut vniuersaliter complectamur. Tria sunt quę precipue studiũ le gentiũ obesse solent: negligẽtia, imprudẽtia, fortuna. Negligẽtia est qñ ea quę discenda sunt vel prorsus ptermittimus, vel minus studiose discimus. Imprudentia est quãdo congruũ ordinẽ, & modũ

in his que discimus, non seruiamus. Fortuna est in euentu, casu, siue naturaliter contingere: quoniam vel paupertate vel infirmitate vel naturali tarditate, siue etiam doctorum raritate: quae aut non inueniuntur qui doceant, aut qui bene doceant, a proposito nostro retrahimur. In his autem rebus de primo quidem, id est negligentia lectoris admodum nescius est: de secundo vero, id est imprudentia instruendus: de tertio autem, id est fortuna, adiuvandus.

¶ Qui sit fructus diuinae lectionis. Ca. VI.

R



Visquis ad diuinam lectionem erudiendus accesserit, primum qualis sit fructus eius agnoscat. Nil enim sine causa appeti debet, nec desideria trahit, quod utilitatem non promittit. Geminus est diuinam lectionis fructus: quae mentem vel scientia erudit, vel moribus ornat. Docet quod scire delectet, & quod iuuari expediat. Quorum alterum, id est scientia magis ad historiae & allegoriae alterum, id est institutio morum ad tropologiae magis respicit. Omnis diuina scriptura refertur ad hunc finem. Sane quis expediat magis iustum esse quam sapientem: scio tamen plures in studio sacri eloquii scientiam quaerere quam virtutem. Ego autem quoniam neutrum improbandum, sed utriusque necessarium & laudabile esse censeo: quod cuiusque intentioni conpetat paucis absoluam. Et primum quidem de eo qui moralitatis gratiam amplectitur expediam.

¶ Quomodo legenda sit scriptura diuina ad correctionem morum. Cap. VII.

S



Vi virtutum notitiam & formam viuendi in sacro querit eloquo: hos libros magis legere debet, qui huius mundi contemptum suadet, & animam ad amorem conditoris sui accendit, rectumque viuendi tramitem docent: quibusque virtutes acquiri & vitia declinari possint, ostendunt. Primum, inquit, querite regnum dei & iustitiam eius: ac si aperte dicat. Et caelestis patrie gaudia desiderate: & quibus iustitiae meritis ad ea puenias sollerter ingrite. Vtriusque bonum, utriusque necessarium, amare & quaerite. Si amor est, ociosus esse non potest. Peruenire desideratis: discite quo puenias quo reditis. Haec

Matth. 6.

vero scientia duobus modis comparat: videlicet exemplo & doctrina. Exemplo, quoniam sanctorum facta legimus: doctrina, quoniam eorum dicta ad disciplinam nostram pertinentia discimus. Interque beatissimi Gregorii singulariter scripta amplexanda existimo: quae quae mihi praeter ceteris dulcia, & aeternae vitae amore plena visa sunt, nolo silentio praeterire.

Oportet autem ut quae haec ingressus fuerit via in libris quos legerit, discat non solum colore dictaminis, sed virtutum emulatione puocari: ut enim non tam verborum propositas aut concinnatio, quam veritatis pulchritudo delectet. Sciat etiam ad propositum suum non conducere ut inani rapto desiderio scientiae, obscuras & profundae intelligentiae scripturas exgrat. In quibus magis occupet quam adificet animus: ne sic enim sola lectio teneat, ut a bono opere vacare conpellat. Christiano pro lectione exhortatio debet esse non occupatio: & bona desideria pascere, non necare. Relatum mihi aliquo memini de quodam satis probabili viro, quod tanto sancti scripturarum amore flagrabat, ut eis continuus impederet studium. Cumque in dies crescente scientia cresceret & desiderium eius: coepit tandem sapientiam zelatim imprudenter (speris simplicioribus scripturis) profunda quaeque & obscura rimari, atque enigmatibus & phetis rursus enodatis, & mysticis sacramentorum interpretibus vehementer insistere. Sed mens humana tantum non sustinet pondus coepit mox & rei magnitudine, & intentionis iugitate deficere: tantaque huius importuna occupationis cura confundi, ut non solum iam ab utilibus, sed etiam a necessariis actibus cessaret. Verum si quid eum in contrarium, quod legere scripturas ad edificationem vitae suae coepit: quae discretio moderamine uti non nouit, eandem nunc occasionem erroris habebat. Sed miseratione diuina tandem per reuelationem admonitus est ne amplius harum literarum studio incuberet, sed sanctorum patrum vitam & martyrum triumphos, aliasque tales simplici stylo dictatas frequentare consuesceret: sicque in breui ad statum pristinum reditus, tantam interne quietis gratiam accipere meruit, ut vere in eo illam dei vocem impletam diceret: quae ipse nostrum laborem & dolorem considerans, pie nos consolari voluit dicens. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam.

Matth. 11.

& deinceps inuenietis inquit requiem animabus vestris. Hoc exemplum ideo appositum, ut ostenderem eis qui in disciplina non literaturae, sed virtutum positi sunt: non oportere lectionem esse fastidium, sed oblectamentum. Nam & propheta, non cognoui (inquit) literaturam siue negociationem: introibo in potentias domini: domine memorabor iustitiarum tuarum solius. Deus docuisti me a iuuentute mea &c. Qui enim ad occupationem scripturas & (ut ita dicam) ad afflictionem spiritus legit non philosophat, sed negociat: vixque tam vehementer & indiscreta intentione vitio superbia carere valet. Quid autem de lectione simplicis Pauli dicam, qui ante implere legem voluit quam discere? Quae nobis profecto factis exemplo esse potest non auditores, neque lectores, sed factores potius iustos esse ante

Psal. 70.

V deum. Considerandum praeterea est, quod lectio duobus modis animo fastidium ingerere solet, & affligere spiritum: qualitate videlicet si obscurior fuerit, & quantitate si prolixior extiterit: in quo utroque magno utriusque moderamine oportet, ne quod ad refecionem questum est, sumat ad suffocationem. Sunt qui omnia legere volunt: tu noli concedere: sufficiat tibi, nihil tua interest, an non omnes legeris libros. Infinitus est librorum numerus: tu nolis se qui infinita. Vbi finis non est, reges esse non potest: ubi requies non est, pax nulla est.

Psal. 75.

ubi pax non est, deus habitare non potest. In pace, inquit propheta, factus est locus eius, & in Sion habitatio eius. In Sion, sed in pace esse Sion oportet, sed pacem non amittere. Contemplare, & occupari noli. Noli auarus esse, ne forte semper egeas. Audi Salomonem, audi sapientem, & discite prudentiam. Filii mihi inquit, amplius his ne regas: faciedum plures libros, nullus est finis: frequentisque meditatio carnis afflictio est. Vbi ergo est finis? Finem loquendi omnes pariter audiamus.

Eccles. 12.

Deum time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo. Lectionem esse incipientium, opus perfectorum, & quod monacho conpetat. Ca. VIII.

Ibidem.

Emo me pro his que superius commemoravi existimet lectorum diligentiam reprehendere, cum ego potius diligentes lectores ad propositum hortari intendam: & eos qui libenter discunt laude dignos

X



ostendere: sed sibi locum sum eruditus, nunc autem erudiedis, & doctrinam que principium est disciplinae inchoantibus. Illis studium virtutum, istis vero interim exercitium lectionis propositum est: sic tamen ut nec hi virtute careant, nec illi profusum lectionem omittant. Nam saepe minus prouidum est opus quod non praecedit lectio: & doctrina minus utilis, quam non sequitur bona operatio. Oportet autem sumam opere & illos cauere, ne forte ad ea que retro sunt aspiciant: & istos consolari, si ubi illi sunt, quibus peruenire desiderant. Vtrosque ergo exerceri & utrosque promoueri conuenit. Nemo retro abeat, ascendere licet, sed non descendere. Si vero necesse ascendere potes, sta in loco tuo. Liber a culpa non est, qui alienum usurpat officium. Si monachus es, quod facis in turba? Si amas silentium, cur declamantibus assidue interesse delectaris? Tu semper ieiunius & stertis? Insistere debes, & tu philosophari queris. Simplicitas monachi, phia eius est. Sed doceare, inquit, alios volo. Non est tuum docere, sed plangere. Si tamen doctor esse desideras, audi quid facias. Utilitas habet tuam, & simplicitas vultus, innocetia vitae & sanctitas conuersationis tuae docere debet homines. Melius fugiendo mundum doces quam sequendo. Sed adhuc forte praeseris, eorum inquit, nonne saltim si volo discere mihi licet? Supradixi tibi, lege, & occupari noli. Exercitium tibi esse potest lectio, sed non propositum. Doctrina bona est, sed incipientium est. Tu vero te perfectum fore promiseras, & ideo tibi non sufficit si incipientibus conequaris. Plus aliquid te facere oportet. Considera ergo ubi sis, & quid agere debeas facile agnosces.

¶ De quinque gradibus, quibus exercetur vita iustorum. Cap. III.

Vatuor sunt in quibus nunc exercet vita iustorum, & quae si per quosdam gradus ad futuram perfectionem subleuatur, videlicet lectio sine doctrina, meditatio, oratio, opatio. Quarta deinde sequitur contemplatio, in qua quasi quodam praecedentium fructu in hac vita etiam quae sit boni operis merces futura praegustat. Vnde Psalmista cum de iudicis dei loqueretur, commedat ea statim subiunxit: In cuius studio illis retributio multa est. De his



ccc iii

Psal. 105.

Lectio.

quinq; gradib⁹ primus gradus. i. lectio in
cipiētiū est: supremus. i. cōtēplatio perfe-
ctorū. Et de mediis quidem quāto plures
quis ascenderit, tanto perfectior erit: ver-
bi gratia. Prima lectio intelligentiā dat:
secūda meditatio cōsiliū pręstat: terti-
a oratio petit: quarta operatio quarit: quin-
ta cōtēplatio inuenit. Si ergo legis & in-
telligentiā habes, & nosti iam quid faciē-
dū sit, initiū boni est: sed adhuc tibi non
sufficit: nondū perfectus es. Scande itaq;
in arcem consilii, & meditare qualiter im-
plere valeas quod faciendū esse didicisti.
Multi enim scientiam habent, sed pauci
sunt qui nouerint qualiter scire oportet.
at. Rursus quoniā consiliū hominis sine
diuino auxiliō infirmū est & inefficax: ad
orationem erigere, & eius adiutoriū pe-
te: sine quo nullū potes facere bonū: vt vi
desicet ipsius gratia que pręueniendo te
illuminauit: subsequendo etiā pedes tuos
dirigat in viam pacis: & q; in sola adhuc
volūrate est, ad effectū perducatur bonę ope-
rationis. Deinde restat tibi vt ad bonum
opus accingaris: vt quod orando petis,
operando accipere merearis. tecum opera-
ri vult deus: nō cogaris sed iuaris. Si so-
lus tu operaris, nil perficis: si solus deus
operat, nil mereris. Operetur ergo deus
vt possis, opereris & tu vt aliquid merea-
ris. Via est operatio bona, qua itur ad vi-
tam. Qui viam hanc currit, vitam quę-
rit. Cōtortare & viriliter age. Habet hac
via premiū suum, quotiens eius laborib⁹
fatigati supermi respectus gratia illustra-
mur, gustantes & vidētes quoniā suauis
est dñs. Sicq; fit qd supradictū eū, q; ora-
tio quęrit, cōtēplatio inuenit. Vides igitur
tur quō per hos gradus ascendētib⁹ perfe-
ctio occurrit: vt qui infra remāserit, perfe-
ctus esse non possit. Propositū ergo nobis
debet esse semp ascendere: sed qm̄ tanta est
mutabilitas vitę nostrę, vt in eodē stare
nō possimus: cogimur sepe ad trāsacta re-
spicere: & ne amittamus illud in quo su-
mus, repetim⁹ qñq; qd trāsuiimus: verbū
gratia. Qui in opere strēnuus est, orat ne
deficiat. Qui precibus insistit, ne orando
offendat, meditatatur quid orandū sit: & q
aliqui in proprio cōsilio minus confidit, le-
ctionem cōsultat, & sic euenit, vt cū ascen-
dendū nobis semp sit voluntas, descende-

Meditatio.

Oratio.

Operatio.

Cōtēplatio

re tū aliqui cogat necessitas: ita tñ vt in
voluntate nō necessitate propositum nō
strū consistat. Q; ascendimus propositū
est: q; descendimus pręter propositū. Nō
hoc ergo, sed illud principale esse debet.

De tribus generibus legentiū seu
lectorum. Cap.X.



Atis (vt puto) aperte de Z
monstratū est proactis,
& aliquid amplius de se
promittētib⁹ nō idē esse
propositū cū incipiētib⁹:
sed sicut illis aliqd cōce-
ditur, qd isti sine culpa minime agere pos-
sunt: ita etiā ab istis aliquid requirit, quo
illi nondū obligari sunt. Nūc igit ad pro-
missa soluēda redeo, vt videlicet ostēdam
qualiter eis diuina scriptura legēda sit: q
adhuc in ea solū quęrit scientiā. Sūt nō
nulli qui diuine scripturę scientiā appe-
tūt: vt vel diuitias cōgregēt, vel honores
obrineāt, vel famā acquirāt: quorū intērio
quātū peruersa, tantū est miserāda. Sunt
rursus alii quos audire verba dei & ope-
ra eius discere delectat: nō q; salutifera,
sed q; mirabilia sunt. Scrutari arcana &
inauilita cognoscere volūt: multa scire, &
nil facere. In vanū mirātur potētiā, q non
amāt misericordiā. Hos ergo quid aliud
agere dicā q; pręconia diuina in fabulas
cōmutare? Sic theatralibus ludis, sic sce-
nicis carminibus intendere solemus: vt, si
auditū pascamus, nō animū. Huiusmodi
tū non tam confundī q; adiuuari oportet
re cenfeo: quorū volūtas nō vtiq; maligna
est, sed improvida. Alii vero idcirco, sacrā
scripturam legūt: vt fm̄ Apostoli præce-
ptū parati sint omni poscēti reddere rō-
nē de ea fide in qua positi sunt: vt videli-
cet inimicos veritatis fortiter destruāt:
minus eruditos doceāt: ipsi perfecti⁹ viā
veritatis agnoscant, & altius dei secreta
intelligētes, archi⁹ amēt: quorū nimirū de
uotio laudanda est & imitatione digna.
Tria igitur sunt genera hominū sacram
scripturā legentiū: quorū quidē primi mi-
serādi sunt: secūdi iuuādi, tertiū laudādi:
nos vero quia oībus cōsulare intēdimus:
quod bonū est in oībus augeri cupimus:
& quod peruersum, cōmutari. Omnes in-
telligere volumus quod dicimus, omnes
facere quod hortamur,

Tria le-
gentiū ge-
nera.

Libri sexti Capita.

- Quō legēda sit sacra scriptura a quere-
tib⁹ scientiam in ea. Cap.I.
- De ordine q est in discipulis. Cap.II.
- De historia & libris i ea legēdis. Cap.III.
- De allegoria. Cap.III.
- De tropologia & moralitate. Cap.V.
- De ordine librorum. Cap.VI.
- De ordine narrationis. Cap.VII.
- De ordine expositionis. Cap.VIII.
- De litera. Cap.IX.
- De sensu. Cap.X.
- De sententia. Cap.XI.
- De modo legēdi. Cap.XII.
- De meditatione cur nunc sit prætermi-
tendum. Cap.XIII.
- Diffinitio trium remediōrū pliam cōcer-
nētiū cōtra toridē mala, & de philoso-
phię altera diuisione. Cap.XIII.
- De magica & partibus eius. Cap.XV.
- Quō legēda sit sacra scriptura, a que-
rentibus scientiam in ea. Cap.I.

A



Vo tibi lector,
ordinē scilicet
& modum pro-
pono: que si dili-
genter inspexeris,
facile tibi
iter legēdi pate-
bit. In horū ve-
ro cōsideratio-
ne nec oīa tuo
genio reliquā:
neq; per meā diligentia fatis tibi fieri pa-
mitto: sed sic quādā breuiter prælibando
trāscurram, vt & posita aliqua quib⁹ eru-
diaris, & aliqua prætermissa quibus exer-
cearis inuenias. Ordine legēdi supra qua-
drifariū esse cōmemorauit: aliū in discipli-
nis, aliū in libris, alium in narratione, atq;
aliū in expositione. Que qualiter in diuina
scriptura assignāda sint, nōdū ostēdi.
De ordine q est in discipulis. Cap.II.


B



Rimum ergo hunc ordi-
nem qui quęritur in di-
sciplinis iter historiam,
allegoriā, tropologiā, dia-
uinorū lectorē cōsidera-
re oportet que harū aliā
ordine legēdi præcedat. In quo illud
ad memoriā reuocare non inutile est,
quod in ædificiis fieri cōspicitur: vbi pri-

num quidem fundamentū ponitur, de-
hinc fabrica superēdificatur: ad vltimum
consummato opere domus colore super-
ducto vestitur.

De historia, & libris i ea legēdis. Ca.III



Occ nimirū in doctrina
fieri oportet: vt videli-
cer, prius historiam dis-
cas, & rerū gestarū ve-
ritatem a principio repe-
tens, vsq; ad finem, quid
gestū sit, a quibus gestum sit, & vbi gestū
sit diligēter memorię cōmendes. Hac em̄
quatuor præcipue, & in historia requiten-
da sunt, persona, negociū, tēpus, & locus.
Neq; ego te perfecte subtilem posse fieri
puto in allegoria, nisi prius fundatus fue-
ris in historia. Noli contemnere minima
hęc. Paulatim deficiunt, qui minima cō-
tēnunt. Si primo alphabetū discere cona-
tēpissēs, nūc iter grāmaticos tātū nomen
nō haberes. Scio quosdam, esse qui statim
philosophari volūt, fabulas pseudo apo-
stolis relinquēdas aiūt. Quorū sciētia for-
mę asini similis est. Noli huiō imitari.
Paruis imbutus tentabis grandia turus.
Ego affirmare audeo nihil me vnq; quod
ad eruditionē pertineret cōtempnisse: sed
multa sepe didicisse, quę aliis ioco, aut de
liramento similia viderētur. Memini
dñi adhuc scholasticus essem elaborasse,
vt omnū rerum oculis subiectarū, aut in
vsu venientū vocabula scirem: perpen-
dens libere rerū naturā illū nō posse pfe-
qui, qui earūdem noīa adhuc ignoraret.
Quoties sophismatū meorū q; gratia bre-
uitatis vna vel duabus in pagina dictioni-
bus signauerā, a memetipso quotidia-
nū exegi debitū, vt etiā sententiā, que-
stionū, & oppositiōnū oīm fere quas didi-
cerā, & solutiones memoriter tenerem &
numerū. Causas sepe informauī, & disposi-
tiones adinuicē cōtrouerfis: qd rhetoris,
quod oratoris, qd sophistę officium esset,
diligēter distinxī. Calculos in numerū po-
sui, & nigris pauimētū carbonib⁹ depin-
xi: & ipso exēplo oculis subiecto, que am-
pligonii, que ortogoniū, que oxigonū dis-
ferētia esset, patenter demonstrāui: vt rū ne
quadratum, æquilaterū duobus in se la-
teribus multiplicatis embadum imple-
ret vtrobisq; procurrente podismo didici.

Sæpe nocturnus horoscopus ad hiberna peruigilia excubauit. Sæpe ad numerum protensum in ligno Magadæ ducere solebat: ut & uocum differentiam aure perciperem, & animam pariter meli dulcedine oblectarem. Hæc puerilia quidem fuerant, sed tamen non inutilia. Neque ea nunc scire stomachum meum onerant. Hæc autem non tibi replico: ut vel meam scientiam, quæ vel nulla est vel parua est, iactetis: sed ut ostendam tibi illum incedere aptissime, qui incedit, ordinate: neque ut quidam, qui dum magnum saltum facere volunt in precipitium incidunt. Sicut in virtutibus ita in scientiis quidam gradus sunt: sed dicis, Multa inuenio in historiis, quæ nullius uidentur esse utilitatis: quare in huiusmodi occupabor. Bene dicis. Multa siquidem sunt in scripturis, quæ in se considerata nihil expectandum habere uidentur: quæ tamen si aliis quibus coherent comparaueris, & in toto suo trutinare coeperis, necessaria pariter & competentia esse uidebis. Alia propter se scienda sunt: alia autem quibus non propter se uideatur nostro labore digna, quia tamen sine ipsis illa enucleate sciri non possunt: nullatenus debet negligenter præteriri. Oia discere: uidebis postea nihil esse superfluum. Coarctata scientia iocunda non est. **C**De libris autem qui ad hanc lectionem utiles sunt, si quid mihi uideatur, quæris: hos magis frequenter excussumo: Genesim, Exodum, Iosue, librum Iudicum, & Regum, & Paralipomenon. Noui uero testamenti primum quatuor euangelia, dehinc actus Apostolorum. Hi. xi. magis ad historiam pertinere mihi uidentur, exceptis his quos historiographos proprie appellamus. Si tamen huius uocabuli significatione largi uelimur, nullum est inconueniens: ut scilicet historiam esse dicamus non tantum rerum gestarum narrationem: sed illam primam significationem cuiuslibet narrationis secundum proprietatem uerborum exprimitur. Secundum quam acceptionem omnes utriusque testamenti libros eo ordine quo supra enumerati sunt ad hanc lectionem secundum literalem sensum pertinere puro. Et fortasse nisi puerile uideret, in hoc loco aliqua de modo construendi præcepta interponerem: quia noui diuinæ scripturam magis cæteris omnibus in te

xu suo esse concisam: quibus tamen incerto supercedere uolo, ne interpositione nimia propositum extendam. Sunt quedam loca in diuina pagina, quæ secundum litteram legi non possunt, quæ magna discretionem discernere oportet, ne uel per negligentiam aliam qua prætereamus, aut per importunam diligentiam ad id ad quod scripta non sunt, uolenter intorqueamus. Hoc est ergo lector quod tibi proponimus: hic campus tui laboris vomere bene sulcatus, multiplicem tibi fructum referet. Ordine cuncta gesta sunt, ordine incede, per uiam uenitur ad corpus. Figuram discere, & inuenies ueritatem. Nec hoc nunc dico ut prius ueteris testamenti figuras labores euoluere, & mystica eius dicta scruteris, quæ ad euangelii fluuina potanda accedas. Sed sicut uides, quod omnis ædificatio fundamento carens, stabilis esse non potest: sic est etiam in doctrina. Fundamentum autem & principium doctrinæ sacræ historia est, de qua quasi mel de fauo ueritas allegorie exprimitur. **E**dificatur ergo primum fundamentum historiarum: deinde per significationem typicam in arcem fidei fabricam mentis erigitur: ad extremum ergo per moralitatis gratiam quasi pulcherrimo superducto colore ædificium pingit. Habes in historia quo dei facta mireris, in allegoria quo eius sacramenta credas, in moralitate quo perfectionem ipsius imiteris. Lege ergo & discere quod in principio fecit deus caelum & terram. Lege quod in principio plantauit paradysum uoluptatis, in quo posuit hominem quem formauerat: peccantem expulit, & in erummas huius seculi deiecit. Lege qualiter ab uino hose uniuersa humani generis propagatio descendit: qualiter deinde peccantes uindicta diluuii obruit: qualiter Noe iustum cum filiis suis in medijs aquis diuina clementia seruauit: qualiter deinde Abraham fidei signaculum suscepit: post uero Israel in Ægyptum descendit: quod deinde deus filios Israel de Ægypto in manu Moysi & Aaron per mare rubrum eduxit, in deserto pauit, legem dedit, in terra promissionis locauit: & cætera multa quæ fecit, ad extremum uero nutante iam seculo filium in carnem misit, uitam æternam peccatis tibi in mundum uniuersum apostolis,

promisit: uenturum se in fine seculorum ad iudicium prædixit: reddere unicuique secundum opera sua: peccatoribus scilicet eternum, iustis autem uitam æternam: & regni cuius non erit finis. Vide quod ex quo mundus coepit: usque ad finem seculorum non desiciunt miserationes dei.

De allegoria. Cap. III.

Dost lectionem historiae reliquum est allegoriarum mysteria investigare, ubi mea exhortatione opus esse non puto, cum ipsa res satis per se digna appareat. Nosse tamen te uolo o lector, hoc studium non tardos & hebetes sensus, sed matura ingenia exereere: quæ sic inuestigando subtilitatem teneant, ut in discernendo prudentiam non amittant. Solidus est cibus iste: & nisi masticetur transglutiri non potest. Tali ergo te moderamine uti oportet: ut dum inquirendo subtilis fueris, in presumendo temerarius non inueniaris, recoles quod ait psalmista. Arcum suum tetendit & paruic illum: & in eo paruic uasa mortis. Meministi ut autumo, supra me diuinam scripturam edificio similem dixisse: ut primum fundamentum posito structura in altum leuetur, plane edificio similem: nam & ipsa structura habet. Non ergo pigeat: si hanc similitudinem paulo diligentius prosequamur: respice opus coemeterii. Collocato fundamento lineam extendit in directum: perpendicularum demittit, ac deinde lapides diligenter politos in ordinem ponit: alios atque alios deinde quirit: & si forte aliquos primæ dispositioni non respondentes inuenierit, accipit limam, præminentia præcidit, aspera planat, & informa ad formam reducit: sicque demum reliquis in ordinem dispositis adiungit. Si uero aliquos tales inuenierit: qui nec communi ualeant, nec congrue coaptari eos non assumit: ne forte dum silicem frangere laborat: limam frangat. Intende: rem tibi proposui inuentibus contempibilem: sed intelligentibus imitacione dignam. Fundamentum in terra est: nec semper politos habet lapides. Fabrica super terram: & equalis querit structuram. Sic diuina pagina multa secundum naturalem sensum continet: quæ & sibi

repugnare uidentur: & nonnumquam absurditatis aut impossibilitatis aliquid afferre. Spirituales autem intelligenti nullam admittit repugnantiam: in qua diuersa multa, aduersa nulla esse possunt. Quæ etiam primam seriem lapidum super fundamentum collocandorum ad protensam lineam disponi uides: quibus scilicet totum operum reliquum inicitur & coaptatur: significatione non caret. Nam hoc quasi aliud quoddam fundamentum est: & totius fabricæ basis. Hoc fundamentum & portat superposita, & a priori fundamento portatur. Primo fundamento insidet omnia: sed non omni modo coaptantur. Huic insidet & coaptantur reliqua. Primum fabricæ portat: & est sub fabrica. Hoc portat fabricam & non est solum sub fabrica: sed in fabrica. Quod sub terra est fundamentum si gurare diximus historiis: fabricam quæ superædificatur allegoriam insinuare. Vix & ipsa basis fabricæ huius, ad allegoriam pertinere debet. Multis ordinibus consistit fabrica: & quisque suam basim habet: & multa sacramenta in diuina pagina continentur: quæ singula sua habent principia. Vis scire quæ sunt ordines istius? Primus ordo est, sacramentum trinitatis: quia & hoc scriptura continet: quod ante omnem creaturam trinitas & unus fuerit deus. Hic de nihilo omnem fecit creaturam, uisibilem, scilicet & inuisibilem. Ecce secundus ordo Rationali creaturæ liberum dedit arbitrium: & gratiam præparauit: ut mereri posset eternam beatitudinem: deinde sponte labentes puniuit: & persistentes ut amplius labi non possint confirmauit. Quæ origo peccati: & quid sit peccatum: & quod sit poena peccati. Ecce tertius ordo. Quæ sacramenta primum sub naturali lege ad reparationem humani generis instituerunt. Ecce quartus ordo. Quæ scripta sub lege. Ecce quintus ordo. Sacramentorum incarnationis uerbi. Ecce sextus ordo. Sacramenta noui testamenti. Ecce septimus ordo. Ipsi denique resurrectionis. Ecce octauus ordo. Hæc est tota diuinitas: hæc est illa spiritalis fabrica: quæ quot continet sacramenta, tot quasi ordinibus constructa in altum extollit. Vis & ipsas bases agnoscere. Bases ordinum, principia sunt sacramentorum. Ecce ad lectionem

venisti: spirituale fabricatur? aedificium. Iam historice fundamenta in te locata sunt: restat nunc tibi ipsius fabricae bases fundare. Linum tēdis: ponis examuffim, quados in ordinem collocas: & circūgyrans quaedam futurorum murorum vestigia figis. Linea protēsa recte fidei trames est, ipsa spiritualis operis bases quēdā fidei sacramenta sunt: quibus initiaris. Debet siquidem prudēs lector curare: vt anteq̄ spatiofa librorum volumina prosequatur sic de singulis quae magis ad propositū suum & professionē verē fidei pertinent instructus sit: vt quēcūq; postmodum inuenerit, tuto superaedificare possit. Vix em̄ in tāto librorū p̄lago: & multiplicibus sententiarum anfractibus quē & numero & obscuritate animum legentis cōfundunt, aliqd vnum colligere poterit: q̄ prius summam in vnoquoq; (vt ita dicam) genere, aliquid certum principium firma fide subnixum ad quod cuncta referantur, non agnoui. Vis vt doceam te qualiter fieri debeant bases istae? Respice ad ea quae pauloante tibi enumeraui. Est sacramentum trinitatis: multi iam de illo libri facti sunt: multa datae sententiae difficiles ad intelligendum: & pplexae ad soluendū. Longū tibi & onerosum est ad huc omnes psequi, cū multa fortassis inuenias in quibus magis turberis q̄ aedificeris. Noli instare: sic nunq̄ ad finem venies. Discere prius breuiter & dilucide, qd tenendum sit de fide trinitatis: quid sane profiteri & veraciter credere debeas. Cū autē postea legere coeperis libros: & multa obscure & multa aperte, multa ambiguae scripta inuenieris: adiunge basi suae q̄ aperta inuenis si forte conueniant: q̄ ambigua sunt: ita interpretare vt nō discordent: quae vero sunt obscura, resera si potes. Qz si ad intellectum eorum penetrare nō vales, transi: ne dum psumere conaris quod non sufficis, pisculum erroris incurras. Noli ea continere, sed potius venerare: quia audisti quod scriptū est. **Po** sūt tenebras latibulum suū. Qz si etiam aliquid inuenieris contrariū illi quod tu iam firmissima fide, tenendum esse didicisti: nō rāmen expedit tibi quotidie mutare sententiā: nisi prius doctiores te consulueris: & maxie quid fides vniuersalis

quae nūq̄ falsa esse potest, inde iubeat sentiri agnoueris. Sic de sacramento altaris: sic de sacramento baptismatis, confirmationis, coniugii, & omnibus quae tibi enumerata sunt supra, facere debes. **V**ides multos scripturas legentes: quia fundamentum veritatis non habēt, in errores varios labi: & totiēs fere mutare sententias, quot legerint lectiones. Rursum alios vides qui scdm̄ illā veritatis agnitionem: qua intus firmati sunt quilibet scripturas ad congruas interpretationes flectere nouerunt: & quid a sana fide discordet: aut quid conueniat iudicare. **I**n **P** Ezechiele legis: q̄ rotae animalia sequuntur: non animalia rotas. Cum ambularet inquit, animalia: ambulabāt pariter & rotae iuxta ea. Et cum eleuarentur, animalia de terra: eleuabātur simul & rotae. Sāctorum quippe mentes q̄tum virtutibus vel scientia proficiunt: tantū sanctorum scripturarum arcana profunda esse conspiciūt: vt qui simplicibus & adhuc stantibus in terra iacere videbantur: erectis sublimes appareant. Nam sequitur. **Q**uo cūq; ibat spūs: illuc eunte spiritu: & rotae pariter leuabantur sequentes eū. Spiritus enim vitae erat in rotis. **V**ides q̄ rotae hae animalia sequūtur: & sequuntur spiritū. Rursum alibi dicitur. **L**itera occidit, spiritus autem viuificat: quia nimirū oportet diuinum lectore spirituales intelligentie veritate esse solidatum: vt eum literarum apices, quae & peruerse nōnunq̄ intelligi possunt: ad quilibet diuertacula non inclinent. **Q**uare antiquus ille populus q̄ legem vitae acceperat: reprobatus est: nisi quia sic, solam literam occidentem sequutus est: vt spiritum viuificantem non haberet. **H**aec vero non ideo vt quibullibet ad voluntatem suam interpretandi scripturas occasionem pbeam: sed vt ostendam eum qui solam sequitur literam, diu sine errore nō posse incedere. **O**portet ergo vt & sic sequamur literam: ne nostrū sensum diuinis authoribus praferamus: & sic non sequamur: vt in ea totum veritatis iudicium pendere credamus. **N**ō literatus sed spiritualis, omnia diiudicat. **V**t ergo secure possis iudicare literam: nō, de tuo sensu praferere, sed erudiri prius, & informari oportet: & quasi quādā

incōcūse veritatis basim cui tota fabrica innitatur fundare. Neq; a teipso erudiri psumis: ne forte dum te introducere putas, magis seducas: a doctoribus & sapientibus, haec introductū q̄renda est: q̄ & auctoritatib; sanctorū patrū, & testimoniis scripturarū eā tibi put opus est, & facere & apire possint. **C**ūq; iā introductus fueris, testimoniis scripturarū legēdo singula q̄ docuerint cōfirmare. Sic mihi vides q̄ meū hoc imitari placuerit, libēs accipio: cui visū fuerit nō ita oportere fieri faciat quod placuerit: nō cōcedā. Scio, n. plures hūc morē in discēdo nō seruare. **S**ed q̄to quidā proficiat rursus nō ignoro. **S**i quis q̄ libri magis ad hāc lectionem valeat: ego puto principiiu genesis de operibus sex dierū: tres vltimos libros Moysi de legalibus sacramētis: **E**saia, principium & finē Ezechielis: **I**ob, psalteriū cāntica cānticorū, duo p̄cipue euāgelia, s. **M**atthaei, & **I**ohannis: eplās Pauli, canonicas epistolās, & **A**pocalypsim, p̄cipue tñ eplās Pauli, q̄ etiam ipso numero designant vtriusq; testamenti perfectionem se continere. **D**e tropologia & moralitate. **C**ap. **V**. **T**ropologia nihil aliud nisi patri dicā: q̄ qd supra dictū est: excepto q̄ ad eā magis rerū q̄ vocū significatio primere videt. **I**n illa, n. naturalis iustitia est: ex qua disciplina morū nostrorū, i. positīua iustitia nascitur. **C**ontēplādo qd fecerit deus: qd nobis faciendū sit. agnoscimus. **O**is natura deū loquit. **O**is natura hominem docet. **O**is natura rōnē parit, & nihil in vniuersitate infacūdū est. **D**e ordine librorum. **C**ap. **V**. **N**on idem ordo librorū in historica & allegorica lectiōe seruāndus est. **H**istoria ordinē t̄p̄is sequitur: ad allegoriā magis pertinet ordo cognitionis: quia sicut supra dictum est, doctrina semper non ab obscuris, sed a patetis: & ab iis quae magis nota sunt exordiū sumere debet. **V**nde consequēs est vt nouū testamentum in quo manifesta p̄dicatur veritas in hac lectione veteri praeponaat: vbi eadē veritas figuris adumbrata oc-

culte p̄nunciatur. **E**adem vtrobiq; veritas: sed ibi occulta, hic manifesta: ibi p̄missa, hic exhibitā. **A**udisti cū legeret in **A**pocalypsi q̄a signat? est liber: & nemo inueniri poterat q̄ solueret signacula ei? nisi leo de tribu iuda. **S**ignata erat lex: si gnate erant prophetiae: quia occulte t̄p̄a redemptionis venturae p̄nunciabātur. **N**ōne tibi ille liber signatus fuisse videt: q̄ dixit: **E**cce virgo cōcipiet, & pariet filiū: **E**t vocabit nōmē ei? **e**manuel. **E**t alii? **T**u inquit **B**ethleem effrata paruul? es in milibus iuda: ex te mihi, egredietur q̄ sit dominator in israel: egressus eius ab initio a diebus aeternitatis. **E**t psalmista. **N**unq̄ sion diceret homo: & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. **E**t rursum. **D**omini dñi inq̄t exitus mortis. **E**t iterum. **D**ixit domin? dño meo, sede a dextris meis. **E**t post pauca. **T**ecum principium in die virtutis tuae. **I**sa. **v. a. l. g. t.** **E**t **D**aniel. **A**spicebam in visione noctis: & ecce cū nubibus coeli quasi filius hoīs veniebat, & vsq; ad antiquum dierū peruenit: & dedit ei potestatem & honorē, & regnū: & oēs ppli, trib; & linguae ipsi seruiunt: potestas eius p̄tas aeterna q̄ non auferet. **Q**uis putas haec anteq̄ cōp̄lenter intelligere poterat? **S**ignata erant: & nemo poterat solueret signacula, nisi leo de tribu iuda. **V**enit ergo filius dei, & induit naturam nostram: natus est de virgine, crucifixus, sepultus, resurrexit, ascēdit ad celos: & implendo quae promissa erant, aperuit quae latebāt. **L**ego in euāgelio q̄ angelus **G**abriel ad **M**ariam virgine mittit: pariturū p̄nunciatur. **R**ecordor prophetie q̄ dicit: **E**cce virgo concipiet. **L**ego q̄ cū esset **I**oseph in **B**ethleem: cū **M**aria vxore sua p̄gnante: venit tempus eius pariēdi: & peperit filium suū primo genitū, quē angelus p̄dixerat regnaturum in throno **D**auid patris sui. **R**ecordor prophetiae: **B**ethleem effrata paruulus es in milibus iuda: ex te mihi egrediet qui sit dominator in israel. **L**ego rursum. **I**n principio erat verbum: & verbū erat apud deum: & deus erat verbū. **R**ecordor prophetiae: quae dicit. **E**gressus ei? ab initio a diebus aeternitatis. **L**ego verbum factum est & habitauit in nobis. **R**ecordor prophetiae: quae dicit. **V**ocabit

Psal. 17.

Apo. 8.

Esa. 7.

Mich. 5.

Psal. 86.

Psal. 67.

Psal. 109.

Eodem.

Dan. 7.

V

Apo. 8.

Luc. 1.

Esa. 7.

Luc. 1.

Mich. 5.

Ioan. 1.

Mich. 5.

Ioan. 1.

Esa. 7.

etur nomē eius emanuel. i. nobiscū de⁹. Et ne forte singula prosequendo fastidiū tibi faciam. nisi prius natiuitatem Christi, prædicationem, passionem, resurrectionē, atq; ascensionē: & cætera, q̄ in carne per carnē gessit agnoueris, veterum figurarū mysteria penetrare non valebis.

De ordine narrationis. Cap. VII.



Ordine narrationis illud maxie hoc loco cōsiderandū est: q̄ diuinæ paginæ textus: nec naturalē semper: nec cōtinuum loquendū ordinē seruat, quia & saepe posteriora prioribus anteponit: sic vt cum aliqua enumerauerint: subito ad superiora quasi subfrequentia narrationis sermo recurrat. Sæpe etiā ea quæ longo distāt intervallo: quasi mox sibi succedentia connectāt: vt videātur nullū distūxisse t̄pis spatium, illa quæ discernit nullum interuallum sermonis.

De ordine expositionis. Cap. VIII.

Y



Expositio tria continet: literā, sensum, sententiā. In omni narratione litera est. Nā ip̄e voces etiā literę sūt: Sed sensus & snia, non in oī narratiōe simul inueniuntur. Quædā habet literā & sensum tm̄. Quædam habet literam & sententiā tm̄. Quædā oīa hæc tria simul cōrinet. Omnis aut̄ narratio ad minimū duo habere debet. Illa narratio literā & sensum tm̄ habet: vbi p̄ ipsam plationē sic aperte aliqd significatur: vt nihil aliqd relinquitur subintelligendū. Illa vero literam & sniam tm̄ habet: vbi ex sola proniciatiōe nihil cōcipere p̄t̄ auditor nisi addat̄ expositio. Illa sensum & sniam habet: vbi aperte aliqd significat: & aliqd aliqd subintelligēdum relinquitur, quod expositione non aperitur.

De litera. Cap. IX.

Z



Itera aliqñ perfecta est: qñ ad significandum id qd dicitur: nihil præter ea quæ posita sunt, vel addere vel minuire oportet. Vt ois sapientia a domino deo est. Aliquando imminuta:

quādo subaudiēdū aliqd relinquit: vt Senior electe dñæ. Aliqñ superflua: quando vel propter inculcationem, vel lōgam interpositionē idē repetitur: vel aliqd nō necessariū adiungit, vt Paulus in fine ep̄læ ad Romanos dicit. Ei aut̄: & postea multis interpositis isert: cui est honor & gloria. Aliqd hic superflū esse videtur, superfluum dico. i. non necessarium ad enūciationem faciendā. Aliquādo talis est litera vt nisi in aliam resoluat̄ nihil significare, vel incōgrua esse videatur: vt est illud. Dominus in celo sedes eius. i. sedes domini in celo: & filii hom̄m, dentes eorum arma & sagittæ: id est filiorū hominum dētes: & homo sicut scœnum dies eius. i. dies hominis. Nominatiuus scilicet nominis: & genitiuus pronominis; p̄ vno genitiuo nominis positi: & multa alia similiter. Ad literam cōstructio, & cōtinuatio pertinet.

Epi. Io. 2.

Psal. 10.

Psal. 50.

Psal. 102.

De sensu. Cap. X



Sensuum alius cōgru⁹, alius incōgruus. Incongruorū alius incredibilis, ali⁹ impossibilis, ali⁹ absurdus, alius falsus. Multa hm̄i inuenies in scripturis: vt illud. Comederūt Iacob. Et illud. Sub quo curuantur hi qui portant orbem. Et illud: elegit suspendium anima mea: & multa alia. Sunt loca quædā in diuina scriptura, vbi licet aperta sit verborum significatio: nullus tamē sensus esse videtur: siue propter inusitatum modū loquēdi: siue propter aliquam circūstāriā quæ legentis intelligentiam impedit. Vt est, verbi gratia, illud qd dicit Esaias. Apprehendēt septem mulieres virum vnū in illa die dicentes: panem nostrū comedimus: & vestimentis nostris operiemur, tantūmodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrū. Plana sunt & aperta verba. Intelligis satis: apprehendent septem mulieres virum vnū: intelligis, panem nostrum comedimus: intelligis, vestimentis nostris operiemur: intelligis, tantūmodo inuocetur nomē tuum super nos: intelligis, aufer opprobriū nostrum. Sed forsasse quid hoc totū simul significare velit, intelligere non potes. Quid dicere voluerit propheta, bonū p̄

Psal. 78.

Iob. 9.

Iob. 7.

Esa. 4.

miserint: an malū minat⁹ fuerit: ignoras. Vnde euenit vt spūaliter tm̄ intelligendum credas, quod qualiter ad literam dictū sit non vides. Dices igitur septē mulieres, septem esse dona spūs sancti, q̄ vnū virum apprehendent. i. Christum in quo omnem plenitudinē gratiæ placuit inhabitare: quia ipse solus sine mensura spiritū sanctū accepit. Qui solus earū opprobrium auferet: vt iueniāt in quo reuelat̄: nullo alio viuēt vt spūs sancti dona posscebant. Ecce spiritūaliter interpret⁹ es: & quid sit dicere ad literam non intelligis. Potuit tamē propheta per hæc verba etiam ad literā aliquid significare. Quia em̄ supra de intentione populū p̄uaricatoris locutus fuerat, subiūgit nūc tantam in eodem populo cladē futurā: & v̄sp̄adeo virorum genus delēdū: vt vix septem mulieres virum vnū inueniāt: cum modo vna vnū habere soleat. Et cū mulieres nunc a viris rogari soleant, tūc conuerso more mulieres viros rogabūt. Et ne forte vnus vir septem mulieres dicere simul formidaret: cū vnde eas palceret & vestiret non haberet: dicunt ei, panem nostrum comedemus: & vestimētis nostris operiemur, non te oportet de nobis esse sollicitum: tantūmodo inuocet nomen tuum super nos: vt dicaris viroster, & sis: ne repudiata dicamur & steriles: & sine semine moriamur: qd̄ eo tempore magnum opprobrium fuit. Et hoc est qd̄ dicunt: aufer opprobrium nostrū. Multa hm̄i inuenies in scripturis: & maxime in veteri testamento: scdm̄ ideoma illius linguæ dicta, quæ cum ibi aperta sint: nihil apud nos significare videtur.

De sententia. Cap. XI.

C



Sententia diuina nunq̄ absurda, nunq̄ falsa eē potest: sed cū in sensu (vt dictū est) multa inueniātur contraria: snia nullā admittit repugnantiam semper congrua est, semper vera. Aliquādo vnus enunciationis vna est sententiā, aliqñ vnus enūciationis plures sūt snie: aliqd̄ pluriū enūciationum vna est snia: aliqñ pluriū enūciationum plures sententię. Cum igit̄ diuinos libros legimus, in tanta multitudinē veterū intellectūū

qui de paucis eruuntur verbis: & sanitate catholica fidei munitur: id potissimum eligamus, quod certum apparuerit eum sensisse quem legim⁹. Si autem hoc latet: id certe quod circūstantia scripturę non impedit: & cū sana fide cōcordat. Si autem & scripturæ circūstantia præctari ac discutere non potest: saltem id solū qd̄ fides sana præscribit. Aliud est em̄ qd̄ potissimum scriptor senserit, nō dinoscere: aliud a regula pietatis errare. Si vtrūq; viterur: perfecte se habet fructus legētis. Si vero vtrūq; vitari non potest: & si voluntas scriptoris incerta sit, sanę fidei cōgruam non inutile est eruisse sententiā. Item in rebus obscuris atq; a nostris oculis remotissimis, si qua inde scripta etiam diuina legimus, q̄ possint salua fide aliis atq; aliis parere sententiis: in nullā earū nos præcipiti affirmatione ita prolisciamus, vt si forte diligentius disculauerimus, eam labefactauerit corruamus: nō p̄ sententia diuinarum scripturarum: sed pro nostra ira dimicantes: vt eam velim⁹ scripturarū esse, quæ nostra est: cū potius eam quæ scripturarū est: nostrā esse velle debeamus.

De modo legendi. Cap. XII.



Modus legēdi in diuina do constat. Diuisio fit & partitiōe, & iuestigatione. Partiendo diuimus quando ea quæ cōfusa sunt distinguimus. Inuestigando diuimus: quando ea quæ occulta sunt referamus.

De meditatione cur nūc sit præmittendum. Cap. XIII.



Certe ea quæ ad lectionē pertinet quanto lucidius & cōp̄ndiosius potuim⁹ explicata sunt: De reliqua vero p̄ doctrinam, i. meditationē alia qd̄ in p̄nti dicere omitto, quia res tāta spūali tractatu idiget: & dignū magis eō oino si lere in hm̄i q̄ aliqd̄ impfecte dicere. Res em̄ valde subtilis est, & simul locunda: q̄ & sc̄ipietes erudit, & exercet cōsumatos, sexpta adhuc stilo: ideōq; apli⁹ p̄sequēda.

Rogemus ergo nunc sapientia: vt radiare dignetur in cordibus nostris: & illuminare nobis in semitis suis, vt introducat nos ad puram & sine animalibus cœnam.

Diffinitio trium remediorum philosophia cœcernenti: cœtra totidē mala: & de philosophia altera diuisione. Ca.XIII.

Tria sunt: sapientia, virtus, necessitas. Sapientia est comprehensio rerum proprius sunt. Virtus est habitus animi in modum naturae rationi cōsentaneus. Necessitas est sine qua viuere non possumus: sed felicius viuere. Hæc tria remedia sunt contra mala tria quibus subiecta est vita humana. Sapientia cœtra ignorantiam, virtus cœtra vitium, necessitas cœtra infirmitatem: propter ista tria mala exstirpanda quæ sunt ista tria remedia: & propter hæc tria remedia inuenienda, inuenta est omnis ars & omnis disciplina. Propter sapientiam inuenta est theoria: propter virtutem inuenta est practica: propter necessitatem inuenta est mechanica. Istæ tres, vsu primæ fuerunt: sed postea propter eloquentiam inuenta est logica. Quæ cum sit inuentione vltima: prima tamen esse debet in doctrina. Quatuor igitur sunt principales scientia: a quibus omnes alia descendunt: theoria, practica, mechanica, logica. Theoria diuiditur in theologiam, physicam, mathematicam. Theologia tractat de inuisibilibus substantiis: physica de inuisibilibus visibilibus causis: mathematica de inuisibilibus visibilibus formis. Et hæc mathematica diuiditur in quatuor scientias. Prima est Arithmetica, quæ tractat de numero. de quantitate discreta per se. Secunda est musica quæ tractat de proportione. de quantitate discreta ad aliquid. Tertia est geometria quæ tractat de spatio. de quantitate continua immobili. Quarta est astronomia: quæ tractat de motu. de quantitate cœtinua mobili. Elementum arithmetice est vnitas. Elementum musicæ est vnus sonus. Elementum geometriae est punctum. Elementum astronomiae est instans. Practica diuiditur in solitariam, priuatam, publicam. Solitaria docet quomodo vnusquisque propriam vitam honestis moribus instituat, virtutibus exornet. Priuata docet quomodo

gendi sunt familiares: & qui per carnis affectum sunt affines. Publica docet qualiter populus totus & gens a suis rectoribus gubernari debeat. Solitaria priuata ad singulos: priuata ad patres familias: publica ad rectores ciuitatum. Mechanica tractat de operibus humanis, & hæc diuiditur in septem. Prima est lanificium, secunda armatura, tertia nauigatio, quarta agricultura, quinta venatio, sexta medicina, septima theatra. Logica diuiditur in grammatice, & in ratione discreti. Ratio discreti diuiditur in probabilem, & necessariam, & sophisticam. Probabilis diuiditur in dialecticam & rhetoricam. Necessaria priuata ad philosophos: sophistica ad sophisticos. In his quatuor partibus philosophia talis ordo doctrina seruari debet: vt prima ponatur logica, secunda ethica, tertia theoria, quarta mechanica. Primum in comparanda est eloquentia, deinde, vt ait Socrates in ethica, per studium virtutis oculum cordis mundandum est: vt deinde in theoria ad inuestigationem veritatis perspicax esse possit. Nouissime mechanica sequitur: quæ per se omni modo inefficax est, nisi ratione procedentium fulciatur.

De magica & partibus eius.

Cap. V.

Magica rector primus creditur Zoroastres rex Babiloniarum: quæ nonnulli asserunt ipsum esse Cham filium Noe: sed nomine mutato. Hunc postea Ninus rex

Assyriorum bello victum interfecit, eiusque coedices artibus maleficorum plenos igne cremari fecit. Scribit autem Aristoteles de hoc ipso: quod vsque ad bis & vicies centum milia versum eius de arte magica ab ipso dictos libri eius vsque ad posteritatis memoriam traduxerunt. Hanc artē postea Democritus ampliauit: tempore quo Hippocrates in arte medicinae insignis habebat. Magica in philosophia non recipitur: sed est extrinsecus falsa professione, omnis iniquitatis & malitiae magistra, de vero metibus: & veraciter lædēs animos seducit a religione diuina, culturam demonum suadet, morum corruptionem ingerit, & ad omne scelus ac nequas artes sequacium impellit. Hęc generaliter accepta, quinque complectitur genera maleficorum, Magicæ: quod sonat diuinatione: & mathematicam vanam: sortilegia, maleficia, prestigia. Mantice autem quinque continet species sub se. Prima necromantiam, quod interpretatur diuinitio in mortuis. vepros enim id est necros grece: mortuus latine: & vepros cadauer dicitur. vnde diuinitio que fit per sacrificium sanguinis humani que demones sitiunt, & in eo delectatur effuso. Secunda est geomantia. diuinitio in terra. Tertia hydromantia. diuinitio in aqua. Quarta est aerimantia. diuinitio in aere. Quinta est diuinitio in igne: quæ dicitur pyromantia. Varro enim quatuor dixit esse, in quibus diuinitio cōstat terram, aquam, aerem, ignem. Prima ergo, necromantia ad infernum videtur pertinere, secunda ad terram: tertia ad aquam: quarta ad aerem: quinta ad ignem. Mathematica diuiditur in tres species: in haruspicina: in augurium: in horoscopia. Haruspices sunt: dicitur quasi horuspices. id est horum inspectores: qui obseruant tempora in rebus agendis: vel haruspices quasi haras insipientes: qui in extis & fibris sacrificiorum futura considerant. Augurium vel auspicium aliquando ad oculum pertinet, & dicitur auspicium quasi auspicium: quia in motu & volatu avium attenditur, aliquando ad aures pertinet, & tunc dicitur augurium quasi garrulus avium, quia aures percipit. Horoscopia quæ etiam cœstellatio dicitur: est quæ in stellis facta hominum queruntur: sicut genethliaci faciunt: qui natiuitates obseruant, qui olim specialiter magi nuncupabantur: de quibus in euangelio legimus. Sortilegi sunt: qui fortibus diuinationes quarunt. Malefici sunt: qui per incantationes, demoniacas, siue ligaturas vel alia quicquid execrabilia remediorum genera conpactione demonum atque instructu nefanda percipiunt. Prestigia sunt quæ per phantasticas illusiones circa rerum immutationem sensibus humanis arte daemonum illudunt. Sunt ergo omnes simul vndecim. Sub magicæ, quinque. id est necromantia, geomantia, hydromantia, aerimantia, pyromantia. Sub mathematicæ, tres. id est haruspicina, auspicium, horoscopia. Postea tres alie. id est sortilegium, maleficium, prestigium. Præstigia Mercuri dicitur primus inuenisse. Auguria Phryges inueniunt. Haruspicina & sortilegia Tages primus Etruscus tradidit: hydromantia primus a Persis venit.

Theorica.

Practica.

maticam vanam: sortilegia, maleficia, prestigia. Mantice autem quinque continet species sub se. Prima necromantiam, quod interpretatur diuinitio in mortuis. vepros enim id est necros grece: mortuus latine: & vepros cadauer dicitur. vnde diuinitio que fit per sacrificium sanguinis humani que demones sitiunt, & in eo delectatur effuso. Secunda est geomantia. diuinitio in terra. Tertia hydromantia. diuinitio in aqua. Quarta est aerimantia. diuinitio in aere. Quinta est diuinitio in igne: quæ dicitur pyromantia. Varro enim quatuor dixit esse, in quibus diuinitio cōstat terram, aquam, aerem, ignem. Prima ergo, necromantia ad infernum videtur pertinere, secunda ad terram: tertia ad aquam: quarta ad aerem: quinta ad ignem. Mathematica diuiditur in tres species: in haruspicina: in augurium: in horoscopia. Haruspices sunt: dicitur quasi horuspices. id est horum inspectores: qui obseruant tempora in rebus agendis: vel haruspices quasi haras insipientes: qui in extis & fibris sacrificiorum futura considerant. Augurium vel auspicium aliquando ad oculum pertinet, & dicitur auspicium quasi auspicium: quia in motu & volatu avium attenditur, aliquando ad aures pertinet, & tunc dicitur augurium quasi garrulus avium, quia aures percipit. Horoscopia quæ etiam cœstellatio dicitur: est quæ in stellis facta hominum queruntur: sicut genethliaci faciunt: qui natiuitates obseruant, qui olim specialiter magi nuncupabantur: de quibus in euangelio legimus. Sortilegi sunt: qui fortibus diuinationes quarunt. Malefici sunt: qui per incantationes, demoniacas, siue ligaturas vel alia quicquid execrabilia remediorum genera conpactione demonum atque instructu nefanda percipiunt. Prestigia sunt quæ per phantasticas illusiones circa rerum immutationem sensibus humanis arte daemonum illudunt. Sunt ergo omnes simul vndecim. Sub magicæ, quinque. id est necromantia, geomantia, hydromantia, aerimantia, pyromantia. Sub mathematicæ, tres. id est haruspicina, auspicium, horoscopia. Postea tres alie. id est sortilegium, maleficium, prestigium. Præstigia Mercuri dicitur primus inuenisse. Auguria Phryges inueniunt. Haruspicina & sortilegia Tages primus Etruscus tradidit: hydromantia primus a Persis venit.

Libri septimi, quæ in Didascalico non comperi sed quasi illius appendicem. Tractat enim de meditatiōe, quæ ex visibili cognitione ad inuisibilem etiam diuinitatis trinitatis assurgimus agnitionem, hæc sunt Capita.

De tribus inuisibilibus dei a quibus emanant omnia, quæ sunt potentia, sapientia, benignitas. Cap. I.
De immanentia diuine potentia: quomodo eam perspicimus ex creaturarum multitudine. Cap. II.
De creaturarum magnitudine. Ca. III.
De earundem pulchritudine in quatuor. Caput III.
De situ & dispositione rerum in loco. Ca. V.
De dispositione temporum. Cap. VI.
De ordine qui in vnaquaque re consideratur ex dispositione partium. Cap. VII.
De omnifario rerum motu. Cap. VIII.
De specie figurisq; rerum. Ca. IX.
De iis quæ rara, miranda sunt. Cap. X.
De iis quæ pulchra sunt mirabilia. XI.
De rerum variis coloribus. Ca. XII.
De sensibilibus rebus qualitatibus. Ca. XIII.
De rerum utilitate quadruplici. Ca. XII. I.
De tribus similibus: & quanta sit diuini officii supra humanum excellentia. XV.
Quæ inter tria inuisibilia dei sapientia sit prima inuestiganda. Cap. XVI.
Quomodo per rationalem creaturam ostenditur rerum creator esse æternus. Ca. XVII.
Ex motu rerum quadruplici creatoris quoque eternitate comprobari. Ca. XVIII.
Quæ rerum creator vnus est & immutabilis. Cap. XIX.
Mutationem secundam quantitatem aut qualitatem deo competere non posse. Cap. XX.
Ex anima rationali diuinam ostendi posse trinitatem. Cap. XXI.
Quæ in diuinis pater suam sapientiam propter seipsam diligit. Cap. XXII.
In trinitate mutuum esse dilectionem. Cap. XXIII.
Summi patris ad homines vt filium suum audiant exhortatio & per eam ante dictorum probatio. Cap. XXIII.
Quæ ordo conditionis & cognitionis rerum diuerso se habeat. Cap. XXV.
De tribus diebus inuisibilis lucis. XXVI.

De tribus inuisibilibus dei a quibus emanant omnia, quae sunt potentia, sapientia, benignitas. Cap.I.

Verbum.



Verbum bonum & vita sapiens: quae mundum fecit, contemplantur mundo conspiciuntur. Et verbum ipsum videri non potuit: & fecit quod videri potuit: & visum est

Roma.

per id quod fecit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Tria sunt inuisibilia dei, potentia, sapientia, benignitas. Ab his tribus procedunt omnia: in his tribus consistunt omnia: & per haec tria reguntur omnia. Potentia creat, sapientia gubernat, benignitas conseruat. Quae tria sicut in deo ineffabiliter vnum sunt, ita in operatione omnino separari non possunt. Potentia per benignitatem sapienter creat, Sapientia per potentiam benigne gubernat, Benignitas per sapientiam potenter conseruat. Potentiam manifestat creaturarum immensitas, sapientiam decor, benignitatem utilitas. Immensitas creaturarum in multitudine & magnitudine. Multitudo in similibus, in diuersis, permixtis. Magnitudo in mole & spatio. Moles in massa & pondere. Spatium est in longo, & lato, & profundo, & alto. Decor creaturae est in situ, & motu, & specie, & qualitate. Situs est in compositione, & ordine. Ordo est in loco & tempore, & proprietate. Motus est quadripartitus, localis, naturalis, animalis, rationalis. Localis est ante & retro, dextrorsum & sinistrorsum, sursum & deorsum, & circum. Naturalis est in incremento, & decremento. Animalis est in sensibus, & appetitibus. Rationalis est in factis & consiliis. Species est forma visibilis quae oculo discernitur sicut colores, & figura corporum. Qualitas est proprietas interior: quae ceteris sensibus percipitur: ut melos in sono auditu aurium: dulcor in sapore gustu faucium, fragrantia in odore olfactu narium, lenitas in corpore tactu manuum, Utilitas creaturarum constat in grato, & apto, & comodo, & neces-

sario. Gratum est quod placet, aptum quod conuenit, comodum quod prodest, necessarium sine quo quid esse non potest. Nunc propositas partitiones a principio repetamus: & in vnoquoque diuisionis genere qualiter vel ex vniuersitate creaturarum creatoris manifestetur potentia, vel ex decore sapientia, vel ex utilitate benignitas, perquiramus. Et quia inmensitas prima fuit in partitione: prima esse debet in persecutione.

De immensitate diuinae potentiae: quam perspicimus ex creaturarum multitudine. Cap.II.



Quis sensus potest comprehendere, quae virtus sit de nihilo, etiam vnum aliquid facere, quibus exiguum. Si ergo vnum aliquid quilibet paruum de nihilo facere tanta potentia est, ut comprehendere non possit: quanta existimanda est potentia tam multa facere? Quae multa? Quot sunt. Numerata stellas caeli, arenam maris puluerem terrae, guttas pluuiae, penas volucrum, squamas piscium, pilos animalium, gramina camporum, folia siue fructus arborum, & ceterorum innumerabilium innumerabilia numerata. Innumerabilia in similibus, innumerabilia in diuersis, innumerabilia in permixtis. Quae sunt similia? Quae sub eodem genere continentur: ut homo vnum, & alter: leo vnum, & alter: aquila vna, & altera: honorus copia vna, & altera: hac singula & cetera talia in suis generibus similia sunt. Quae sunt diuersa? Quae dissimilibus differentiis informantur: ut homo & leo. Leo & aquila. Aquila & honorus copia: hac inuicem diuersa sunt. Quae sunt permixta? Omnia simul considerata. Quod ergo in similibus infinita? Quod in diuersis infinita? Quod in permixtis infinita? Audi. Homo vnum genus est, sed vnum homo non est. Quis eos numerare potest? Leo vnum genus est: sed vnum leo non est. Quis eos numerare potest? Aquila vnum genus est, sed aquila vna non est: quis eas numerare potest? & ita in ceteris innumerabilibus innumerabilium rerum generibus, infinita rerum genera, &


B

Species.

Qualitas.

in singulis generibus infinita similia. Simul vero omnia infinita innumerabilia. De creaturarum magnitudine. Cap.III.

G



Sed fortassis qui tot fecit, parua fecit, multa simul & magna, facere non potuit, quanta tamen? Metire moles motum, tractus fluminum, spatia caeporum, altitudinem caeli, profunditatem abyssi. Miraris, quia defecis: sed melius defeciendo miraris. Meditabitur de creaturarum immensitate: quasi seminarium quoddam secimus: nunc ad contemplandum earum pulchritudinem transeamus.

De eadem pulchritudine in quatuor. Cap.III.

H



Vanis multis ac variis modis creaturarum pulchritudo perfecta sit: quatuor tamen praecipue sunt, in quibus eadem decor consistit. Hoc est in situ, in motu, in specie, in qualitate. Quae quidem si quis inuestigare sufficeret, mirabilem in eis sapientiam dei lucem inueniret. Et hoc vti nam ego tam posse subtiliter perspicere, tam competenter enarrare: quam postum ardentem diligere. Delectat, nam quae valde dulces & iocundum est de his rebus frequenter agere: vbi simul & ratione eruditur sensus, & suauitate delectatur animus: & amulatione excitatur affectus, ita ut cum psalmista stupeamus: & admirantes clamemus. Quae magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti. Et alibi. Delectasti me in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo. Quae magnificata sunt opera tua domine: nimis profunda facta sunt cogitationes tuae. Vir insipiens non cognosceret: & stultus non intelligit haec. Vniuersus enim mundus iste sensibilis quasi quidam liber est scriptus digito dei: hoc est virtute diuina creatus: & singulae creaturae quasi figurae quaedam sunt, non humano placito inuente, sed diuino arbitrio instituta ad manifestandam inuisibilibus dei sapientiam, quae admodum aut si illiterat quae apertum librum videat, figuras aspiciet, literas non cognoscit: ita stultus & animalis homo qui non percipit

1. Cor. 2.

ea quae dei sunt, inuisibilibus istis creaturis foris videt speciem: sed intus non intelligit rationem. Qui autem spiritualis est, & omnia diiudicare potest: in eo quidem quod foris considerat pulchritudinem operis: intus concipit quam miranda sit sapientia creatoris. Et ideo nemo est cui opera dei mirabilia non sunt: dum insipiens in eis solum miratur speciem: sapiens autem per id quod foris videt profundam rimat diuinam sapientiam cogitationem: velut si in vna eademque scriptura alter colore seu formatione figurarum commenderet: alter vero laudet sensum & significationem. Bonum ergo est assidue contemplari & admirari opera diuina: sed ei qui rerum corporalium pulchritudinem in usum nouit vertere spiritualem. Nam & ideo scriptura temptare nos ad desideranda mirabilia dei excitat: ut per ea quae foris credimus intus ad agnitionem veritatis veniamus. Vnde psalmista. Quasi pro magno aliquo se iam & hoc fecisse commemorat: & adhuc facturum permittit dicens. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: & in adiuuacionibus tuis exercebor. Hinc est etiam quod quibusdam ignorantibus creatoris sui, & cultum deo debitum idolis: exhibentibus in Esaia dicitur. Quis mensus est pugillo aquas: & caelos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terrae, & librauit in pondere montes: & colles in statera? Qui sedet super gyrum terrae, & habitatores eius sicut locustae? Qui extendit velut nihilum caelos: & expandit eos sicut tabernaculum? Et psalterium in quodam loco cum argueret idololatrios cultores ait. Omnes dii gentium daemonia: dominus autem caelos fecit: nisi quia creatura recte considerata homini, creatorem suum ostendit? Consideremus, & nos, quanta sint mirabilia dei: & per pulchritudinem rerum conditarum, quae pulchritudinem illud, pulchrorum omnium pulcherrimum quod tam mirabile & ineffabile est, ut ad ipsum omnis pulchritudo transitoria, & si vera sit, comparabilis esse non possit. Et quae superius omnem pulchritudinem visibilium in quatuor constare diximus: nunc ordine per

Psal. 14.

Esa. 40.

Psal. 97.

singula currentes, qualiter ex ipsis inuisibilis dei sapietia clarescat videam? Scio quidem quod minus erit quicquid dixerim: sed tamen decens non est ut ideo omnino taceam: ubi precipue, ubi si fieri posset, maxime decenter loqui deberemus.

M Situs, Quatuor diximus: situm, motum, speciem, & qualitaré. Primum ergo primo discutiamus. Situs est in compositione & ordine. In compositione & dispositione, compositio duo habere debet: aptitudinē, & firmitatē: hoc est vt componēda apte & cōpetenter coeant: & composita firmiter cohereant: laudabilis est cōpositio talis.

Aptitudo consideratur in q̄ritate & qualitate. In q̄ritate ne nimis tenuia & exilia grossis & corpulentis. In q̄litate, ne nimis humida siccis, nimis calida frigidis, nimis leuia ponderosis: & si qua sunt talia, inordinate cōiungāt. Vide si pulchritudini diuinorum operum aliquid horum desit: & si nihil deesse uideris: iam aliquid habes unde etiam in hac parte mireris.

N Et primum quidem si uniuersitatis huius machinā ituit fueris: inuenies q̄ mirabili ratione & sapietia cōpositio rerū, omnium perfecta sit: q̄ apta, q̄ congrua, q̄ decora, q̄ cunctis partibus suis absoluta: in qua non solum concordia seruant similia, sed etiam q̄ create potētia diuersa atq̄ repugnātia ad esse prodierunt, dictante sapientia in vnam quodāmodo amicitiam & fœderationem cōueniunt. Quid repugnantius esse potest aqua & igne: quæ tamen in rerum natura ita dei contemperauit prudentia: vt non solum ad inuicem cōmutate societatis vinculum non dissipent, verum etiam nascentibus cunctis vt subsistere possint vitale nutrimentū subministrēt. Quid de hūani corporis compage loquar: ubi omnium mēbrorum iuncturæ tantā ad inuicem seruant concordiam: vt nullum oīno possit inueniri membrū: cuius officium alteri non videatur prestatū administratum. Sic omnis natura se diligit: & miro quodāmodo plurimū dissimiliū & in vnum redactorū concordia vnā in omnib⁹ harmoniam facit. Apta est ergo & cōueniens rerum omnium compositio: sed quomodo est firma? Quis non uideat: quis non miretur? Ecce cœli qui ambitu suo concludit omnia quomodo fo-

lidi sunt: & quasi ex ære fusiles desup cūcūq; oppāsi. Terra uero in medio, suo pondere librata, semper immobilis perseuerat, vt cætera in medio fluctuātia, hinc soliditas cœlorum, illinc terræ stabilitas in vnum coarctent & constringāt: ne citra legitimos terminos diffusa concordiam uniuersitatis dirūpant. Ecce quomodo per viscera telluris intrinsecus tracones aquarum sparsi & foris per alueos suos diuersa deducti: intus fathiscētem ne dissoluatur cōglutināt: & foris ne fathiscararentem rigant. Ecce quomodo in humani corporis fabrica iuncturas ossium vincula neruorum ligant: & medullis intus per fistulas tibiārū diffusis, canales etiā vitalem venarū sanguinem per omne corpus deducunt, ac deinde teneritudinem carniū cutis tegmen inuoluūt: vt & rigor ossium intrinsecus corpus sustineat: & pellis munimen foris defendēdo custodiāt. Quis duritiam lapidum, quis soliditatem metallorū, quis nodositatem roborum, quis tenacitatem glutinum, quis cetera innumerabilia enumerare queat? Ex quo claret q̄ sint firma rerū vincula: cū singula queq; cōdita tāto nisu naturā & esse suum defendāt, simul uero omnia & concordia societatis suæ dissolui omnino non queant.

De situ & dispositione rerum in loco. Cap. V.



Ost compositionē sequitur vt de dispositione rerum qualis sit considerem⁹. Neq; minima fiet admiratio, si quis diligenter attendat, q̄ sic singulis locis, singulis temporibus, singulis rebus, diuina prouidentia causas suas distribuit: vt in nullo penit⁹ ordo rerum perturbetur. Ecce cœlum sursum est, & terra deorsum. In cœlo, stellas & luminaria collocauit: vt subiecta omnia illustrarēt. In aere uentis & nubibus viam fecit: vt coagitationib⁹ suis disperse pluuia deorsum funderent. In gremiū telluris moles aquarū recipi iussit: vt per gurgites suos huc illucq; quo nutus ferret iubentis dicerent. Volucres in aere suspēdit, pisces aquis immergit, terram bestiis & serpentibus & aliorum reptilium vermibusq;

Dispositio rerū.

generib⁹ repleuit. Quasdam regiones ditauit ubertate frugum, quasdam opulētia vinearum, alias fertilitate olerū, alias fecunditate pecorum, alias potentibus herbis, alias gemis preciosis, alias animalib⁹ & bestiis monstruosis, alias colorib⁹ variis, alias diuersarum artium studiis, alias metallorum, alias thimiamarū diuersis generib⁹: vt nulla profusa regio sit, quæ non aliquid præ cæteris nouū & speciale possideat: nulla itē q̄ non aliquid nouum & spāle ab aliis accipere queat. Quid q̄ etiā ea q̄ humanis vñibus necessaria sunt: in communī hominum frequentia ipsa creaturis prouidentia cōstituit: ea uero quæ non natura propter necessitatem, sed cupiditas appetit propter speciem: in abditis terrarum sinib⁹ abscondit: vt quæ amor uirtutis ab imoderato appetitu non castigat saltē laboris tædio uict⁹ conuiescat.

De dispositione temporum.

Caput. VI.

Quæ de dispositione locorum, dixim⁹: quid de dispositione temporū dicem⁹? Quis satis admirari potest, q̄ mira ratione prouidentia diuina cursus tēporū distinxit? Ecce post noctem uenit dies, vt torpentes in ocio labor exerceat: post diē sequitur nox, vt fessos ad resocillandum quies excipiat. Non semper dies, non semper nox, non semper æqualis dies & nox: ne vel immoderat⁹ labor debilitatos fatigat, vel quies cōtinuata naturā inficiat, vel identitas p̄teta animo tædium generat. Itē quæ admodum uicissitudo dierum ac noctium animantia renouat: ita quatuor tempora anni ordine sibi succedentia, totius mundi speciem immutant. Primum per teporem ueris quadā innoatione mūdus nascitur. Deinde per feruorem æstatis, quasi in iuuentutem roboratur. Post hæc superueniente autūno ad maturitatem conscēdit. Postremo succedente hyeme, ad defectum uergit. Idcirco autē semper deficit: vt semper post defectū renouari possit: quia nisi pri⁹ a statu suo deficerēt uetera, quasi illis locum occupantibus non ualenter exurgere, noua. Hoc quoq; satis mirabile in hac dispositione cernitur: q̄ ipsa tempora ita im-

mutabili lege suæ mutabilitatis uices custodiunt, vt nec aliquando ab explendo ministerio suo deficiant, neq; secus curretia ordinem primæ institutionis confundant.

De ordine qui in vnaquaq; re consideratur ex dispositione partium.

Caput. VII.



Ecce de dispositione temporum exempli causa dicta sufficiant. Nunc illi ordinem prosequamur: qui in vnaquaq; re considerat. secundū cōgruā dispositionem partium. Hic uero intrinsecus est: alii. sed in loco & tēp⁹, extrinseci sunt. Et hic quoq; non minus miranda est sapientiæ efficacia: quæ ita cōgrue in uniuersitate singula distribuit vt nusq; omnino iunctura partium generet repugnantiam qualitatum. Ecce, vt exempli causa de multis pauca ponamus, in compositione humani corporis: quāta elucet sapientiæ creatoris! Sursum est homo unī formis, deorsum bifariā diuisus: quia & unīforme est principale mentis, id est ratio quæ inuisibilia respicit: & vt gemina est animæ qualitas: ita & cōcupiscētia q̄ deorsum ad terrena descendit. Item brachiis in latum extēditur: tibiis deorsum figitur statuta humani corporis: quia & intentio operationis animum extendit: & affectus desideriorum figit. Item secundū latitudinem hinc inde per digitos pedum in quinque finitur humani corporis protensio: quia siue in latum tendatur animus per intentionem operis, siue deorsum figuratur per desiderium affectionis: quinque sensus sunt per quos foris exit. Itē digitis ternis articulorū interuallis distinguunt: q̄ de vna palma in manibus, in pedibus de vna planta prodeit: quia de vna sensuualitate quinque sensus exeunt: in quib⁹ prima distinctio primū sensus, deinde sentire, postmodū sensibile inuenitur. Postremo in singulis digitis extremorum articulorum capita superpositis unguibus, quasi galeata cernuntur: vt quocūq; siue manus extensa, seu pes promotus offendiculi inuenierit: ipsi suo munimine protecti, illesi permanere possint. Similiter terrena illa ad similitudinem unguis foris

sensibus inhaerentia, quasi in necessitate nos muniunt, sed quantum non pertinet ad necessitatem: quasi extra carnem sine sensu praecidi possunt. Ecce in humana facie quae rationabili distinctione instrumenta sensuum collocata sunt. Supremum locum obtinet visus in oculis. Deinde auditus in auribus: post hunc in naribus olfactus: atque post hunc in ore gustus. Scimus autem quod reliqui omnes sensus foris intro veniunt: solus visus intus foras exit, & eminenter posita mira praeter ceteris agilitate percipit. Bene ergo quasi speculator, eminentiore cunctis locum obtinuit, ut quae ceteris sensibus superuentura sunt: ante periculum praevidere possit. Post hunc auditus: & loco & nobilitate secundus est. Deinde olfactus. Gustus autem qui nil sentire potest nisi id quod tangit, merito tardior ceteris sensibus in imo refedit. Tactus specialis sedem non habet: qui ideo universalis est, quia cunctis cooperatur sensibus. Unde & in digitis pollex qui tactum significat: coadunatis in unum digitis solus omnibus respondet, quia sine tactu nullus sensuum esse potest. Vide etiam quomodo in humano corpore ossa intrinsecus collocata sunt: quatinus robor eorum corpus sustineat: deinde caro ossa vestit, ut duritia eorum molliter tactu excipiat. Ad ultimum pellis carne induit, ut sua quodammodo tenacitate ab incommodis foris acciditibus corpus muniat. Attendite quoque illud quod molle est & infirmum, in medio quasi in loco tutiore ponitur: ne vel intrinsecus fulcimine carnes concidat, vel extrinsecus munimentum non habens fathiscat. Quod autem in uno exemplificatum est: in cunctis generibus rerum inveniri potest. Sic enim cortex munit arboris: sic penna & rostra volucres, sic squamae pisces, rebusque singulis secundum competentiam naturam suam, providentia creatoris munimenta instituit. Hucusque de situ locuti sumus: nunc ad motum transeamus.

De omnifario rerum motu.
Caput.VIII.

Motus est quadrifarius. Localis, naturalis, animalis rationalis. De quibus quia per singula multa dicere non possumus: breviter singula perstringam.

Vide quomodo in motu locali sapientia conditoris appareat. Cogita nunc visum de fluentibus semper aquis inefficiens semper vena ministratur, unde motus ventorum educitur: quis infatigabile astrorsum cursum moderat: quis sole per hiberna descendere signa praecipit: quis rursus per aestiva cum signa ascendere facit: quis est ab oriente in occidentem ducit: & iterum ab occidente ad orientem reuehit. Haec cuncta mirabilia, & soli deo possibile sunt. Quid etiam de naturali motu dicam? Quis putas nascentibus cunctis incrementum tribuit: & quasi de quodam occulto natura sine in apertum germinantia educit: rursusque eadem marcescentia illuc venetant reuerti facit: Satis haec diligenter intuentibus mirabilia apparebunt. Deinde de sequitur motus animalis: qui est in sensibus & appetitibus. Cogita ergo qualis esse possit: qui sensus omnium viuentium fabricat: appetitum creat, & in singulis quibusque animantibus quid appetere & quantum appetere debeant, ordinat. Denique motus rationalis: qui est in factis & consiliis satis admiratiois tibi ingerit, si attendere volueris quae ineffabilis sit sapientia quae ossa hominum facta, omnes voluntates, omnes denique cogitationes cordium: ita ad suam voluntatis arbitrium in torquet, ita imperat & moderatur ut nihil in universitate possit fieri: quod non ipsa ad decorem operum suorum aut praecipiendo, aut permittendo fieri velit.

De specie figurisque rerum
Caput.IX.

Hec de motu pro brevitate dicta sufficiant. Deinde sequitur species. Species est forma visibilis: quae continet duas figuras & colores. Figura autem rerum multis modis apparet mirabiles. Aliquando ex magnitudine, aliquando ex paruitate, aliquando quae rara, aliquando quae pulchra, aliquando ut interim ita loquar, quia quodammodo convenienter inepta, aliquando quia in multis vna: aliquando quia in uno diuersa, singula ordine suo profertur. Figura secundum magnitudinem at

tenditur, quando res quaelibet sui generis modum in quantitate excedit: sic miramur gigantem inter homines, cetum inter pisces, gryphonem inter volucres, elephantem inter quadrupedes, draconem inter serpentes. Figura secundum paruitatem consideratur quando res quaelibet sui generis quantitati aequari non potest: ut est succerionis in capillo, tinea in indumento: vermes & cini ses, & similia: quae inter cetera quidem animalia viuunt: sed ceteris omnium corporis exiguitate dispares sunt. Vide ergo quid magis mireris: dentes apri, an tinea, alas gryphis an cynisis: caput eque an locustae: crura elephantis an culicis: rostrum suis an succerionis: aglam an formicam: leonem an pulicem, tigridem an testudinem. Ibi miraris magnitudinem, hic miraris paruitatem: corpus paruum magna sapientia conditum. Magna sapientia cui nulla subreperit negligentia. Illis dedit oculos, quos vix comprehendere potest oculus: & in tanta exiguis corporibus sic omnifariam linea menta naturae suae congrua plenissime distribuit: ut nihil videas deesse in minimis eorum omnium quae natura formauit in magnis.

De iis quae rara sunt miranda sunt.
Caput.X.

Restat nunc dicere de iis quae rara sunt: & ob hoc magis mira videntur. Sunt quaedam in rebus conditis quae idcirco cum videtur magis mira sunt, quia ad hominum notitiam raro perveniunt, vel ob hoc quod in suo genere pura creata sunt: vel quia remotis sedibus & in abditis naturae sinibus abscondita. Haec autem idcirco creatoris providentia seorsum collocare voluit: ut illorum consortio quae noxia sunt non laedat humana societates: eorum quae preciosa sunt specie praebet humana cupiditas: eorum quae rara sunt novitate excitata admirari, discat humana tarditas: postremo ut haec bona simul & mala quasi eminus posita quodammodo alloquantur hominem, ut attendat quomodo studio mala querat fugere & bona aeterna appetere debet si per his temporalibus bonis adipiscendis & malis evitandis tantos labores sustinet.

De iis quae quia pulchra sunt mirabilia.
Cap.XI.



Sequitur de iis quae mirabilia sunt propter pulchritudinem. Quaedam rerum figuracionem miramur quae spali quodam modo decoratae sunt & convenienter compositae: ita ut ipsa dispositio operis quodammodo innuere videatur specialiter sibi adhibita diligentiam conditoris. Rursus alia idcirco miramur quae monstruosa sunt vel ridicula: quorum quodam plasmatio quantum habet humana ratioe aliena est, tanto facilius humani animi in admiratione compellere potest. Quare crocodilus manducans inferiorem molam non movet: & quomodo salamandra in igne illesum per manet: & quomodo dedit ericio spinas, & docuit eum ut se pomis turbine disculis inuoluat, quibus onustus incedens stridet quasi plaustrum: & formicam quae hyemis suppuenturam praescia granis horrea sua replet: araneam quae de visceribus suis laqueos necit visum praedat: isti sunt testes sapientiae dei. Est adhuc aliud verum & euidentius diuinae sapientiae argumentum: quod genus simile sibi praecreat, & in tanta multis similitudo vna praegata primae originis formam non mutat: non ouis vitulum, non vacca agnum, non cerua leporem, non leo vulpem, sed in sibi simile praegat suam excedit omne quod est. Hoc quoque insensibilis natura custodit: aliud genus arboris est tilia, aliud fagus, aliud quercus, vnumquodque speciem suam habet, & vnumquodque generis sui seruat similitudinem. Vide folium quod ferratis denticibus per gyrum distinguunt: quomodo intrinsecus productis costulis huc illucque, intextis. Numerata vnum, numerata aliud. Omne quod est vnum generis, vnius iuuenis & multitudinis & similitudinis: tot dentes in uno quot dentes in alio: tot costulas in uno, quot costulas in alio: tale formam in uno, quale formam in alio: tale coloris in uno, quale coloris in alio. Ecce quomodo mora, quomodo fraga, quibusdam granulis adinuicem compactis circumquaque distinguuntur: tale vnumquodque quale alterius: & omnis natura quasi cuiusdam intrinsecus dictatae praecipit accepit, nisi quod terminos suos excedere praesumit. Hoc quoque mirabile est: quod in uno corpore tot constituitur membra, tot membrorum formae, tot loca, tot officia. Ecce in uno hominis corpore quot membra: Aliud auris, aliud oculus, aliud lingua, aliud nasus, aliud pes, aliud manus: singulis sua forma, sua loca

ca, sua officia, & cum sint ita diuersa in se singula inuicè tñ cooperant' omnia.

C De rerũ variis coloribus. Cap. XII.



Rost figurã sequit' color. De colore rerum multũ differere op' nõ est: cũ ipse visus pber quantũ nature decoris addit, cũ tã variis distincta coloribus adornatur. Quid luce pulchri, q' cũ colorẽ in se non habeat, omniũ tamen colores rerũ ipsa quodãmodo illuminando colorat. Quid iocundius ad viuendum coelo cum serenũ ẽ, quod splendet quasi saphyrus: & gratissimo quodã suã claritatis tẽperamento visũ excipit & demulcer aspectum. Sol sicut aurũ rutilat, luna pallet quasi electrũ, stellarũ quẽdã flãmeo aspectu radiat: qdã luce rosea micat, qdã vero alternatim nunc roseum nunc viridẽ, nunc candidum fulgorẽ demonstrat.

Quid de gemis & lapidib' preciosis narrem: quorũ non solũ efficacia utilis: sed aspectus quoq; mirabilis est. Ecce tell' re dimita floribus, q' iocundum spectaculũ pber, quõ visum delectat, quõ affectũ pro uocat. Videmus rubẽtes rosas, cãdida lilia, purpureas violas: in quib' oĩbus non solũ pulchritudo sed origo quoq; mirabilis est. Quõ, s. dei sapientia de terrã puluere talem producit speciẽ. Postremo super omne pulchrum viridẽ, quõ animos intuentiũ rapit: qñ vere nouo, noua quadã vita gemina prodeit: & e recta sursum in spiculis suis quasi deorsum morte calcata ad imaginem futurã resurrectionis in lucem pariter erũpunt. Sed qd de operibus dei loquimur: cum etiam humana industria fucos adulterina quadã sapiẽtia fallẽtes oculos tã opere miramur.

C De sensibilibus rerum qualitatibus. Cap. XIII.



Dist speciem de qualitate rerum differere debemus: ob hoc prouidẽtia creatoris tam diuersas qualitates rebus indidit vt ois sensus hominis sua oblectamenta inueniat. Aliud percipit visus, aliud auditus, aliud odoratus, aliud gustus, aliud tactus. Visũ pascit pulchri-

tudo colorum: sua uitas cãtlenã demulcet auditũ: fragrantia odoris olfactũ, dulcedo saporis gustũ, apertitudo corporis tactũ. Et q's ois delicias sensuũ enumerare queat. Quã tã multiplices sunt in singulis: vt si q's quẽlibet sensum p se cõsideret quẽlibet p se ditatũ putet. Quot. n. oblectamẽta oculorũ in diuersitate colorum mõstrauim', tot oblectamẽta auris in varietate sonorũ inuenimus. Inter q' prima sunt dulcia sermonum cõmmercia: q' b' homines adinuicẽ suas voluntates cõmunicãt: pterita narrant, p'sentia indicãt, futura nũciãt, occulta reuelant: adeo vt si his careat vita hũana bestiis cõparabilis uideatur. Quid asit concõtus auitũ: qd humana uocis melos iocundum: qd dulces modos sonorũ oim cõmemorẽ: quia tam multa sunt harmonia genera, vt ea nec cogitat' percurrere, nec sermo facile explicare possit: q' tamẽ cũcta auditui seruiunt, & ad eius delicias creata sunt: sic est de olfactu. Habent thimiamata odorẽ suũ, habent ynguenta odorem suũ, habent rosaria odorẽ suũ, habent rubeta, prætata, tesqua, nemora, flores odorem suũ: & cũcta quã suauem præstãt fragrantia & dulces spirant odores, olfactui seruiunt, & in eius delicias creata sunt. Eodẽ modo gustus & tactus varia habent oblectamenta: quã ex similitudine priorum suis perpendi possunt.


C De utilitate rerũ qdrupticĩ. Ca. XIII.



De similitate creaturarũ & de pulchritudine earũ quõ potuim' nõ quõ debuimus locuti sum'. nũc restat vt ad cõsiderandã eandẽ utilitatẽ transeamus. Utilitas rerũ quatuor cõplectit: necessaria, cõmoda, cõgrua, & grata. Necessariũ unicuiq; rei ẽ: sine quo ipsa subsistere cõmode nõ põt: vt pote i victu hois panis & aqua: in vestitu lana siue pellicea, aut q'libet eiusmodi indumẽta. Cõmodũ est, qd licet aliqñ amplius diletter: sine ipso tñ vita duci põt: vt pote i victu hois, poculũ vini & esus carniũ: i vestitu byssus & sericũ: vt qdlibet aliud mollius indumentũ. Aprũ & congruũ est: qd licet vtentibus non prosit, ad vtendũ tñ cõuenit: quã les sunt tincturẽ colorũ, pre-

ciosis lapides, & quẽcũq; eiusmodi censentur. Gratũ est eiusmodi, qd ad vsũ qui dem habile non est: & tamen ad spectandum delectabile, qualia sunt forasitẽ qdã hãrbarum genera & bestiarum, volucrum quoq; & pisciũ: & quauis similia. Sed dignum valde inquisitione est: quare deus hæc create voluit: quã vsui hois ppter quem omnia fecit nõ necessaria fore præuidit. Sed hoc citius cognoscetur: si causa & modus humana conditionis attendatur. Deus hominẽ propter se fecit, cuncta alia propter homines condidit. Propter se fecit hominẽ, non q' ipse indigeret hominẽ, sed vt hominĩ quia meli' dare nil potuit, se ipsum fruendũ daret: alia vero creatura sic facta est: vt & subiecta hominĩ esset per conditionem: & deseruiet ad utilitatẽ. Homo ergo quasi in quodã medio collocat', habet super se deũ sub se mundũ: & corpore quidẽ deorsum mũdo cõiungit: spũ autem sursum ad deũ subleuatur. Necessẽ autẽ fuit vt visibilitũ conditio ita ordinaretur, quaten' homo in eis foris agnosceret: quale esset inuisibile bonum qd intus querere deberet: hoc est vt sub se videret: quid supra se appeteret. Non igit' decebat vt rerũ visibilitũ copia in parte aliqua defectũ sentiret: q' ob id maxime instituta est, vt inestimabile æternorum bonorũ affluentiam nunciaret. Hoc est qd dixim': cur deus illa etiã creare voluit, quã humanis visibus necessaria non esse præuidit. Si em̃ sola necessaria tribueret: bon' quidem esset, sed diues non esset. Cum vero in necessariis etiã cõmoda adiungit: diuitias bonitatis suã ostendit. Cũ autẽ cõmoda cõgruis supraditis cumulantur: abundantia diuine bonitatis eius demonstratur. Sed dũ postremo congruis etiã grata & iucunda adiacit: quid aliud q' supabundantes diuitias bonitatis suã notas facit.

C De tribus similibus & quanta sit diuini opificiũ supra humanũ excellẽtia. Caput. XV.



De de utilitate scripturarũ breuiter dicta sufficiant: sed liber adhuc ad cumulum diuine laudis paulisper attendere q' mire tria hæc simul in

opere suo conseruauerit de'. Quod quãta admiratione dignũ sit: sic facili' fortasse cognoscem': si prius hæc qual' in opere hũano simul eẽ non possint cõsiderem'. Certe hõ cũ multa facere desiderat: magna facere non põt: quã tãto min' pualet in singulis, quãto plura sunt per q' intentionis suã conat' diuidit. Rursus cũ ad magnitudinẽ immititur, a multitudinẽ retardat: quia multis p̃stare non sufficit vires quas ad vni' effectũ specialiter effundit. Simili modo minor diligẽtia decori operis impedit, quotiens ad multitudinẽ solã siue ad magnitudinẽ p̃ficiẽdam, animus occupatur. Videm' q' scriba eas figurã q' exiles sunt, promptius format, in magnis figurãdis p̃pensi' desudat: & callamus quãto velocius trahit, tãto defortiores sunt literẽ quẽ exprimunt. Nã & in formandis vestibus, iũ q' nimis pulchritudinẽ diligit, sæpe utilitatẽ perdit: & q' utilitatẽ cõseruare cupiunt, pulchritudinẽ hẽ nõ possunt. Sed i ope dei nec multitudo magnitudinẽ minuit: nec magnitudo multitudinẽ stringit: neq; simul vel multitudo vel magnitudo pulchritudinĩ officit: neq; pulchritudo utilitatẽ tollit: sed sic facta sũt oĩa, q' facta sint singulari: vt cũ vniuersa aspexeris, singula mireris. Hæc de visibilibus dicta alicui fortassis q̃tum ad cõpendiũ tractãdi pertinuit plurima videbuntur, sed attendere debet q' tam operosa materia non facile pauca cis verbis explicatur. Nam cũ dicat apostolus q' per ea quã sunt in mundo, manifestatur ea quã inuisibilia sunt in deo, necesse est vt quisq; per visibilia ad agnitionem inuisibilium prouenire desiderat: prius ipsa visibilia agnoscat. Propter qd & ego cum hæc pro posse meo inuestigare pponerem: tribus inuisibilibus in exordio enumeratis: & tribus itidem visibilibus contra hæc dispositis, rat' sum hũc esse competentissimum ordinẽ narranti, vt prius ipsorum visibilitum aliquam notitiam in mediũ afferẽ: ac sic deinde quasi relesato contemplationis aditu, per inuestigationẽ inuisibilium procederem. Postq' igitur iis q' de visibilibus dicenda erant finem fecimus: nunc quomodo vel quo ordine per hæc ad inuisibilia ascẽdat, considerare debemus.

Roma.

Quia inter tria inuisibilia dei, sapientia sit prima inuestiganda.

Cap.XVI.

Ria diximus inuisibilia, potentiam, sapientiam, benignitatem. Quarendum est, ergo quod horum ceteris prius contemplantibus in agnitione occurrat. Et credo quod illud inuisibile prius in contemplatione comprehenditur: quod in suo visibili simulacro expressus, & manifestus declaratur. Simulacra autem inuisibilium ipsa visibilia dicuntur, utpote inuisibilis potentiae simulacrum est, creaturarum immensitas. Inuisibilis sapientiae simulacrum est, creaturarum decor. Inuisibilis benignitatis simulacrum est, creaturarum utilitas. Omnis autem creatura quanto, vicinius similitudini creatoris appropinquat, tanto euidentius creatorem suum declarat. Illud ergo visibile simulacrum, inuisibile exemplar prius ostendere debet: quod diuina similitudinis imaginem perfectius in se expressam retinet. Immensitas autem creaturarum magis ad essentiam: decor vero creaturarum magis pertinet ad formam. Essentia vero absque forma considerata, in formitas est. Quod autem informe est: in hoc quidem quod est deo simile est: sed in hoc quod forma caret, a deo dissidet. Quod ergo formatum est, magis deo simile est: quod id quod formam non habet. Vnde constat quod plus evidens simulacrum est: decor creaturarum, quae ad solam spectat essentiam. Ita decor creaturarum propter formam naturalem pertinet ad habitum, utilitas vero ad actum: quia in hoc creaturae viles sunt, quod subiectae homini seruiunt & obsequium reddunt. Quod ad habitum pertinet, magis proprium est: & magis certum quod id quod pertinet ad actum: quia habitum natura indidit, actum vero institutio, adiunxit. Simulacrum ergo decoris immensitatem pariter & utilitatem in cognitione praecedit, & propterea in cognitione prius est: quia in manifestatione est euidentius. In hoc igitur simulacro primum vestigium contemplationis ponere debemus. ut dum primum inquisitionis ingressum recte tenuerimus: ipso quem quarimus duce pede inoffenso ad reliqua procedamus.

Pulchre autem inquirenda sapientia ab ipso sapientiae simulacro inquisitionis exordium sumitur: quia per sapientiam suam pater manifestatur: non solum quando sapientiam suam in carne misit, sed tunc quoque quia per sapientiam suam mundum creauit. De creator creaturarum quae simulacrum sapientiae dei esse diximus, quatuor complectitur situm, modum, speciem, qualitatem. Sed in his quatuor, motum excellentiorem locum habere dubium non est: quia viciniora vitae sunt mobilia, quae ea quae moueri non possunt. Motus autem quadripartitus est, localis, naturalis, animalis, rationalis. Sed motus naturalis, localem motum superat: quia in naturali motu non solum imago vite exprimitur: sed ipsa quodammodo vita inchoatur. Rursus animalis motus tantum naturali praecellit: quantum insensibili id quod sentit. Postremo rationalis cunctis superponitur: quia in eo non solum sensus ad animandum: sed ratio quoque ad intelligendum mouetur. Hoc simulacro nullum in creaturis esse potest euidentius, quia inuisibile sapientiam ostendit cunctis manifestius id quod sapit.

Quo per rationalem creaturam ostenditur rerum creator esse aeternus. Ca.XVII.

Rimū ergo est ac principale sapientiae sacramentum sapientia creata, id est rationalis creatura: quae quae secundum aliquid visibilis est: secundum aliquid inuisibilis ianua contemplationis facta est pariter & via. In quantum visibilis, est ianua in quantum inuisibilis est via. Ianua est, quia ingrediendi ad contemplationem animo primum aditum pandit. Via est, quia curretem in contemplationem ad finem animam perducit. Ianua est, quia quodammodo inuisibilia visibiliter ostendit. Via est, quia de visibilibus per inuisibilia euntes usque ad visibilem pariter & inuisibilem creatorem videndum perducit. Hoc in semetipso potest agnoscere homo. Nemo enim est sane sapiens, qui se esse non videt. Et tamen homo si vere quod ipse est attendere coeperit: omnem quod in se vel videt, vel videri possunt, nihil se esse intelligit. Illud namque quod in nobis rationis capax est, quis (ut ita dicam) ipsum & commixtum carni sit ipsum tamen se a substantia carnis propria ratione fecerit,

& alienum esse intelligit. Cur ergo homo inuisibilia esse dubitet, qui id ipsum quod vere homo est de cuius existetia nequaquam dubitat, inuisibile esse videtur. Ianua ergo contemplationis homini aperitur, quoniam ipse sua se ratione ducere ad se cognoscendum ingreditur. Ingresso autem via usque ad finem currenda restat: ut scilicet, quisque ex consideratione propria ad agnitionem creatoris sui perueniat. Illud namque in nobis quod carnis non habet essentiam, a carne non potest habere materiam: sed sicut diuersum est a carne, ita alienum se sentit a carnis origine. In initium tamen se habere in hoc verissime agnoscit: quod cum se intelligat esse, semper se fuisse non meminit: cum tamen nescies intellectus esse non possit. Si ergo intellectus esse non potest, nisi intelligens, restat ut quod non semper intellexisse cognoscimus, non semper fuisse, ac per hoc aliquando coepisse credamus. Sed sicut iam dictum est, quod spiritalem habet essentiam, non potest originem habere corpoream: quia quicquid ex materia praecipiente traducitur, corporeum esse comprobatur. Si igitur inuisibile nostrum initium habuerit, superest ut non de praecipiente materia, sed de nihilo factum sit. Quod autem nihil est, esse sibi dare non potest: & idcirco quicquid initium habuerit, dubium non est quin ab alio esse accepit. Quod autem a semetipso non est, esse aliis dare non potest. Igitur quisquis ille est qui rebus esse conuulit, ab alio esse non accepit. Quod inde quoque liquido comprobatur: quia si quicquid est, creaturam esse credimus: nullum in rebus finem inuenimus. Non ita ergo nos natura instruit quod creator habemus aeternum, cui suum & proprium est quod subsistit: quia si ab alio esse accepisset, prima rerum origo veraciter dici non posset. Si enim aliquando non erat, a seipso initium non habuit: sed nec primus dici potest, si ab alio esse accepit. Igitur si creator est, semper fuit. Item quod a semetipso est, non esse non potest. Quicquid enim a semetipso est, huic idem esse, & id quod est & constat, quia nulla res a semetipso diuidi aut separari potest. Cui igitur idem est esse, & id quod est, necessario semper est: quia a semetipso separari nihil potest. Si igitur quicquid a semetipso est, huic idem esse, & id quod est, quod est, qui aliunde esse non accepit, sequitur necessario ut semper sit: utque aliunde aufer-

ri non possit, quod aliunde datum non sit. Necesse est ergo ut quem creator credimus, hunc nec principium, nec finem habere posse constiteamus. Principium enim non habet quod semper fuit: nec finem, quod nunquam desinit. Neque ergo aeternus praeter solum creator est, neque creator nisi aeternus esse potest.

Ex motu rerum quadruplici creatoris quoque aeternitate comprobatur. Cap. VIII.

Anc cognitionem in rationali motu inuenimus: quod scilicet, creator aeternum habemus, quod principio caret, quia semper fuit: finem non patitur, quia semper erit. Huic autem cognitioni ceteri quoque motus attestantur: hoc est animalis, naturalis, localis. In animali namque motu sunt sensus & appetitus. Omnis autem naturalis appetitus in rebus elementum inuenitur: neque aliquis est ordinatus affectus, quem suus effectus consequi non possit. Verbi gratia. Esuriunt animantia, inueniunt quod comedant: sitiunt, inueniunt quod bibant: algent, inueniunt quo calefiant. Constat ergo quod pro uidentia praecipit: cuius consilio hoc tunc cautum est, nequod nunc indigentis rerum necessarium sibi desit. Qui, namque appetit inuenit, ipse appetitum alimera praeparauit. Neque villo modo fieri posset, si rerum euentus fortuitum essent: ut sic per omnia cunctis affectibus sui effectus responderent. Idem motus naturalis probat. Sicut enim impossibile est, ut per se aliquid de nihilo fiat: sic omnino impossibile est, ut per se aliquid augmentum accipiat: hoc est quod sibiipsi dare non potest initium, sibiipsi dare non potest incrementum. Quicquid enim crescenti in augmentum uenerit, praeter id esse comprobatur, quod per se prius solum sine incremento fuit. Si ergo nil crescere potest nisi addat ei quod prius non habuerit, patet quod nulla res crescens per se incrementum sumit. Qui ergo crescentibus dat incrementum, ipse non existentibus dedit initium. Idem motus localis probat. Quasdam namque creaturas perpetuo motu agitari cernimus, quasdam vero secundum tempus moueri videmus: & alias sic atque alias sic. Et licet ita dissimiliter res moueant, nusquam tamen ordo rerum confunditur. Vnde non est dubium quin intus sit dispositio praefata

dentis, qui certa lege cuncta moderatur. Qua ratione ergo negamus providentiam si omnis rationalis appetitus naturaliter sibi preparatam invenit alimoniam: neque unquam omnino hoc fieri contingat, ut quod in vno natura appetit, in altero natura non habeat! Similiter cum motus & incrementum ita varie & dissimiliter foris currerent, nisi quod tamen confundat ordinem: quomodo negare possumus intus esse dispositionem? Dubitari igitur non potest quin inuisibilis intus rector praesideat: qui rerum omnium eventus & providentia sua prevenit, & sapientia disponit.

¶ **Q**uod rerum creator vnus est & immutabilis. Cap. IX.

X Nusquam inquam. Nam & hoc quoque natura ipsa docet: vnum scilicet esse rerum omnium opificem: vnum esse rectorem. Nam si diversa intus consilia praesidentium essent, ipsi se foris rerum cursus ab invicem aliquando dividerent. Nunc autem omnia dum sic concorditer ad vnum finem currunt, profecto indicat quod vnus est fons & origo unde procedunt. Sed quia vnum diversis modis accipitur, considerandum est quomodo creator rerum vnus esse dicatur. Nam est vnum collectione, & vnum compositio, & vnum similitudine, & vnum essentia, & vnum identitate. Vnum collectione est quoadmodum cum gregem dicimus vnum in quo multa sunt animalia. Vnum compositio, quoadmodum cum corpus vnum dicimus, in quo multa sunt membra. Vnum similitudine, quoadmodum cum vocem vnam dicimus quae a multis est prolata. Sed horum omnium nihil vere vnum est. Secundum aliquem tamen respectum vnum dicta sunt: quia quodammodo ad vnitatem accedunt. Fas ergo non est vt existimemus creatorem rerum, aut collectione diversorum, aut compositioe partium, aut similitudine plurium vnum esse: cum illud etiam quod in nobis rationale est, horum omnium in semetipso nihil possit invenire. Illud enim nostrum quod partium multitudinem compositum cernitur, non rationale sed rationale compositum esse ipsa nostra ratioe comprobatur. Si ergo nostrum rationale vere vnum est, quanto magis creator eius vere vnus esse credendus est! Vere autem

vnum est, quod essentialiter vnum est, cui totum est vnum esse, & simplex esse quod est. Quicquid igitur vere vnum est simplex est: & si partes omnino aliquas separari non potest: & ideo sectionem partium non admittit: quia partium compositionem non recipit. Creatori igitur rerum ideo vnum est esse quod est: quia totum vnum & simplex est esse quod est. Sed adhuc considerare nos oportet quod quaedam res inveniuntur, quae vere vnum sunt, & tamen summe vnum non sunt: sicut animae quae vnum sunt essentialiter, sed vnum non sunt invariabiliter. Quod autem vere & summe vnum est, essentialiter & invariabiliter vnum est. Restat ergo vt si deus vere vnum esse credimus, vtrumque etiam summe vnus dici possit, inquiramus. Quod tunc veraciter ostendimus, si cum omnino invariabilem esse comprobamus. Sed quae scire non possumus quomodo deus invariabilis sit, nisi prius agnoscamus quomodo res quaelibet variari possit: primum nos oportet omnes mutabilitatis modos describere: ac deinde per singulas qualitates a deo remoueat ostendere. Tribus modis fit omnis mutabilitas, loco, forma, & tempore. Localiter mutatur res quaelibet quando de loco ad locum transit: hoc est esse definit vbi fuit: & vbi non fuit esse incipit. Et est extrinseca haec mutatio, nihilque variat de ipsius rei essentia: quia si esse definit vbi fuit, non tamen quod fuit esse definit: et si esse incipit vbi non fuit, non tamen quod non fuit esse incipit. Formaliter mutatur res quaelibet, quando vel secundum suam essentiam in eodem persistens loco, vel secundum augmentum aliquid accipit, quod prius non habuit, vel secundum detrimentum aliquid quod prius habuit amittit: vel secundum alterationem aliquid quod prius habuit, aliter habere incipit, quam prius habuit. Mutatio secundum tempus, ex duobus precedentibus nascitur: quia nihil temporaliter mutari potest: quod vel formaliter non mutetur, vel localiter. Vnde evidenter colligitur quod immutabile omnino est quicquid neque forma neque loco mutari potest. Si igitur deus neque forma neque loco mutari posse constiterit, immutabilem omnino esse dubium non erit. Localiter autem mutationem facile ab eo remouemus, si eum ubique esse ostendimus. Quod enim ubique est, in omni loco est,

Quod autem in omni loco est, de loco ad locum transire non potest. Deum autem ubique esse multa sunt indicia. Primum ipsa anima nostra, quae & ratio simpliciter essentiam esse non dubitat: & sensus per omne quod vivificat corpus, diffusum esse probat. Quaecumque enim animari corporis pars legitur, vnus est ad quem sensus omnis doloris retorquetur: quod omnino non fieret, si vnus & idem ubique non diffusus esset. Si ergo rationalis spiritus hominis cum sit simplex, per omne quod regit corpus diffunditur: dignum non est vt ille creator qui omnia regit & possidet, vno aliquo in loco coarctari: & non omnia potius implere credatur. Nam & ipsi rerum motus, qui tam certo & tam rationabili ubique modo ramine currunt, vitam intrinsecus mouentem esse ostendunt. Nec tamen villo modo credendum est quod sicut sensus hominis cum corpore quod sensificat personaliter coniungitur: ita quoque creator ille spiritus cum corpore huius sensibilis mundi personaliter coniungatur: quia aliter implent mundum deus, & aliter anima corpus. Anima implet corpus & eo continetur, quae circumscripibilis est: deus implet mundum, sed mundo non concluditur: quia ubique praesens nusquam comprehenditur potest. Praeterea cum diuinae virtutis effectus nusquam deesse cernimus, cur eandem dei virtutem omnibus inesse rebus dubitemus? Si autem dei virtus ubique est, cum alia non sit dei virtus quam deus: constat quod nusquam deus deest. Neque enim vt homo ad operandum aliena virtute deus indicatur: quia homo saepe alieno adminiculo perficit, quod facere propria virtute non valet. Vnde secundum quaedam loquendi consuetudinem, illic homo aliquando operari dicitur, vbi per semetipsum absens esse non dubitatur: quemadmodum cum rex in ciuitate sua residens procul cum hostibus consilium, vincere, vel superari phibetur: quia milites eius volente ipso & iubente consilium, vincunt, vel vi superant. Tale est cum quis in rem eminentem positam, vel virgam extendit, vel lapidem iacit: & tanquam dicitur quicquid vel lapis, vel virga tetigerit. Multa quidem sunt talia, sed horum omnium nihil proprie dicitur: quia alteri tribuitur quod alter operatur. Deus autem qui per semetipsum cuncta propria

virtute facit, ubique praesens est opere, praesens etiam necesse est vt sit deitate. Quod si quis forte quarat, quomodo diuina essentia quam simplex est ubique esse possit: sciat quod aliter spiritus simplex dicitur, aliter corpus. Corpus enim propter paruitatem simplex dicitur. Cum autem spiritus simplex dicitur, non paruitas sed vnitas significatur. Creator igitur & simplex, quia vnus est, & ubique est quia deus est. In omni loco existens nusquam comprehenditur: quia vniversa replens continet non continetur. Quia igitur in omni loco est, mutari localiter non potest: & quia a nullo comprehenditur, localis non est.

¶ Mutationem secundum quantitatem aut qualitatem deo competere non posse. Cap. XX.

B Ed neque illa quae secundum formam est mutabilitas in ipsum cadere potest. Quicquid enim secundum formam mutat, vel secundum augmentum, vel secundum diminutionem, vel secundum alterationem mutatur: sed horum omnium diuina natura nihil recipit: quod facile videre est per singula. Non autem getur. Quicquid enim per incrementum crescit, amplius aliquid semetipso accipit. Quicquid autem praeter id quod in semetipso habet, aliquid accipit: aliunde accipiat necesse est: quia nulla res sibi ipsi quod non habet, dare potest. Creator autem rerum a quo aliquid quod non habet accipiat, cum omne quod existit ab ipso procedat? Non potest igitur crescere qui semetipso amplius nil potest recipere: neque minus potest. Quicquid enim semetipso minus fieri potest, vere vnum non est: quia id quod in separatione se diuidit, in coniunctione idem non fuit. Deus igitur cui totum vnum esse quod est, nullo modo semetipso minus fieri potest. Neque igitur perfectio augetur, neque vnitas minus, neque immensitas comprehenditur, neque quod praesens vtriusque est localiter potest variari. Nunc de sola alteratione restat, vt ostendamus qualiter diuinae naturae non conueniat. Et quia alia est alteratio corporum, alia spirituum, cum ex supradictis constet deum non corpus, sed spiritum esse: cum de deo loquimur, non necesse est de alteratione corporum multa differere. Breuiter tamen eam attingimus, vt

Simplicitas duplex.

B

C

competētius ad alterationem spirituum perueniamus. Alteratio corporum fit in transpositione partium, & vicissitudine qualitatum. Alteratio spirituum per cognitionem & affectum. Secundum affectū mutatur spiritus, ut nunc tristes, nunc hilares. Scdm cognitionem, ut nunc minus, nunc amplius sapientes. Duo vero sunt præcipua quæ affectum operantis mutare solēt: id est siue quia aliquid peccantidum fecerit in præterito, siue aliquid inordinatum proponat de futuro. Sed quod deus de facto non poeniteat fati evidenter ostendit immutabilis iste cursus rerum omnium, qui sic lege perpetua primæ institutionis modum non deserit. Quæ vero nil inordinatum proponat rationabilis probat euentus, qui in tanto corpore naturæ nusquam sibi contradicit. Semper ergo immutabilis est voluntas dei, qui nec consilium mutat de præterito, nec propositum de futuro. Sic quoque cognitione immutabilis esse credendus est. Tribus enim modis mutabilitati subiacet humana cognitio: per augmentum, per diminutionem, per vicissitudinem. Per augmentum, ut quando dicimus quod nescimus. Per diminutionem, quando quod scimus obliuiscimur. Vicissitudo autem quadripartita est, in essentia, in forma, in loco, in tempore. In essentia vicissitudinem patitur humana cognitio, quando nunc hoc, nunc illud cogitamus: quia simul omnia nostro sensu comprehendere non possumus. In forma, quando id ipsum nunc tale, nunc vero tale attendimus: quia utrumque simul non valemus. In loco, quando nunc hic, nunc illuc cogitationem ducimus: quia simul ubique esse cogitatione non valemus. In tempore, quando nunc præterita, nunc præsentia, nunc futura consideramus. Tunc etiam tempore cognitio variatur, quando nunc habitam cognitionem intermittimus: nunc intermissam iterum resumimus: quia eam sine intermissione tenere non possumus. Sed has omnes mutabilitates diuina cognitio non recipit. Non augetur: quia plena est. Neque enim nescire potest omnia qui creat, qui gubernat, qui penetrat, qui portat omnia. Et quod omnibus præsens est deitate, absens esse

non potest visione. Minus non potest qui aliunde non est quicquid est, sed idem ipsum quicquid est, ab ipso est, ab vno & vnum totum quod est. Quid de vicissitudine dicam? Quomodo vicissitudinem recipere possit sapientia, quæ omnia simul & semel sub vno visionis radio comprehendit? Simul, quia omnem essentiam, omnem formam, omnia loca, omnia tempora. Semel, quia visionem nec intermissam recipit, nec habitam intermittit: sed quod semel est semper est, & quod semper est, totum est. Omnia videt, & de omnibus omnia videt, & semper videt, & ubique videt. Nihil enim nouum, nihil alienum aduenit, nihil suum. Quando futurum est præuidet: quando præsens est videt, quando præteritum est retinet. Nec aliud quam quod in ipso est præuidet, videt, & retinet: sed quod aduenit in tempore, fuit in visione, & quod præteritum in tempore, permanet in visione. Quem admodum si totum corpus tuum esset oculus: nec aliud tibi esset esse & aliud videre: quocumque se res verteret, præsens tibi non esse non posset: & sub vno visionis ictu immobilis permanens comprehendere res quicquid quoque versum in conspectu haberes: imo non nisi ante te cerneres quicquid circumquaque contra te positum haberes. Res transiret & staret visio: & quocumque sua se mobilitate verteret, stanti non nisi præsens esset. Nunc autem quia ex parte vides, mutabiliter vides: & cum res videnti transit, aut videri desinit, aut secum mutabiliter visionem trahit. Quod si totum oculus esses, sic mutabiliter non videres. Quicquid igitur ex parte est, mutabile est: & quicquid ex parte non est, mutabile non est. Deus autem cui idem est esse, viuere & intelligere, cum per essentiam ex parte non sit, nec per sapientiam ex parte esse poterit: sed sicut immutabilis est essentia, ita quoque immutabilis est sapientia. Hoc iam de cognitione diuina dictum sufficiat. Sed sciendum est quod hæc cognitio & visio dicitur, & sapientia dicitur, & præscientia dicitur, & prouidentia dicitur. Visio est quia aspicit, sapientia est quia intelligit, præscientia quia præuenit, prouidentia quia disponit. De quibus multæ difficiles & perplexæ quæstiones oriuntur:

tur: quas huic compendio interpolare timemus. Igitur ad ea quæ restant transueamus.

Ex anima rationali diuinam ostendit posse Trinitatem. Cap. XXI.

Hic quo pridem de visibilibus ad inuisibilia oculo contemplationis ingressi sumus, ad hoc usque via investigationis penetrauimus: ut iam creatorem rerum omnium sine principio, sine fine, sine mutabilitate esse non dubitemus: & hoc quidem non extra nos, sed in nobismetipsis inuenimus. Consideremus ergo si adhuc amplius aliquid eadem ipsa natura nostra de creatore nostro nos doceat: quia fortassis non solum vnum, sed & trinum ostendat. Certe mens rationalis vna est, & generat de se intellectum, vna vnum. Quem nonnumquam conspicit, quam subtilis, quam verus, quam conueniens, quam iocundus sit: mox diligit eum, & complaceat sibi in ipso. Videt pariter & stupet, & se tale aliquid inuenire potuisse miratur. Vehementer libet semper illud aspiceret, semper habere, semper illo perfrui, semper in illo delectari. Ipsum per se placet, ipsum propter se placet: nec aliquid est quod extra illud queritur: quia in illo totum amat. In illo contemplatio veritatis ad videndum delectabilis, ad habendum suauis, ad fruendum dulcis. Cum illo secum mens requiescit, nec unquam secreti sui redio afficitur: qua vnico qui dem, non tamen solitario consorte lætatur. Considera ergo tria hæc, mentem, intellectum, amorem. De mente intellectus nascitur: de mente pariter & intellectu, amor oritur. De sola mente intellectus: quia mens de se intellectum gignit. Amor vero nec de sola mente, quia nec de solo intellectu: quia ab utroque procedit. Prius mens, deinde mens & intellectus, postea mens & intellectus & amor. Et hoc quidem in nobis sic est. Verum in creatore esse longe aliter suadet ratio. Quia enim ipsum fuisse semper credimus, semper quoque sapientiam habuisse oportet confitemur. Nam si aliquando sine sapientia fuisse dicitur, quis cum post modum sapien-

tem fecerit, aut a quo sapientiam acceperit, nullo modo inuenitur: cum & hoc absurdissimum sit, & ab omni ratione alienum credere, eum qui est fons & origo sapientia, aliquando sine sapientia existisse. Semper ergo in illo sapientia, semper ab illo sapientia, semper cum ipso sapientia fuit. Semper in illo sapientia, quia semper sapientiam habuit: semper sapiens fuit. Semper ab illo sapientia, quia sapientiam quam habet, ipse genuit. Semper cum illo sapientia, quia genita se a genente non diuidit. Semper genita est, & semper gignitur: nec cum gignitur inchoans, nec cum genita est cessans: semper gignitur, quia æterna: semper genita est, quia perfecta. Est ergo qui genuit, & est qui genitus est. Qui genuit pater est: qui genitus est, filius est. Et quia qui genuit semper genuit, æternus pater est. Et quia qui genitus est semper genitus est: æterno patri filius coæternus est. Item qui semper sapientiam habuit, semper sapientiam dilexit. Qui vero semper dilexit, semper amorem habuit. Itaque æterno patri & filio coæternus amor est. Et tamen pater a nullo est, filius a patre solo est, amor vero a patre simul & filio est. Sed quia superius creatorem omnium summe & vere vnum esse assertimus: hæc tria in deo vnum esse substantialiter oportet confitemur. Quia item ille qui genitus est non potest esse ille a quo genitus est: neque item ille qui a gignente & genito procedit, ille esse potest qui est gignens vel genitus: inexpressibili ratione veritatis cogimur in deitate personarum trinitatem, & substantiam vnitatem cognoscere. Tribus ergo in deitate vna communis est, & æqualis æternitas, & æterna æqualitas: quia non potest esse singulis dissimile, quod omnibus facit deitas vna commune. Tres ergo vnum sunt: quia in tribus personis est vna substantia: sed tres vnus non sunt, quia sicut distinctio personarum vnitatem deitatis non diuidit: ita & vnitas deitatis distinctionem personarum non confundit.

Quod in diuinis pater suam sapientiam propter eam ipsum diligit. Cap. XXII.

Sed libet adhuc paulo
attentius considerare quo
modo dictum sit q̄ pa-
ter diligit sapiētiā suā.
Homines enim sepe so-
lent diligere scientiam
suā propter opus, non opus propter scien-
tiam. Sicut est scientia colendi, scientia te-
xendi, scientia pingendi, & ceterę huius-
modi, ubi prorsus peritia iudicatur inuti-
lis, nisi consequatur in opere fructus uti-
litatis. Quod si de sapiētiā dei dicitur, iā
nimirū opus factori suo antefertur. Pro-
pterea dicendum est sapiētiā semper pre-
ciosiorem esse opere suo, & semper pro-
pter se amādā esse sapiētiā. Quod si quan-
do, forte sapiētię opus suum antefertur,
nō hoc est ex iudicio veritatis, sed ex er-
rore hominis. Sapiētiā enim vita, & amor
sapiētię est felicitas vita. Quapropter
cum dicitur q̄ pater sapiētiā compla-
ceat sibi in illa: absit ab intellectu nostro
ut credam⁹ q̄ deus sapiētiā suā propter
opera q̄ per illā facit diligit: quin potius
oīa opera sua nō nisi ppter illā amet. Pro-
pterea enim dixit: Hic est filius meus di-
lectus in quo mihi complacui: non in ter-
ra aut in celo: non in sole aut in luna &
stellis: non etiā in angelis, & quę excel-
lentissima sunt in creaturis: quia & ista si-
suo modo placita sunt, tamen nisi in ipso
& per ipsum placere non possunt. Tanta
enim amplius ad eius digna sunt,
quanto vicini⁹ sunt eius similitudinem
accedūt. Non ergo propter sapiētiā
tiam, sed propter sapiētiā opera sua di-
ligit deus. In illa enim omne pulchrum
& verum, & ipsa tota est desiderium. Lux
inuisibilis & vita immortalis: cuius aspe-
ctus est tam desiderabilis, ut oculos dei
delectare possit: simplex & perfecta: non
redundans & plena, sola, non tamen soli-
taria, vna & continens omnia.

In summa Trinitate mutuum esse dile-
ctionem. Cap. XXIII.

Sed quia tres personas
in deitate vna credim⁹,
superest ut qd̄ de qualis-
bet harum dicitur, utrū
ne etiā de aliis dici pos-
sit inquiratur. Dicitum

est autem q̄ pater amat filium. Restat er-
go ut consideremus, an pari modo dici
possit, q̄ amor patris & filii amet filium,
q̄ fili⁹ amet seipsum. Item q̄ pater amet
se, q̄ filius amet patrem, q̄ amor patris
& filii amet patrem. Item q̄ amor patris
& filii amet se, q̄ pater amet amorem su-
um & filii, q̄ filius amet amorem suum
& patris. Postremo utrū q̄ vnus & idem
amor est quo quisq̄ amat seipsum, vel ad
inuicem quisq̄ aliū. Sed hæc facili⁹ in-
ueniamus, si ea quę iā dicta sunt ad mea-
moriā reuocemus.

In supradictis enim rationibus asse-
rimus q̄ deus prima causa est & ori-
go bonorū omnium. Eo autem qui fons
est & principium omnium excellentius
bonum nullum esse potest. Summum igitur
bonū deus est. Beatitudo autē nusq̄
rectius q̄ in summo bono collocatur.
Deus igitur solus & proprię & principa-
liter beatus est. Beatus autem quomo-
do esse potest, cui idipsum non placet quod
est: Quisquis igitur beatus est, & seipsum
diligit, & id quod ipse est diligit. Si igitur
pater & filius, & amor patris & filii
vnum sunt, & vnus deus sunt: cum in so-
lo deo vera beatitudo sit, necesse est ut &
quisq̄ amet seipsum, & ad inuicem quisq̄
q̄ alterum. Neq̄ beatitudo veraciter di-
ci posset, immo potius summa infelicitas
foret, si per contrariam voluntatem se di-
uiderent, & per eandem naturam ab in-
uicem separari non possent. Sicut igitur
natura vnum sunt pater & fili⁹, & amor
patris & filii, ita quoq̄ voluntate & amo-
re vnum non esse non possunt. Vno amo-
re se diligunt, quia vnum sunt: nec aliud
est quod quisq̄ amat in altero, q̄ quod
quisq̄ amat in seipso: quia non aliunde
est q̄ quisq̄ est, q̄ quod alter est. Quod pa-
ter diligit in filio, hoc idem filius diligit
in seipso: & quod amor patris & filii dili-
git in filio, hoc idem filius diligit in se-
ipso. Item quod filius diligit in patre, hoc
pater diligit in se: & quod amor patris
& filii diligit in patre, hoc pater diligit
in se. Item quod pater & filius diligūt in
amore suo, hoc amor patris & filii dili-
git in seipso. Item qd̄ pater diligit in seipso,
hoc diligit in filio, & in amore suo. Et qd̄
filius diligit in seipso, hoc diligit in pa-

tre & in amore suo. Et quod amor patris
& filii diligit in se, hoc diligit in filio &
in patre.

Summū patris ad hoīes ut filiū suū au-
diant exhortatio, & per eam antedictō-
rum probatio. Cap. XXIII.

Mart. 3. **A**udi vtrum vox patris
huic, quod loquimur cō-
cordet. Hic est inquit,
filius meus dilectus in
quo mihi cōplacui. Nō
dixit separatim ego mi-
hi cōplacui: neq̄ dixit separatim, ille mi-
hi placuit: neq̄ vero simul dixit, ego mi-
hi cōplacui, & ille mihi cōplacuit, sed di-
xit, ego mihi complacui in ipso, hoc est qd̄
mihi de me placet in ipso est: extra ipsum
non est: quia quod ego sum ipse est. Quia
enim aliud q̄ ipse non sum, extra ipsum
mihi placere nō possum. Hic est ergo fi-
lius meus dilectus, in quo mihi compla-
cui. Quicquid mihi placet, in ipso & per
ipsum placet. Ipse est em sapiētiā per quā
feci omnia. In ipso aternaliter disposui,
quicquid temporaliter feci. Et tanto ama-
plius vnū quodq̄ opus meū diligo, quan-
to perfectius illud primę dispositioni cō-
cordare video. Nolite putare q̄ ipse tm̄
sit mediator in reconciliatione hominū:
quia per ipsum etiam cōmēdabilis & pla-
cita sit aspectui meo cōditio omniū crea-
turarum. In ipso examino cuncta opera
mea quę facio: & nō amare nequeo quod
intueor simile illi quē amo. Solus ille me
offendit, qui ab eius similitudine recedit.
Si ergo vultis mihi placere ei, similes esto-
te, ipsum audite. Et si forte ab eius simi-
litudine male agendo discessistis, ipsum
imitando ad ipsum redite. In ipso datur
præceptum, in ipso datur consiliū. Præ-
ceptum ut persistatis, consiliū ut redea-
tis. Vtinam tenuissetis præceptum: sed
quia transgressi estis præceptum, saltem
audite consiliū: ipsum audite. Magni cō-
siliū angelus nobis mittitur, ut qui condi-
tis datus fuit ad gloriam, idem perditis
veniat ad medelā. Ipsum audite. Ipse cō-
ditor, ipse est & redēptor: ipse deus mecū
vos condidit, qui vobiscum homo, solus
ad vos venit. Ipsum audite. Ipse est for-
ma, ipse medicina, ipse exemplum, ipse est
remedium. Ipsum audite. Felicius fuisset

semper tenuisse eius similitudinē, sed iam
minus gloriosum non erit, ad eius redire
imitationē. Ipsum audite. O homo quid
causaris ignorantia tuam! Ecce ipsa na-
tura tua te arguit: ipsa te conuincit. No-
si qualis sis, vnde venias, quem factorem
habeas, quo mediatore egeas, & tu adhuc
impudenter te defendendo contra deum
clamas. Nostri q̄ mal⁹ es, & q̄ a bono opi-
fice malus factus non es, & cessas, & non
clamas ad eum qui te fecit ut veniat &
reficiat: qui creauit ut redimat. Noli du-
bitare de potentia eius: vide opera illius
quanta sunt. Noli dubitare de sapiētiā,
vide opera eius q̄ pulchra sunt. Noli du-
bitare de beneuolentiā, vide opera eius
quomodo ad utilitatem tibi seruiāt. Mō-
strat, ergo tibi suo opere quantum posi-
sit in tui redemptione. Monstrat item tibi
bi q̄ formidandum expectare possis iudici-
cem, si nolueris habere redemptorem. Ne-
mo resistere ei potest, quia omnipotēs est:
nemo eum fallere potest, quia sapiētiā
mus est: nemo eum corrumpere potest, quia
optimus est: nemo eum declinare potest,
quia vbiq̄ est: nemo eum tolerare potest,
quia aternus est: nemo eum flectere po-
test, quia incōmutabilis est. Si ergo nolu-
mus talem sentire iudicem, ipsum quęra-
mus redemptorem.

Quo ordo conditionis & cognitionis re-
rū e diuerso se habeat. Cap. XXV.

Quando pridem de visis
bilibus ad inuestiganda
inuisibilia progredi cō-
cipimus, primo a corporea
creatura ad incorporeā,
hoc est rationalem crea-
turam transiuimus: ac deinde a rationa-
li creatura vsq̄ ad sapiētiā dei pertie-
nimus: nunc vero redeuntes primo a sa-
piētiā dei ad rationalem creaturam: de-
inde a rationali creatura ad creaturam
corpoream habita consideratione proce-
demus. Ille ordo est cognitionis, iste con-
ditionis: quia primum corporea creatura
quę visibilis est in cognitione occur-
rit: deinde a corporea creatura ad incor-
poream cognitio transit: postremo via
inuestigationis aperta vsq̄ ad conditō-
rem vtriusq̄ peruenit. In conditione
vero primo gradu ad imaginem Dei

rationalis creatura facta est: deinde creatura corporea, ut creatura rationalis in ea foris agnosceret, quid a creatore intus accepisset. In sapientia dei est veritas: in rationali creatura imago veritatis: in corporea creatura umbra imaginis. Rationalis creatura facta est ad dei sapientiam. Corporea creatura facta est ad rationalem creaturam. Propter quod omnis motus & conuersio corporee creaturæ est ad rationalem creaturam: & omnis motus & conuersio rationalis creaturæ esse debet ad dei sapientiam: ut dum quodque suo semper superiori adheret per conuersionem, nec primæ conditionis ordinem, nec primi exemplaris in se perturbet similitudinem. Quisquis ergo via inuestigationis de visibilibus ad inuisibilia transit, primum a corporea creatura ad rationalem creaturam, deinde a rationali creatura ad considerationem sui creatoris mentis intuitum ducere debet. Reuertens autem de inuisibilibus ad visibilia, primum a creatore ad rationalem creaturam, deinde a rationali creatura ad corpoream creaturam descendit. Ordo autem cognitionis in mente humana semper præceat ordinem conditionis: quia nos qui foris sumus redire ab intimis non possumus, nisi prius oculo mentis intima penetremus. Sequitur autem semper ordo conditionis ordinem cognitionis: quia etsi aliquando humana infirmitas ad interna contemplanda vel tenuiter admittitur, dum tamen ibidem stare hanc suam mutabilitatis fluxus non permittit.

De tribus diebus inuisibilis lucis. Cap. XXVI.

Ostendit igitur nos quantum deus largiri dignatus est de visibilibus ad inuisibilium cognitionem peruenimus: nunc iam mensura ad semetipsum redeat & quid sibi ex hac cognitione utilitatis provenire possit attendat. Quid enim nobis prodest, si in deo cognoscimus maiestatis celsitudinem & nullam nobis inde colligimus utilitatem? Sed ecce dum de illo intimo diuine contemplationis secreto reuertimur, quid nobiscum afferre poterimus? quid nisi lucem de regione lucis venientes? Hoc enim decens & necessarium est, ut si a lucis

regione venimus, ad fugandas nostras tenebras nobiscum lucem apporremus. Et quis scire poterit quod ibi fuimus, si illuminati non redimus? Appareat ergo quod ibi fuimus, appareat quod ibi vidimus. Si ibi vidimus potentiam, apporremus lucem divini timoris. Si ibi vidimus sapientiam, apporremus lucem veritatis. Si ibi vidimus benignitatem, apporremus lucem dilectionis. Potentia torpentes ad amorem excitet: sapientia ignorantie tenebras cæcitate illuminet: benignitas frigidis calore, caritatis inflammet. Videte queso quid lux sit, nisi dies: & quid tenebræ nisi nox. Et sicut oculus corporis habet diem suum & noctem suam, ita quoque oculus cordis habet diem suum & noctem suam. Tres ergo dies sunt in visibilibus lucis, quibus interioris spiritualis vite cursus distinguitur. Primus dies est timor: secundus est veritas: tertius est caritas. Primus diem suum habet potentiam: secundus diem suum habet sapientiam: tertius diem suum habet benignitatem. Potentia ad patrem, sapientia ad filium, benignitas pertinet ad spiritum sanctum. Alii sunt dies nostri quos habemus ex terius, alii quos interioribus habemus. Dies nostri exteriores etiam quum nolumus transeunt: dies vero interiores si volumus, permanere in æternum possunt. Nam de timore domini dicitur quod in seculum seculi permanet. De veritate quoque dubium non est quin permaneat in æternum: quia etsi in hac vita incipiat, tunc tamen plena & perfecta in nobis erit: cum ipse qui est veritas post huius vite terminum manifestus apparebit. De caritate item dictum est: quia caritas nunquam excidit. Boni dies isti qui nunquam transeunt. Nam illi dies mali sunt, qui non solum non permanent semper, sed nec ad modicum stare possunt. De his diebus per Prophetam dicitur. Homo sicut fœnum, dies eius sicut umbra declinauerunt. Isti sunt dies quos meruit culpa: illi dies quos dedit gratia. De illis diebus dixit Prophetam. In diebus meis in uocabo: qui alibi dixit. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Sed illos dies suos vocat: quia alios dies non amat. Sicut Hieremias dicit. Domine diem hominis non desideravi, tu scis. Isti sunt dies quibus plenus fuit Iob: de quo scriptum est, Iob. 4. 2.

quia mortuus est senex & plenus dierum. Nam de aliis diebus plenus esse non poterat, qui transacti iam non erant. Illos dies qui foris sunt: solos mali nouerunt: boni vero qui iam internos dies videre meruerunt, eos qui foris sunt non solum non diligunt, sed etiam maledicunt. Pereat, inquit beatus Iob dies in qua natus sum, & nox in qua dictus est, conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, & non requirat eum deus desuper: & non illustret lumina. Illos ergo dies qui intus sunt potius debemus amare, ubi lucem non sequuntur tenebræ: ubi æterni solis splendore illuminantur oculi interiores cordis mundi. De his diebus Psalmista cecinit. Annunciate de die in diem salutare eius. Quid est salutare eius, nisi Iesus eius? Sic enim interpretatur Iesus, hoc est salutaris. Qui ideo salutaris dicitur, quia per eum homo ad salutem reformatur. De ipso autem Ioannes loquens, Lex inquit per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Item Paulus Apostolus vocat Christum Iesum dei virtutem & dei sapientiam. Si igitur dei sapientia Iesus Christus est, & per Christum Iesum veritas facta est: constat quod per sapientiam dei veritas facta est. Dies ergo sapientie est veritas. De hoc die suo ipsa sapientia loquitur Iudeis dicens. Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum, vidit & gauisus est. Veritas enim dei redemptio est generis humani. Hanc enim prius promiserat. Quam nimirum dum postmodum exhibuit, quid aliud quam seipsum veracem ostendit? Recte autem per sapientiam hæc veritas impleta est, a quo omnis veritas est. Nec alius ad implendam veritatem mittendus fuit, nisi in quo omnis veritas plenitudo consistat. Bene ergo Abraham ad diem veritatis exultat: quia impleri veritatem desiderat. Quam profecto diem tunc per spiritum vidit, quando dei filium ad redemptionem humani generis in carnem venturum agnouit: dicatur ergo. Annunciate de die in diem salutare eius. Diem scilicet de die primo in diem tertium: diem veritatis de die timoris, in diem caritatis. Primum vnus dies erat dies timoris. Venit dies alter, dies veritatis. Accessit non successit: quia prior non discessit. Ecce duos dies: tertius est in diem tertium, in diem caritatis: sed

& ille cum venit, priores non expulit. Beati dies isti. Istis diebus homines impleri possunt: ubi futuris supernientibus presentes non transeunt. Vbi numerus cum augetur, claritas multiplicatur. Quod dicitur dies mystici prius in genere humano completi sint & in nobis complere debeant, & quomodo. Cap. XXVII.

Nonnulli homines sub peccato constituti, per legem separati sunt: & coeperunt deum timere iudicio: quia cognouerunt iniquitatem. Ipse vero timere hoc iam erat agnos-

scere: quia profecto nequaquam timere possent: si nullo modo agnoscerent. Iam aliquid lucis erat ipsa agnitio: iam dies erat, sed necdum clarus: quia peccati adhuc tenebris caligabat. Venit ergo dies veritatis, dies salutis, qui peccatum destrueret, claritatem prioris diei illuminaret: & timorem non tollerent, sed si melius commutaret. Sed necdum plena erat caritas, donec adiuuaretur veritati caritas. Nam ipsa veritas dicit. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Omnis ergo veritas ut & mala tollerent, & bona reformaret. Ecce tres dies sunt: dies timoris, qui manifestat multos veritatis, qui aufert malum: dies caritatis, qui constituit bonum. Dies veritatis clarificat diem timoris: dies caritatis clarificat & diem timoris & diem veritatis: donec perfecta fuerit caritas, & perfecte manifestatur omnis veritas: & timor poenæ transeat in timorem reuerentiæ. Annunciate ergo de die in diem salutare eius. De his diebus locutus est Osee propheta dicens. Viuisficabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos. Nam qualiter dominus nosster Iesus Christus tertia die surgens a mortuis in se nos viuificauerit & suscitauerit, audiuius, & gauisi sumus. Sed dignum valde est ut recognoscimus ei beneficium suum: & quemadmodum nos in ipso tertia die resurgente reuereamus: ita & nos per ipsum & per ipsum tertia die resurgentes, esse resurgere in nobis faciamus. Nec credendum est quin a nobis sibi ipse velit retribuere, quod prior ipse nobis voluit impertiri. Sicut ergo ipse ut nostram in se & per se salutem operaretur, tres dies habere voluit: ita & nobis

X

Ioan. 14.

Ose. 6.

Y

vt nostrā in nobis per ipsum salutem operemur, tres dies dedit. Sed quia illud qđ in ipso gestum est non tñ remedium, sed etiam exemplū fuit & sacramentū: oportuit vt visibiliter foris fieret: quatinus illud quod in nobis inuisibiliter fieri debuit significaret. Dies ergo eius extrinsecus fuerunt: nostri dies intrinsecus querē di sunt. Tres ergo dies habemus intrinsecus: quibus illuminatur anima nostra. Ad primū diem mors pertinet, ad secundū sepultura, ad tertium resurrectio. Primus dies est timor, secundus est veritas, tertius est caritas. Dies timoris, est dies potētie, dies patris: dies veritatis, est dies sapientia, dies filii: dies caritatis, est dies benignitatis, dies spiritus sancti. Dies qui dē patris, & dies filii, & dies spiritus sancti, in claritate diuinitatis vnus dies: sed in nostrę mentis illuminatione quasi aliū diem pater, aliū filius, atq; aliū habet spiritus sanctus: nō qđ vllatenus credēdū sit trinitatē, quę inseparabilis est natura in operatione posse separari: sed vt discretio personarū in distinctione operum valeat intelligi. Quādo ergo omnipotētia dei cōsiderata in admirationem cor nostrū excitat, dies patris est. Quādo vero sapientia dei inspecta agnitioe veritatis cor nostrū illuminat, dies filii est. Quādo autem benignitas dei intenta ad amorē cor nostrū inflāmat, dies spiritus sancti est. Potentia terret, sapientia illuminat, benignitas letificat. In die potentia: per timorem morimur. In die sapientie per contemplationē veritatis a strepitu huius mundi se pelimur. In die benignitatis per amorem & desiderium aternorū bonorum resurgimus. Ideo enim Christus sexta die mortuus est, septimo die in sepulchro iacuit, octauo die resurrexit: vt simili modo primū potentia in die suo per timorem nos a carnalibus desideris foris occidat: dein de sapientia in die suo intus in abscondito contemplationis sepeliat: postremo benignitatis in die suo per desiderium diuini amoris viuificatos exurgere faciat: quę sextus dies ad laborem, septimus ad requiem, octauus pertinet ad resurrectionem.

FINIS.

M. HVGGO

nīs de sancto Victore Libellus, de potestate & volūtate dei, vtra maior sit.



Veritur de potestate Dei an maior sit volūtate eius. Si em plus potest deo qđ vult, videret potestas ei⁹ maior qđ voluntas, si aut potestas ei⁹ maior est qđ voluntas eius, videret in eo esse inaequale aliqd, & nō tot⁹ sibi cōuenire deus. Quō ergo vnū est totū qđ est, si maius & min⁹ ibi est: si vero idē illi est & posse & velle, eadē est potestas eius & voluntas eius. Si aut idē illi est & posse & velle, quōd vult potest: & quicqd potest, vult. Vult aut oē qđ facit: quia cōtra volūtate nihil facit, qui volūtate facit quōd facit. Rursum oē qđ vult facit, quia ad oīa posse adest, cum velle nō deest. Si ergo ampli⁹ nō potest deus facere qđ vult, neq; ampli⁹ facere vult qđ facit: cōstat pculdubio qđ ampli⁹ facere nō potest qđ facit. Amplius, si potest de⁹ plus facere qđ vult, potest cōtra volūtate suā facere, & facere qđ in volūtate nō habet: & est potestas eius cōtraria volūtati ei⁹. Vnde cōsequēs esse videt, qđ oē qđ potest & vult, facit: sicut oīe qđ facit, potest & vult. Sicut oē qđ potest vult, sicut oē qđ vult potest. Sed si hoc recipit qđ deus aliud vel aliter nihil facere possit qđ facit: necessitate operat oīa, & alligat atq; cōstringit lege operū suorū vt dñetur ei cōditio opis suis: sed hoc nefas est cōsiteri. Quō ergo inquit, idē est deo velle & posse, si maior est potestas eius qđ volūtate? Videte qđ dicūt. Maior, inquit, s̄m vos potestas dei est qđ volūtate ei⁹. Quare? Quia dicitis deū pl⁹ posse qđ velle. Intēdite. Si idcirco maior dicit deus potestas dei qđ volūtate ei⁹, quia multa facere potest quę facere nō vult: ergo & volūtate maior esse dicat qđ potestas, quia multa quę facere potest nō facit, quia facere nō vult. Si, n. potestas maior dicit quia volūtate trāscendit: & voluntas maior dicat, quia potestate cōstringit. Sed sicut potestas nō coarctat in eo qđ sine volūtate nihil operatur: ita & volūtate nō superat in eo qđ nō affect⁹, effect⁹, & respect⁹. Volūtate ergo & potestas in deo & affectu & effectu vnū sunt: sed respectu ad vnū nō sūt. Quō hęc duo in deo affectu vnū sunt? Quia in ipso nec volūtate sine potestate est, nec potestas sine volūtate. Potestas sine volūtate esset, si aliquā haberet potentia, quā habere nollet. Rursum volūtate sine potestate esset, si aliqui nō ex virtute sed ex infirmitate aliquid vellet. Quia ergo & potestas in ipso semp volūtaria est, & volūtate potestatiua (qm qđ potest, oē posse vult: & qđ vult, oīe ex potestate vult) idcirco in ipso nec potestas sine volūtate est, nec volūtate sine potestate. Similiter in effectu nec volūtate a potestate, nec potestas a volūtate vllatenus separari potest. Quicqd em deus volūtate facit, facit & potestate: & rursum quicqd facit potestate, facit & volūtate. Quia oīa quę facit & volūtate & potestate & potestate exercet: nec se diuidit in opere. F que diuidi nō possunt in operate. Sic igit potestas dei & volūtate & affectu in ipso & effectu per ipsum indiuisa p̄seuerat, respectu extra ipsum dissimiliter se demonstrat. Quia em de⁹ veraciter nō oē qđ potest velle dicit, quia multa facere potest quę facere non vult, nihil autē facere vult quđ facere non potest: ideo ad quādā respicit potestas ei⁹ ad quę nō respicit volūtate eius. Ad oīa autē ad quę respicit volūtate eius, respicit potestas eius. Sic igit potestas diuina respectu aliqui ad alia se habet qđ volūtate: sed in se aliud nō habet qđ volūtate, quia cōtra voluntatē nihil potest. Sed dicunt si deus aliqd facere potest qđ nō vult: aliqd facere potest cōtra voluntatē suā. Si aut cōtra voluntatē suā aliqd facere potest: nō est oipotēs qđ cogi potest, & duci ad id qđ nō vult. Sed videte quōd coherere: qđ dicit qđ si deus aliqd facere potest qđ facere nō vult, ergo cōtra volūtate suā aliqd facere potest. Cōtra volūtate suā quippe faceret si faceret qđ facere nollet. Nō aut idcirco quia aliqd facere potest quod facere nō vult, cōtra volūtate suam facere potest: quia si id faceret quod facere potest, & nō vult: ita illud facere vellet qđ faceret: sicut modo, quia facere nō vult non facit qđ tñ facere posset, si vellet. Sic potestas & predestinatio in deo si scdm res

specū cōsideratur dissimiliter se habent: cū tñ in deo vnū sint. Præsciētia em & ad mala & ad bona se habet. Prædestinatio ad bona tñ. Oīa quippe futura præsciuit, electos aut tñ prædestinauit. Sicut & prædestinatio quā pro dispositioe accipit in respectu tñ præsciētie parificari nō potest: quia præsciētia dei, & ad ea qđ factur⁹ est p̄inet, & ad ea qđ pmissur⁹. Prædestinatio autē ad ea quę factur⁹ est tñ. Ambrosi⁹ em dicit. Prædestinauit deus impiorū gehēnā: sed nō p̄destinauit impiorū culpā. Qđ em facturus fuit prædestinauit, quod aut facturus nō fuit, sed pmissurus: nō prædestinauit, sed præsciuit. FINIS.

specū cōsideratur dissimiliter se habent: cū tñ in deo vnū sint. Præsciētia em & ad mala & ad bona se habet. Prædestinatio ad bona tñ. Oīa quippe futura præsciuit, electos aut tñ prædestinauit. Sicut & prædestinatio quā pro dispositioe accipit in respectu tñ præsciētie parificari nō potest: quia præsciētia dei, & ad ea qđ factur⁹ est p̄inet, & ad ea qđ pmissur⁹. Prædestinatio autē ad ea quę factur⁹ est tñ. Ambrosi⁹ em dicit. Prædestinauit deus impiorū gehēnā: sed nō p̄destinauit impiorū culpā. Qđ em facturus fuit prædestinauit, quod aut facturus nō fuit, sed pmissurus: nō prædestinauit, sed præsciuit. FINIS.

Ambrosi⁹.

EIVSDEM

Hugonis de sancto Victore Libellus alter de quatuor volūtatibus in Christo.



Veris de volūtate dei, & de volūtate hoīs filii ter. Christi⁹ deus fuit, & ideo volūtate diuina in illo fuit. Et quia etia ho fuit, sicut volūtate humana in illo fuit. Non dico humanā quā culpa & vitii hoīs facit, sed quā natura hoīs requirit. Ergo in Christo diuina volūtate fuit iquātū Christus de⁹ fuit: & sicut humana volūtate in ipso fuit inquātū ipse homo fuit. Humana autē volūtate tripliciter cōsiderat, scdm rationē, scdm pietatē, scdm carnem. Ergo in Christo volūtate fuit diuinitatis & volūtate rōnis, & volūtate pietatis & volūtate carnis. Volūtate diuinitatis p iustitiā sententiā dicitabat. Volūtate rōnis p obediētiam, veritatē approbatat. Volūtate pietatis p cōpassionē in malo alieno suspirabat. Volūtate carnis p passionē in malo pprio murmurabat. Vide an nō oīa hęc in Christo. Ille leprosus quā sanitate p̄cabat & maiestatem cōfitebat. potētiam volūtatis diuine cōfessus est dicens. Dñe, si vis, potēs me mūdare. Et dñs vt eiusdem volūtatis diuine & sententiā & potētiam ostēderet p̄pter sententiā ait, volo: p̄pter potētiam subluxit, mūdare. Hoc est exemplū voluntatis diuine in Christo. Propter volūtate rōnis, quę volūtate

Luc. 5.

Matth. 26. tati diuine per obediētā subiciebat, dixit. Spiritus quidē proptus est. Propter voluntatē carnis, quæ poenā horrēdo p infirmitatē passioni renitebat dixit: caro autē infirma. Spūs proptus erat p voluntatē rōnis dispositionē diuine voluntatis in passione carnis suę sequēdo. Caro autē infirma, p naturalē prouidētiā qua malū suū odire acceperat, passioni renitēdo. Scdm voluntatē itaq; deitatis in dispositiōe præcedētē, & scdm voluntatē rōnis diuinā dispositiōnē approbātē & subsequētē Christ⁹ pati voluit. Scdm autē voluntatem carnis, scdm quā naturaliter inquitū hō fuit, eadē carne suā qd odio nō habuit, pati noluit. Ne q in hoc tñ diuinę voluntati cōtrari⁹ fuit: qd & hoc ipm qd noluit eū nolle diuinā voluntas fuit. Erat adhuc alia voluntas in Christo, voluntas pietatis siue hūanitat. Nā ipa pietas hūanitas vocat: & dicitur hūanī q pū sunt, & facile alienis miseris cōpatiunt. Propriū est em̄ hūanitatē cōpati & moueri pietate in miseria aliena. Bestia pati pōt, cōpati autē hūanitatē est ppiū. Idcirco voluntas pietatis, voluntas hūanitatē vocat: qd hōis est pietate moueri. Et hęc sūt scdm naturā hūanitatē i Christo iuenit. Cū appropinquet Hierlm vidēs ciuitatē fleuit sup eā. Quare flebat si non dolebat? Ergo noluit, quod doluit. Quid doluit? perditionem. Si doluit de perditione illorū, noluit perditionem illorū. Quomodo noluit? Scdm voluntatem vtiq; diuinā quod iustū futurū erat, voluit. Scdm voluntatē rationis, iustitię cōsensit, & iustitiā approbauit. Porro scdm voluntatē pietatis sine odio iustitię cōdolu it miserię: quemadmodū scdm voluntatem carnis iustitiā nō accusabat, sed poenam recusabat. Vnaquęq; voluntas quod suū erat operabat, & quod ad se pertinebat sequebatur. Voluntas diuinā iustitiā, voluntas rationalis obediētā, voluntas humanitatis misericordiā, voluntas carnis naturā. Neq; alia aliā cōtraria erat, sed vnaquęq; quod suū erat appetit: vt quis ad aliud esset: alii tñ cōtraria non esset. Hoc est vt licet ad aliud velle haberet, ad aliā tñ nolle nō haberet. Sicut em̄ diuinitati natura erat iustitiā nō deserere: sic carnī iustū erat naturā seruare, & pietati alienā miserā nō amare. Sic itaq; in Christo

voluntas fuit diuinitatis iustitiā dictās: voluntas rationis, iustitiā approbans: voluntas humanitatis, per quā nullū malum voluit: voluntas carnis, per quā sibi poenam noluit. Iustum itaq; carni erat, qd passionem suam noluit: quia hoc erat secundū naturam, & iustū deo erat, qd passionem illius voluit: quia hoc erat secundū iustitiā. Neq; enim idcirco caro noluit, quia deus voluit: sicut & deus idcirco noluit quia caro noluit. Similiter & pietas quod secundum affectum cōpassionis in poena vel perditione miserorū misericorditer noluit, nequaquā contra deum id iuste volentem noluit: sed quod suū erat amauit misericordiā: & tamen quod suum non erat non improbauit iustitiā. Sane sciendū qd id qd caro mortalis timore passiois vritur, & pietas amore cōpassionis passibiliter mouetur, præsentī tñ vitę debitum est: in qua & malis cōpassio debetur, qd diu corrigi possunt: & bonis passio non tollitur qd diu meliores esse possunt. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptio nem: tunc vtiq; sicut carnem neq; passio neq; timor passionis vili⁹ affliget: sic mēs nullam ex cōpassione alieni doloris poenam suscipiet. Illic quippe & caro habebit contra passionem securitatem: & anima habebit in pietate puritatem. Securitas carnis erit ex impassibilitate: puritas mentis ex veritate. Intelligē quę dico. Pati & cōpati vtrūq; poena est. Pati datū est homini pro iniquitate: cōpati autē præceptū est pro bonitate. Iustum est em̄ & equum coram deo, vt qui patitur compatiatur: vt per passionem deleatur iniquitas, per cōpassionem exerceatur bonitas. Hoc si quidem ad bonitatem pertinet vitæ moralis, vt se in aliis cōditioni suę accommodet, & alienę passionis per cōpassionem particeps efficiatur: vt sicut id qd patitur necessitatis est, ita id qd compatiatur opus sit bonitatis. Vbi autē pati nō erit, cōpati non erit. Nō tamen quia crudelitas erit in poena aliena, sed quia crudelitas, nō inerit ex aliena miseria. Hic cōpati virtutis est: illic non compati, felicitatis. Hic compateris voluntate, moueris pietate, condoles bonitate. Illic nō compateris felicitate, non moueris aternitate, nō

cōdoles impassibilitate. Sic itaq; compati esse nō potest, nisi illic tñ vbi pati esse potest: quonia & ipsum compati, pati est. Sane qd illic pati nō exiūt, cōpati nō deponit: quia sicut pro sua iniquitate corruptibiliter patiunt, ita p aliena infelicitate scdm vitę mortalis affectū carnaliter cōpatiuntur. Hinc est qd diues ille i tormentis posit⁹ pro fratrib⁹ sollicitat, vt ei ad miserię cum multū accederet qd eū i sua poena etiā aliena miseria cruciaret. Abrahā autē etiā cruciatū vidit, & tñ sine cōpassiois dolore in certitudine felicitatis pstitēs, eū p iustitiā repulit dicens. Filii receptisti bona i vita tua & Lazarus sūt mala. Hinc est etiā qd Psal mista pquidēs quēadmodū i illo eternitatis gaudio corda iustorū diuinę iustitię p veritatis amorē imutabiliter iherētia, nō aliud appetere vel approbare poterūt, nisi hoc solū qd fm illā esse cognoscūt ait. In troibo in potētiā dñi: dñe memorabor iustitię tuę soli⁹. In hac autē vita vbi eiusdē diuinę iustitię sentētiā pfecte nec scire nec præscire possum⁹, qdā etiā qd scdm ipsam iusta nō sunt sine iustitiā velle possum⁹: quia hoc solū ad nos p̄tinet vt vbi nescim⁹ qd pot⁹ deo placeat, hoc potissimū eligamus qd pietati cōcordat. Vbi autē diuinę iustitię sentētiā imutabiliter p̄fixa ostēditur, cōtra eā deinceps pietati loc⁹ nō datur. Quia si qd nos illic ex cōpassiōe tegerit: vel ex vitio est affectū domināte: vel ex firmitate corruptibilis naturę passioni resistere nō valēte. Triplex, n. cōpassionis modus est. Est q̄p cōpassio, alia ex vitio, alia ex natura, alia ex virtute. Cōpassio ex vitio est qñ affect⁹ illic rephēsi bili dolore tangit, vbi illicito pri⁹ amore tenebat. Cōpassio ex natura est qñ ex insito sibi pietatis affectu anim⁹ alienis erūnis cōdoler, quociēs cōtra pietatis vel humanitatis mēsurā naturā opprimī siue affligi videt. Cōpassio ex virtute est qñ propter deū alienis dolorib⁹ cōpatimur: cum scilicet vel iustitiā premi vel inocētiā affligi videm⁹. Cōpassio ex vitio, culpabilis est: cōpassio ex natura, irrep̄hēbilis: cōpassio ex virtute laudabilis: prima rephēdit: tertia laudat. Secūda autē nec culpam habet, quia ex natura est: nec p̄miū, quia ex virtute nō est. In hac ergo vita qd diu caro mortalis lēdi potest passioe, tādū etiā

anim⁹ mutabilis tāq; pōt cōpassiōe. Vbi autē vtrūq; veraciter ipassibile erit: tñc pfecto neq; passio carni, neq; cōpassio mēti vlla inesse poterit. Nūc ergo mutabilitate sua bene vtrūq; vrit, si & caro in passione patiētā nō deserit, & anim⁹ i cōpassione iustitię mēsurā nō trāscēdit. Si igitē rēpus cōpassiōis queris, qd diu pati possum⁹ cōpati debem⁹. Si locū queris, illic cōpassionis miseria exhibēda est, vbi adhuc passionis miseria desperāda nō est. Dauid egrotante filio lachrymas fudit: mortuo facie lauit, vt ostēderet qd tādū cōpassiōis miseria porrāda est qd diu passionis misericordia desperāda nō est. Est tñ qdā cōpassionis affect⁹ qui naturā etiā perditā miseratione psequit, scdm quē in nostri gñis sili rudie sicut culpe nō cortigēde irascimur, ita naturę nō extigēde miseremur. Nūc autē vita mortalis & mutabilitati subdita, interim p pre miserię sustinet: sed post ea ad icorruptionē trāslata deponet. Nūc infirma in vtroq; & passione videlicet in carne, & cōpassione in mētē: tñc in vtroq; sanabitur, vt p immortalitē carnis cōtra passionē: & per imutabilitatē mētis, cōtra cōpassionē confirmet. Sicut em̄ egritudo carnis est pati, ita egritudo mētis est cōpati. Propterea deus homo, q vtrūq; tollere venit, vtrūq; tolerauit. Suscepit passionē in carne: suscepit cōpassionem in mētē. In vtroq; agrotare voluit ppter nos, vt in vtroq; nos egrotatūs sanaret. Infirmitas est passione i poena sua: firmitas est cōpassione i miseria aliena. Eousq; passionē sustinuit, vt p moriturus moreret: eousq; cōpassionē suscepit, vt p periturus lachryma ret. Propter miserā carnē suā tradidit ad passionē: ppter mīam animā suā turbauit ad cōpassionē. In carne sua doluit p nobis patiēdo, in mētē sua cōdolu it nobis cōpatiēdo, & quēadmodū carnis firmitas i ipso scdm affectū naturā noluit poenā suā: sic mētis pietas scdm affectū mēti noluit miserā alienā. Sicut, n. calicē passiois scdm carnis voluntatē a se trāsferrī postulabat, quē nō trāsferrēdū p̄ciebat: sic sentētiā cōdēnatiōis scdm pietatē aliis mitigari orabat: quā imutabiliter p̄uidebat. Pietas, n. qd suū erat opabat miserēdo: & ratio qd suū erat sequebat diuinę dispositiōi obediēdo. Propterea nihil cōtrarietatis erat. Si Chri X

stus homo fm affectu pietatis quã i hñã nitate sua assupserat, aliqd volebat qd tñ fm voluntatē diuinã in qua cũ pfe oia dis ponebat futurũ nõ esse psciēbat: ga & hoc ad verã hñãitatē p̄nebat, vt pietate moueret: & hoc ad verã diuinitatē p̄nebat, vt a sua dispositiōe nõ moueret. Itaq; fm vtrũq; fecit qd debuit. Neq; ideo sibi cõtrari⁹ fuit si fm pietatē hñãitati cõgruã voluit, qd fm iustitiã diuinitati debitam noluit: ga & hoc velle, & illd nolle vtrũq; voluit. Scriptũ est. Iesus aut̄ infremuit spũ & turbauit semetip̄m. Hic intēditē. Turbauit semetip̄m. Quõ turbauit? Quẽ fuit ista turbatio qua semetip̄m turbauit Iesus? Pietas ip̄a, miseratio ip̄sa, fuit turbatio. Bona turbatio: bene turbabat q pietate mouebat. Turbauit semetip̄m. Miseratio turbauit eũ: & ipse semetip̄m turbauit, q miseratiōẽ spõre suscepit. Sicut tradidit semetip̄m qñ Iudas tradidit eũ. Sic turbauit semetip̄m qñ miseratio turbauit eũ. Notũ est hoc & frequẽtĩ vsu pbarrũ. Dicit hoĩ qñ aliqd patit̄: tu teip̄m turbasti: tu tibi fecisti malũ hoc. Sic Iesus semetip̄m turbauit, qñ miseratio turbauit eũ quã spõre suscepit: & semetip̄m tradidit qñ ille tradidit cui ad tradēdũ prãre cõcesserat. Sic itaq; Iesus in hñãitate assumpta q̄diu eã passibilē portare voluit scdm pprietatē hñãitatis & passiōẽ in carne & compassionem in mente portauit. In qua tñ modo ad immutabilitatem trãllata nec pati p̄t ad corruptionē, nec cõpati ad turbatiōẽ. Qm̄ Christũ scdm hoĩem nouim⁹ & patiētē & cõpatiētē nouim⁹. Defecerũt, inq̄t, sicut fum⁹ dies mei, & ossa mea sicut cremũ aruerũt. Dies defecerũt ppter passiōẽ: ossa aruerũt ppter cõpassiōẽ: ppter passiōẽ mortua est caro: ppter cõpassiōẽ arefacta est aĩa. Dolor cõpassiōis qñ fr̄ixura qdã aĩe fuit, quarebat miseratiōẽ, p̄mebat cõpassiōẽ, sicca bat desperatiōẽ: desperatione dico nõ p̄t se, sed ppter illos q nec in malo corrigēdi, neq; a malo erãt liberãdi. In his oib⁹ Christũ scdm carnē nouim⁹: qñ verã hñãitatē & in vera hñãitate verã portauit mortalitatē. Nũc aut̄ eã scdm carnē nõ nouimus postq̄ resurgēs a mortuis iã nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod autem viuũt, viuũt deo.

Ioan. 11.

2. Cor. 5.

Psal. 101.

2. Cor. 5.

Etiusdē doctissimi Theologi Hugonis de sãcto Victore: de sapiētia aĩe Christi an equalis cum diuiniã fuerit Libellus optimus, in quẽ premittitur eplãris p̄fatio.



M Rudenti ac religioso verbi diuini iter ceteros & p̄re ceteris scrutatori G. Hugo peccator. Aliquoties accidisse cõperi, vt i rerũ difficultũ tractatiōe aut insipiētia re latoris auditorē corrũperet, aut temeritas auditoris relatorē ifamaret. Quapropter eque cauēdũ mihi videt̄, vt potissimũ illic vbi sine piculo aliđ sentirei nõ p̄t, nec facile nra p̄sumam⁹ asserere, nec aliena temere iudicare. Noui. n. quãta (vt dicit. b. August.) s̄onia cor hñãntũ pariat: atq; eo iudicio quo i sui cognitiōe fallit, cetera quoq; q̄ p̄ter ip̄m sũt, nõ recte cõspicet. Quid. n. hoc esse putatis, q de rerũ veritate tã diuersa sentire solēt hoies? Nũqd noĩa ē veritas? Ecce (vt iterim de deo taceam⁹) qd est qd dialectica rot diuersas & tã aduersas, ne dicã pueras habet s̄etētiã: Nũqd oēs nouerũt vnũ id qd est, sed amore fallēdi diuersa finxerũt: Nõ sic ego puto. Sed narrãt q̄q; s̄onia sua, & ea q̄ primũ ip̄i i se opiniōe decepti sũt postmodũ alios nesciētes seducit. Et sicut. b. Iob amicis suis arrogãtib⁹ & de se plusq; oportebat p̄sumētib⁹ dicit: Oēs iã nõ solũ secũ moriturã, sed exortã quoq; a se sapiētiã putãt. Dignũ ergo est vt idip̄m i nra nos assertiōe reddat timidos: q̄ i vni⁹ assertiōe veritatis tot iã videm⁹ esse diuersos. Quia. n. de lōge veritas videt̄ diuersa iudicia parit, & tãtũ de ip̄a q̄sq; p̄t, quãtũ ip̄e ē. In nobis q̄pe qd de rerũ cognitiōe p̄cipim⁹, & eo mō, cordis it̄lect⁹ de iis q̄ extra sũt ad veritatē idicat, quo se iteri⁹ anim⁹ i representatiōe figurat. Vñ necesse ē vt dũ mēs interi⁹ corrupta prauē afficiē, intellectus quoq; in iudicio eorũ quẽ foris sunt, decipiatur. Hęc ipsa est causa quẽ etiã aliquãdo in vnitatē sensuũ controuersiã verborũ generare solet: quẽ tñ tũc magis venialis sit, cũ pertinax non fuerit. Hãc igitur nos qui verbi dei tractatores & inquisito

A


B

Iob. 12.

C

res veritatis esse videmur: si iter nos forte (vt assolet) aliquid inuenim⁹ citi⁹ i idip̄m redeam⁹ ne si cõperim⁹ nra dicta prinaciter defendere, aliđ putemur sapuisse. Illud qd de aĩa Christi caritas vestra a me quere dignata est, iã pridē inter quosdã sapiētes ventilatũ fuisse didici: atq; ex illis qd senserint qbus magis credēdũ esse existimamus, tũ aliis de ipsis, tũ ipsis de se referētib⁹ agnouĩ. Ego aut̄ cũ sepi⁹ hac q̄stio ne pulsari soleã, talē me eē p̄fiteor q nollē hinc aliqd ab obus vel tã curiose ac sup̄stitiose inq̄ri, vel tã fidēter asseri. Vñ nũc quoq; gemina in hac re cõsideratiōe coarctor, cũ videã me & prudētia tua debere silentiũ, & bonitati r̄sum. Inter hęc ipsa etiã rei difficultas occurrit, q̄ fortassis nõ poterit a me ita vt decet cõpēdiōse discutiri: cũ ego si modũ in dicēdo trãsero timeã sup̄stitiosus videri. Volo tñ & multo magis volo aliqua in pte incitiã argui, q̄ caritatis cõtemp̄tor videri: & verba incompta habere, q̄ cor p̄uersum.

Sequit̄ decisio q̄stionis de aĩa Christi, vtrũ eglẽ cũ diuinitate sciētiã habuerit.



Veris de anima Christi. i. de illo rōnali spũ q humanã in Christo hoĩe carnē vegetauit, quẽ verbũ cũ carne & i carne ipsa sibi i vnitatē p̄sona vniuit, vt esset Christus vnus in vna p̄sona, duabus naturis, trib⁹ essentiis. Vna videlicet p̄sona: quã idē homo ppter quẽ suscepit, & deus: ppter qd fuit duabus naturis, diuina. Latq; humana, in deo & hoĩe vno, nõ vnus: tribus essentiis diuinitate, carne, & aĩa: sine separatione discretis, sine confusione sociatis. De illa inquã aĩa, qua mediãte verbũ caro factũ est & habitauit in nobis: queritis vtrũ equalē cũ diuinitate sciētiã habuerit. Adiciētis etiã, q si illa aĩa q̄ quis creatrici nature ineffabiliter vnita fuerat, indubitatē tñ creatura erat, aequalē cũ diuinitate sciētiã habuerit: tũc nimirũ creatura creatori equalis fuit: nũ posse autem creatori facturã suã in aequalitate cõparabilē fieri & si poterit i cõfortiã vnitatis

Ioan. 1.

Obiectio

assumi. Lōge aliud esse vnũ dignatiōe, & cõparari maiestate. Multa sunt alia q̄ in hũc modũ fortasse absurda, ostendere potuisti. Sed ego sic vna tecũ falsa refellere cupio, sicut vera p̄fiteri. Quõ em̄ de⁹ im̄ mēs esset si ad ei⁹ equalitatē aliqua q̄libet excellēs, q̄libet singularis creatura p̄tingeret! Magnus (inq̄t Psalmista) dñs est, & magna virt⁹ eius: & sapiētiẽ ei⁹ nõ est numerus. Et Salomon. Nõ est sapiētia, nõ est prudētia, nõ est consiliũ cõtra deum. Vbi quãtũ nõ est: tantũ dici qd p̄t! Portio q̄ ritur vbi numer⁹ nõ inuenit̄. Sapiētiẽ ei⁹ nõ est numer⁹. Quid igit̄ dico! Aĩa Christi aut̄ creatura nõ fuit, aut creatori equa rĩ nõ potuit. Immo vero quã creatura est, creatori nõ dico equanda, sed plus audeo dicere etiã cõparãda nõ est. Ergo, dicitis, minorē habuit sapiētiã q̄ verbũ! Sed quẽ so qd dicim⁹, cũ aĩam sapiētiẽ dicim⁹? Nũc quid nõ sapiētia sapiētiẽ dicim⁹? Quis em̄ sapiēs est si sapiētia sapiēs nõ est? Et tñ aliter sapiēs est in quo sapiētia est, aliter sapiēs est q sapiētia est. Creatura sapiēs est, quã in ipsa sapiētia est. Creator vero sapiēs est, quã ip̄e sapiētia est. Nullus tñ sine sapiētia sapiens esse p̄t, siue ea quã habet, siue ea quẽ ip̄e est. Aĩa igit̄ Christi si sapiens est, imo quã est, aut illa p̄culdubio sapiētia sapiēs est quã habet, aut illa q̄ ip̄a est. Creatura aut̄ & si p̄cipiatore sapiētiẽ sapiēs est, ipsa tñ sapiētia esse nõ p̄t. Quẽ igit̄ I est illa sapiētia qua aĩa Christi sapiēs est? Quid dicit Ioãnes de verbo? Erat, inquit, lux vera q̄ illuminat oēm hoĩem veniēte in hũc mūdũ. Quid est verbũ nisi sapiētia? Idē em̄ q verbũ dei a Ioãne dicit̄, ip̄e sapiētia dei a Paulo noĩat̄. Christũ. n. (inquit Paul⁹ Ap̄s) dei virtutē & dei sapiētiã. Christ⁹ igit̄ ip̄e est verbũ & ip̄e est sapiētia. Verbũ sapiētia, & sapiētia verbũ. Verbũ sapiētia: quã Eructauit cor meũ verbum bonũ. Sapiētia verbũ: quã Ego sapiētia ex ore altissimi prodii primogenita ante oēm creaturã. Sapiētia igit̄ verbũ cordis & verbũ sapiētiẽ oris: quã dũ verbũ ex corde & sapiētia ex ore p̄dite dñi, idē esse sapiētia & verbũ demõstrat. Itaq; si verbũ illuminat, sapiētia illumiãt: quã nec illumiãte verbũ poterat, si sapiētia nõ erat. Quid. n. facit verbũ sine sapiētia? Verbũ sonat, sapiã illumiãt. Nã & ip̄a sapiētia lux est, & de lux

Psal. 146.

Prouerb. 21.

H

Ioan. 1.

1. Cor. 1.

Psal. 44.

Ecccl. 24.

K

est, quia deus sapiētia est: & cū deus illu-
minat, sapiētia illuminat: & luce illumina-
nat: nec alia luce illuminat, sed ea luce que
ipsa est: quia lux est, & verbū lux est, & sa-
pientia lux est: quia verbū sapientia est, &
sapientia deus est. Erat (inquit) lux vera
que illuminat omnē hominē venientē in
hunc mundū. Quid igitur? Malos illumina-
nat lux ista, & malos de⁹ illuminat? Quo
modo ergo cæci sunt? Audi quid sequi-
tur. Et lux in tenebris lucet, & tenebrę eā
nō comprehenderūt. Quid est lux in tea-
nebris lucet? Et quid tenebrę faciūt si lux
ibi est? & tenebrę eā nō comprehendunt.
Tamen ipsa lux lucet & illuminat, sed nō
oēs eā vident qui vidēt per eā. Lux lucet,
& per se lucet: lucet per se & illuminat ex
se. Nam vt sciamus q̄ per se lucet, & ex se
illuminat, Erat (inquit) lux vera que illu-
minat oēm hominē venientē in hūc mū-
dū. Ioānes lux erat, quia vos estis lux mū-
di, sed vera lux nō erat: quia lucerna erat
ardēs & lucens: nec per semetipsam lucēs
& ex semetipsa illuminās, vt lux quę illu-
minat oēm hoīem venientē in hūc mun-
dū. Quos dixit? Bonos nō dixit nec spiri-
tales: sed oēm hoīem venientē in hunc mū-
dū. Vnus est em̄ sol, & oīs oculus per eū
irradiatur: sed nō omnes qui per eum vi-
dent agnoscunt eū. Similiter lux vera, que
illuminat oēm hominē venientē in hunc
mūdū, cunctis supfunditur, in oēs clare-
scit, vniuersos illustrat: sed alius per eā vi-
det, alius eā videt. Malī illuminātur vt
cetera videāt: ip̄m p̄ que vidēt, nō videāt:
quia lux in tenebris lucet & tenebrę eam
nō cōprehēderūt. Bonī vero illuminant:
vt eū videāt a quo & per que vidēt: vt ad
eū referāt, & in eo amēt oē qđ vidēt, & eū
amēt sup̄ om̄e quod vidēt. Oēs ergo per
eū illuminātur qui vidēt, sed excellētius
qui eū vidēt. Per eū illuminātur q̄ vidēt,
& ex eo illuminātur: quia ip̄s est lux a quo
illuminatur. Vnde aut lux illuminaret, si
ex semetipsa nō illuminaret? Vnde illu-
minaret, si id qđ ipsa est participādū non
prēberet? Sed forte timēdū est, ne pollua-
tur ab immūdo, ne obscuret a tenebroso:
& indignū sit vt prophanis sanctū, coin-
quinatis impollutū, errātibus verū com-
municabile dicat. Superfluo ista cogitā-
tur, quia lux que in tenebris lucet, sicut nō

obscuratur a tenebroso sic nō corrūpitur
a cōtaminato ī tenebris clara, & inter sor-
des incoīquinata perseuerās. Nā cū oīa
in ipsa & in oībus ipsa sit: ei tñ vniuersę
creature nec turpitudō turpis est, nec ma-
litiā nocet, nec error errat. Lucet ergo &
illuminat, nec p̄ aliud, nec ex alio: sed hoc
qđ ipsa est & quo ipsa lucet oībus illumī-
nādis cōicandū p̄bet: & totū ip̄a possidet. O
Audite iterū: dñs inqt scriptura dat sapi-
entiā. Quā sapiētia forte aliquod accidēs
dat quo nos afficimur vt sapiētes efficiā-
mur. Quid em̄ est sapiētia? Nōne accidēs?
Dat ergo dñs sapiētia. Quā sapiētia? Oīs
sapiētia a dño deo est. Bene quia oīa accidē-
tia a dño deo sunt, a quo sunt oīa q̄ sunt.
An forte quoddā accidēs a deo nō est quia
peccatū ab ip̄o nō est? Oīs tñ sapiētia a
deo est. Quō ab ip̄o est. Forte quia donū ei⁹
ab ip̄o est: quia factura eius est, ab ip̄o est.
Nūquid nō & oīs aīa ab ip̄o est, & omnis
substātia ab ip̄o est? Quid magnū: qđ no-
nū: quid mirū dictū est? oīs sapiētia a dño
deo est: si accidēs quoddā ab ip̄o ē a quo
oīs substātia est? Quō ergo oīs sapiētia a P
dño deo est? Aut quia opus eius, aut quia do-
nū eius? Si sapiētia creatura est: stultitia
quid est? Creauit deus sapiētia, & nō crea-
uit stultitia: Ergo quēdā accidentia deus
creauit, alia esse habēt, & ab ip̄o non ha-
bēt. Quis hoc aut dicere presumat, aut di-
ctū approbet: q̄ aliqd esse habet & a deo
nō habet? Quid dicimus? Deus ergo acci-
dētia nō creauit: & alter quidā est crea-
tor sapiētię, deus dator. Ergo dare sapiē-
tiam deus potuit, creare non potuit? Era-
go aliunde accepit quod dedit, & dedit
quod suum non fuit, & accipere potuit
quod nō habuerit. Quis hoc dicat? Quis
sanī capitis hoc vel in cogitationem suā
admittat? Qualiter ergo omnis sapiētia Q
a dño deo est? Siue quia donū eius est, si-
ue quia factura eius? Nam si factura est,
non semper est: quia quod aliquādo cœ-
pit, nō semper esse habuit. Quid ergo ait?
Omnis (inquit) sapiētia a dño deo est: &
cum illo fuit semper, & est ante auū. Mi-
rum est ergo accidentia semper cū deo fue-
rūt: substātię nō fuerunt. An oīs sapien-
tia a deo est, & non omnis sapiētia cum
deo est? Absit. Sed oīs sapiētia ab illo est,

& omnis sapiētia in illo est: & omnis sa-
pientia cum illo est & semper est. Et qđ
facimus de sapiētia quę accidēs est? Nū-
quid non ipsa semper cum deo est? Quo-
modo ergo omnis sapiētia a domino deo
est: & cū illo fuit semper & est ante auū?
Quid ergo de illa facimus? Excludamus
ab adyto sapiētię: insipientię figmenta
& phantasias: Has nescio quales, & som-
nia vana: quę nobis vere accidentia sūt,
quia nobiscū creata non fuerunt. Agno-
scamus veram sapiētiā: qua sapimus
quicūq; sapimus quicquid sapim⁹, etiam
si eā non sapimus. Ad lucē lucentē in te-
nebris attendamus ne tenebrę simus: quia
lux in tenebris lucet, & tenebrę eam nō
comprehenderunt. Et tenebrę (inquit) eā
non cōprehenderunt: immo potius non
deprenderunt. Quomodo enim incom-
prehensibilem cōprehēdere potuissent?
Et tenebrę eā non cōprehenderunt. Lux
ergo quid fecit? Lux lucem cōprehendit?
T Et quę est ista lux? Vt q; si lux lucem cō-
prehēdit, lucē comprehēderūt, qui a luce
lux facta sunt. Lucē comprehēderūt, qui
a luce illuminati sunt. Lucē cōprehēde-
runt, qui eam lucentē super se in se susce-
perunt. Cōprehēderūt similitudine non
comprehenderunt æqualitate. Hoc est er-
go vnum & verum lumen omniū spiri-
tuū rationalium sc̄ipue sanctorum, quod
illuminat omnē hominē venientē in hūc
mundum. Quod sine diminutione sui ab
omnibus participatur: & cū idē sit in oī-
bus, non tamen ab omnibus eodem mo-
do percipitur. Ipsum em̄ quicquid est to-
tum est & vbiq; totum est: nec min⁹ aut
maius in eo est: & tamen secundum par-
ticipationis differētiā minus & magis
de illo percipiunt omnes, qui secundum
cōditionem suam aut donum gratię lar-
gitoris minus ac magis huius eiusdē cō-
municacionis ac participationis capaces
sūt. Participatio igitur alias maior, alias
minor est. Participatus autem non alias
maior aut minor: sed idem ip̄s totus ac
plenus & perfectus vbiq; est. Cum igitur
animas sapientes dicimus, & sapiētia sa-
pientes dicimus, istam sapiētiā cogite-
mus, & ipsam solam esse credamus qua
sapient, quicūq; rationales mentes vim
intelligēdi atq; discernēdi perceperūt.

Hęc est (inqt) vita æterna, vt cognoscāt
te solū deū: & quem misisti Iesum Chri-
stū. Cognitio itaq; dei vita æterna est, &
quid est cognitio dei? nūqd accidens? Er-
go amor dei accidēs est, & beatitudo ac-
cidēs est, & in accidentibus est beatitu-
do nostra. Quare nō magis deus sit beati-
tudo nostra? Ip̄s est sapiētia qua cogno-
scimus: ip̄s amor quo diligim⁹: ip̄s gau-
diū quo exultamus. Ergo vna sapiētia
est qua omnes sapiūt, nec tamen vno mo-
do sapiūt: quia participando sapiunt. Q;
si omnes hac sapiētia sapiūt quicūq; sa-
piūt, multo magis hac sapiētia sapit illa
anima qua: ip̄s sapiētia vnica fuit. Quæ
nō forte participatiōis ex illa vigit, sed
priuilegio vnitatis plenitudinē possedit.
Quid em̄ de sapiētia minus habere pos-
terat, cui ipsa plenitudo sapiētię incorpo-
rata erat? In quo (ait) inhabitat oīs pleni-
tudo diuinitatis corporaliter. De quo hoc
dixit nōne de Christo? Quomodo ergo
in Christo habitat omnis plenitudo diuī-
nitatis? Tres essentia: sunt in Christo. Ca-
ro, anima, diuinitas. Quid ergo habitat ī
quo? an diuinitas in diuinitate, an diuini-
tas in anima, an diuinitas ī carne? Sed qđ
est diuinitas habitat in diuinitate? Nū-
quid hoc aut cōgruū erat dicere aut ne-
cessariū audire? Ergo in hūanitate Chri-
sti habitat plenitudo diuinitatis Christi
Q; si plenitudo diuinitatis Christi: ergo
& plenitudo sapiētię dei. Quid em̄ est di-
uinitas Christi nisi sapiētia dei? Ergo ple-
nitudine sapiētię dei habitat in humani-
tate Christi. Vbi? in carne an in anima?
an simul in carne & in aīa? an in carne p̄
animam? In carne ergo sapiētia habita-
ret & non habitaret in anima. Absit. Se-
des sapiētię anima iusti: & domus sapien-
tię anima Christi. Et quid dixi? Dom⁹ sa-
piētię aīa Christi. Amplius dicere debui
si amplius dicere potui: quia em̄ sapiētia
in ea habitat, ideo, domum dixi: sed quia
corporaliter habitat, ideo amplius dicere
debui si amplius dicere potui. Quid est
corporaliter habitat? Vnū facta est cum
illa in qua habitat, & per illam vnū etiā
cum illo in quo illa habitat. Quomodo
vnū? Nō verisimilitate nature: sed vnitate
personę: vna persona, nō vna essentia. Er-
go incorporata est diuinitas habitaculo
eee v

Ioā. 17. X

Y

Coloss. 2.

Z

A

Prouer. 9.
Esa. 11.
Coloss. 2.
Coloss. 1.
D
E
F
Esa. 4.

fuo, cui plenitudinē infudit, veritatē so-
ciauit. Sapientia edificauit sibi domū exci-
dit colūnas septē. Quales? Requiescet su-
per eum spūs domini: spūs sapientiae & in-
tellectus. Spūs cōsiliū & fortitudinis, spi-
ritus sciētiae & pietatis: & replebit eum
spiritus timoris dñi. Ecce colūna septem
in domo sapientiae. Excidit colūnas septē.
Vnde excidit? De monte excidit: de quo
mōte? De mōte vmbroso & cōdenso. De
quo monte? Diuine maiestatis excidit co-
lūnas septē. Excidit, sed nō abscidit. Ac-
cepit, sed non abstulit. Colūnas de mōte
excisas in aedificiū dom⁹ posuit: & tamē
mōtem nō minuit. Et quid mirum si sa-
pientia ad fabricādā domū suā colum-
nas erexit de monte excisas, & a monte
non separatas: quae ad habitandā do-
mū venit: & tñ vñ venerat ibi permāsit?
Sapientia ergo aedificauit sibi domū. Qua-
lē domum? De qua dicitur est. In quo habi-
tat omnis plenitudo diuinitatis corpora-
liter. Et iterū. In Christo cōplacuit omnē
plenitudinē diuinitatis inhabitare: & p-
eū recōciliari oīa, in ipsum pacificās per
sanguinē crucis ei⁹: siue quae in terris, si-
ue quae in celis sūt. Videte quid facim⁹?
Apostol⁹ testatur plenitudinē ibi esse: &
nos dicimus q̄ tota sapientia nō est in do-
mo sua. Ergo dimidia intus habitat &
dimidia foris. Et vbi queret, si domi non
inuenit? In quo habitat oīs plenitudo di-
uinitatis corporaliter. Vbi plenitudo est
nihil deest: vbi nihil deest totum est. Sed
forte plenitudo diuinitatis ibi est, & ple-
nitudō sapientiae non est. Verum dicit. In
quo sunt oēs thesauri sapientiae & scien-
tiae absconditi. Sed dicitis bene. Oēs the-
sauri sapientiae & sciētiae ibi sūt: sed absco-
diti sunt. Portat & non videt. Absit autē
ab intellectu nostro vt sic sentiamus. Sed
absconditi sunt, non vt ab eo abscondātur:
sed ne in eo ab impijs videātur. Abscondi-
ti sunt, vt tpe opportuno pferant. Absco-
diti sunt & recōditi sunt. Absconditi ne p-
eū indignis aperiantur. Reconditi vt in
eo digne custodiāntur. Recordati sūt ne
obfucēt aliqua rubigine peccatorem: ne
polluant aliqua sordē criminū aut cōtra-
gione vitiōrū. Recōditi sūt velut in vase
fincero, velut in habitaculo mūdo: ne for-
te q̄s valeat eis maculā īgerere: & tūc in-

cipiat opprobriū sustinere. Apphendent
septē mulieres virū vnū in die illa dicen-
tes. Panē nostrū comedem⁹ & vestimētis
nris opiemur, tantūmodo inuocet nomen
tuū sup nos: aufer opprobriū nostrū. Er-
go recōditi in eo sūt: sed absconditi ab eo
nō sunt. Deū (inqt) nemo vidit vnq̄. Vni-
genit⁹ filius q̄ est in sinu patris ipse enarra-
uit, si enarrauit, & vidit. Vñ hoc pbam⁹?
Qui de terra est de terra loq̄: qui de celo
venit, sup oēs est: & qd̄ vidit & audiuit
hoc testat. Ergo vidit. In quo vidit? In di-
uinitate an in hūanitate? Forte in diuini-
tate vidit in hūanitate enarrauit. Illi er-
go q̄ audierūt in quo viderūt? Aut si nō
viderūt, q̄re audierūt? Vidit ergo i diuini-
tate, vidit & in hūanitate tñ ex diuini-
tate sūt & illi q̄ audierūt nō nisi ex illu-
stratiōe diuini luminis videre potuerūt.
Erat igit plenitudo diuinitatis in anima
Christi: erat & plenitudo sapientiae in aīa
Christi: & ex plenitudine sapientiae plena sa-
piēs erat aīa Christi. Ergo inquit tāta sa-
pientia habet aīa Christi, quantā de⁹ ha-
bet. Quid facit cōparatiō: vbi vn⁹ sol⁹ est?
Vna est sapientia dei qua sapiens est aīa
Christi, nec participādo sapiēs est: vt hoc
vel illud in illa & per illā sapiat, sed ple-
nitudinē habēdo: vt totū possideat. Non
ergo dicam⁹ tāta aut quāta: sed dicam⁹
tota sapientia dei in aīa Christi est, & ex
tota sapientia dei aīa Christi sapiēs ē: nec
tñ equalis deo aīa Christi, est: quia sapien-
tia dei nō est. Porro lōge aliud est sapien-
tia sapere, & aliud sapientia esse: quia q̄ sapi-
entia sapit qd̄ habet aliūde accepit: qui sa-
pientia est, ex semetipso habet qd̄ sapit. Il-
lic grā, hic natura: & idē illic grā, qd̄ hic
natura: nec tñ illic grā naturā ad immēsi-
tatē cōmutat: nec hic natura ad mēsurā
gratiam coarctat. Qui ergo audet dicere
plenitudinē sapientiae nō fuisse i aīa Chri-
sti: dicat plene sapientē nō fuisse animā
Christi. Tota igit sapientia dei erat in aīa
Christi: quia tota sapientia dei vnita erat &
corpata aīa Christi: nec tñ equalis deo
erat aīa Christi. Nō em̄ naturae cōparari
poterat quīs sine mēsurā gratia acceperat:
quia cum immēsa grā, erat passibilis na-
tura. Nā illud qd̄ intulistis: q̄ si haberet
equalē cū deo sciētia, etiā beatitudinē
equalē haberet, quō sibi nō cohæreat in

pāri nil attinet dicere: quia equalitatem com-
parationis tollimus vbi singularitatem
vnitatis demonstram⁹. Et longe aliud est
idē habere, & idē esse: quia hīc pertinet ad
M gratia: esse pertinet ad naturā. Sed esto
multitudo sapientiarū siue sciētiarū cōpa-
rationē admittat: nunqd̄ equalē beatitudi-
nē facit equalis sapientia? Ergo & maior
maiorē & minorē minor: & daemones tā-
to hoīb⁹ beatiores sunt, quāto eos scien-
tia antecedunt. Et qd̄ de caritate dicam⁹?
Sciētia istat: caritas aedificat. Nō ergo q̄-
cūq̄ ampli⁹ sapit, statim de maiori dile-
ctione plūmere possunt: quia lōge aliud est
I. Cor. 8.
Ioan. 15.
N
Ad arg.
fecūdū.
O
Ad arg.
tertium.
I. Cor. 12.

videre, & aliud est diligere. Nūc, inq̄t, &
viderūt & oderūt, & me & patrē meum.
Nihil tamē hic interest vtrū equalē no-
ritiā cuiuscūq̄ rei equalis amor comite-
tur: quia vbi vna est sapientia, sicut non pot-
est cōparatio, ita nec equalitas diuerso-
rum. Postea adiecit & dixistis. Cum sa-
pientia sit magnū & spirituale bonū: tunc
si aīa Christi equalē habet cū deo sapien-
tia, falsum erit deū in omni bono maiorē
habere sufficientiā, q̄ eius creaturam. Et
deiceps: Sicut nō potest creatura aequari
creatori: ita nec bonū vni⁹ bono alteri⁹.
Sed hoc bñ & veraciter ibi dicitur. Vbi
creatura bonū aliud atq̄ diuersum a bo-
no creatoris inuenit? Vbi vero vnū & idē
ipsū est, maius ac min⁹ esse qd̄ pot⁹? Qd̄
est em̄ verū bonū creaturae p̄cipue: rōna-
lis aliud prāter deū? Aut qd̄ est bonum
dei aliud prāter ipsum? Si ergo verū &
vnicū bonum est creaturae, deus est: & bo-
nū dei aliud prāter ipsum esse nō pot⁹. Nū-
quid idcirco de⁹ minor aut maior seipso
est, quia creaturae suae pariter & suū bo-
num ipse est? Cesset ergo tandē tā crebra
Ad arg.
tertium.
I. Cor. 12.

repetitio cōparatiōis, vbi singularitas est
vnitatis. Deinde ad comprobādā propo-
sitā assertionē adduxistis verba aplī qb⁹
astruere putatis minorē deo sapientia ha-
buisse animā Christi. Dicit em̄. Quis em̄
scit hominū q̄ sunt hoīs nisi spūs hoīs q̄
est in hoīe? Itaq̄ & quae dei sunt, nemo co-
gnouit nisi spūs dei. Ergo (vt videt) non
cognouit aīa Christi: si nemo cognouit
nisi spūs dei. Nisi forte q̄s nobis respōde-
re velit & Christi animā fuisse spiritum
dei? Quae tñ sunt ista dei q̄ nemo cogno-
uit nisi spūs dei? Quae nisi illa de qb⁹ ibi

de dicit. Deus, oculus nō vidit absq̄ te q̄
pparasti bōa diligētib⁹ te. Quia nec ocl⁹
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs
ascēdit? &c. Ista ergo nemo nouit nisi spūs
dei: & qd̄ ē qd̄ seq̄t. Nobis autē reuelauit
deus p̄ spiritū sanctū. Quae spm̄? Subdit.
Nos autē nō spiritū hui⁹ mūdi accepim⁹,
sed spiritū Christi: vt sciam⁹ q̄ a deo do-
nata sunt nobis. Ergo & spūs dei spūs est
Christi, & illi etiā nouerūt qb⁹ ea p̄ spiri-
tū reuelata sunt. Ergo aīa Christi multo
magis hęc nouit: & plene ac p̄fecte nouit
q̄ ipsius spūs plenitudinē accepit. Nō, m̄.
(inqt) ad mēsurā deus dat spiritū. Et vi-
dimus gloriā eius gloriā quasi vngēnitā
a p̄fe plenū gratia & veritatis. Nos etiā
quicūq̄ hęc noscere meremur, & quātū-
cūq̄ noscere meremur, de eius plenitudi-
ne, nō plenitudinē sed gratia portionem
accipimus. Pater inq̄t, manifestauit seu re-
uelauit nomē tuū hoīb⁹ quos dedisti mi-
hi. Quid est reuelatio hoīs nisi aspiratio
cognitiōis? Ergo ipse aliis nomen reuela-
uit cuius ipse cognitiōnē nō habuit? Abs-
sit. Rursum. Cū autē venerit spūs ille ve-
ritatis quē ego mittā vobis, docebit vos
omnē veritatē. Quare pri⁹ ipse ab illo spi-
ritu veritatis oēm veritatē magister nō
didicit quē ad docendā omnē veritatem
discipulis misit? Sed misit spiritū & spm̄
nō amisit: cuius charismata hoīb⁹ fidelib⁹
bus prout voluit distribuit, & plenitudi-
nē ipse retinuit. Aliis em̄ studit, sed eum a-
se nō effudit: alios replens, se nō euacuās:
se nō minuēs & alios ditans. Ergo qd̄ spi-
rit⁹ dei nouit, & aīa Christi p̄ spiritū dei
nouit: & plene nouit quia spūs dei plenu-
dinē habuit. Postremo qd̄a verba brī Am-
brosiū in mediū adducitis: & ne assertiōi
vestrae cōtraire videant, equaliter intelli-
gēda siue determināda sint demonstratis.
Dicit em̄ animā Christi oīa hīc per gra-
tia, q̄ deus habet per naturā. Quibus ver-
bis, fere, adiungēdū esse putatis: ne si for-
te sine temperamēto isto oīa prorsus quae
deitatis sunt eā hīc dixerimus: Creaturae
q̄ initū habuit aeternitatē, & q̄ terminū
habet immēsitatē, & q̄ mutabilitatē ha-
buit atq̄ passibilitati subiacere potuit, in
cōmutabilitatē: & cetera quae solū diuinae
naturaē cōpetere noscunt, tribuere vide-
mur. Sed hęc determinatio quīs nō oīno

Et Egi.
cap. 6. 4.
I. Corin. 2.
Ibidem.
P.
Ioan. 3.
Ioan. 14.
Ioan. 16.
Q.
R.
Ad arg.
quartū.

refutanda videatur: est tamē multo cōpe-
tētor & cōmodior expositio ad quā sen-
tentia hęc accommodari possit. Aīa nāq̄
Christi idcirco oīa habere dicitur p̄ gra-
tīā q̄ deus habet per naturā: quia plenitu-
do deitatis in verbo ei vnita est, ex tēpo-
re per gratiā, q̄ in deo ex aternitate fuit
per naturā. Hoc ista ex tpe habet, q̄a acce-
pit: qđ ille ex aternitate habuit, q̄a fuit.

S Accepit nō vt in eius qđ accepit naturā
mutata transiret: sed vt in eius cōsortiū
sublimata ascēderet. Ista accepit qđ non
habuit: ille nec accipere potuit qđ nō ha-
buit, nec desit esse quod fuit. Quid ergo
accepit anima Christi? Plenitudinē deita-
tis, plenitudinē sapiētīe, plenitudinē vir-
tutis. Totū qđ deus est accepit. Quō ac-
cepit? Nō versibilitate naturæ, sed firmi-
tate personę. Accepit nō q̄a in illud essen-
tialiter mutata est: sed quia ineffabiliter
illi vnita est. Accepit nō vt illud essentia-
liter fieret, sed vt cū illo personaliter vnū
esset. Totū tamē accepit, & totum habet
qđ ille non accepit & habet. Ergo anima
Christi aternitatē habet: si totum habet
qđ deus habet? Quid nī? Ecce dicatur. Li-
cet in oībus necessariū nō sit verborum
vsus ad eiusmodi admittēre: immēsitā-
tē habet, aternitatē habet: habet oīa per
gratiā, quæ deus habet per naturā. Quō
habet? forte quia dicimus aternitatē ha-
bet, quia dicimus immēsitatē habet, hoc
cogitem⁹ vt principio careat qđ esse coe-
pit: interminabile sit, quod circūscriptio-
nem recipit. Nūquid etiā quia deū ha-
bet vt deus sit? Aut quia nō est: ideo non
habet? Quō tñ habet? Sed habet persona-
liter, vnita, nō naturaliter sita: habet to-
tū, nō q̄ creatura aterna aut immēsa esse
possit, sed q̄ eterno & immenso vnita sit.
Quid em̄ est eternitas aut imēsa? Nū-
qđ accidens? Ergo eternitas & immensi-
tas dei accidentia sunt? Absit. Cū ergo di-
citur deus hoc habet per naturā, intelli-
gitur qđ deus hoc est. Cū vero dicit, ani-
ma Christi hoc habet p̄ gratiā, intelligit⁹
qđ illi vnita est. Ergo totū aīa Christi hoc
habet per gratiā qđ deus est per naturā.
Nec tñ inde sequit⁹ qđ creatori opus suū
equale sit: q̄a cū immensitatē gr̄e accip-
ret, cōditionē naturæ nō amisit. Accepit
qđ nō habuit: sed nō desit eē quod fuit.

Accepit plenitudinē sapiētīe in qua &
per quam plene ac perfecte sapiens esset:
nō tamē accepit vt sapiētia esset. Et qđ
necesse est singula persequi? Breuiter vo-
bis qđ mihi in hac re sentiēdū esse videt⁹
ostendā. Plenā ac perfectā & totā dei sa-
pientīā in aīa Christi fuisse credimus: &
ex ipsa sapiētia eādē animā plene ac per-
fecte sapiētē non ex ipsa participando,
sed totā possidēdo quā singulariter con-
cepit, & ineffabiliter cōphēdit. Quare in-
effabiliter cōphēdit: quia scđm plenitu-
dinē accepit. Ioannes lucerna erat ardēs,
& lucēs: hic lucē cōphēderat: q̄a tenebræ
nō erat. Sed q̄a ex pte cōphēderat ppter
ea ineffabilē illā in xp̄o cōphēsiōnē cōphē-
dere nō poterat, sed ait. Cui⁹ nō sum di-
gnus vt solū corrigiā calciamēti ei⁹. Er-
go Ioānes corrigiā xp̄i soluere nō potuit
In illo. n. erat de plenitudinē accipere supra
illū plenitudinē cōphēdere. Hoc itaq̄ qđ
nouerat dicere potuit, qđ non cōceperat
credere elegit, discutere nō p̄sūpsit. Nolu-
it igit⁹ ille vnionē soluere ne nos p̄suma-
mus vnitatē cōparare. Quid vobis videt⁹?
Nōne illi corrigiā incarnati verbī soluere
volūt qui vnitatē ineffabilis sacramē-
ti differētia cōparatiōis diuidit? Aīa igit⁹
tur Ioānis de plenitudinē accepit: anima
Christi plenitudinē cōphēdit. Cōphēdit
dico nō in equalitate naturę, sed ple-
nitudinē gr̄e & vnitatis pprietate. Ecce
dixi postulātū qđ & iubētī debuerā quod
magis I hac assertiōe approbādū putauī.
Sed I reb⁹ dubiis si māifesta autoritate
nō valeo ab aliis qđ sic accipi volo, vt q̄
rētē me adiūuēt, iueniētē nō refutēt. Qui
cūq̄ autē I eo p̄sūt vt hoc asserere cōtē-
dāt, q̄ alia fuerit illa sapiētia q̄ aīa xp̄i sa-
piēs extitit: alia q̄ aīe xp̄i vnita fuit: ego
nemini p̄iudiciū facere volo: videāt ipsi q̄
sensu hoc asserāt: ne forte carnal' sit, ma-
gis sua q̄ vera p̄nūciās. Hoc vnū ego sdu-
bitāt affirmo: qđ aut alia sapiētia p̄ter di-
uinā I aīa xp̄i nō fuit: aut si alia fuit, equa-
lis illi nō fuit. Hoc credēt q̄ non credit,
nō hī credit. Ad cetera ego nō cogo sed
suadeo: I his q̄ mihi credit, mecū credit: q̄
mihi nō credit, sibi credat: donec veniat
vbī mecū credat. Sic tñ vt interim vnus
quisq̄ in suo sensu hūiliter abundare stu-
deat, non arroganter p̄sumere. Vale.

Obiectio.

DE VNIO ne corporis & spiritus ex primō Miscellaneorum.

Ioan. 3.



A Vod natum est
ex carne caro
est: & qđ natū
est ex spū spī-
ritus est. Si nihil
inter spīritū &
corp⁹ medium
esset, neq̄ spīri-
tus cū corpore
neq̄ corpus cū
spīritu cōuenire potuisset. Multū autē dī-
stat inter corpus & spīritū: longe sūt a se
duo hæc. Est ergo quiddā quo ascendit
corpus vt appropinquet spīritui: & rur-
sum quiddā quo descendit spūs, vt appro-
pinquet corpori. Id quo ascendit corp⁹ al-
ti⁹ corpe est: & iterū id quo descendit spī-
ritus inferius est spūs. Sed & ipsa corpora
nō omnia eiusdē qualitatis sūt: sed facta
sunt alia supiora, alia inferiora, alia sup-
ma & corporeā naturā p̄ene transcēden-
tia. Sūt & spīrituū sūt alii supiores, alii
inferiores, alii infimī & p̄ene infra spūa
lē naturam prolapsi, vt in hūc modū infī-
ma cū summis copulentur. Ascēdit Moy-
ses in mōtē & deus descendit in mōtē. Nī
si ergo Moyses ascendisset, & deus descen-
disset, nō cōuenissent in vnū. Magna sūt
in his oībus sacramenta. Ascēdit corpus,
& descendit spūs. Ascēdit spūs, & descendit
deus. Quo ascendit corp⁹, superi⁹ est cor-
pore. Quo descendit spūs, inferius est spūs.
Rursum quo ascendit spūs, superi⁹ spūs: &
quo descendit deus inferius deo: Corpus
sensu ascendit, spūs sensualitate descendit.
Item spūs ascendit cōtemplatione, de⁹ de-
scendit reuelatiōe. Theophania est in re-
uelatione, intelligentia in cōtēplatiōe:
imaginatio in sensualitate: in sensu instru-
mentum sensualitatis & origo imaginā-
tiōis. Vide scalā Iacob: in terra stabat &
summitas ei⁹ cælos rangebat. Terra cor-
pus, cæli deus. Ascendūt animī cōtēpla-
tiōe ab infimīs ad summa. A corpore ad
spīritū, mediante sensu & sensualitate. A
spū ad deum, mediante cōtemplatione &
reuelatione. Dñs autē scala: innitit⁹, vt ad
infīma suprema inclinētur. Ascendamus

igitur & nos cōsideratione q̄tum possū-
mus: quia etsi totum nō possūmus, forte
aliquid possūm⁹. Si nō sum⁹ angeli volā-
tes, tñ sumus homines ambulātes. An-
geli scala nō indigēt, qui volāt dīuina cō-
tēplatione: sed hoīes qui repunt: vel, si
amplius, ambulānt hūana ratiōe. Ego nō
puto angelos scalā quēsiuisse propter se:
sed vt homines docerent quid facere de-
beant ipsi. Ascensus est ab infimīs ad su-
prema. Pone ergo primū qua. infīma sūt
vt ab illis incipiens ordinē ad superiora
conscēdas. Sunt igitur in hoc mundi cor-
pore quatuor elementa propriis qualita-
tib⁹ distincta, id est terra, aqua, ignis, aer.
Sed ex his primū id est terra sola p se im-
mobilis est: quia moueri nō potest, nisi ex
trinsecus impellatur. Reliqua tria mobilia
sunt, quia per se mouētur sine impul-
su extrinsecō. Hoc tamē interest qđ aqua
teneri potest vt non moueat, aer & ignis
non possunt. Rursum aer ad statum tene-
ri non potest, ad p̄sentiam pōt. Ignis ve-
ro nec ad statum tenetur, vt non mouea-
tur: nec ad p̄sentiam vt non elabatur.
Quęcūq̄ ergo extrinsecus siue ad p̄sen-
tiam siue ad statū teneri possunt, extrin-
secus etiam moueri possunt: vel vt mo-
ueantur si immobilia sunt: vel vt ampli⁹
moueantur, si minus sunt. Solus ignis si-
cut teneri non potest, sic etiam extrinse-
cus moueri non potest, in se omnem mo-
tum habens & ex se. In his ergo quatuor
quęcūq̄ magis sensui subiacēt, magis cor-
pora dicuntur: quæ vero a sensu plus lō-
ge sunt magis a natura corporū recedūt,
& ad naturam spīrituum accedūt. Hinc
est quīpse aer, quia p̄æ sui subtilitate vi-
deri nō pōt, spūs appellatur, cū corp⁹ fir-
quoniā in ea parte qua sensum corporis
excedit, tantū spīrituali naturę appropin-
quat, vt in appellatione etiā nomē illius
vsurpet. Sed ignis qui ipso aere lōge sub-
tilior est, & mobilior: & non sicut aer, ex-
trinsec⁹ terrena corpora afflādo mouet,
sed interi⁹ vegetādo viuificat: magis p̄-
prie vocat⁹ spūs. Sed hic spūs, i. ignis ali⁹
est in iis corporib⁹ q̄ tñ vegetat nō sensifi-
cat: ali⁹ in iis q̄ & vegetat & sensificat.
Vegetat em̄ quædā nō sensificat sicut ar-
bores & plātas, & vniuersa I terra germi-
nātia: quædā autē vegetat & sensificat, si

D

cut bruta animatia omnia: in qb⁹ quedā sunt quae sensum tm̄ habent, imaginatio nē non habet: quādā q̄ & sensum & imaginatiōē habet. Cū itaq; sensificari magis sit q̄ vegetari tm̄, cōstat profecto hāc vim subtiliorem esse vbi sensum praestat, q̄ illic vbi solam vegetatiōē cōfert. Vbi autē magis subtilis est quodāmodo magis spirit⁹ est, quia ī eo quo magis incorporea natura approximat, nomē pariter & proprietatem illius vsurpat: nō tamē propria: q̄ in eo ipso q̄ spūs dicitur incorporea natura proprietatē nequaquā excedere cōprobatur. Infirmū vero & maxie corpus est illud qd̄ per se oīno moueri nō pōt. Post hoc proximū & minus corp⁹ est illud qd̄ per se quidē moueri potest, & tm̄ extra se ad statum cohiberi pōt. Deinde sequit̄ illd̄ qd̄ in natura corporis iā spūs nomē sortit̄: qd̄ p se moueri pōt & extra se, quīs ad praesentiam, ad statū tamen teneri non potest: qd̄ non videtur & semp mouetur. Summū est corpus & spūali natura pximū qd̄ p se semp moueri habet, extra nūq; cohiberi habet: quod quidē in quātū sensum praestat, imitatur rationalē vitā: inq̄tum imaginatiōē, format vitā talem sapientiam. Nihil autē in corpore altius vel spūali natura vicinius esse potest q̄ id vbi post sensum & supra sensū vis imaginandi cōcipit. Quod quidē in tātū sublime est, vt quicqd̄ supra illd̄ est, aliud nō sit q̄ ratio. Ipsa vtiq; vis ignea q̄ extrinsecus formata sensus dicit̄, eadē forma vsq; ad intīmū traducta imaginatio vocatur. Forma nāq; rei sensibilis per radios visionis foris cōcepta operāte natura ad oculos vsq; retrahit, atq; ab eisdem susceptor visio nominatur. Deinde p septē oculorum tunicas & tres humores transiens, nouissime purificata & colata introrsum ad cerebrū vsq; traducitur & imaginatio efficitur. Postea eadē imaginatio ab anteriore parte capitis ad medullā transiēs, ipsam animae rationalis substantiam cōtingit, & excitat discretiōē, intantum iam purificata & subtilis effecta, vt ipsi spiritui immediate coniūgat̄: veraciter tamē naturā corporis retinens & proprietatē, vt constat qd̄ scriptū est. Quod natum est ex carne caro est. Sicut em̄ de spū corp⁹ nō nascit̄: sic etiā de cor

pore spūs non procreat̄. Quis em̄ corp⁹ vsq; ad spū sublimetur: & spūs vsq; ad corpus humiliet̄: nec spūs tamen in corp⁹, nec corpus in spiritū transmutatur. Sed qd̄ natum est ex carne caro est: & qd̄ natum est ex spiritu spūs est. Tamen qd̄ summū est, in corpore, propinquū est spiritui: & in ipso vis imaginandi fundat̄ supra quā est ratio. Quē em̄ imaginatio extra substantiā animae rōnalis sit, argumentum est qd̄ bruta aīalia vim imaginandi hāc probant̄, quae rationē oīno nō habēt. Est itaq; imaginatio similitudo sensus in summo corporalis spūs & in imo rōnalis corporalem informās, & rationalē cōtingens. Sensus nāq; siue per vīsum, siue per auditū, siue p olfactū, siue per gustū, siue per tactū, extrinsecus corpus contingens formatur: ipsamq; formā ex corporis contactu conceptā intrinsec⁹ reducēs p meatus singulis sensib⁹ emittēdis & reuocādis itrolum dispositos ad cellā phāsticā colligit: eāq; illi parti puriori corporei spūs imprimēs imaginatiōē facit. Quē qd̄ imaginatio ī brutis aīalib⁹ phāsticā cellā nō trāscēdit: in rōnalib⁹ autē vsq; ad rōnalē p̄gredit̄: vbi ipsam incorporeā aīe substantiā cōtingit & excitat discretiōē. Ergo imaginatio nihil aliud est q̄ similitudo corp⁹ p sensus qd̄ corporeos ex corpore cōtactu cōcepta extrinsec⁹, atq; p eosdem sensus introrsū ad partē puriorē corporei spūs reducta, eiq; ipsa. Hęc autē in rōnalib⁹ purior sit vbi ad rōnalē & incorporeā aīe substantiā cōtingēdā defecatur: tm̄ illic quoq; extra substantiā illi⁹ manēs, q̄ similitudo corp⁹ est & fundatur ī corpore. Rationalis autē substantiā corporea lux est: imaginatio vero īquātū corp⁹ imago ē, vmbra est. Et idcirco postq; imaginatio vsq; ad rōnē ascēdit, q̄ vmbra ī lucē veniēs & luci supueniēs, in quātū ad eā veniēt manifestat̄ & circūscribit̄: in quātū illi supuenit obnubilat eā, & obumbrat, & in uoluit, & cōteggit. Et si qd̄ rō ipsa sola cōtēplatiōē eā susceperit, q̄ vī vīstimentum, eī ē ipsa imaginatio extra eā & circa eā q̄ facile exui & spoliari possit. Si vero ēr delectatione illi adhaerit, q̄si pellis ei sit ipsa imaginatio: ita vt nō sine dolore exui possit, cui cū amore ihēsit. Hic ē qd̄ aīe corp⁹ b⁹ exure, corp⁹ lib⁹ adhuc passiōib⁹ teneti

possunt: quia videlicet a corruptiōe corporaliū affectionū nōdum mūdāta sunt. Habet nāq; & ipse spūs quādā in sua natura mutabilitatē, fm̄ quā corpori viuificādo appropinquat in qua illa spūalis & incorporea substantiā nō nihil suę puritatis deponit: & quasi quādā grossiori proprietate corpori assumēdo occurrit. Quē quidē coaptatio si fm̄ solā naturā sit, mutationē habet, corruptionē nō habet. Sin autē vitiosa est, ī hoc ipso puriorē naturā corrūpit qd̄ eā ad cōsortium ignobilioris terminos naturę trāsire cōpellit. Et hoc vitiiū quāto alt⁹ animę in corpore manēri inhaerit, tāto difficili⁹ a corpore discedētē deserit: & non tollit passio, etiā cū tollit causa passiōis. Ipsa q̄ppe aīa in quātū delectatione corp⁹ afficit̄ quasi quādā corpulentiā trahēs, ī eadē phantasiis imaginatiōē corpaliū deformat, eisdēq; alte ipsiis etiā soluta a corpore nō exuit. Quē vero in hac vita se ab eiusmodi faculteria mī dare studuerit, hinc exētes, q̄ nihil corporeū secū trahūt, a corpali passione imunes persistūt. Sic itaq; ab infimis & extremis corp⁹ sursum vsq; spiritū incorporeū, qd̄ progressio est p sensum & imaginatiōē: q̄ duo in spū corporeo sunt. Post ea in spū incorporeo pxima post corp⁹ est affectio imaginaria, qua aīa ex corp⁹ cōiūctione afficit̄ supra quā est rō in imaginatiōē agēs. Deinde rō pura supra imaginatiōē in qua rōne supremū est aīa a corpore sursum. Quā autē ab aīa sursum itur ad deū, prima est intelligentia: q̄ est rō ab interiori formata, q̄ rationi cōcurrēs cōiūgit p̄sentia diuina, q̄ sursum īformās ratio nē facit sapientiā, siue itelligentiā: sicut imaginatio deorsū īformās rōnē sciētiā facit.

Quō sermo dei vn⁹ est, scilicet verbū incarnatū: itē viu⁹, efficax, penetrabilis &c. & quō oīa nuda & aperta sint deo: & de sacerdotio Christi ex miscellaneorū p̄rio. **L**emel loquutus est de⁹, quia vnū verbū genuit per qd̄ oīa fecit. Hoc verbū est sermo ei⁹. Vn⁹ est ergo sermo dei, q̄ vnū est verbū dei. Et ideo vere vnus, quia vnus vn⁹ q̄ sentētiās multiplices nō cōplectitur: sed vno & simplici verbo cōsummat. Quare ergo dicit̄ in

Psal. 61.



psalmo. Vt iustificeris in sermonib⁹ tuis. Psal. 50. Et alibi. Viuifica me vt custodiā sermones tuos: Si. n. vere sermo dei vn⁹ credit̄ quō multi sermones ei⁹ dicunt̄: Sed sciēdū est qd̄ aliter per hominū ora loq̄ de⁹: aliter per semetipsum. Nā qd̄ deus in hominibus per homines loquit̄ hoc fere oīs & veteris & noui testamēti scriptura testatur. Loquitur ergo deus per homines, loquitur per semultos sermones per homines, vnū per semetipsum. Sed quoscūq; p hominū ora ptulit, iste vn⁹ ī oīb⁹ illis fuit: & omnes in isto vno vnū sūt, qui sine isto quolibet loco vel tēpore prolata esse nō possunt. Videamus ergo magnū sacramētū verbum dei humana carne vestitum: semel visibile apparuit, & nunc quotidie idē ipsum hūana voce cōditū ad nos venit. Et quis aliter per carnē, atq; aliter p vocē humanam hoīb⁹ innotescat: quodā modo tm̄ hic intelligenda est vox verbū, qd̄ ibi caro dei. Humanitatē Christi mali quoq; & increduli nō solum videre sed etiā occidere potuerūt: & adhuc quorūdie sermonē dei foris audiūt & cōtēnt. Et quēadmodū illi hoīem occidere nō p̄sumerēt, si deū cognoscere potuissent: ita quoq; isti nequaquā verba diuina audita respuerēt, si virtutē eorū īterno sapore gustare valerēt. Sermo igit̄ dei viuus est: q̄ vita ī eo est. In eo q̄ foris auditū excitat, id qd̄ intus est cor viuificat. In eo q̄ auribus illabif, id qd̄ cordi inspirat. Qd̄ foris est trāsīt: qd̄ int⁹ est mutabilitatē non recipit. Qd̄ foris decursus verborum explicat: int⁹ veritas inēmutabilis dicit̄. Propterea (inquit) cælum & terra transibunt, verba autē mea nō trāsibūt. Ibi vtiq; non trāsibunt vbi transitoria non sūt: quia sicut in multis vnū verbū non diuiditur: ita multa in vno verbo non variatur. His itaq; de sermone dei breuiter explicatis: nunc apli verba inspiciam⁹. Vt vnus est inquit, sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio incipit. Viuus, quia nō mutat. Efficax, quia non deficit. Penetrabilis, q̄ nō fallit. Nō mutat ī p̄missio: nō deficit in factio: nō fallit in iudicio. Promissio ei⁹ obliuione nō morit̄ nec intēdiō mutat. Operatio ei⁹ difficultate nō vincit. Iudiciū eius ambiguitate non fallit. Veraciter p̄mittit, fortit̄ facit, sub

Psal. 50.

M

Lucē. 2.

N

Hebr. 4.

tiliter discernit. Viuus est sermo dei vt credas, efficax vt speres, penetrabilior vt timeas. Viuus est in præceptis & prohibitionibus, efficax in promissis & cominationibus: penetrabilior in iudiciis & damnationibus. Sed quia veritas promissorum & omnipotentia operum eius credenda potius quam discutienda sunt, quam sit subtilitas iudiciorum eius consideremus. Penetrabilior (inquit) est sermo dei omni gladio anticipati. Anceps est gladius qui ex ambabus partibus incidit: qui cum infigitur penetrans ex utraque parte secando viam sibi aperit, hic tamen non nisi carnem incidit: sed dei gladius utriusque fecat, quia potest animam & corpus perdere in gehennam ignis. Siue in iudiciis utriusque fecat, quia utriusque diiudicat, incidit & discernit. Sequitur. Pertingens usque ad diuisionem animae ac spiritus. In vno quoque hodie tria sunt: Caro, spiritus, & mens. Ad carnem pertinet delectatio, ad spiritum cogitatio, ad mentem discretio. Delectatio est serpens, cogitatio Eua, discretio Adam. In delectatione est superfluitatis concupiscentia: in cognitione est necessitatis prudentia: in discretione est veritatis sententia. Delectatio prouidentiam obtentu necessitatis ad superfluitatem precipitat. Prouidentia ratione per compassionem inferioris inclinatur a sententia veritatis. Prima diuisio est inter serpentem & Eua, hoc est inter carnalitatem siue animam vel animalitatem & spiritum: inter delectationem & cogitationem: inter superfluitatem & necessitatem. Secunda diuisio est inter Eua & Adam, inter cogitationem & intentionem vel discretio: inter prudentiam carnis & sententiam veritatis. Sermo etiam dei quasi inter animam & spiritum diuiditur, quando sacrum eloquium nobis, quae inter carnalia & spiritualia desideria repugnantia habeat ostendit. Sequitur. Compagum quoque & medullarum, id est etiam usque ad diuisionem compagum & medullarum pertingit ipse sermo dei. Quid vero per compages & medullas accipere debeamus explanatur cum subditur. Cogitationum & intentionum. Compages sunt cogitationes: medullae intentiones. Primum foris sunt opera quasi cutis: deinde delectatio quasi caro. Deinde cogitationes quasi ossa: deinde intentio quasi medulla. Sicut cutis carnem tegit, sic ope-

ra delectatione: & sicut ossa carnem fulciunt sic cogitationes desideria pascunt: & sicut medullae ossibus interiores sunt, sic in cogitationibus intentiones latent. Cogitationes etiam compages vocantur: quia quodammodo ita desideria adinuicem copulant, sicut compages membrorum artus ligant. Compago, n. vinculum est quod medium est & extrema coniungit. Et similiter cogitationes quia & ex desideriis nascuntur & desideria generant quodammodo: & haec nuntiendo & illa gignendo utraque ad inuicem ligant. Quasi enim precedentibus sequentia connectunt quia de ipse & illis, & ille de ipsis procedunt. Quae vero desideria cogitationes gignere diximus, nemini qui seipsum cognoscit ignotum esse potest: quia illius profecto sepius in cogitatione volumur, cuius amore plus affecti sumus. Vnde etiam dominus in euangelio dicit. **Matt. 6.** Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum. Ac si diceret. Vbi est desiderium tuum ibi est & cor tuum. Id est vbi est affectio tua, ibi est & cogitatio tua. Rursus quoque cogitationes desideria generant. Psalmista, ostendit dicens: In meditatione mea exardescet ignis. Quia cuius rei cogitatio animo frequenter infederit, illi amor acrior in corde exardescit. Conuenienter igitur per medullas quae in corpore magis secretae sunt & reconditae, intentiones accepimus, quae quasi cogitationum nostrarum medullae sunt: quia in cogitatione cordis latet intentio cogitationis. Quam dum subtiliter discutimus, quasi ad interiora ossium penetramus. Liqueat ergo quod recte compages cogitationes & medullae dicantur intentiones. Superest inquirere quomodo sermo dei usque ad diuisionem eorum pertingat. Prima diuisio est inter animam & spiritum: hoc est inter voluptates carnales & spirituales. Secunda diuisio est inter compages, id est cogitationes carnales & spirituales. Primum enim discernuntur voluptates, & utriusque bono an malo desiderio affectus fit animus. Quae discretio ideo prima est, quia facilius quisque sua desideria diiudicare potest: deinde sequitur discretio cogitationum, quae magis est occulta & difficilius comprehenditur. Quia nam ex prauis desideriis bona nonnunquam cogitationes oriuntur: & rursus ex bonis desi-

deriis prauae cogitationes procedunt: non facile est cogitationum qualitatem discernere vel discutere: cum non solum ex precedentibus desiderijs de quibus oriuntur: sed etiam ex subsequentibus quae ipse gignunt, eas oporteat iudicare. Sed ut apertius videatur qualiter ex prauis desideriis bonae, & ex bonis desideriis prauae cogitationes nascantur, exemplo monstratur. Nemo est qui desiderium rapinae nesciat malum esse, sed aliquando ex desiderio rapinae nascitur desiderium occidendi: & saepe ex desiderio occidendi nascitur horror homicidii. Dum ergo ex malo desiderio cogitatio bonorum gignens affectum prodit, quasi in radice mala furculus bonus dulcem fructum facit. Similiter aliquando ex bono desiderio mala cogitatio nascitur: ut nonnunquam pollutionem carnis abominando, turpitudinem carnalis concupiscentiae cogitare incipimus, & ex ipsa nostra cogitatione ad delectationem illicitam inflammamur, sed de puro fonte aqua manare inceperat, sed paulatim defluens in sentinam turpitudinis ibat. Aliquando autem cogitationes & ex bonis desideriis procedunt & bona desideria gignunt: vel ex malis ortae similiter mala proferunt. In qua ambiguitate quia difficilius veritas discerni potest: bene post diuisionem animae ac spiritus, id est carnalium & spiritualium voluntatum: Diuisio compagum, i. cogitationum bonarum & malarum quasi perplexior & difficilior est posita. Postremo quia discretio intentionum iis omnibus secretior esse cognoscitur: merito in extremo medullarum quoque diuisio subditur. Haec autem omnia sermo dei diiudicando penetrat: quia ille qui per sapientiam suam intus secreta nostra subtiliter intelligendo discernit, foris per doctrinam suam utiliter nos illuminando eadem intelligere facit. Quia igitur viuus est sermo dei: credamus eum vera promittere: quia efficax est speremus eum promissa perficere: quia penetrabilis est & falli non potest, offendisse esse poeniteamus & de reliquo timeamus offendere. Ipse enim & voluntates nostras intelligit, & cogitationes videt, & intentiones comprehendit. Sequitur. Non est vlla creatura inuisibilis coram ipso. Oculus dei & longinqua capit, quia ubique praesens est: & in

spicax est: & maxima comprehendit, quia omnia in ipso sunt: hoc prosequitur dicens: Omnia sunt in conspectu eius nuda, quia in ipso sunt omnia: & aperta, quia ipse est in omnibus: vel nuda creatura dicitur, nuda actio vel cogitatio vel intentio humana. Quidam est oculus qui foris est & non intus, sicut oculus carnis: quidam intus est ad aliquid & ad aliquid foris, ut oculus cordis: & quidam oculus qui intus est tamen & non foris, ut oculus dei. Oculus carnis videt tamen extrema corporum: & oculus mentis extrema cordium. Oculus dei intima videt. Oculus cordis ad oculum carnis intus est, ad oculum dei foris. Et sicut oculus carnis non capit quod capit oculus carnis: Sic oculus cordis non capit quae capit oculus dei: sed oculus dei capit quod capit oculus cordis. Igitur oculus carnis tamen capit extrema corporum, Oculus cordis & extrema & intima corporum, sed tamen extrema cordium. Oculus vero dei extrema simul & intima non solum corporum sed etiam cordium capit. Ergo non est vlla creatura inuisibilis coram eo. Omnia autem sunt nuda & aperta coram eo. Ab oculis nostris teguntur saepe etiam quae visibilia sunt: quae inuisibilia sunt clauduntur. Actio visibilis est, intentio inuisibilis est. Sed actiones hominum licet in sua natura visibiles sint, multis tamen modis teguntur ab oculis nostris ne videantur. Intentio autem videri non potest, etiam ipsa actio videatur. Igitur oculis dei omnia sunt nuda: quia ipse omnes actiones hominum videt ubicumque fiunt, quia non sunt tenebrae, & non est umbra mortis, vbi abscondantur quae operantur malum: nec operamentum tegit, nec velamen protegit, nec paries intercludit, nec caligo abscondit, nos ab oculis eius. Ergo omnia sunt nuda: quia ipse videt omne quod agitur. Omnia aperta: quia ipse videt quae intentiones agant. Sequitur. Ad quem nobis sermo, i. ad deum vel ad sermonem eius, subauditur vel est, vel erit, vel esse debet sermo. Primum fit sermo dei ad nos, postea sermo noster ad deum. Duobus autem modis fit sermo dei ad nos, interius & exterius. Interius per inspirationem, exterius per praedicationem. Itaque per inspirationem duobus modis: per naturam & per gratiam. Per naturam quoniam conditus inspirat cognitionem boni. Per gratiam quoniam reparatus suggerit amorem boni. Duobus etiam

V
Oculus duplex.

Matt. 6.

Psal. 38.

R

X

modis sit noster sermo ad ipsum, vel cōsulendo rōnem, vel reddendo rōnem. Si modo, rationem ex voluntate consulere ad faciendum nolumus, tūc ex necessitate de factis rationē reddem⁹: sicut i Apo calypsi dicuntur libri aperti: & deinde liber alius apertus qui est vitæ: postea iudicatos mortuos ex iis q̄ scripta erant in libris. Libri sunt corda hominū. Liber vitæ est sapientia dei. Libri aperiuntur qm̄ manifesta sunt secreta cordium. Liber vitæ aperietur, qm̄ vnicuiq̄ luce interiori manifeste patefecit omne quod faciendū est. Et mortui ex his quæ in libris sunt, nō quæ in libro, iudicantur: quia peccatores ex suis operibus iudicabunt. Libri nostri ad librum dei scripti sunt: quia corda nostra ad similitudinē sapientia dei condita sunt: sicut dicitur. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ad huc scribi debent libri nostri scdm̄ exemplar libri vite: sicut dicit apls. Estote imitatores Christi sicut filii carissimi. Et si scripti nō sunt, saltē corrigendū sunt. Cōferam⁹ itaq̄ libros nostros cū hoc libro: vt siquid aliter habuerint, corrigantur: ne in illa vltima collatiōe si quippiā aliter inuenti fuerint habentes, abiiciantur. Sic intelligi pōt, ad quem id est sermonē est nobis sermo. Vel aliter, ad quem est nobis sermo. Loquamur ad Christum de nobis vt ipse ad patrem loquatur pro nobis: quia pontifex est vt conferat deo vota populi: & magnus. Magnus sm̄ diuinitatem, quia filius dei. Magnus secundū humanitatem, quia penetrat celos. Accedamus ergo cum fiducia ad thronum gr̄a eius. i. ad ipsum in quo regnat gr̄a. Gratia autē in eo duobus modis regnat, quia nec in eo malitia est: quæ affectum gr̄a impediāt quin velit: nec in nobis miseria quin possit. Accedamus ergo cū fiducia quoniam & officium eius est vt pro nobis oret, quia pontifex constitutus: & meritum ipsius vt impetret, quia iustus. Deniq̄ libenter cōpateretur: quia & ipse propter nos infirmitatibus circūdat⁹ est. Cōstitutus est quia a deo. Non em̄ ipse se constituit: sed, deus illū glorificauit: q̄ dixit filius me⁹ es tu ego hodie genui te. Qm̄ in baptismo hoc dictū est super Christū: tūc quasi ad pontificatū elect⁹ est. Qm̄ i

mōte dictū est, tūc quasi pōtifex est ordi natus & veste indutus gloria. Postea in tertia voce q̄ ad eū venit de celo dicens: Et clarificauit & iterū clarificabo: Approbatus & cōfirmatus est in dignitate sua sicut Aaron post ordinationē: quia quosdam amulos & suo sacerdotio derogantes habuit a deo probat⁹ est & cōfirmatus. In mōte vestē gloriae in ordinationē accepit: in resurrectione ad offerendas pro nobis pces deo induit. Ois nāq̄ pōtifex ex hoibus assumptus pro hominib⁹ constituitur in his quæ sunt ad deū vt offerat oblationes & sacrificia pro pctis. Duplex esse debet assumptio eorum qui p̄ficiuntur: scilicet vt primū int⁹ p gratiā assumant ad excellentiā virtutis. Postmodū foris p obediētiā vocē ad excellentiā dignitatis. Alii assumunt intus, & nō foris sicut boni subiecti. Alii assumunt foris & non intus, sicut mali plati. Alii foris & intus, sicut boni plati. Alii nec foris nec intus sicut mali subiecti. Seg⁹. Pro hoib⁹ constituitur in his q̄ sunt ad deū. Dicitur in euāgelio. Reddite q̄ sunt Cæsaris Cæsari, & q̄ sūt dei deo. Sicut Cæsar habet p̄fectos suos ad populum q̄ exigāt ea que cæsaris sunt: sic & deus habet p̄fectos suos ad populū suū, q̄ ea q̄ dei sūt, requirant. Et sicut p̄fecti Cæsaris legatione populi fungunt ad intercedēdū, & legatione Cæsaris ad populū ad imperādū: sic & p̄fecti dei, plati in ecclia legatione populi fungunt ad deū vt oblectrēt, siue legatione dei ad populū vt iubeāt. Aliud est em̄ officii plati inq̄tū est legatus populi ad deū: & aliud est inq̄tū legat⁹ dei ad populū. In illo officio, quo est legat⁹ populi erga deū, deuotionē exhibere debet, vt eū oblationib⁹ & sacrificio sp̄iali p̄ciibusq̄ placatum reddat. In eo officio quo est legatus dei ad populū, ad ipm̄ prinēt ignorātes docere, peccātes corrigere. De illo, officio in quo est legatus populi ad deū dictū est, vt offerat sacrificia & oblationes pro peccatis. De illo officio in quo est legatus dei ad populū dictū est: vt sciat compati iis qui ignorant & errant. Quoniam & ipse circūdat⁹ est infirmitate. Quidam sunt qui se in infirmitate eē cognoscent, sed circūdatos infirmitate nō putant. Hi videlicet qui in quibusdā actio

Apoca. 20.

Psal. 4.

1. Corin. 4.

Z

A

Psal. 2.
Matt. 3.
Mar. 9. &

Matt. 17.

Ioan. 17.

Hebr. 5.

Luc. 20.

C

D

nibus suis fortes se esse considerāt. Qui vero in oib⁹ suis se infirmari cōspiciūt: iū q̄rum ad existimationem suā, vndiq̄ infirmitate circūdati sunt.

M. HVGO
nis de sancto Victore Apologia de verbo incarnato: continens obiectiones contra eos qui dicunt Christū non esse aliā quid secundum q̄ est homo.

E



Ides est certitudo rerū inuisibiliū ad religionē pertinētium supra opinionē & infra sciētiā constituta. Ex hac fidei assignatione, patet q̄ non licet dubitare vel opinari circa fidei articulos.

Vbi em̄ est opinio non est certitudo: vbi vero nō est certitudo, nō est fides. In naturalibus opinionib⁹ vel poeticis existimationib⁹, vel in allegoricis, vel tropologicis sententiis, licet diuersas sentētiās promere: Circa fidem non licet, non solū aliud cōstitui: sed nec de ipsa veritate ad modicum dubitare: sed oportet firmiter ipsam p̄ferri. Vñ in simbolo Athanasii. Hęc est fides catholica quā nisi quis fideliter firmiterq̄ crediderit salu⁹ eē nō poterit. Csi autē de nullo fidei articulo licet diuersa opinari, maxime de illo q̄ ceteris est principalior cui ceteri tanq̄ fundamento innitunt, qui in his verbis exprimitur. Verbum caro factū est. i. hō cōstans ex carne & aīa. Vñ Augustinus.

Ioan. 1.

De fide ad Petru

Ioan. 10.
Ioan. 14.

Quæst. 11

Firmissime tene & nullaten⁹ dubita. ipm̄ q̄ aternaliter natus est de patre: esse illū qui essentialiter cōceptus est & nat⁹ de virgine: vnus nature cū matre. Ecce Augustin⁹ phibet dubitare & iubet firmissime tenere in Christo duas esse naturas diuinā scilicet, scdm̄ quam dicit: Ego & pater vnū sum⁹: & humanā, secundū quā dicit: Pater maior me est.

Quaro igitur ab his q̄ dicūt Christū nō esse aliquid in eo q̄ est hō: quid per me significet cū dicit: Pater ma

ior me est, an qd̄ est Christ⁹: an qd̄ nō est xps: Si dicatur aliquid qd̄ non est xps p̄ me significari i tali loco: cōsequēs est vt xps dicat se esse aliquid qd̄ ipse non est: qd̄ non cōuenit veritati. Itē si aliquid per me ibi significatur qd̄ est xps, illud est vel substantia increata vel creata. Sed nulla substantia increata maior est pater. Sin autē substantia creata est: vel est rationalis, vel irrationalis. Sed substantia irrationalis esse non pōt: ergo est substantia rationalis: & sic vel angelica vel hūana: sed angelica non est, ergo hūana. Oportet itaq̄ ibi significari substantiā creatam & rationalem & hūanā, i. hominē constantem ex aīa & carne. Vñ Augustin⁹ dicit q̄ pars cū dicit: Verbum caro factum est, ponit p̄ toto: scz caro pro hoīe. Necessario ergo hō est aliquid totum, cuius pars sit caro, & illud totū sit Christus. Vñ idē dicit. Deus in eterna personā diuinitatis, tp̄alē accēpit substantiā carnis. Quid est in personā accēpit nisi personaliter sibi vnūit. i. vt qd̄ assumptū est vna esset cū assumente psonā: Vñ in libro de agone Christiano. Incōmutabilis veritas per spiritū animā & per animā corp⁹ suscipiēs totū hoīem assumptum liberauit. In eodē. Nō eos au diamus q̄ sic dicit ab aeterna sapientia susceptū hoīem q̄ de virgīe nat⁹ est, quō & alii hoīes ab ea sapiētes fiūt. Aliud est em̄ sapientē tm̄ fieri per sapientiam dei: & aliud est ipsam personā suscipere sapientia dei. Audis q̄ homo ille psonā suscepit sapientie dei. Vnde & p gratiā homo trāsīuit i deū: nō nature versibilitate: sed dei dignatione mirabiliter assumpt⁹ in vnitate personā. Quapropter & aliter sapiens homo ille qui personā sapientie gerit: aliter alii. Vnde Augustinus sup̄ p̄p̄i stolā ad Galatas. Per fidē induēdo Christum, oēs fiūt filii nō natura sicut vnū filius, qui sapientia dei est. Neq̄ prax potētia & singularitate susceptiōis ad habēdā, naturaliter & agendā psonā sapientia: sicut ipse mediator vnū cū ipsa suscipiente sapientia.

G

Quaro item quō Augustin⁹ dicat susceptum hominē ad habendam naturaliter personam sapientia: patris: cū alibi dicat q̄ in vnitate psonā assumpt⁹ homo ille gr̄a est nō nature. Solutio. Na

Quæstio. 2.

rurale duobus modis dicitur: & quod est de substantia rei, & quod est originale, i. ab origine creationis suæ datum. Vnde quia homo assumptus ex quo fuit persona diuina fuit: non tamen per naturam, sed per gratiam: quodammodo naturale est ei esse personam dei, sed hoc naturale non excludit gratiam. Vnde Augustinus in Enchiridio. In naturam humanam susceptione facta est quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis. Nam ex quo homo esse coepit, non aliter esse coepit quam filius, & hic vnicus: ut quæ admodum vna est persona, anima rationalis & caro: ita vna persona deus & homo. Filius tribus modis dicitur: adoptione ut nos per fidem, susceptione ut mediator, i. homo assumptus. Natura ut verbum quod eadem substantia est cum patre, non persona: & eadem persona cum mediatore non substantia: Vnde Augustinus in libro de trinitate. Cum filius sit deus & homo alia tamen substantia deus: alia substantia homo.

Quest. 3. **H** Varitur aut substantia humana in christo sit adoranda? Solutio. Dignitatis potestas non amittitur dum humilitas adoratur, ut dicit Hylarius. Et Augustinus. Terra adoratur a verbo dei: assumpta: quia nemo carnem eius manducat nisi spiritus eius adoret: non tamen propter ipsum, sed propter eum cui vnus. Dicitur auctoritas quod creator est creatus: predestinatus predestinatus: infectus factus: quod secundum naturam humanam intelligendum est. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum ad deum meum & deum vestrum. Si christus non est aliqua substantia creata, non habet deum, quia tamen creaturæ deus est: sed ipse dicit se hunc deum: necessario ergo est aliquid quod habet deum vel creatorem. Dicitur alibi quod tanta est vnio hominis & dei, quod totum est deus, totum est & homo. Quid pro hominem significat cum dicitur totum est homo? Quid est quod sequitur quod non in substantiis hominis? Si enim sic intelligitur, deus est homo, habet hominem. Sic potest dici anima est caro, habet carnem. Augustinus dicit super Ioannem quod aliud est verbum dei: & aliud homo. Quid hic pro hominem significat. Si enim (ut quædam opinantur) hic pro hominem anima & caro intelligitur, & non aliquid compositum ex duobus: dicere deberet, aliud est verbum dei, alia sunt homo: cum pro hominem plura, & non vnus significet. Augustinus dicit alibi super epistolam ad Colossenses. Homo excellentius assumptus personam gerit sapientie. Si igitur id quod assumptum non est persona (ut voluit quædam) nec personam gerit

rit sapientie: quomodo ergo audet negare hominem assumptum personam esse? cum adeo apte hic dicatur auctoritas: Qui descendit (id est deus) & qui ascendit, i. homo. Dicitur enim expositor quod deitas & humanitas sunt eadem persona. Vnde Leo papa. Mirabilior nobis fit in deo humilitas, quam potentia: & difficilius capit a nobis maiestatis diuine exinanitio: quam seruilis formæ summa pueritio. Et post. licet aliud sit creator, & aliud creatura: in vna tamen personam concurrunt vtriusque natura: proprietates. Omnia quæ dei sunt & hominis simul humanitas expleuit & deitas. Legitur quod christus sicuti est hominiosus patri: sic est hominiosus matri. Sed si christus non est id quod est homo, sed tamen id quod est pater: nihil quod est consubstantiale matri est consubstantiale filio: & ediuerso: ergo non est ei consubstantialis: cum nullum habeat substantiale cum illa eodem. Sed dicitur forsit. Christus ideo hominiosus matri dicitur, quia eiusdem naturæ est cum matre. Et ego quomodo quod per naturam humanam stelligatur: cum dicitur. Christus est eiusdem naturæ cum matre? Dicitur corpus & anima. Sed alia est anima christi: & alia anima virginis. Vnde si idem est natura humana quæ anima & corpus, si non sunt eiusdem anime & carnis: nec eiusdem sunt naturæ. Vel si eiusdem sunt naturæ: nec tamen sunt eiusdem carnis & anime, aliud stelligitur per naturam, aliud per animam & carnem. Notandum autem quod natura humana tripliciter accipitur. scilicet per formam substantialem, quæ humanitas dicitur: & per existentiam in tali proprietate, scilicet per illo composito ex carne & anima, quod quæ hoc nomine humanitas significat. Dicitur etiam quod humanitas natura corpus & anima. Verum est ergo christum assumptum corpus & animam, & illud compositum, & illam formam, i. humanitatem. Quin autem hæc forma sit assumpta, non potest negari, cum non solum corpus & anima sint assumptæ: sed etiam omnes proprietates assumptæ sunt. **Q**uest. 4. **I** Deo quomodo ab iis qui dicunt quod in christo non est aliquid quod sit homo: quod sit subiectum humanitatis huic formæ. Non enim deitas potest ei esse subiecta, nec caro nec anima. Quid ergo? Si nihil est constitutum ex carne & anima christi, quod sit christus, in quo quod sit in subiecto possit esse humanitas: necessario igitur christus est quod dicitur totum compositum ex anima & carne: vel non habet hæc formam humanitatem. Constatemur itaque in christo duarum substantiarum vnionem: non mutationem, vel versibilitatem, vel permutationem vel confusionem. **D**icit Hylarius in nono libro de trinitate. Quomodo hominem accipit ut deus esset. Quomodo igitur quod sit iste homo, cui accipitur ut deus sit?

Nunquid anime vel carnis? Non vtrique sed homini constanti ex vtroque. Idem in octavo libro de trinitate. Nescit plane vitam suam nescit, qui per ipsum iesum, ut verum deum, ita verum hominem ignorat. Si enim non est id quod est homo, non est homo: & si non est homo, non est verus homo. Quarta ergo est temeritas, negare Christum aliquem hominem esse: & tamen ipsum verum hominem predicare? Augustinus dicit super Domini refugium. **N**on Christus incepit esse quod non erat, seruat substantiarum proprietatem. Quod erat creabile mansit creabile: & quod increabile, i. creabile: & quod mortale, mortale: & quod immortale, immortale. Vtrique vna immortalis tamen persona, & vere immortalis. Vnde Isidorus in libro de summo bono ait. Humanitas a christo suscepta tertia persona est in trinitate. Cui consonat illud quod Augustinus dicit in secundo libro de trinitate: Forma suscepti hominis persona filii est. Quid aperit? Quomodo ergo audes dicere quod nihil quod est assumptum est persona filii? Redi ad cor tuum & aduertere veritatem. Quis sit qui loquitur attende. Recole quod periculum anime tue incurris si negaueris tam manifestam veritatem. Memorare etiam quod homo erat qui negauit Christum esse aliquem, sit homo: & ideo potuit esse. Et vtiqum solus deceptus, alios non decepisset. Si nondum credis prædictis auctoritatibus, audi quid Augustinus dicat in eodem libro. Humanam illam formam ex Maria virgine trinitas operata est, sed filii solius persona est. Idem in tertio decimo de trinitate. Humana natura deo verbo copulata est, ita ut cum ipso fieret vna persona. Nota quod in huiusmodi locis humanitas vel forma serui, vel natura humana, non significat corpus & animam vel illam proprietatem, quæ proprie & secundum usum loquendi dicitur humanitas: sed rem existentem in tali proprietate notat. Firmiter ergo tenendum quod nomine humanitatis quoadmodum id quod est homo significatur. Noli ergo mirari quod humanitas dicta est persona cum nomine humanitatis homo assumptus significetur in tali loco. Hylarius in octavo libro de trinitate sic ait. Deo est proprium fuisse aliud quod manebat: nec tamen non esse quod manserat. Hylarius dicit quod deus est aliud quod fuit: manens quod fuit. Et quia nulli creature hoc po-

test conuenire ut maneat simul quod est, & aliud fiat: dicit hoc proprium deo esse, aliud esse quod fuit: & manere quod fuit. Dic ergo quomodo presumis dicere quod christus non est aliquid quod non fuerit ab æterno. Ecce plures auctoritates habemus quod Christus factus est aliquid quod non fuit. Quæso ut saltem vnâ auctoritate ostendas quod dicat quod deus non est aliquid in eo quod est homo: vel quod non factus sit aliquid quando factus est homo. **P** **O**biectio prima. **N**on ponendæ sunt obiectiones quorundam contra nos. Si deus essentialiter est homo, vel homo est deus: tunc si deus assumpsisset hominem in sexu muliebri & mulier esset deus: & deus esset mulier. Sed potuit deus in tali sexu assumpsisse hominem: ergo potuit deus esse mulier. Solutio. Augustinus dicit. Qui essentialiter natus est de patre, est essentialiter ille qui conceptus & natus est de virgine. Ideoque fateor quod deus semper potuit, potest & poterit in vtroque sexu assumpsisse hominem. Vtina te videres ubi te video, qui hæc obiectiones. Cum igitur vterque sexus erat redimendus: decens fuit ut sexus honorabilior assumeretur: & de femina ut sic vterque sexus ad redemptionem pertinere ostenderetur. Vnde Augustinus de symbolo fidei. Illa dispensatio vtriusque sexum honorari & ad curam pertinere monstrauit. Non solum quæ suscepit sed per quam suscepit virum gerendo, de femina nascendo. **Q**uestio. 5. **Q**uare ab iis qui dicunt nihil esse compositum ex anima & carne Christi, quomodo sexus sit assumptus. Non enim in carne vel anima est aliquis sexus: sed in solo toto ex duabus partibus constituto. Decuit quaternarium diuinum compleri. Fecit enim deus primum hominem sine complexione sexuum. Feminam vero produxit de viro. Ex maritali vero admixtione formauit vtrique. Restabat quartum ut quæ viscerum femina redderet viro: quod completum est, dum contra rationem & supra naturam peperit virgo. **O**biectio. Si deus potuit assumere mulierem, ergo mulier potuit esse deus. Solutio. Non sequitur sicut non sequitur, deus potest deus facere lapidem: ergo homo potest fieri lapis. Deus enim potest impossibilia, nec tamen impossibilia sunt possibilia. Item obiectiones. Si illa substantia quæ verbo vnita est, coepit esse deus, & e contrario deus coepit esse illa: quædam substantia est deus quod non tertium, **R** **O**biectum secundum. **S** **O**biectum tertium. **I**ff iii

Solutio.

semper fuit deus: & quaedam substantia est deus quae non est diuina substantia: & deus est aliquid quod non semper fuit. Additque. Si homo assumptus est persona: ergo vel tertia in trinitate, vel alia: sed non alia, ergo tertia in trinitate: & sic deus. Solutio. In hoc ipso se probant non esse catholicos cum id, quod tot autoritatibus probatur habent pro inconuenienti. Nonne Iliadus dicit quod humanitas a Christo suscepta est tertia persona in trinitate: Et Hylarius asserit quod proprius est deo fuisse aliquid quod manebat, nec tamen non esse quod manerat. Et Augustinus. Creator temporum inuentus est in tempore: etiam ipse factus. Et alibi. Homo recens, sed non deus recens. Hoc est inconueniens quod nos adoramus. Haec est abusio per quam redepti sumus. Scio ubi tenentur oculi tui qui habes pro inconuenienti quod deus sit aliquid quod non semper fuit: quia non capis modum illum quo aliquid dicitur esse aliud, propter ineffabilem unionem. In hoc enim quod deus homini secundum plenitudinem se infudit, & omnia sua illi attulit: & omnia quae hominis erant in se suscepit: vere dicitur & esse deus homo, & homo deus. Homo est deus non per naturam, sed per gratiam: non adoptionis sed per gratiam unionis siue susceptionis. Deus est homo per dignationem. Cum ergo deum hominem, vel hominem deum predicamus: non naturam in naturam verisimilitatem significamus, sed naturam utriusque mutuam omnino participationem. Notandum, esse quosdam quibus non videtur esse argumentum. Illa substantia deo unita est deus: ergo quaedam substantia quae non semper fuit. Ut in hoc simili appareret. Candelam lucet: ergo quaedam substantia quae non est ignis lucet: cum ignis ex se, candelam ex igne lucet. Est alia similitudo. Hic homo factus est ad imaginem dei: ergo quaedam substantia quae non est anima vel angelus, non sequitur. Sic verbum per se deus est, sicut ignis lucet, homo vero deus ex verbo: sicut candelam lucet ex igne, & hoc est imago ex anima. Nullo tamen modo negandum substantiam unitam verbo deum esse filium dei: sed (ut iam dictum est) homo per gratiam deus est: verbum est per naturam deus.

Quest. 7. Luc.

Si modum credis audi adhuc verba veritatis super Lucam: ubi scriptum est: Hic

erit magnus. Legitur quod potentiam quam dei filius naturaliter habet, homo accepturus erat ex tempore ut vna sit persona deus & homo. Quero quid per hominem significatur: & cum dicitur homo accepturus &c. an substantia diuina an humana: sed naturam diuinam nil datum est ex tempore. ergo humana: & sic substantia humana habet potentiam quam filius dei habet per naturam: ergo homo habet omnipotentiam: & sic est omnipotens: & sic deus quod ipse profiteatur dicens. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Cui data est omnis potestas. Audi expositorem super eundem locum. Hoc non de coeterna patri diuinitate, sed de assumpta humana. Quicquid dicas de Christo, ego melius credo christo de se quam tibi. Nonne contradias Christo dum negas quod ille affirmat? Vide ergo quod tua expositio contraria est christo & orthodoxis patribus. Tu dices quod homo assumptus non habet omnipotentiam: Et ipse dicit. Data est mihi omnis potestas. Vnde Apostolus. In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Tu ipse diiudica. Quid est illud in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis? Nihil verbum dei: Cur ergo addit corporalem. Hylarius in octauo dicit. Vera fides est neque deum ignorare quod homo sit: neque carnem ignorare quod verbum sit. Recole quod nomine carnis significetur. Audi Augustinum. Verbum caro factum est. i. homo, pars per toto ponitur. Cui conuenit illud in Ioanne. Potestatem dedit ei Iesus dicitur facere: quia filius hominis est. In huiusmodi quod deo conuenire non possunt solent se exponere. Hoc accepit persona secundum naturam humanam. Intelligis quod dicitur: Si persona non est aliquid secundum humanitatem (ut tu asseris) quomodo persona accepit aliquid secundum eam? Item dicitur tibi. Si natura humana hoc non accepit: ergo nec persona secundum eam, sicut corpus tuum non est album: ergo nec tu es albus secundum corpus. Vel si anima non est rationalis, nec tu es rationalis secundum eam. Concedendum quid est quod persona accepit potentiam quam habet naturaliter secundum humanitatem: & ipse homo accepit eam, & sic in ipso ipsa persona. Et quod sic sit intelligendum declarat alie autoritates, vnde Hylarius dicit. Non est ignorandum carnis esse verbum: & humanitati data est omnis potestas in caelo & in terra. Assignetur si possunt quod sit illud cui data est omnis potestas iudicandi quod

Matt. 28

Coloss. 2.

Ioan. 5.

X

Obiectum.

vocatur filius altissimi: quod temporaliter relatione refertur ad matrem. Non enim, eterna filiatione filius dicitur matris. Quomodo filius matris si nihil habet esse ex matre? Numquid dicitur est aliquid ducere originem ex oue, quia eius vestis inde est? Si ergo Christus non est aliquid ex virgine: sed eius vestis inde est: quomodo est filius virginis? Sicut ergo verbum lucis est per se homo assumptus ex verbo: sic verbum per se persona est: homo vero personam (ut sic loquar) habet ex verbo. Sed dicitur aliquis. Nonne homo assumptus persona esset si non esset unitus verbo? Solutio. Esset quidem persona, & haberet suam personam ex sua rationalitate. Nunc vero ex quo totus splendor diuinitatis se infudit lucernae humanitatis, minus lumen dedit maiori. i. homo assumptus trahit suam personam ex verbo & dicitur & est persona vna cum illo ex eadem personam quam habuit verbum ab aeterno. Vnaquaque creatura rationalis ex hoc dicitur persona quod habet excellentius: quia ergo splendor diuinitatis incompabiliter excellentior est lucerna humanitatis merito ex eo homo est persona. Vnde scriptum est. Natura naturam non consumit: sed persona personam, quia nomen iuris est. Haec diligenter intueri lector & intelles quare homo dicitur in personam, non in naturam assumptus. Et quare verbum dicitur assumptum naturam non personam. Ideo enim homo assumptus est in personam diuinam, quia factus est particeps diuini luminis, ut per ipsum ab omnibus discerneretur sicut verbum. Non in naturam licet persona diuina sit diuina natura, quia hoc esset mutari & conuerti in eam. Verbum vero ideo naturam hominis non personam assumpsit, licet id quod est assumptum, sit persona: quia non trahit personalitatem vel personam ex eo quod est assumptum, habens multo digniorem personam ex natura diuinitatis. Sicut lampas in nocte dicitur lumen ecclesiae: in die vero solis maiore splendore superueniente, iam lampas non dicitur lumen ecclesiae: sed potius lumen solis. Sic homo persona quidem esset ex sua rationalitate si non esset assumptus. Nunc (ut iam dictum est) ex eo quod in ea dignum est, id est in lumine diuino est persona. Qui non videt hoc querat a domino

intellectum. Huius rei in creaturis exemplum non inuenio similitudinem. Nihil enim manens quod est potest aliud fieri: quod soli deo est proprium, ut dicit Hylarius. Qualiter tamen splendor verbi se infundat homini ut eum illuminet, licet a verbo non recedat, potest qualiter similitudine ostendi. Splendor siquidem ignis vel calor, candelae vel carboni accedit, nec ab igne recedit sed simul in igne & in candelam est. Sed in igne per naturam, in candelam ex accidenti. Maior tamen est unio inter deum & hominem. Vnde verbum confert homini ut sit cum illo non vna substantia, sed vna persona. Inde est quod aliud est deus, aliud homo, sed non alius deus alius homo: sed vnus & idem deus & homo: sicut multae auctoritates manifeste ostendunt. Veluti corpus & anima vnus homo & vna persona sunt: licet aliud sit corpus & aliud animus, Christus itaque gemina est substantia scilicet diuina & humana, tamen non nisi vna persona: quae utraque substantia vna persona.

Cum igitur Christo sit substantia humana: nunquid est concedendum quod sit creatura, cum omnis homo sit creatura? Solutio. Non est simpliciter concedendum quod Christus sit creatura, nisi addatur secundum hominem. Nonne concedimus simpliciter quod Christus est homo: quare ergo non similiter conceditur quod sit creatura? Solutio. Ideo sine determinatione usus sanctae ecclesiae non consuevit concedere simpliciter Christum esse creaturam: ne secundum utramque naturam hoc intelligatur, ne videatur consentire per fidem arianam quae dicebat Christum tantum esse creaturam. Cum fides catholica dicat eum esse & creatorem secundum diuinam naturam: & creaturam secundum humanam substantiam. Tene ergo firmiter, verbum assumens naturaliter esse deum assumptam vero substantiam naturaliter esse creaturam. Et propter ineffabilem unionem & miracula susceptionis sacramentum ut verbum sit homo, & homo deus inconfusa & inconuersa utraque perseverante substantia. Vnde Hylarius in quinto libro de trinitate. Ex virtute potestatis naturae est cum in eo quod esse maneret: tamen quod non erat esse posset. Moneo ut his quae in

Z

A Obiectum.

Obiectum.

scripturis sanctis leguntur fidei assensum adhibeas. Nec tibi mirum videatur si non dum omnia ad plenum intelligas. Recole quod fides non habet meritum cui ratio humana praebet experimentum. Solet ignorantia naturalium amplius angere quosdam: quod ignorantia credendorum. Ut imago in speculo quid sit aut quomodo habeat esse. Quomodo idem fons sit modo haec aqua, modo illa. Quomodo diuersae voces sint idem nomen. Amice si haec leuia & quasi puerilia non capis: qua fronte ineffabile incarnationis sacramentum attendere praesumis? Noli ergo sic argumentari circa Christum. Si Christus est quaedam substantia simplex vel increata: ergo non est quaedam composita vel creata: cum sit utrumque licet non secundum idem. Cur non sic argumentaris? In diebus carnis suae fuit mortalis: ergo tunc non fuit immortalis. Vel sic. Tunc fuit passibilis: ergo tunc non fuit impassibilis. Dicet aliquis mihi: Arrianum te video, quia dicit Christum esse creaturam. Diligenter ergo intueamur an verum sit. Arrius dicebat Christum esse puram creaturam, non a patre consubstantialiter genitum, sed tantum creaturam: ideoque patre minorem & posteriori: affirmans quidem Christum esse deum, non quidem per naturam, sed tantum per adoptionem. Nunc quare an Hieronymus idem senserit quod Arrius cum dicat. Audacter proclamamus Christum esse creaturam. Et Hylarius quoque dicit quod est quod non fuit. Aut apostolus qui ait. Qui fidelis est ei quod fecit illum. Et alibi dicit. Qui factus est ex semine dauid secundum carnem. Et Augustinus qui asserit diuinam substantiam immutabilem & creaturam mutabilem: secundum quam Christus omnia pertulit quae scriptura de deo recolat. Tamen ergo haereticus & catholicus eadem verba habent in ore: non est consequens ut idem, sensus sit in corde utriusque. Veluti non sequitur. Si aliqua participat eodem nomine quod ideo etiam re nominis. Ut deus & idolum nomen dei, non tamen eadem deitate participat. Quod ergo scriptum est: Qui dixerit Christum esse creaturam anathema sit: intelligendum est puram ut Arrius intelligebat vel dicebat. Secundum eandem rationem intelligendum est quod dicit Ambrosius Christum non esse vanitati subiectum, & ideo creaturis non

esse connumerandum: quia creatura omnis vanitati subiecta est. Nunc quod quia Christus est homo: & omnis homo mendax, ergo Christus mendax? Multa dicuntur generaliter de homine, non tamen de homine Christo: quia non est purus homo: sed deus & homo. Augustinus dicit. Non est creatura per quam facta est omnis creatura. Ecce negat Christum esse creaturam: quod contrarium videtur praedictis. Solutio. Non est creatura per quam facta est id in Christo per quod facta est omnis creatura: non est creatura sed creatrix essentia. Agitur enim de persona secundum diuinam naturam. Itaque dicit Hylarius. Non est aliud filius hominis, & aliud filius dei: & nos dicimus & credimus quod aliud filius est hominis & aliud filius dei. Quid ergo? Contrarium sumus Hylario? Solutio. Frequentius quibus terminationibus significatio est substantiae. Interdum tamen in neutrali licet raro significat persona. Sensus est: ergo non est aliud filius hominis & aliud filius dei. Non est aliud filius hominis & aliud filius dei, sed vnus & idem. Vnde Augustinus de tribus personis loquens ait. Et haec tria vnus. Et alibi. Dicit quod mediator ipse vnus sit cum ipsa suscipiente sapientia. Quibus verbis substantiarum differentia non confunditur: sed vnio personalis praedicatur. Hylarius tamen non ait. Non est aliud verbum, aliud homo: sed hoc neutrum est aliud quam Christus. Et Augustinus dicit homo ille non est factus aliud quam dei filius. Id est non est factus aliquid quod non sit dei filius. Quicquid enim est persona diuinae essentiae, non est aliud quam ipsa persona: licet aliud sit quam natura diuina. Vnde Hieronymus. Verbum deus est non caro assumpta. Quibus verbis non naturae ad personam, sed naturae ad naturam ostenditur differentia. Si autem per carnem pars non totum intelligitur: constat quod verbum non est caro. Sed per carnem totus homo significatur tantum (ut ait Ambrosius) aliud est quod est assumptum, & aliud est quod assumptum. Alioquin Christus si non est aliquid secundum quod est homo: ipse non est aliquid secundum quod est mater hominibus: vel secundum idem est hominibus patri & matri. Hylarius alibi seipsum exponit dicens: Naturam dei in virtute resurrectionis intelligere: dispositionem hominis in morte cognoscere. Et cum sint utraque suis gesta naturis: vnum tantum Christum lessum eum memento esse qui utrumque est.

Non dixisset utrumque de vna natura: neque vnus de duabus personis. Utrumque non admittit naturarum singularitatem: vnus excludit personarum pluralitatem.

Obiectio. Dicunt quidam quod sicut non est alius filius dei & alius filius hominis: sic non est aliud filius dei, & aliud filius hominis. Sed si hoc est: ergo sicut est indifferens persona, sic indifferens est natura.

Opinio falsa. Dicitur quidam quod quando verbum caro factum est, factum est quoddam totum compositum ex creatore & creatura, scilicet diuinitate & carne & anima. Illud compositum est creatura, quia non semper fuit, & illius compositi pars est diuinitas, ergo creator est pars cuiusdam creature. Sed quid absurdius? Immo quid falsius? Item omne totum maius est quali bet sua parte: ergo si diuinitas est pars aliquis oportet quod aliquid sit maius ipsa diuinitate. Vel si ipsa est maior omni re, ergo maior est eo cuius est pars: & sic ipsa legem & ius totalitatis suo toti admittit, vel totum suum illa circumscibit. Itaque si diuinitas est pars integralis, vbi quae ipsa est & suum totum: sed ipsa est vbi quae: ergo & suum totum vbi quae est. Item nulla pars integralis praedicatur de suo toto: ergo si Christus esset quoddam totum cuius pars esset deus vel deitas, nullo modo esset Christus deus. cum nullum totum sit sua pars. Multo ergo melius sacra scriptura dixit personalem vnionem esse inter deum & hominem: vel inter assumptum & assumens verbum, quam integram compositionem vel compositionem. Sciendum est plura genera esse compositionis. Aliter enim domus componitur ex suis partibus. Aliter panis ex aqua & farina. Aliter statua ex materia & forma. Aliter species ex genere & differentia. Aliter homo ex carne & anima. Dicuntur etiam quaedam vnita composita, ut cum legitur quod hypostasis est composita ex duabus naturis: quod sic est intelligendum. Due naturae sunt vnite in vna persona sine versibilitate & confusione. Sicut ergo ignis carboni infunditur, non tantum partialiter ei sociatur, ut ex igne & ex carbone aliquid totum proficiat quod non sit ignis vel carbonis: sic verbum homini vnitur, non tamen aliquid totum inde efficitur quod non sit homo vel verbum.

Questio 3. Vero a te qui negas aliquid quod est assumptum esse filium dei. Quid di-

cas esse semen Abrahae: illud ne ad cuius aduentum praedicat apostolus legis statum dicens: quod lex disposita est in manu mediatoris donec veniret semen cui promissum est. Nunc quid semen Abrahae dices quod non est ex Abraha? Deus pater non nisi id quod ipse est genuit. Deus deus. Quid ergo genuit Abraham homo, nisi id quod est homo suae naturae prolem? Quod semen venturum erat quando promissio facta est Abrahae. Hoc ergo semen quid est si id quod est assumptum homo non est. Nunquid homo non hominem genuit?

Questio 9. Vero an Christus sit aliquid quod mediante virgine fit de Abraha. i. homo de homine, creatura de creatura? Mediator dei & hominum est Christus Iesus. Medium non est aliquid nisi inter extrema. Quare igitur quod sit hoc medium & quae sint extrema. Habes vnum de extremis, vbi legitur Mediator dei: alterum vbi ait, & hominum. Quero quid sit medium. Audi apostolus. Homo Christus Iesus. Non ait verbum, quia non est mediator in eo quod est deus, sed vnus de extremis. Si ergo id quod est assumptum non est Christus, nec est mediator. Quid ergo? Dic quae sint illa tria quorum duo sunt extrema, & tertium mediator. Deus enim & homines reconciliati, duo sunt extrema. Mediator autem quid erit? Audi saltem quid super hoc dicat apostolus. Homo Christus Iesus, quem nobis coniungit naturarum communio: deo autem eum sociat vnus & eiusdem personae vnio, non integralis, deo indigna compositio. Quare autem deus non sit pars huius personae? Augustinus dicit his verbis. Christus est persona gemine substantiae non tantum pars huius deus est. Haec dictio totum quae vim collectiuam partium integralium habet. Ut cum dicitur totus homo creatus est a deo, videlicet quaelibet pars hominis, anima & caro, forma & copago partium, creatio dei existit. Quae per eandem vocem fit omnis compositionis exclusio. Ut cum dicitur totus deus est vbi quae essentialiter: quibus verbis partes habere negatur. Si enim diuersitate partium occuparet diuersitate locorum, non esset vbi quae totus. Sensus hic est. Deus vbi quae est totus, id est vnus deus est: essentia quae abest. Quae tantum significat non totaliter vnitorum compositum. Ut cum vnione animae & corporis totum

dicimus: vel carbonem ignitū. Baptismus etiā ex duobus cōstare dicitur, elementis scilicet & verbo vitæ. Et sacramentū eu-
 charistiæ ex specie visibili & corpe & san-
 guine Christi. Sic Christū dicimus quasi
 totū quātū ad diuinitatē & humanitatē:
 quia hęc duę naturæ in vna persona sunt
 sociatę: sicut elementū & verbū in bap-
 tismo: & species visibilis & caro Christi in
 altaris sacramento sibi sociantur. Multū
 tamen differenter quia incōprehensibilis
 est cōcretio qua vniuntur deus & homo.
 In nullis prædictis vnitate alterum dicitur
 de altero. Quia nec ignis carbo, nec
 carbo ignis. Visibilis species non est caro
 Christi: nec caro anima, & econuerso. Sed
 in Christi persona ineffabilis inuenitur cō-
 uertētia. Nā & deus homo, & homo deus:
 & totum deus, & totum homo. Quid est
 totū? Christus. Sicut enim anima & cor-
 poris confortiū vocatur homo: sic huma-
 nę & diuinę naturæ personalis concretio
 dicitur Christus, etiā sic quasi quoddam
 totū quātū ad duas vnitas in Christo na-
 turas. Nec tamen est eadē prædicādū in ho-
 mine reciprocaro: quia duę rationales &
 personę capaces nō sunt vnitę in eo sub-
 stantię. In Christo ergo vel eius sacramē-
 tis non est partialis integritatis vulgaris
 compositio. Dicitur quidā qd ex anima
 & carne Christi nihil est compositū sicut
 nec ex duabus naturis. Vnde cōsequen-
 ter adiungunt qd nihil quod est homo est
 deus, vel tertia persona in trinitate. Nos
 credimus & cōfitemur vtriq; qd ex car-
 ne & anima Christi sit quoddā compositū,
 & qd illud sit deus & tertia in trinitate
 persona per gratiā nō per naturā: quod
 prius demonstrandū est authenticis testi-
 moniis, & deinde rationibus. Hoc autem
 in primis sciendū est qd nec canonica scri-
 ptura, sed nec sanctorū patrū hoc dicit qd
 ex duobus prædictis nō sit aliqua compo-
 sita substantia. Quomodo ergo audes præ-
 dicare quod nulla auctoritate potest pro-
 bari? Dic tu ipse si potes, quis sanctorū sit
 vsus his verbis. Christus nihil est in eo qd
 est homo, vel nihil cōstat ex anima & car-
 nē Christi, vel nihil qd est homo est deus,
 vel tertia persona in trinitate? Fatetur ta-
 men nobiscū deum esse hominem, & ho-
 minem esse deum.

M

Opinio/er-
ronia.

N

Sententia
authoris.

Quero ergo quid sit res huius nois **Q**
 homo. Nōne res constans ex aīa & **Quest. 10**
 carne? Quō nois rem negāt, & ipsum no-
 men sine re sua deo tribuūt? Non em̄ cor-
 pus purum & anima nuda est homo: sed
 corpus animatū vel anima habens carnē.
 Cum igitur anima Christi per omnia ve-
 getet corpus suum & viuere faciat, sicut
 aīa mea corpus meū, imo multo excellen-
 tius: quomodo ex cōiunctione corpis mei
 & aīę meę habet esse ver⁹ homo, & ex aīa
 & corpore illo sanctissimo non habet esse
 ver⁹ homo? Si ergo nihil habet esse ex il-
 lis duob⁹ (vt quidā dicūt) nō fuit i Chri-
 sto aīę & corpis filis ceteris hoīb⁹ cōcre-
 tio. Cōtra quos dicit Hylari⁹ in nono lib.
 Cū natus sit Christ⁹ lege hoīm, nō trī cō-
 cept⁹, habēs in se etiā cōstitutionē huma-
 nę cōditionis in origine. Intueamur igit
 quę sit cōstitutio hoīs in nobis: & hęc cre-
 damus cū Hylario esse in Christo. Idē in
 eodē. Christū nō ambigim⁹ esse deū ver-
 bū. Neq; rursus filiū hoīs ex aīa & corpo-
 re cōstituisse ignoramus. Fidualiter ergo
 credamus qd sic affīmat Hylari⁹: cui cō-
 sonat qd Augustinus dicit exponēs illud:
 Et verbū caro factū est. Afferit em̄ qd pars
 pro toto ponit. Quæ pars p toto? Caro p
 hoīe. Oportet ergo hominē esse quoddā
 totū, cuius pars sit caro. De hoc eodē iā
 superius dictū est. Sed & alia quę iā dicta
 sunt nō est superflūū repetere in testimo-
 niū veritatis. His cōsentit Hieronymus:
 ipsum deī filiū dicimus in fine seculorū
 perfectū hominē nostrę naturę suscepisse.
 Si igit nihil est ex aīa & carne Christi, qd
 perfectū dicit susceptū hominem? Nonne
 Athanasius in simbolo de Christo. Perfe-
 ctus deus, perfect⁹ homo, ex aīa rōnali &
 humana carne subsistēs? Si adhuc post tā
 testimonia veritatis dubitas, audi Hie-
 ronymū dicētē: Anathematizam⁹ Apollī-
 narē & ei⁹ cōsimiles, qd dicūt hoīem assum-
 ptū his ppter quos assumpt⁹ est fuisse dif-
 similē. Dic quęlo quid aīa tua agat in cor-
 pore tuo, quātū ad naturalia, qd aīa Chri-
 sti nō faciat i corpore suo? Dicit aliquis, **P**
 Ex aīa & corpe huius hoīs cōstitit quedā **Obiectio**
 persona, quę nō est filius deī. Nōne igit ex
 anima & carne Christi est quedā persona
 quę nō sit filius deī? Solutio. Cōcedendū
 est qd id qd est cōpositū est persona, nō m̄ **Solutio.**

a natura suscepta cōtrahit suā personalē
 differentiā, sed a verbo deī cui vnif. Hinc
 dicimus qd homo assumpt⁹ est in personā
 verbī, sed verbū nō assumpsit psonā hoīs:
 quia nō super⁹ ab inferiori, sed inferius a
 superiori persona dicit. Recole quę dicta
 sunt de persona in præcedentibus.

Quest. 11. **S**i Christus nō est aliqd cōstans ex cor-
 pore & aīa: quęro quid fuerit in eo ca-
 pax eorū quę i euāgelio de eo dicit. Legit
 em̄ qd ieiunauit, comedit, sedit, stetit, dor-
 miuit, vigilauit, genuit, itinere felix fuit,
 fleuit, infremuit, ingenuit, sup mare am-
 bulauit. Taliū ergo capax fuit substantia
 an nō substantia: creata an increata, aīata
 an inanimata? Nemo dicat has appellatio-
 nes nudas fuisse in Christo. Vt em̄ Hyla-
 ri⁹ dicit i sexto ppriates noīa sequitur.
 Nōne ergo insanā est professiōi nominū
 detrudere veritatem proprietatū? Quid
 igit mortis capax fuit assumēs an assum-
 ptū? Mortuus est homo ille. Nūquid mo-
 re solito, sic expones: Homo ille, i. habens

Exposi-
tio ipia.

R hoīem mortuus est. Hic nō licet procede-
 re. Absit em̄ vt mortuū sit verbū qd ho-
 minē assūpsit: quia fons vite nō aruit. Cū
 em̄ legitur dñs glorię crucifixus est, & vi-
 ta in ligno moritur: solū id qd assumptū
 est morti subiectū esse debet intelligi. Sed
 aīa mori non potest: ergo vel corpus vel
 aliquid cōstitutū ex aīa & corpore mor-
 tuū est: sed corpus quod nō est rōnis ca-
 pax nūq; vixit vita hūana: quō ergo mor-
 tuū eo gñe mortis quo hoīes moriuntur?

Quest. 12. **Q**uero quid in Christo subiectum
 fuit sensibilitati. Non em̄ aīa fuit
 sensibilis nec caro: quia quod non est ani-
 mal, nō est sensibile. Si ergo in Christo nō
 fuit aliquod cōpositū ex aīa & carne: nec
 vere Christ⁹ fuit sensibilis, nec mortalis:
 & sic nec vere mortuus. Itē. Nōne pcepti-
 bilis erat disciplina, vel risibilis. Si ista ei
 cōueniūt, quō nō erat id qd est hō? Vel si
 hęc species homo nō p̄dicat de eo, quō ei⁹
 propriū p̄t ei cōuenire? Nūquid dicit ali-
 quis qd potuit Christ⁹ flere sed nō ridere?
 Si ergo ea dicitur de Christo q̄ soli sub-
 stantię ex aīa & carne cōstituta habēt con-
 uenire: q̄s audeat negare ipm̄ esse substan-
 tiā ex corpe & aīa cōstitutā? Nō est audi-
 tū a seculo esse aliquā aīam q̄ cū corpe p-
 sonā siue hoīem nō cōstituerit. In hoc em̄

differet aīa ab angelo. Cū igit aīa Christi
 sit sp̄s nec angelus, naturalis cōditio exi-
 git vt cū corpe aliquā substantiā cōstituat.
 Dñs dicit loquēs Iudais: Soluite tēplum
 hoc, & i triduo excitabo illud. Quæro igit
 cui⁹ rei fuerit illa solutio? De carne, scri-
 ptū est. Nō dabis sanctū tuū videre corru-
 ptionē. Ergo necessario separatō illa fuit
 aīę & carnis. Diuinitas em̄ a neutro sepa-
 ra est. Sed quō mors sequuta est diuortū,
 cū nō erāt vnita ad aliqd viuēs cōstitue-
 di. Dicit Ioānes. Hoc autē dicebat de tem-
 plo corpis sui. Qd nō est itelligēdi quasi
 in se fuerit caro dissoluta, q̄ (vt iā dictū
 est) nō vidit corruptionē. In quo ergo fuit
 illa dissolutio? Vel qd subiectū fuit disso-
 lutioni? Non inuenies qd, nisi dicas aliqd
 cōpositū ex corpe & aīa: cōiuncta ergo erāt
 viuēdo quæ dissoluta sūt moriēdo: & aīa
 viuū & spirās tēplū qd mori potuit & a
 morte excitari: aīa viuū & spirās tēplū: de
 quo dixerat: ego in triduo excitabo illud.
 Cōcedūt nobiscū qd Christ⁹ est homo. Nō
 em̄ cū mutatiōe intellect⁹ audeat mutare
 & verba. Nos quidē sic itelligim⁹, imo oēs
 catholici itellexerūt. Christ⁹ ē hō, i. substā-
 tia creata cōstās ex corpe & aīa. Ip̄i sic ex-
 ponūt. Christus est homo, i. habēs hoīem.

T
Ioan. 2.

Plakus.

Ioan. 2.

V

Quest. 13.

Quero ergo an Christus & Enoch
 sint hoīes? Si Christ⁹ nō est hō eadē
 significatiōe qua aliq; ex nobis: quō fra-
 ter noster est? Petr⁹ homo erat, nō hoīem
 habebat. Christ⁹ homo erat, i. hoīem habe-
 bat (vt isti exponūt). Nūquid igit licet plu-
 raliter inferre, ergo Christ⁹ & Petr⁹ hoīes
 erāt? Itē. Nōne passibilis & mortalis erat
 sicut vnus ex nobis? Si ergo passibile p̄t
 nobis & illi in eadē significatiōe cōueni-
 re: quare nō homo? Quare pot⁹ cōcedim⁹
 accidētia nobis & illi esse cōia, & nō esse
 hominē? Nūquid cōuenit nobiscū in acci-
 dētib⁹ & nō in substantiālib⁹? Augustin⁹
 dicit qd habit⁹ est hoīs susceptio quasi ve-
 stis quę nō mutat qd vestit. In quo verbo
 multi gloriātur. Nō ait trī Augustin⁹ qd
 homo suscept⁹ est vestis verbī assumētis,
 sed quasi. Et in quo cōsistat silitudo ostē-
 dit dicēs qd nō mutat qd vestit. Quib⁹ ver-
 bis nihil aliud vult ostēdere nisi hoc qd in
 susceptiōe hoīs nō est mutatū vel cōuer-
 sum in aliud verbū deī. Deus em̄ fact⁹ est
 homo (vt dicit scriptura) nō cōuersione

X

diuinitatis in carne, sed assumptione. Non ergo qui inuetus est ut alius homo caruit veritate humane nature. Nunquid vestis aliqua sic vnus homini ut vestis appellatio transeat in vestitu, ut homo dicat vestis vel eiusdem nature cui vestis. Sicut de est homo & eiusdem nature cum homine?

Y. **Q**uero quid sit ille habitus qui predicatur de verbo: cum dicitur de est homo secundum istos. Habere enim animam & carne predicat ut dicitur. Est accidens in substantia an aliquid quod non est hoc vel illud, respodet. Non enim potest dici quod nihil cum eo Christus sit similis aliis hominibus. Petrus est id quod est homo non habet hominem, Christus non est id quod est homo. In quo ergo similes? Quod ergo feres? Dicit forsitan in hoc similes sunt, quod uterque habet carne & animam. Sed Petrus cum dicitur esse homo, predicat substantiam constantem ex carne & anima. Cum vero Christus dicitur esse homo, predicat hanc carne & animam: non substantiam constantem ex carne & anima. Se cuius opinionem eorum ergo in hoc non sunt similes sed valde dissimiles. Si qua ergo est ibi similitudo secundum solam nominis equiuocum appellationem intelligitur. Sed hec modica vel nulla est similitudo, cum Christus non sit id quod est homo, nec etiam vestitus aliquo quod sit hoc, nec eo modo participat carne & anima quo ceteri.

Z. **D**icit Apostolus in epistola ad Hebreros quod Christus sicut nobis carne & sanguine, anima participauit. Vbi dixit. Quia pueri coicaue sunt carni & sanguini, & ipse participauit sicut eiusdem. Ierart homo constantem ex anima & carne (ut dicit expositor.) Et alibi super epistolam primam ad Timotheum ubi legitur Regi secularium. Dicit expositor quod homo assumptus non semper fuit rex secularium: sed in tempore coepit esse rex secularium. Videat hec quilibet fidelis, & iudicet an scripture manifeste dicat quod Christus sit id quod est homo: ut sic nobiscum habeat veram fraternitatem & non fictam humanitatem.

Heb. 2. **I**tem dicit idem Apostolus. Angelos nunquam apprehendit, sed semen Abraham apprehendit. In vnitatem persone vniuit. Vnde debuit fratribus per omnia simulari: sed in nullo substantiali nobis similitudo est si non est id quod est homo: quod ergo per omnia fratri assimilatur? Agnosce saltim quod ipse Apostolus aliter sentit quam tu de Christo. Vel responde si potes. Si Christus per omnia assimilatur fratribus ergo in substantialibus genere & specie & aliis substantialibus & omnibus natura-

libus. Videat an sententia applica velis non te conuincat quod dicitur hac species hominis non conuenit Christo. Item quod magis naturale est homini consistere ex carne & anima cum sit esse animalis secundum prudentiam huius seculi: nec nature humane capax est cuius talis compositio non competit. Si ergo non conuenit Christo hoc sine quo nullus potest esse homo, quod per omnia fratribus assimilatur? Si hominis tibi simillimi contingeret dissidium, nunquid amplius tibi similis diceretur? Si ergo Christus non constat ex carne & anima: quod per omnia fratribus assimilatur? Ergo aut consistere Christum plenum hominem nature per omnia participare, & ex anima & carne constantem: aut nega ipsum per omnia nobis sceleratius assimilari. In quo nihil deest nisi creatura sue illabi sine vlla diminutione sue substantie. Omnia enim que dei sunt per naturam sunt, & hominis per gratiam: & omnia que hominis sunt per naturam etiam dei sunt per dignationem. Inde est quod deus homo & homo deus verissime predicatur & deus propter humanitatem suam & homo deus propter diuinitatem suam: & persona eadem est vtriusque sicut Augustinus dicit Christum esse id quod est deus & esse id quod est homo: quod & nos credimus & confitemur: quia hac est fides cordis omnium sanctorum. Per id inquit quod verbum est, equalis est patri: per id quod est homo, maior esse pater. Si Christus non est id quod est homo, quod Apostolus etiam annumerat hominibus dicens: Factus est primogenitus homo Adama in animam viuente: sed homo in spiritum viuificantem: Et primogenitus homo de terra terrenus: & secundus homo de celo celestis. Vnde si Christus non esset id quod est homo, non diceretur secundus homo vel nouissimus respectu primi. Veluti nemo dicit de non veste, hec vestis est prima, hic vestitus est vestitus nouissima. Si ergo primogenitus homo, verus homo fuit: secundus homo quod non est id quod est homo, sed habens hominem? Aufer omnem ordinem inter illos & ille non dicitur primogenitus: nec iste nouissimus. Si, nam habet materiam primi hominis & non esset aliqua substantia constantem ex carne & anima, quod esset de eadem materia de qua primogenitus homo? Nunquid iste purpuraturus & hec purpura possunt dici de eadem materia? Quod in Christo fuit anima, nunquid anima caruit: an animale fuit & non sensibile? Nonne si sentire non potuit, animale non fuit? Non enim animale fuit quod cuiuslibet sensus expertus fuit. Vide ergo si Christus sentire potuit: quia aliquid animale & sensibile fuit, &

D sic substantia constantem ex anima & carne fuit. **Q**uest. 15. **Q**uero ergo an animale quod fuit Christus fuerit rationale an non rationale? Sed rationale esse non potuit, quod bruta anima non videtur: fuit ergo rationale & mortale quod in Christo prius fuit animale nunc vero spirituale. Quod per bar talis connumeratio. Primum homo de terra terrenus: secundus de celo celestis. Si ergo secundus homo non esset id quod est homo, nullo modo connumeretur cum primo homine. Quis, namque sic connumerat: primum homo Adama, secundus homo Gabriel? Solent his & hominibus respondere dicentes. Ideo dicitur esse Christus esse humane nature quia induit est carne & anima. Nunquid natura vestis dicitur esse vestitus. Qualis celestis tales celestes ut dicit Apostolus. Vniformis natura identitatem postulat relationem quam facit Apostolus, per talis & qualis. Et alibi dicit. Sicut portauimus imaginem terreni portem? imaginem celestis. Quis est iste celestis? Nonne homo verbo dei vnitus? quod dicitur esse celestis quia supra legem humane de sancto spiritu conceptus est? Dicit Augustinus in Homilia de simbolo. Hec fuit natura hominis quod factus ex virgine, que natura fuit virginis: ex qua Christus formatus & natus est: que eadem modum eiusdem nature est cum ipse secundum diuinitatem. **Q**uest. 16. **Q**uero quod eiusdem nature sit cum matre, si aliquis homo non consistit ex anima & carne Christi. Item si caro & anima in Christo vniuntur dissimiliter ceterorum hominum, quod similis est matri? Cum qua idem est humanitate si cut cum patre idem esse deitate. Dicit Hylarius in secundo libro de trinitate quod Christus voluit se esse corporeum.

Quest. 17. **Q**uero quod illud corporeum fuerit vel sit quod Hylarius dicitur Christum fuisse se, si non est homo constantem ex anima & carne? Nunquid manus Christi membra corporis humane non habent que verum esse hominem. Pro Ysaac oblatum est aries, viua hostia: per Christum vero secundum deitatem impassibile, quod est oblatum? Nunquid sola caro, & non potest consortium anime & carnis, id est homo? Non est auditum ut quod non est homo, verus homo diceretur. Agnus paschalis quod Christum figurabat erat aliquid: & Christus secundum humanitatem nihil erat? Figura aliquid erat, ipsa vero veritas nihil erat? Non, deitatis sed humanitatis aries vel agnus ille figura: sed humanitas nihil est, sed aliqua secundum dogma nouitatis. Si igitur homo assumptus non vnus sed aliqua fuit, nec Christus aliquid obrulit sed duo. Ecclesia

confiteatur duas naturas in Christo vnitas. **Q**uest. 18. **Q**uero quod per duas naturas debeamus intelligere, oportet per duas naturas intelligere: aut duas substantias, aut proprietates essentialium, aut vnam substantiam & vnam proprietatem. Quia autem altera natura sit diuina vnica, nemo est qui ambigat, quod non est ex compositis, ut in ea aliud sit quod habet & aliud quod habetur: Nihil est enim in deo quod non sit deus: que enim possit partem vel formam ad substantiam adesse cetero a quo creata consistit omnis forma omni compago? Quid igitur per alteram naturam intelligitur substantia an proprietates? Forsitan more solito dices. Non vnus aliquid sed plura per alteram naturam intelligi, scilicet animam & corpus.

Quest. 19. **Q**uero si deus crearet nunc animam & carnem non vnitas ad aliquid constitueretur: vtrum vnica natura nominaretur, an vna substantia? Quid plura? Rectius Christus sic triplicis substantie quam gemine diceretur: nec aliquid corporeum erit contra Hylarium. Neque substantia humanitatis ex anima & carne conuineretur contra Hieronymum. Neque audierunt diuinitatem Augustinus & Hylarius quod dicitur aliquid verbum, aliud homo, sed non alius. Aliud est enim esse, aliud habere. Hoc est verbum vitæ de quo Ioannes dicit. Quod audiuitur & videtur dimisimus & manus nostre correctauerunt. Non solum audiebatur quod & paterna vox audita est: sed etiam visus & manibus correctatur. Negabis visibile & palpabile quod Ioannes confitetur se contractasse? Aliud est enim rem indumenti tangere, aliud est ipsum induitum. Sed Ioannes dicit se in ipsum verbum horum effectus expleuisse sensum. Si potes de trahere hec Christo, & confer ea indumento. Quid medicis bonum? nemo bonum, nisi vnus deus. Eo tendit negatis interior, ut que verum hominem videbat & bonum magistrum noibat, deum quoque crederet. Cui singulariter & incomparabiliter congruit appellatio bonitatis. Ego precipitum quod loquor vobis. In Ioanne, principio verum deum esse intellige. In eo quod dicit qui loquor vobis, verum hominem agnosce. Dicit Propheta. Post hec in terra visus est & inter homines conuersatus est homo: quis cognoscere illum? Quomodo ergo audes negare ipsum esse verum hominem vel id quod est homo? cum spiritus sanctus per prophetam asserat verum hominem super

Pfal. 34.

terra visum & inter alios hoies couersa-
tu: Humiliaba in ieiunio anima mea: &
oratio mea in sinu meo couertet. Cuius est
hec vox: Hoies assumpti: qui orat non alius,
sed sibi personaliter unitus, vt dicit exposi-
tor. Cōstat igitur quod persona non est unita pro-
ne, nec habens hoiem est sibi unitus. Quis
ergo orat: quis est orati personaliter unitus?
Homo assumptus loquebatur ad verbu sibi
unitu. Hic est homo qui viuet & non vi-
debit mortē: & eruet animā suā de manu
inferi. Cetero ille magnus dicit. Vere fili-
us dei erat homo iste. Quid quæso demō-
strabat: Quid filius dei prædicabat? Nōne
illu hoiem assumptu? Nā vt dicit Hylari-
us creaturā illā filiū dei prætebatur. Augu-
stinus dicit quod assumptus est homo ille in
unitate persone: vt quod suscepit & quod susce-
pit vna esset persona. Quid aperit? A iū-
tu sic exponēdi: vtriusque est Christi & vna
persona quā in vtraque vna persona & vnus Chri-
stus subsistit. Ita etiā susceptus. Vna est per-
sona cū suscipiente quā susceptu suscipienti
est unitus in unitate persone. Ita quod unitas
personæ permāsit. Hoc dicentes negat acq-
si tū esse hōi assumptu vt sit deus quod Hyla-
rius dicit. Sed hoc est vt aut hoiem assu-
ptu esse in persona assumēte personā nō esse
diuisam: sed permāsisse vnā in incarnatione
quæadmodu & ante. Fatetur Christu esse
in vtroque vnde oportet esse duo in vtroque
quod assignet Christu personaliter esse, vel
dāner: Augustinu quod vtriusque quod assum-
psit & quod assumptu est, commemorat. Si
Christus suscepto tū hoc cōtulit vt in eo
vna persona sit, nō tū illud sit persona: quid
aliud accepit illud unitu quod quælibet crea-
tura: quæ est creatura in qua nō sit essen-
tialiter illa persona: Nonne animā & corpus
assumpsit & hūani corpis partes, vt manus
& pedes? Nūquid diceret singulu horu per-
sonaliter Christu assumpsisse: eo quod hec assu-
mēdo vna persona eē nō desit: Nil spiritus
sanctus in colūba, vel in linguis igneis ap-
parēs permāsit vna & eadē persona quæ fuit
prius? Nefas est tū dicere spiritum sanctu ea
personaliter assumpsisse. Itē. Quid est homi-
nē in eadē personā vniri nisi vnā & eadē per-
sonā fieri? An idē putas in personā assumi,
& in personā vniri? Mēbra hūani corporis
Christus suscepit, an singula in unitate per-
sonæ assumpsit? Nō est manū mea spiritui

Pfal. 38.

M

Mar. 17.

Sententia
hereticox.

N

O

meo personaliter unita, nec animam habere de
quibus sit i ea quæ sicut ceteræ partes animæ est.
Nota quod homo est corpus habens animam rō-
nalē, vel animā rōnalis habēs corpus. Si ho-
minē illu virgo peperisset nō unitu verbo
nōne persona esset? Solutio. Persona esset quæ
de, sed hūana, a sua rōnalitate trahēs per-
sonalitate: quæ nūc sacramēto vnionis factus di-
uina est persona. Si persona assumēs nō esset
id quod assumpsit: sed assumptu assumētis
indumētū tū & vestis esset: Cur pro solo
indumēto filius diceret patre minor? Item.
Moyse ceterisque sanctis in multis formis ap-
paruit, nō tū propter illas formas minor
est angelis. Oportet ergo esse differētiā
inter hanc incarnationē & illas apparitio-
nes. Hæc, nō fuit indumētalis, sed potius
personalis. Illæ vero tū indumētales nō per-
sonales. Vnde nūc pater maior spiritus sancto vel
spiritus sanctus patre minor vt dicit legit: quæ nō
sic assumpta est creatura i qua appareret
spiritus sanctus sicut assumptus est filius hois i qua
formæ persona verbi presentaret: nō vt habe-
ret verbu dei sicut ceteri sapientes, sed vt
verbu ipm esset. Aliud est verbu i hoie, aliud
verbu homo. His verbis Augustinus, manife-
ste exprimit hoc quod credim⁹ de verbi scar-
natione. Dicit. n. filiu hois esse assumptu.
Velis nolis oportet vt cōcedas quod hoc quod
verbu assumpsit est filius hois. Dic quæso quod
est hoc quod est assumptu: & quod est filius hois?
Vide saltē nūc tot documentis edoctus quod
aliquid quod est homo constat ex anima & carne
Christi. Igitur si id quod est assumptu, est filius
hois: necessariu est vt sit & filius dei: vel fi-
lius dei nō sit filius virginis. Absit aut vt
verbu & id quod est assumptu nō sit filius vir-
ginis: cū de vtroque dicat authoritas quod fi-
lius est virginis. Itē artēde quod dicit Augu-
stinus quod assumptus est filius hois, nō vt haberet
tū sed vt esset ipm verbu. Ait. n. aliud est
verbu i hoie. Aliud verbu hō. Dicit Chri-
stus. Ascēdo ad patrē meū & ad patrē ve-
stru, ad deū meū & ad deū vestrū. Si igitur
Christus nō est nisi id quod fuit ab æterno, dic-
quod habet deū. Nil. n. deū habet nisi id quod
est aliquid creatu. Dicit alibi idē Christus.
Nemo tollit animā meā a me, sed ego pono
eā a me. Verbu a se animā nō separauit. Ex quod
em de⁹ factus hō animā nō deposuit, nec et
desiit scdm quosdā esse homo, anima, quocumque si
hi absentari nō potuit: ergo a carne sepa-

Quæstio
heretica.

Q

S

Ioan. 10.

Job. 14.
† donec
veniat i
ma, mea

Rom. 1.

X

rata est necessario: sed quæ fuit in carne
separatio nisi eam corpori sociauerit vita
lis vnio: Ipse ergo homo assumptus animā
deposuit dum carni sensuualis vegetatio
abcessit. Solutu est ergo cōsortiū quo fie-
bat homo ex anima & carne, vnione ver-
bi ad vtriusque perseverante. Caro igitur spo-
liata est anima, vel anima carne: quæ duo
in hora resurrectionis sibi sociata sunt.
Vnde scriptura dicit Christu factu homi-
nem denuo. In quo nil aliud intelligitur quod
carnis & animæ iterata coniunctio. Sicut
etiā illud beati Job, Expectabo ⁊ vsquequo
iteru fiam. Dicit Augustinus. Si quis dix-
erit atque crediderit hoiem Iesum Chri-
stu a filio dei nō fuisse susceptum anathe-
ma sit. Cui cōsonat illud Bedæ. Pereat de
terra memoria eorū qui Christu deum &
hominē esse veru denegāt. Eadem igitur
substantia & facta est & prædestinata: ab
æterno prædestinata: & facta in tempore.
Et gerit ergo homo vniversa quæ dei sunt,
habet⁹ deus & gerit oia quæ hois sunt
præter peccatu. Hinc est quod fidei profite-
religio: vera esse de Christo vtriusque gesta
substantiæ & vtriusque veritatē substantiæ.
Inde est vt infectus dicatur scdm diuini-
tate: factus scdm humanitatē dicit Apo-
stolus de Christo loquēs. Qui prædestina-
tus est filius dei in virtute. Quid est em
prædestinatio? In tpe gratiæ cōferēde præ-
paratio, seu saluandorū præelectio. Quid
igitur beate viuere potēs prædestinatum
fuit in Christo: Quod em semp fuit præ-
destinationi subesse nō potest. Dicit for-
sitan hominis animā esse prædestinatam.
Sed cur eā animā hois dicent quæ nunqu
aliquē hoiem cū carne cōstituit? Item nō
ait Apostolus de filio dei cuius anima est præ-
destinata: sed qui prædestinatus est. Relatio
cogit eundē dei filiu & prædestinatu intelli-
gi. Hic ab eis respōdetur esse prædestinatu
filiu dei, nō tū scdm id quod assumpsit, sed
fm id quod assumptum est. Hæc verba sana
sunt, & vtrā horu verborū intellectu san-
nā haberēt. Respōde quæso si Christus nō
nil est quod sit assumptu, quod ipse sit prædes-
tinatus fm id quod est assumptu: vel si id quod
est assumptu nō est prædestinatu: quod Chri-
stus fm id quod est assumptu, est prædestina-
tus? Si autē dixeris quod id quod est assumptu
est prædestinatu, oportet te nobiscū cōcedere

re quod id quod est assumptu est filius dei. Y
Dicitio hæc scdm quæ indicat causam: vt
cū dicitur quod rōnalis scdm rationalitatē eo
quod quilitas illa sit causa formaliter efficiens
cur sit rōnalis. Quæ significat vnde ali-
quid cōtingit, & est quasi materiale: vt cū
dicitur homo est rōnalis fm animā, vel visi-
bilis fm corpus. Neutrū autē diceret si anima
nō esset rōnalis, vel corpus visibile. Quæ
scdm inuui tenorē vel qualitatem rei ex per-
sona: vt cū dicitur scdm Lucā vel Marcum
est hoc enāgelu. Cui aliquatulu accedit
quod scdm cōsciētā qui dicit iudicare vel
loqui. Quæ significat per scdm velut i quo:
vt cū dicitur, hæc dicitio est hui⁹ proprietatis
scdm hanc vocē, vel illius scdm illam. Z
Vero ergo quid per scdm significet
tur, cū dicitur Christus scdm huma-
nitatē est prædestinatus. Respōdetur quod fm
unitatis persone expressiu est. Ideo quæ-
ro quomodo unitas persone exprimitur
hac voce scdm, cum dicitur Christus est
prædestinatus scdm id quod est assumptu,
si id quod est assumptu nō est vna perso-
na cū illo? Augustinus loquēs de assum-
pto & assumente dicit vtriusque nō duo sed
vnus est Christus: qui scdm id quod ho-
mo quidē est prædestinatus vt sit filius nō
adoptiuus sed sit filius naturalis, nō per
naturam sed per gratiā: non adoptionis,
sed vnionis. Apparet itaq in capite no-
stro fons gratiæ. Ita em quilibet fidelis fit
per eandem gratiā christianus sicut ho-
mo ille per gratiā Christi. Idem alibi qui
fecit hominem illu talem vt nunqu habue-
rit voluntatem malā nec habiturus sit:
ipse fecit in membrīs eius ex mala volū-
tate bonā. In libro de trinitate idē dicit.
Ille fecit nos credere in christu, qui nobis
fecit in quem credimus Christu. Ille facit
in hoib⁹ principiu fidei qui fecit hominē
pricipē fidei & perfectore Iesum. Cui igitur
tur diligenter inspicienti quæ præmissa
sunt dubitare licebit ex anima Christi &
carne hominē quædam subsistere qui præ-
destinationis & aliorū quæ prædicta sunt
valeat esse capax? Monco lector vt prædi-
cta sub vno rationis intuitu cōgreges: &
videbis hominē esse collatum vt sit perso-
na diuina substantiæ & quod manens deus
quod erat, fit homo factus quod nō erat.
FINIS.

Secundum.


Questio. 24

M. HVGO

nis de sancto Victore, de verbo incarnato collationes seu disputationes tres.

De triplici silētio, in quoz secūdo agitur de incarnatione verbi. Collatio. I.

Sap. 9.
† quietū.



¶ **D**um mediū silētiū tenerēt oīa. Tria sūt silētia. Primū silētiū est ignorantia languoris. Secūdū silētiū est de speratio curatiōis. Tertium silētiū est ad

eprio sanitatis. Primū silētiū fuit ante legem. Secūdū inter legem & gratiam. Tertium erit post hanc vitā. Primū silētiū fuit, qñ homo non agnouit morbū suū: & idcirco siluit, nec querebat remediū. Sed postq̄ lex subintravit & ostendit languidus vulnera sua, statim ruptum est silētiū, & coeperunt mox egri salutē querere: sed quia per opera legis vbi salus non est, sanari volebāt: quod querebāt non potuerunt inuenire. Tandem igitur considerās homo per legem neminē iustificari posse, quasi post diurnos clamores fatigatus & iam desperās rursū loqui cessauit: &

B subsecutū est secūdū silētiū. Tunc ergo omnipotens verbū dei patris in carnem veniēs rupit silētiū, locutū est pacem, dedit gratiā, proposuit misericordiā, promisit veniā: & coeperūt agri currere ad medicū, & quasi magnis clamoribus sic pura fide cordis & vera confessione oris flagitare remediū. Hoc itaq̄ in presenti vita hac agitur, vt homo per gratiā dei, sanitatem recipiat. Sed cū plenam sanitatē receperit, & ad illā felicitatē venturē immortalitatis perductus fuerit, nō erit amplius quod petat: & tunc sequetur tertium illud beatū silētiū quod nunq̄ finem habebit. Inter primū & mediū silētiū multa verba sonuerūt: inter mediū & vltimū silētiū sonat vnū verbū. Multa verba fuerūt multiplicia legis mādata, quę p̄ Moysem data est. Vnum verbū est vna dei gratia, quę p̄ Iesum Christū facta est. Vel potius ipse Iesus Christus. Moyse famulus dei multa verba & multos sermones pro-

tulit. Deus pater vnū verbum, vnūq̄ sermonem misit. Sed sermones Moyse omnipotētes nō fuerunt, quia quod dicebāt facere nō potuerūt: & ideo tandem quę in promissione deficiendo siluerūt. Et tunc omnipotens sermo venit, qui non solū dixit: sed quęcūq̄ dixit, immo quęcūq̄ voluit, fecit. iste sermo, istud verbū adhuc loquitur, q̄d in fidelib⁹ suis promissioēs suas operatur. Sed cū promissa impleuerit: tūc quasi loqui cessabit. Cū autē promissa impleta fuerint, quia amplius quod petatur nihil deerit: felix in sempiternū silentium erit. Dum ergo mediū silētiū tenerēt oīa. **D**

Bene omnia, hoc est nō solū illi qui in petitione desperabāt, sed & illa quę in promissione defecerāt: & nox in suo cursu mediū iter haberet. Nox in sacra scriptura Nox, aliqñ pro diabolo, aliqñ pro mēbris ei⁹. i. peccatorib⁹ iniquis, aliqñ p̄ peccato, aliqñ pro presenti vita accipitur. Per noctē ergo in hoc loco, mortalis huius vitę fluxus signatur: sicut per diem alibi claritas vitę perpetuę. Pręsens ergo vita nox est, vita vero futura dies. Nox ista habet vesperā: dies illa habet aurorā. Vespera presentis noctis fuit inclinatio vnus diei: aurora illius diei inclinatio presentis seculi. Vespera huius noctis fuit ex quo Adam peccauit, donec accepta sentētia mortis a paradiso pulsus in tenebras huius mūdi exiit. Aurora sequentis diei est a resurrectione Christi vsq̄ in finē seculi. Ergo vita ista nox est. Sed quis est cursus vitę huius? Videamus quo currat. Per mortalitatem currit in mortē. Per mortē currit in damnationē. Igitur vita mortalis deorsum currit, sicut vita immortalis sursum. Iter sursum est in celis: iter deorsum est in inferis. Iter mediū est stadiū vitę presentis, quod nascendo intramus, viuēdo percurrimus, moriēdo eximus. Qñ ergo nox in suo cursu mediū iter habuit, nisi qñ mors vniuersos quos in stadio vitę presentis repperit, secum ad inferos traxit: & nemo adhuc mortalitū ad vitā immortalē ascendere potuit. Vel per noctē accipere possumus peccatū: quę videlicet nox ab originali peccato cępit, & per actualia cucurrit. Quādo ergo post originale peccatū rationē primū peccatione naturalis legis, ac deinde scriptę legis præuaticio-

Nox.

Dies.

E

ne succedēte peccatū ad summū incrementum venerat: quasi nox in suo cursu mediū iter habebat: sed ista nox vera luce apparente mox deorsum vergere cępit: & nunc quasi quadam alterna mutatio ne paulatim decrescēs elōgat quousq̄ lux crescendo ad plenam diem perueniat. Vnde ergo ordinatissimū diuine dispensationis consiliū. Quando omnis recuperandę salutis spes perierat, & mors omnia secū deorsum rapiebat, peccatūq̄ ad summū venerat: tunc omnipotens sermo liberandis mittitur, vt ampli⁹ diuine gratię munus cōmōderetur. Venit inquit. Quis? Vnde? Quo? Sermo altissimi, verbū dei, vnicus patris, rex, filius regis, de cōsensu patris, ad tolerantia passionis. De equalitate maiestatis, ad patibulū crucis: de sede regali, ad officinā peccati: de lumine cęli, vsq̄ ad tenebras inferni. Sed nunquid ideo regnū perdidit? Immo eos qui serui erant peccati liberans vsq̄ ad cōregnandum sibi sublimauit. Et ideo foras a regalib⁹ sedibus venit: quia in domo patris eius mansiones multę sunt: & regnabunt cū illo in eternū, cum acceperint regnum quod paratum est ab initio seculi. Vnic⁹ em̄ regis erat, solus regnū habuit: sed quia ad conregnandū sibi fratres ad optare venit: non iam a sede regali, sed a sedibus regalibus venire debuit: quia regnum ad quod vocatū electi dei preparatum est ab initio seculi.

G **Q**uod verbū dum caro factū est, naturā assumpsit non personā: & q̄ vna persona est, assumēs & assumptū. Collatio. II. **E**rbum caro factum est. Quod verbū? Verbū dei, quod & de⁹ est: verbū em̄ hominis nō est homo, sed verbū dei deus est. Sicut verbū cordis cor est: & de corde verbū exit, & non est aliud verbū cordis q̄ ipsum cor: sicut verbū dei aliud esse non potest q̄ deus. Sapientia est verbū cordis: quę de corde nascitur & a corde non separatur. Ipsum cor sapiētia est, & de corde ipso sapientia est & vna sapientia cor & sapientia sua. Sic deus sapientia est, & de ipso deo sapientia est: & est vna sapientia deus & sapientia sua. Sapientia dei ver-

bu dei est. Ipsum verbū caro factū est. Quid est caro? Homo. Factum est caro: factum est homo. Quomodo factum est homo? Assumendo hominem. Verbum quippe hominem assumpsit, naturam nō personam. Nō enim assumpsit hominem personā, sed assumpsit hominem in personam. Intellige quod dico. Firma est fides catholica verbū persona assumpsit hominem non personā, sed naturam. Quare non dicimus personā assumptā sicut dicimus personam assumentē? Ne duas personas prædicemus in Christo: & ne quaternitatem inducere videamur: & cōfundatur trinitatis confessio. Propterea dicimus hominē naturā non personā assumptam a verbo. Quid est homo? Anima & corpus. Propterea homo assumptus est: quia anima & corpus assumptū est. Propterea persona assumpta non est, quia anima & corpus anteq̄ verbo vnirentur in personam non erant inter se vnita ad personam. Idcirco quia assumpta non sunt, vnita nō sunt assumpta persona, quia vero in eo quod assumpta sunt vnita sunt, in personam assumpta sunt. Sed dices. Si anima & corpus anteq̄ vnirentur verbo, ideo persona non erant, quia inter se vnita non erant: nonne tamen anima etiā sola per se persona erat, inquantū spirit⁹ rationalis erat? Si autem anima etiam sola persona erat inquantū spiritus rationalis erat, quō persona non assumpta est quādo anima rationalis assumpta est? Sed sic cut aīa rationalis & caro ideo non sunt assumpta persona, quia ante assumptionē non habuerūt vnionem: sed assumpta in personam quia ex eo vnita sunt q̄ assumpta sunt: sic & anima rationalis ideo assumpta non est persona, quia ante vnionem verbi sicut per se esse non habuit, ita persona esse nō habuit. Ex quo enim cępit, vniri cępit: & ex quo fuit, vnita fuit. Ex quo autem vnita fuit: vna cū eo cui vniebatur psona fuit. Vide quid sequit⁹? Si ex quo fuit vnita fuit, & ex quo vnita fuit, persona fuit: ergo ex quo fuit persona fuit? Si autē ex quo fuit persona fuit, quomodo persona assumpta nō est, quæ persona fuit, quādo assumpta est? Sed cōsidera. Non te perturbet sermonis inuolucrum: si des queritur, Sermo multa per-

Ioan. 1.



bu dei est. Ipsum verbū caro factū est. Quid est caro? Homo. Factum est caro: factum est homo. Quomodo factum est homo? Assumendo hominem. Verbum quippe hominem assumpsit, naturam nō personam. Nō enim assumpsit hominem personā, sed assumpsit hominem in personam. Intellige quod dico. Firma est fides catholica verbū persona assumpsit hominem non personā, sed naturam. Quare non dicimus personā assumptā sicut dicimus personam assumentē? Ne duas personas prædicemus in Christo: & ne quaternitatem inducere videamur: & cōfundatur trinitatis confessio. Propterea dicimus hominē naturā non personā assumptam a verbo. Quid est homo? Anima & corpus. Propterea homo assumptus est: quia anima & corpus assumptū est. Propterea persona assumpta non est, quia anima & corpus anteq̄ verbo vnirentur in personam non erant inter se vnita ad personam. Idcirco quia assumpta non sunt, vnita nō sunt assumpta persona, quia vero in eo quod assumpta sunt vnita sunt, in personam assumpta sunt. Sed dices. Si anima & corpus anteq̄ vnirentur verbo, ideo persona non erant, quia inter se vnita non erant: nonne tamen anima etiā sola per se persona erat, inquantū spirit⁹ rationalis erat? Si autem anima etiam sola persona erat inquantū spiritus rationalis erat, quō persona non assumpta est quādo anima rationalis assumpta est? Sed sic cut aīa rationalis & caro ideo non sunt assumpta persona, quia ante assumptionē non habuerūt vnionem: sed assumpta in personam quia ex eo vnita sunt q̄ assumpta sunt: sic & anima rationalis ideo assumpta non est persona, quia ante vnionem verbi sicut per se esse non habuit, ita persona esse nō habuit. Ex quo enim cępit, vniri cępit: & ex quo fuit, vnita fuit. Ex quo autem vnita fuit: vna cū eo cui vniebatur psona fuit. Vide quid sequit⁹? Si ex quo fuit vnita fuit, & ex quo vnita fuit, persona fuit: ergo ex quo fuit persona fuit? Si autē ex quo fuit persona fuit, quomodo persona assumpta nō est, quæ persona fuit, quādo assumpta est? Sed cōsidera. Non te perturbet sermonis inuolucrum: si des queritur, Sermo multa per-

K Obiectio.

turbat. Intende tibi. Ex quo fuit, persona fuit: quia ex quo fuit, vnita fuit. Quare ergo nõ dicimus personam assumptam? Intende. Quando assumebatur, vniebatur. Ex quo coepit, vniri coepit: & ex quo vniri coepit, persona esse coepit: non tamen inquãtum erat, sed inquãtum vnita erat. Si per se aliquãdo esse habuisset, ex se persona esse habuisset. Quia autẽ semper vnita fuit, semper vna cum illo cui vniebatur persona fuit. Ideo nõ dicimus hominem personam assumptam esse, sed assumptum esse hominem in personam: quia humana natura in Christo ex eo qd fuit persona non fuit, quia per se nõ fuit. Sed ex eo qd vnita fuit, vna cum illo cui vniebatur, persona fuit. Persona enim no-
Mtar discretionem. Propterea quod per se persona fuit, ex se persona non fuit. Idcirco non est assumpta persona, sed natura: quia quod assumptum est rationalis nature, sicut extra assumptionẽ p se esse nõ non habuit, ita personam esse non habuit. Sed dices, quare ergo assumptus esse dicitur si persona assumpta non dicitur: cum illud rationalis nature quod assumptum est, ante ipsam vnionem nec homo nec persona fuit, quia extra vnionem per se nunq̃ fuit, quoniã assumptum est ex quo fuit: Sed considera quãdã ratio-
 nalis nature quod assumptum est ex eo quod fuit homo, id est humana natura, esse habuit. Quia ergo assumptum est in eo quod fuit, ex quo homo fuit ideo homo assumptus est. Id enim assumptum est quod homo fuit in eo & ex eo quod assumptum est: quia autem id quod assumptum est rationalis nature ex eo qd fuit persona non fuit, quia per se non fuit: sed ex eo quod assumptum est vnitum est: & ex eo quod vnitum est, vna cum verbo vnite persona est: idcirco persona assumpta non dicitur, sed natura: quia quod assumptum est, ex eo quod fuit, & natura & homo, id est natura humana esse habuit: persona autem non ex eo quod fuit, quia illud per se nunq̃ fuit, sed ex eo quod verbum personae vnitum est, esse coepit: propterea homo assumptus est, id est humana natura, nõ persona.

De incarnatione verbĩ & mysterio eius respectu nũciũ & virginis. Collatio. III.



NMNIA per sapientiam dei facta sunt, ad ipsam autem sapientiam facta non sunt, nisi illa solum quae sapientia frui possunt. Haec autem sunt ratione vtẽtia, & intelligentiã sensumq; percipiendi boni, maliq; fugiendi habentia. Quorum pars sursum erat condita in angelis: pars deorsum in hominibus ordinata. Igitur homo nõ solum per sapientiam dei factus erat vt esset: sed etiam ad sapiẽtiã dei factus erat vt beate esset: vt illa videlicet frueret eo sensu quo sapientia percipi potest. Sed quia peccando sensum amiserat, quo sapiẽtia frui debuisset: oblitus est ipse comedere panem suum: & refectionẽ illam qua viuunt animae in corporale comutauit delectationem. Terrenis igitur & corporalibus sensu & affectu immerfus, non potuit se ad spiritualium cogitationem siue amorẽ erigere: sed sola ea quae carnis sunt sapiens, spiritualium iocunditatem non agnouit. Ipsa autem dei sapientia noluit amittere hominẽ qui propter ipsam factus fuerat. Et cum ipsa sursum esset, ille deorsum: venit vbi ille erat, vt eum reuocaret ad se, vnde ceciderat. Factum est verbũ caro vt homo inter homines esset, qui deus erat supra homines. Et versus est panis ille in lac, vt a paruulo sumi possit. Sapientia sursum panis erat: & eadem ipsa sapientia deorsum lac erat. In diuinitate panis, in humanitate lac. Sic, paruuli sensu p lac humanitatis nutriti sunt, & roborati sunt ad panẽ diuinitatis: vt idem ipse vtrobique reficeret, & reficiẽdo languidos ad incorruptionẽ repararet. Dedit ergo reparãdis ad incorruptionem alimentũ incorruptionis. Paruulus quidẽ immaculatam carnem quã sumpsit de virgine matre: perfectis autẽ incorruptibilem diuinitatẽ quã habuit de aeterno patre. Istis vt interim non deficerent in via: illis vt postea perficerentur in patria. Istis ad consolationem: illis ad glorificationẽ. Propter hoc ergo dei filius pro redemptione hominum homo factus est, vt caro per carnẽ liberaretur, & generi humano de suo sumeretur precium redemptionis: quatinus inde remedium fieret, vnde vitium contractũ fuerat:

& in eodem monstraretur, & peritiã mendici, & iniustitiam redempti: quãdo de suo & sanãdo inuenitur remediũ, & precium redimendo. Quia vero a corruptione liberãdum erat, idcirco precium redemptionis incorruptũ esse debuerat. Propterea mater virgo electa est vt de munda immaculata nasceret: vt sicut in celo deus habuit patrem immortalem aeternus, sic in terra haberet matrem virginem incorruptus. Igitur in celo qualis pater talis filius: & in terra qualis mater talis filius. In celo cũ patre aeternus, & inmensus: in terra cum matre immaculata & mansuetus. In celo cum patre incorruptus, & sublimis: in terra cum matre virgo & humilis. In celo imago patris: in terra imago matris. Mater virgo erat, & in humilitate exultabat. Filius virginis virgo, humilitatem comẽdabat. Talis ergo agnus, qualis mater agni: ex munda mundus, ex virgine incorruptus. Per virginem veniens ad nos: per virginitatem præcedens nos. Per incorruptionem veniens vt peccatũ tolleret: per virginitatem præcedens vt virtutem demonstraret. Veniens vt cõferret remediũ: præcedens vt daret exemplum. Non enim potuit arbor bona malum fructum facere: sicut arbor mala fructum bonũ facere nõ potest. Quoniã ois arbor ex fructu suo cognoscit. Radix ite gra, & ramus incorruptus. Huius ergo aduentus Gabriel nunciũ missus est: vt nouã in carne filii dei natiuitatem prædicaret, in qua forma serui, domino sociata, hostem poteter deicit. Fortis in illo, nõ tamen violẽta ad inferendã iniuriã, sed efficacis ad iustitiam obtinendã. Propterea Gabriel missus est (quod fortitudo dei interpretatur) quia ipsa etiã infirmitas fortitudo fuit: quoniã in ea superat est inimicus, & capta præda a violento reducta est. Tres enim perierãt, & subsecutus est quartus, scilicet redemptor eorũ. Primus sine masculo & sine foemina: secundus de masculo, sine foemina: tertius de masculo & foemina: quartus sine masculo de foemina. Adam quippe nec de masculo nec de foemina erat: Eua autem de masculo sine foemina: qui autẽ de illis erant, de masculo simul & de foemina erãt. Et ceciderũt primi masculus & foemina: & per eos qui

post eos erãt omnes de masculo & foemina. Et quia primus author culpae deiecit est a foemina: authorẽ gratiẽ sine masculo cõcepit & peperit foemina: vt idẽ sexus inicitũ gratiẽ esset, qui peccati origo extiterat. Propterea ait. Aue gratia plena do-
Gratie plenius tecũ. Vere em Maria gratia plena fuit, per quã gratia descendit super omnes filios hominũ. Primum gratia super eam, postea gratia in ea: deinde gratia ex ea. Super eam, ad vmbrationẽ: in ea, ad focũ ditatem: ex ea ad saluationẽ. Venit enim gratia vt humanã naturam visitaret: & intrauit ad eam vnde exierat. Per foemina em exierat, & per foeminã intrauit. Et venit gratia primũ in ipsam: deinde descendit in illud qd erat ex ipsa: & sumptus de carne virginis naturam: hostiam pro natura, quã liberã pro liberãdis offerret: vt prius in ipsam totũ effunderet, qd per ipsam postmodũ redemptis oibus exhiberet. Ideo gratia plena, de qua ortus est fons gratiẽ. Et ideo o virgo gratiosa totũ nobis quodãmodo est a te, quod p illũ nobis est qui natus est ex te. Gratia plena, intantũ plena, vt ex tuo redundãte, totus hauriat mundus. Si em prudentes virginẽs oleũ acceperũt in vasis suis cũ lampadibus: tu prudẽtissima virgo, & virgo virginũ, nõ vnũ trũ vas habuisti oleo gratiẽ repletũ, quo lampadẽ tuã inextinguitabiliter ardẽtẽ nutries: sed aliud gestasti vas redundãs & indeficiẽs ex quo effuso oleo misericordiaẽ omnium lampades illuminãres: & vasa oim vsq; ad summũ & perfectũ impleres: & in illo nihil minueres. Prudens ergo fuisti vt tibi puideres: nec timida vt aliis subuenires. Nec dixisti, Ne forte non sufficiat mihi & vobis: sed sciẽs qd sufficeret & tibi & nobis, sufficẽter retinuisti & sufficẽter tribuisti. Lumen in lampade fuit in carne virginitas: oleũ in vase, in corde humilitas. Et erat aliud vas humanitas verbĩ in vtero tuo gratiẽ plena: ex cuius plenitudine tu quoq; accepisti, & lumen virginitatis in carne, & oleũ humilitatis in corde. Postea autẽ partu intemerato nobis propinãas ipsũ indeficiẽs tribuisti: vt ex illius plenitudine effunderetur, quo & lampades nostrae extincte illuminãretur, & vasa vacua replerentur. Sic gratiẽ plena fuisti, cum de


Y
Helisabeth
Luce. 1.

terra carnis tuę fons gratię erupit: vt ma-
naret sup ocm terrā, & irrigaret aridā, &
sterilē fecundaret. Ex hac plenitudine gra-
tię & illa acceperat quę sterilis cōceperat,
quę & virginē fecundā ad se venientem
agnouit, & dixit, Vñ mihi hoc, vt veniat
mater dñi mei ad me! Bene mater dñi q̄a
in forma serui dñs maiestatis aduenit.
Qui em̄ nat⁹ est homo, idē erat & de⁹. Ex
eo q̄ assumpt⁹ est, fili⁹ virginis: ex eo autē
q̄ assumpsit, fili⁹ maiestatis. Idē tñ & fili⁹
virginis, & filius maiestatis. Et propterea
qui assumpt⁹ est homo, naturalis est fili⁹
dei, propter eū qui assumpsit: ver⁹ est fi-
lius hoīs, ppter eū quē adsumpsit. Nemo
igit̄ dicat Christū filiū adoptiuū, cū na-
turalis sit filius: qm̄ quem assumpsit ho-
mo, & q̄ assumpsit deus, nō duo filii sunt,
sed vnus est fili⁹, de⁹ & homo, Iesus Chri-
stus. Ideo mater dñi est quę genuit for-
mā serui: quia in forma serui erat maie-
stas dñi: & vnus cū forma serui, & maie-
state dñi. Bene ergo matrē dñi sui vocat,
quę deū credidit esse ipm̄ qui homo cōce-
ptus fuerat, & portabat ī vtero virginis
fm̄ carnēq̄ deitate sua oīa portabat. Ideo
ait. Vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi
mei ad me! Et beata quę credidisti, qm̄ p-
ficietur in te oīa q̄ dicta sunt tibi a dño.
Tūc ait Maria, Magnificat aīa mea dñm.
De quo ante Allegorias in euangelij Lu-
cę explicatio posita est.

M. HVGO
nis de sancto Victore de beatę Marię ma-
tris domini nostri virginitate perpetua
Libellus epistolarius continēs quatuor ca-
pita, in quem & in quā hic est Prologus.



Sancto Pontifici, G. Hu-
go beatitudinis tuę ser-
uus. Narrasti mihi de
beatę Marię virginitate
quæstionem paternitati
tuę a quodā factam fuis-
sein qua quidem eiusdem irreuerētia ad-
modum displicuit, eo q̄ non vt oportuit
ita pudice de re sacrosancta locutus sit.
Ego igitur (sicut placitū fuerat, quā su-
per hoc dicenda videbatur) stylo signās
legenda transmittō. Vale,
CQz Maria in cōsensu coniugali virgini-
tatis propositū nō mutauit. Cap. I.



De corrupta vir-
ginitate matris
dñi hoc fides
pie & pietas fla-
deliter cōfitef:
q̄ eius pfectio-
nē nullo modo
imminuit cōiu-
galis cōsensus:
quēadmodū ca-
stitatē illi⁹ non
violauit cōceptus, nec integritatē abstu-
lit part⁹. Ipsa nāq̄ eadē virgo pperua, &
cū despōsaret viro, nō tñ deseruit aut mu-
tauit ppositū cōtinētia: & cū fecundaret
(nō a viro) cōcepit sine libidine: & cū fi-
liū ederet pperit sine dolore. Quid dicit
nūc inq̄sitor cōtētiose & nō pie auditor?
Miraris an dissidis? Si miraris mirāda, mi-
rād⁹ nō es. Si nō credis credēda, tolerād⁹
nō es: si falsa conaris asserere audied⁹ nō
es: si vera niteris oppugnare, cōuincēdus
es: deniq̄ si manifesta negas, cōfutād⁹ es.
Fateor, equo aīo ferre nō possum temera-
riā p̄sumptionē tuā, q̄ tā spudica & nu-
gaci loq̄citate temerare sincerā, & tractā
maculare conaris. Stulte istis tenebris tu-
is in matrē luīs sp̄egisti. Quid, n. sibi volue-
rūt exsufflāda illa argumēta tua, q̄ tu cū
lōga ac diutina ruminatiōe texuisses, q̄ si
nouū & magnū aliqd̄ inuērti platur⁹ (sic-
cut tibi cōsuetudis est) circuire cœpisti
aures prurientes quērēs: amplius quidē te
doctis insipiētē q̄ insipiētib⁹ doctū demō-
strās. Quid em̄? Doctor eē voluisti! Noui-
tatis relator, an assertor veritatis! Sed
esto. Inueneras qd̄ doceres. Cur tibi visū
est infamare castitatē, & oppugnare veri-
tatē? Sed forte (quod & ego magis suspi-
cor) nihil contra veritatem moliebaris.
Sed solita & tibi inolita leuitate auras
popularis famæ captās, acumē igeniū tui
pbare putasti, si pri⁹ rē (q̄ si q̄stiois amba-
ge) apd̄ alios inuolueres, vt ī ei⁹ solutione
postmodū tu doctor appareres. At nunc
res tibi ī cōtrariū versa est. In q̄stioe em̄
tua temerari⁹ pbār⁹ es: sed in solutione nō
es doct⁹ inuēt⁹. Videam⁹ tñ q̄ sit magna
illa & grauis q̄stio solī (vt putas) tibi nō
insolubilis. Et quidē etiā si grauis foret
tāto veri⁹ multis plusq̄ tibi, quāto stulti⁹
tu p̄sumis tibi soli. Videam⁹ tñ quę sit.

B Primū quæris, vtrū sine consensu coitus
cōiugii fieri possit: hoc est an illi matris
monū inuicē contrahere possint, qui sibi
nō cōsentiūt in reddendo debito carnis!
Mouit ergo forassis te q̄ dictū audieras
matrimonii nō facit coit⁹, sed cōsensus.
Et merito mouisset si quidē qd̄ dictū nō
audieras, sed itelligēdū putaueras, cōsen-
sus coit⁹, additū fuisse. Queris ergo vtrū
sine cōsensu coitus cōiugium esse possit.
Post hęc his q̄ tibi respōdent sine eiusmodi
cōsensu verū cōiugii nō esse, tuā (vt
audio) videris existimationē adiungere:
propterea forassis q̄a tibi de reliquo ne-
cessitatē tacēdi imponeret, q̄ hoc quērētī
aliud respōderet. Deinde hoc cōcesso &
statuto. q̄ sine talis cōsensus pactiōe cō-
iugii stare nō possit: psequeris & interro-
gas, vtrū verū fuit cōiugii iter Mariam
matrē dñi & Ioseph: quē scriptura virū
Marię appellasse aliquoties iuenit: ipsaq̄
Mariā vxorē suę cōiugē eiusdem Ioseph
indubitātē nominasse. Quo concessio, q̄a
& hoc negare absurdū est, cū id & sacra-
scriptura: manifesta autoritate p̄bet, &
catholica hoc religio sua attestatiōe cō-
firmer: lafers & dicitis: si verū fuit coniū-
giū ergo carnalis cōmixtiōis cōsensus ibi
fuit: & inuenit Maria ad coitū carnis vi-
ro assensum p̄buisse. Qd̄ si verū ē, imo q̄a
si hoc verū nō est: verū cōiugii dici non
pōt, cur ipsa, Maria vera semp̄ virgo pmā-
sisse dicit, quā aliqñ vera cōiūx fuisse nō
negat? Aut em̄ nō cōsensit, & vera cōiūx
nō fuit: aut cōsensit, & vera virgo nō per-
māsit. In eo ipso nāq̄ ppositū virginita-
tis deseruit, q̄ se p̄ cōsensum debito car-
nalis cōmērcii in cōiugali sacramēto spō-
te subiecit. Ac p̄ hoc q̄ virginitatis p̄po-
sitū in cōsensu copulæ carnalis deseruit,
iā mēte virgo esse desuit: etiā si carne vir-
go pmāsit. Quę est igit̄ hæc virgo virgī-
nū, singularis itegritate, vnica castitate,
excellēs dignitate! Quæ sunt ista p̄cō-
nia & assidue laudationes, imo poti⁹ quę
sūt cotidiana: istę adulationēs quib⁹ singu-
lariter laudabilē & excellētē sup oēs glo-
riofam Marię virginitatē p̄dicamus: quę
nō solū oib⁹ virginib⁹ p̄ferēda nō est, sed
multis etiā postpōnēda: quę & carne vir-
gines probatę sunt, & virginitatis propo-
sitū vsq̄ in finē mente casta atq̄ deuota

inuolatū tenuerunt! Cōparet nūc virgī-
nitas Agnetis & Mariæ: & q̄ fuerit in me-
rito p̄bata sublimior, digne etiā in laudi-
bus excelsior teneat. Illa se ī custodia vir-
ginitatis tā iunctā exhibuit vt eā a p̄po-
sito suo nec ipa mors illata deiceret. Hęc
se tā mobilē demōstrauit, vt vni⁹ eā viri
& paupis affect⁹ ad cōsensum sui inclina-
ret. Illa intātū virginitatē dilexit, vt quā-
qd̄ in ei⁹ cōparatiōe p̄ciosum pm̄ittebat,
cōtēndū c̄cederet: quod pro ei⁹ defēsiōe
durū inferebat, nō timēdū iudicaret: hæc
virginitatē tā facile despexit, vt eā & si-
ne p̄mio promisso desereret, & sine p̄cna
illata abdicaret. Quid igit̄ restat nisi vt
dicamus inferiorē habere gradū in meri-
to ac laude virginitatis illā quę a p̄posi-
to cōseruādē virginitatis sponte cecidit,
etiā si carne virgo pmāsit: superiorē vero
illā quę cū carnis integritate p̄positū vir-
ginitatis vsq̄ in finē inuolatū custodia-
uit! Hoc igit̄ est qd̄ magna & laboriosa
scrutatiōe iuenisse te gloriaris: & cum tu
mētē simul & carnē corruptā habeas, mē-
tē intemeratē (cui⁹ carnē nō potes) falso
criminari nō p̄timefcis. Sati⁹ multo aut
primū dixisses veritatē si eā nō ignorasti,
aut si hoc nō poteras, saltē tacuisses pra-
uitatē, q̄ dicta simpliciu⁹ auditū violasti.
Sed qd̄ ages si eos quos falsa opiniōe de-
prauasti veritas manifesta ita a periculo
erroris liberet, vt tamen te a culpa teme-
ritatis non emundes!

V Ideam⁹ igit̄ nūc vtrū mater dñi, &
vera cōiūx esse potuit, & vera vir-
go pmanere. Discuriam⁹ (vt postulas) qd̄
sit cōiugii: & ex ei⁹ diffinitione p̄posita
cōsiderem⁹ si illē esse potuerūt ī virgīe ma-
tre & cōsensu cōiugalis, & p̄positū vir-
ginitatis. Quid, n. est cōiugii nisi legitī-
ma societas iter viri & foemina: quā vi-
delicet societate ex pari cōsensu vterq̄ se
metipm̄ debet alteri! Debitū autem hoc
duob⁹ modis cōsiderat, vt. s. & se illi con-
seruet, & se illi nō neget. Cōseruet videli-
cet ne post talem cōsensum ad alienā so-
cietatem transeat. Nō neget vt ab ea quę
adinuicē est cōi societas se nō distūgat.
Spontaneus ergo cōsensus inter virū ac
foeminā legitime factus, quo vterq̄ alteri
debitorē sui se sponder: iste est qui coniū-
gium facit. Et coniugii est ipsa societas

tali cōsensu foederata qua altero viuente
 alterum a debito nō absoluit. Est adhuc
 alius cōsensus. s. carnalis cōmercii adiuui
 cō exigēdi atq; reddēdi, similē inter virū
 & mulierem pactiōne cōstituit: comes &
 nō effector cōiugii: officii & nō vinculi:
 qui & ipse tū cū pari ab utroq; voto sus-
 cipitur, pari etiā necesse est debito tenea-
 tur. Quod debitū in hoc quoq; consensu
 dupliciter (sicut in priorī cōmemorauī)
 exhibendū est: vt videlicet vterq; se alte-
 ri cōseruet, & neuter alteri se neget. Hoc
 est vt sui corporis potestātē ad hoc opus
 nec aliū p̄beat, nec illi cōtradicat. De il-
 lo debito quo se & vir mulieri & mulier
 viro debet cōseruare, ait Apostolus. Quae
 sub viro est mulier, viuente viro, alligata
 est legi. Si autem fuerit mortuus vir ei:
 liberata est a lege viri. Igitur viuente vi-
 ro vocabitur adultera, si fuerit cum alio
 viro. De illo autē debito quo se & vir mu-
 lieri, & mulier viro debet non negare, idē
 dicit. Mulier sui corporis potestātē nō ha-
 bet sed vir: similiter autē vir sui corporis
 potestātē nō habet, sed mulier. Sed huius
 debiti necessitas illos cōiugatos sibi ad in-
 uicem nō subiciit, in quibus dū cōiugii
 contraheret vel sanciretur, huius operis
 cōsensus nō p̄cessit. Nec tū hoc officio
 cessante, veritatē siue virtutē cōiugii ces-
 sari credēdū est: imo potius tāto veri⁹ &
 sanctius coniugii esse: q̄ in solo caritatis
 vinculo, & nō in cōcupiscētia carnis & li-
 bidinis ardore foederatū est. Quid em̄? In
 cōcupiscētia carnis cōiugii sanctū esset,
 & in caritate non esset! Absit. Sed multo
 veri⁹ & iusti⁹ ibi sanctū & verū dī: vbi ni-
 hil habet castitas vnde erubescat, sed ca-
 ritas vñ gloriē. Quō ergo cōiugati ad-
 inuicē debitores sui efficiūtur? Ad qd de
 incept se sibi cōseruare debēt: aut in quo
 non negare, si hęc de medio causa tollat?
 Nō videt hoc excepto quare aut vir mu-
 lieri, aut mulier viro sociari debeat. Aut
 quare sociati pariter tali adinuicē debito
 quale cōiugii habere noscūt, dicāt alliga-
 ti. Hoc tibi fortasse videbit carnī, & car-
 nē solā cōsiderāti. Nihil ergo aliud in cō-
 iugio iuenire potuisti vt cōiugalē socie-
 tatem ob id solūmodo sancitam & in eo
 sanctā esse cōfirmes? Nōne multo magis
 est si duo fiat vnū mēte, q̄ si carne vnūm

fierēt? Si participē facit alter alterū car-
 nis suę, & sanctū esse potest: participē fa-
 cit alter alterū aīę suę, & sanctum nō est!
 Absit. Erūt duo in carne vna: sacramētū
 hoc magnū est in Christo & ecclia. Erūt
 duo in corde vno: sacramētū hoc maius
 est in deo & aīa. Ecce quo pacto se volū-
 tarię spōsionis astringūt, vt ab hinc & de
 incept semp in oī sinceritate dilectionis,
 in oī cura sollicitudinīs, in oī affectu pie-
 tatis, in oī studio cōpassionis, in oī virtu-
 te consolationis, & fide deuotionis, hoc
 vterq; sit alteri qd ipse sibi: vt quisq; alte-
 rū quasi vnū secū factū attendat, tā in bo-
 nis q̄ in malis oībus: sicut cōsolationis fo-
 ciū ac participē ita & tribulationis & sus-
 ferētię indiuisū exhibeat. Postremo quā-
 tū foris ad necessitatē corpis attrinet, qua
 si p̄priā carnē fouēdā excipiat: quātū ve-
 ro spectat ad amorē cordis intrinsec⁹, qua
 si animū suū ī pace & trāquillitate quā-
 tū in se est sine p̄turbatiōe custodiat. Sic
 em̄ fit in sancta societatis pace & cōica-
 tione quiescētib⁹: vt dū vterq; nō sibi vi-
 uat sed alteri: felici⁹ atq; beati⁹ vterq; vi-
 uat sibi. Hęc sūt bona cōiugii & felicitas
 castā societātē amantiū: quę bona videre
 nō possunt ī qui in cōiugio nil p̄ter ma-
 le dulcē carnis voluptatē exquirūt. Ecce
 vides (excepto carnis cōmercio) qualia
 tū & quāta bona coniugio relinquātur:
 imo poti⁹ (excepto carnis cōmercio) qua-
 lia & quāta mala, hoc est qualis seruitus
 & quātus dolor a cōiugio excludantur. **G**
 Sed dicis mihi iterū. Primā & principalē **Obiectio**
 causam cōiugii fuisse propagationem fi-
 liorum: quā q̄ sine, carnis commixtiō-
 ne futura nō erat, ex hoc manifeste osten-
 ditur: q̄ in principio deus cum hominem
 de limo terre plasmasset, postea ei mulie-
 rem in adiutoriū fecisse perhibetur. Non
 in aliud profecto adiutoriū q̄ vt ipsa mu-
 lier ad futura sobolis propagationem vi-
 ro fieret seminandi cooperatrix, seminis
 conceprix, formandi locus, & edendī ge-
 nitrix. Non igitur ad aliud mulier viro
 est sociata, q̄ vt per eam & cum ea semen
 suū in posteritatis originē vir ipse coitu
 carnali trāfundēs, substantiam carnis mi-
 nistraret nascituris ex carne. Nam id ipm̄
 ex eo quoq; comprobatur q̄ deus postq̄
 mulierem viro sociauerat eiusdem soci-

Ephes. 5.

Gen. 2.

Obiectio
nis vis.

Rātio.

atatis causam declarare volens, utrosq;
 suae bñdictionis gratia quodāmodo pri⁹
 ipse ad generādi portciā fecit dās, Cresci-
 te (ait) & multiplicamini & replete ter-
 rā: simul dās & mādātū, vt scirēt id pro-
 p̄ter qd iuncti fuerāt: & gratiā, vt imple-
 rēt id de quo p̄ceptū acceperāt. Ex eo igitur
 officio quod cōiugis & sociatis ama-
 bob⁹ ex p̄cepto authoris sui inūigif. pla-
 ne & idubitatē societatis ipsi⁹ causa de
 mōstrat: quā oīno absurdū erat, vt cū for-
 mam viuendi & ministeriū agendī facia-
 ris p̄scriberet, non id p̄cipue propter
 quod eos sociari voluerat, de reliquo ex-
 sequēdum mandaret. Hinc est q̄ ipse Adā
 ad quem vsū mulier facta erat agno-
 scens: Hoc, inquit, os ex ossib⁹ meis, & ca-
 ro de carne mea est. Propter hoc relin-
 quet homo patrem suum & matrē suā,
 & adharebit vxori suae: & erunt duo in
 carne vna. Ecce commixtio carnis in ma-
 trimonio primorum parentum, tam ma-
 nifeste & ipsi⁹ exsequēda indicitur & ab
 ipsis futura prophetatur: vt qui sine illa
 coniugii verum esse dixerit & p̄cipien-
 ti deo & homini consentienti deo, contra-
 rius esse non dubitetur. Et taliter fortas-
 sis supradictę assertioni nostrae tibi oppo-
 nēdum videbatur. Hoc igitur totū quod
 apportas q̄ deus primo homini mulie-
 rem in adiutoriū fecisse legitur: & quia
 sociata muliere cum viro vtrūq; vt cre-
 scerent & multiplicarentur, terramq; re-
 plerent p̄cepisse memoratur: postremo
 quia a viro iter viri & mulierem carnis
 commixtio futura prophetatur: idcirco
 nullatenus verū coniugii esse possit vbi
 quidē cōsensus carnalis cōmixtionis nō
 fuerit. Sic quidē tibi videt. Primū itaq;
 nūc cōueniat iter nos vt mihi respōdeas
 an aut p̄ter hoc, duo in carne vna socia-
 ti sunt: & de carne vna facti sūt, q̄ in car-
 ne vna sociadi fuerūt. Sic em̄ dī. Hoc nūc
 os ex ossibus meis & caro de carne mea:
 p̄ter hoc derelinquet homo patrē suū
 & matrē suā & adharebit vxori suę: &
 erunt duo in carne vna. Quid est pro-
 p̄ter hoc? An p̄ter hoc in carne vna: quā
 de carne vna? Sed nō dixit erūt duo ī car-
 ne vna propter hoc: nunc os ex ossibus
 meis, & caro de carne mea: sed hoc, inq̄r,
 os ex ossibus meis, & caro de carne mea:

p̄ter hoc relinqt hō patrē suū & matrē
 suā & adharebit vxori suę, & erūt duo in
 carne vna. Tria dixit. Relinquet hō patrē
 suū & matrē suā: & adharebit vxori suę:
 & erūt duo in carne vna. Quid est p̄ter
 hoc? Propter hoc relinquet hō patrē suū
 & matrē suā, propter hoc adharebit vxori
 suę: propter hoc erūt duo ī carne vna.
 Propter hoc. Propter quid? Propter hoc
 quia hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de
 carne mea. Ergo p̄ter hoc in carne vna,
 quā de carne vna: non p̄ter hoc de carne
 vna quā ī carne vna. Propter hoc erūt duo
 in carne vna. Hoc nūc os ex ossib⁹ meis,
 & caro de carne mea. Propter hoc relin-
 quet homo patrē suū & matrē suā & ad-
 harebit vxori suae: & erunt duo in carne
 vna. Cōsiderem⁹ singula q̄ dicta sunt: ne
 forte cōtra te dixeris qd p̄ te dicēdū pu-
 tasti. Relinquet hō patrē suū & matrē
 suā, & adharebit vxori suę: & erūt duo ī
 carne vna. Fortassis idē dicere voluit ad-
 harebit vxori suę, & erūt duo ī carne vna.
 vt hoc ipm̄ sit vxori adhærere, qd duos
 esse ī carne vna: tāq; si hoc solū dictū sit,
 relinquet hō patrē suū & matrē suā, & ad-
 harebit vxori suę: & ipsa adhesio nō aliud
 q̄ cōmixtio carnalis intelligat. **Discutia**
 mus si hoc stare possit. Relinquet (ait) hō
 patrē suū & matrē suā, & adharebit vxori
 suę. Illos relinquet & huic adharebit.
 Igit̄ ab illis discedit, ad istā accedit. Quā
 illis subtrahit, huic impedit. Quid ē hoc?
 Relinquet hō patrē suū & matrē suā, &
 adharebit vxori suę. Igit̄ ī eo patrē & ma-
 trem relinquit vt vxori adhareat: in quo
 vxori adharere nō potest si patrē & ma-
 trē nō relinquat. Relinquet hō patrē suū
 & matrē suā. In quo relinquet? Nūqd̄ re-
 linquet in cohabitationē an ī dilectiōe? &
 si sic oportet dici, nunqd̄ relinquet in cō-
 mixtiōe? Si relinquet hō in cohabitationē
 patrē & matrē, & adharebit vxori suę: nū-
 quid igit̄ in domo patris sui vxorē habe-
 re nō pōt? Aut nūqd̄ vxorē diligere non
 pōt, nisi p̄rem & matrē odio habuerit? Nā
 illud tertiū qd p̄positū est nec oportet re-
 peti, nec decet nosari. Tñ his modis adhe-
 rebit homo vxori suę: hoc est scdm̄ coha-
 bitationem, scdm̄ dilectionem, scdm̄ carnalē
 cōmixtionem. Sed potest homo patrī &
 matri simul & vxori cohabitare: potest

Tertiū de
carnali co-
pula.

patrem & matrē simul & vxorem dilige-
re: ergo nec scdm cohabitationē, nec fm
dilectionē relinquet homo patrē suum &
matrem suā, & adherēbit vxori suę: quā-
to magis quæ neq; fuit neq; esse potuit,
scdm carnalē cōmixtionem nō relinquet
homo patrem suū & matrē suā, & adhe-
rēbit vxori suę! Scdm quid ergo reliquet
homo patrem suū & matrē suā & adhe-
rēbit vxori suę, nisi scdm illam singularē
societatem in qua semetipsum debet al-
teri: in qua homo affectum patris & ma-
tris non quidē deponit, vt affectum vxor-
is solū eligat: sed postponit affectum pa-
tris & matris, vt affectū vxoris illi præfe-
rat: vt eū non solū sed singularē haberet!
Nō igit de cōmixtione carnis: sed de affe-
ctu cordis & vinculo socialis dilectionis
dictū est: adherēbit vxori suę. Vt per hoc
qd dicit adherēbit vxori suę sacramentū
cōiugii quod in spiritu est intelligas. Per
id vero quod subdit: & erunt duo in car-
ne vna, officiū cōiugii quod in carne est
nō pactū fœderis cōiugalis agnoscas. Re-
linquet ergo homo patrē suū & matrem
suam, & adherēbit vxori suę: & erūt duo
in carne vna. Ecce hic est cōiugii adhe-
rēbit vxori suę: & hic est cōiugii officiū,
erūt duo in carne vna. Quare ergo relin-
quet homo patrē suū & matrē suā, & ad-
herēbit vxori suę? Magna res. Prefert pri-
cipio finem. Pater & mater principii est,
vnde venit: vxor finis est, vbi dilectio re-
quiescit. Ibi dilectionem operata est sola
conditio: hic electionē sine cōditiōne fa-
cit sola dilectio. Diligit itaq; homo patrē
suū & matrē suā, & de ipsis semel vitā ac-
cepit: sed plus vxorē suā diligit: quia cum
ipsa semp viuere elegit. Diuinū prorsus
sacramentū & profundū mysterium, pul-
chrumq; & admirandū humanę cōditio-
nis exemplū. Habemus principii nostrū
vnde accepimus vt finis: habemus & fi-
nē nostrū sine quo beati esse nō possum?
Ab illo per cōditiōnē naturę ad esse veni-
mus: in illo per electionē gratię beatū esse
accipim?. Ab illo esse habet oīa q̄ sūt: sed
in illo nō oēs beati esse accipiūt. Minus
igit est, & minus diligēdū est ab illo esse,
Multo aut̄ amplius est, & ampli⁹ diligen-
dū est in illo beati esse: vtrūq; tñ magnū
& dilectione dignū est: & ab illo esse, & in

illo beati esse. Aliter ergo deus est illorū
qui ab eo solūmodo vt essent acceperūt:
aliter vero illorū qui vt nō solum ab eo
essent, sed vt ī eo beati essent eū in p̄miū
acceperūt. Illi quod ipsi sunt ab eo acce-
perūt: isti vt beate sint qd ipsi sunt, qd ipse
est, ab eo accipiūt. Minus ergo diligēdum
est q̄ sumus, & amplius q̄ beati sumus:
quia in illo tm̄ est hoc qd nos sum⁹: in isto
vero cū eo qd nos sum⁹ id etiā qd ipse est
a quo accepimus q̄ sum⁹. Relinquet ho-
mo patrē suū & matrē suā, & adherēbit
vxori suę: vt vetera nouis supuenientib⁹
postponēs: a principio per dilectionem ve-
niat, & in fine p dilectionē requiescat. Vi-
des nunc quale & quantum sacramentū
prefert amor cōiugalis: vt in hoc discat
aīa rōnalis sui finis cōsortiū sine fine eli-
gere, & idiuūdo illo amoris nexu & sin-
gularis dilectionis paritate adherere.
Hęc fuit principalis causa cōiugii: ppter
qd̄ deus instituit vt relicto patre suo &
matre sua eligeret vxori suę vnice & sin-
gulariter indiuidua semper dilectione so-
ciari. Huic autē societati ad cōmodū fu-
turi generis multiplicandi, certi & ratio-
nabilis sacramēti causa officii postea ge-
nerādī, inūxit: nō qd̄ vt ī eo cōiugii cō-
sisteret: sed vt ex eo cōiugii & p obediē-
tiā ministeriū ī merito cresceret, & p fœ-
cūditatē plis fructuos⁹ appareret. Recte
ergo dī. Relinquet hō patrē & matrē suā,
& adherēbit vxori suę. Et erūt duo ī car-
ne vna: vt ī eo q̄ adheret vxori suę sacra-
mētū sit inuisibilis societatis, q̄ ī spū faciē-
da est inter deū & aīam: in eo aut̄ q̄ duo
sunt in carne vna, sacramētū sit inuisibi-
lis participatiōis quę ī carne facta est in-
ter Christū & ecclesiā. Magnū igit sacra-
mētū: Erūt duo in carne vna, in Christo
& ecclesiā: sed maius sacramētū erūt duo ī
corde vno, in dilectiōe vna, in deo & aīa.
Nō satis fortassis tibi factū est, vt ostēde-
retur q̄ cōiugii nō fuerat vnio carnis,
sed cordis: ne excellere putes ministeriū
officiū sup sanctitatē sacramēti. Instas vt
cōsensus carnis sc̄tās sit cōiugalis: nec
ppter pactū coit⁹, vinculū marrimonii ra-
tū esse cōcedis: quia manifeste dixit: Erunt
duo in carne vna: & nō manifeste dixit,
Erūt duo in spū vno. Prius manifeste di-
ctū in carne vna, postea manifeste dictum

1. Cor. 15 in spū vno: quia Qd̄ carnale est prius est,
deinde qd̄ spirituale est. Per patrem car-
nalem prius dictum in carne vna: per do-
ctorem spirituale postea dictum in spi-
ritu vno. Per prophetam deus loquit̄ di-
cens. Nō accipiam placabile quid de ma-
nu vestra: Et dixisti, Quam ob causam?
Quia dominus testificatus est inter te &
vxorem pubertatis tuę, quam tu despexi-
sti. Et hęc particeps tua, & vxor fœderis
tui. Nōne vn⁹ fecit, & residuum spiritus
eius est? Et quid vnus quarit nisi semen
dei. Custodite ergo spiritum vestrum &
vxorem adolescentiæ tuę noli despiciere.
Cum odio habueris eā: dimitte, dicit do-
minus deus israel. Illic ergo dictū est: hoc
nunc os ex ossibus meis: & caro de carne
mea: hic dictum est. Hęc particeps tua &
vxor fœderis tui. Nōne vn⁹ fecit, & resi-
duū spiritus eius est? Ibi pars carnis dici-
tur: hic portio spiritus nominatur, Ibi di-
ctū est: Crescite & multiplicamini & re-
plete terram. Hic dictū est: & quid vnus
quarit nisi semē dei? Ille igit̄ hic semen
dei in spiritu requirit, qui ibi semen car-
nis in carne multiplicādū imperauit. Ibi
dictū est, Erunt duo in carne vna. Hic di-
ctum. Cum odio habueris eam, dimitte:
vt eadem carnis cōmixtio quę ibi inter
virū & mulierum futura p̄dicatur: hic
sine fœdere dilectiōis (quę est in spiritu)
nihil prodesse demonstratur. Hoc est em̄
cum odio habueris eā, dimitte: non impe-
dientis dissidiū: sed docentis q̄ sine dile-
ctionis fœdere cassa sit & virtute carens
P etiam si permaneat societas carnis. Non
ergo virtus sacramēti cōiugalis in car-
ne est, sed in mente: nec ille consensus ad
sanctitatem perficiēdam requiritur qui
& ante peccatū cōiugatis indicebat ad
officiū. Post peccatum vero eo vsq; de-
scendit, vt iam nūc concedatur ad reme-
diū. Nequaquē ergo ex eo pensandū est
cōiugii sacramentum in quo tunc san-
ctificaretur sed exerceretur cōiugalis ca-
stitas: & nunc non sanctificaretur coniu-
gium, sed exciperetur cōiugatorum infir-
mitas. Propterea olim quando fides erat
in populo vno & tempus ad multiplicā-
dum numerū fidelū opera officii cōiug-
alis indiguit, carnale cōmertiū ab vno
in pluribus exercebatur & in vnici amo

ris singulare sacramentum nō ladebat.
Nunc vero quando populus dei spiritua-
li potius generatione multiplicādus est
ad cōmendandam singularis sacramēti
vnitatem, qd̄ est in spiritu, non nisi vni
in carne vna fœderatur. Tūc propter ne-
cessitatē licentia carnis foris in opere la-
xabatur: & tamē sanctitas intus in virtu-
te sacramēti integra seruabatur: nūc pro-
pter perfectionem etiā opera carnis foris
ad vnitatem stringitur: & in eo tamē vni-
tas singularis sacramēti nō efficitur, sed
commendatur. Hęc dicta sunt pro eo q̄
propositū erat demonstrare q̄ sine consen-
su carnalis cōmertiū cōiugii sanctum
& verū esse possit: neq; in assensu coitus
carnis, sanctitas sacramēti cōiugalis cō-
sistat. Post hęc nunc superest, vt de ma-
tre virgine sermonem in mediū propona-
mus & inquiramus qua rōne vel autho-
ritate probari possit ipsam & verā fuisse
cōiugem, & in assensu, tñ cōiugali vir-
ginitatis propositū non mutasse. Missus
est angelus Gabriel a deo in ciuitatē Na-
zareth, ad virginem desponsatā viro cui
nomē erat Ioseph de domo Dauid: & no-
men virginis Mariā. Ergo desponsata iā
erat Mariā quādo ad illam missus est an-
gelus Gabriel a deo. Videamus quod se-
quitur. Et ingressus angelus ad eam di-
xit. Aue gratia plena dñs tecū: benedicta
tu inter mulieres. Quā cū audisset tur-
bata est in sermone ei⁹: & cogitabat qua-
lis esset ista saluatio. Et ait angelus ad
eam. Ne timeas mariā, inuenisti em̄ gra-
tiā apud deum. Ecce cōcipies in vtero, &
paries filium &c. At ait Mariā. Quomō-
do fiet istud: quoniam virū non cognosco?
Hęc est quod quarebamus verbum vir-
ginis in quo ipsa confutaret amulos suę
virginitatis. Sumamus igitur de ipsa te-
stimoniū per ipsam. Quo igit̄ fiet istud?
Hęc est vt filiū pariam quomodo fiet, quia
virum nō cognosco? Nō ait virum nō co-
gnoui. Hoc em̄ nihil impediret virgini-
tatis miraculum, nec futuri partus impe-
dimentum si virum adhuc nō cognoue-
rit, & virū vt non cognosceret idēinceps

non proposuerat. Non utiq; dixit: virum non cognoui sed virum non cognosco. Quomodo, inquit, fiet istud: virū nō cognosco, & dicor filium paritura: Quomodo ergo fiet istud vt filium pariam & virum nō cognoscā? Quia virū non cognosco. Quid est virum nō cognosco? Propositum habeo virum non cognoscere: propositū habeo virginitatis dec⁹ vsq; in finem inuiolatum conseruare. Quomodo si dixerit quis: vinum non bibo, non possum hūc calicē gustare: hoc est qd in vobis habeo vini nō bibere, nō posse gustare calicē istū. Et sicut dictū est Nazarei comam non incidunt, hoc est vortum habent comā non incidendi: sic dictum est, Virum non cognosco. Quomodo itaq; fiet istud quoniā virum non cognosco? Et ait angelus ei. Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi. Noli, inquit, propter propositum virginitatis de promissione prolis diffidere. Spiritus sanctus superueniet in te. Concipies filiū nō e viro sed de spiritu sancto. Promissio quidem mea implebitur: sed tamē propositum tuū non violabitur. Tu vultu virum te non cogniturā: & ego prædico filiū te pariturā: & idcirco miraris ne forte vel promissio cassā sit permanente proposito, vel propositū violetur si impleatur promissio. Nō est enim possibilitas nature hic sufficit, aut ratio humana id cōprehēdit: vt pariat virgo, intacta filium gigneret, & sine opera carnis caro procedat ex carne. Idcirco miraris quomodo fiet istud, quia virum non cognoscis. Nā inter quātum in te est nihil inuenire potes cur de tua perseuerātia debeas dubitare: & ob hoc quīs quomodo de mea possis promissione confidere. Quomodo fiet istud quia virum non cognosco? Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi. Noli propter propositum de promissione diffidere, quia spiritus sanctus superueniet in te. Noli propter promissionem de proposito formidare: quia virt⁹ altissimi obumbrabit tibi. Spiritus sanctus superueniet in te: ne per coitum corrumpatur integritas. Virt⁹ altissimi obumbrabit tibi: ne per libidinē polluat castitas tua. Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit

tibi. Ministrabis substantiā, & nō senties concupiscentiā. Non suscipies semen ex viro, & fecūda fructum ventris germina bis in filio. Noli ergo dicere quomō fiet istud quia virum nō cognosco: quia hoc per virum nō fiet sed per spiritū sanctū. Spiritus enim sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ecce iā habemus Mariam desponsatam virginē: & adhuc tamen in virginitatis proposito permanentē. Veraciter desponsatam virginem: nec minus veraciter in virginitatis proposito permanentē. Quid ampli⁹ quaris? An adhuc desponsationis nomē aliquid tibi ambiguitatis relinquit? Audieras enim ad desponsatā virginē missum fuisse angelum: sed ad coniugatā nō audieras. Forsitan ergo dicas desponsata erat iam tunc Maria Ioseph: sed adhuc coniunx nō erat: quia necdum eā in suā acceperat. Nam si ea ex tūc in suam acceperat, cur ei postea dictū ē. Ioseph filii David noli timere accipere Mariam coniugatā? Nondū ergo cōiunx erat qm̄ ad eam missus est angelus: sed tūc desponsata erat: & idcirco fieri potuit vt non mutauerit propositum virginitatis quando desponsata est, & mutauerit quando cōiunx facta est. Hoc fortassis adhuc p̄ parte tua oppones. Sed absit a nobis vt credamus eam postq̄ se celestī partu secundandam audierat, vllatenus ad carnale cōmercium assensum præbuisse: quā & priusq̄ diuini arcanum sacramēti (qd̄ in se cōplēdū erat) didicisset: votū virginitatis conferuandē tam inuiolatū tenuit: vt cū se futuram coniugem sponderet, illud tamen eadem nihilomin⁹ qua cōeperat deuotio ne, eadem perseuerātia in finē vsq; custodiendū proponeret. Desponsata ergo erat, & cōiunx erat, & vera virgo erat: & virginitatis propositum nō reliquerat. Cōfitemur itaq; virginē desponsatam: cōfitemur virginem cōiugem factā: postea matrem: & virginē semper virginitatis propositum inuiolatū tenuisse: & castitatis decus perpetuum regnasse cū pudicitia cōiugis & honore parētis. Intue⁹ re nūc & diligenter considera virginem istā virgūculā nostrā singulariter castā, excellēter speciosā, vnice mundam. Sed ego noui oculū tuum, quia lippus est &

Mart. 3.

X

Y

quāto diligentius intendit tāto iniqui⁹ contēplatur. Lex, inquit, dixit. Maledicta sit sterilis quā nō parit: & quā non relinquit semen in israel. Sed hac peperit & sterilis nō fuit: quē semē benedictiōis reliquit in israel: in quo scdm̄ repromissio nē oēs gentes benedicunt cū israel, oēs q̄ benedicentur in dño deo israel. Verū tamen in sapiētia audiuius foelicem sterilem & incoīnquatam, quē nō nouit thortū in delicto, qm̄ fructū habebit in respectu asariū sanctarum. Rursum in propheta dñi cōtinētā merces quāta apud ipm̄ reposita sit ostēdit dicens. Non dicat eunuchus ecce ego lignū aridū. Quia hac dicit dñs eunuchis qui custodierint sababata mea, & elegerit quā voluit, & tenuerint fœdus meū: dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomē melius a filiis & a filiabus. Nomen sempiternū qd̄ nō peribit. Quis est ergo iste in cōtinētā sterilitatē maledicēs: cōtinētē puritatem nō vidēs: & fructum non intelligens? At tamē audiam⁹ qd̄ patet. Maria (ait) maledictionē nō effugit: quā p̄ virginitatis propositū sterilitatē incurrit. Amplius autē. Quare nubere voluit, postq̄ cōinēntiam vouerat? Duo sunt. Aut propter maledictionem sterilitatis virginitatē nō proponeret: aut propter votū castitatis virgo permāsura nō nuberet. Nūc vero si iniquū iure dicitur maledictionē poti⁹ q̄ benedictionē eligere: quale dicēdū est votū fecisse integritatis & nubere? Libētē accipio q̄ ex tua paruicia laus virginitis cumularur. Sic vult manifestari veritas: sic vult cōfutari iniquitas. Videamus ergo quale sit in quo notandā putas virginē, scilicet (ait) quia in proposito virginitatis, maledictionē sterilitatis incurrit. Quanta ergo est maledictio sterilitatis? Iam utiq; quāta & benedictio fecunditatis. Et ipsa itaq; benedictio fecunditatis quāta est: Primos illos nostri generis parentes cū bñdiceret de⁹ ait. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Ergo bñdictionem fecunditatis dedit illis. Multum ergo dedit illis quando bñdictionē fecunditatis dedit illis: qm̄ dixit Crescite & multiplicamini & replete terrā. Nōne & auib⁹ cœli hoc dixit, & bestiis atq; iumētis terræ hoc dixit: Cre-

Sap. 3.

Esa. 56.

Z

Obiectio aduers.

A Rñsio.

scite & multiplicamini & replete terrā? Peracta nāq; quinta nascētis sc̄li die, cū produxisset ab aquis deus pisciū & volatiliū genus, subiunxit scriptura & dixit: Vidēs deus q̄ esset bonū, ait. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris: aueq; multiplicētur super terrā. Rursum cū educeret Noe de arca cū omnib⁹ animālibus terræ in gr̄ie suo in vniuersos sua benedictionis mun⁹ diffundēs iterū ait. Crescite & multiplicamini & replete terrā. Secūdum illam utiq; misericordiā qua saluat homines & iumenta. Aperit manū suā & implet oē animal bñdictione. Igif benedictio fecunditatis non solum hoībus sed & iumentis data est. Quid ergo mali fecit Maria? Maledictionē inquit sterilitatis elegit potius q̄ bñdictionē fecunditatis. Intendite æquitatē. Iudex noster virginem dānat eo q̄ spreuerit bñdictionē iumentorū: & virginitatē eligens, bñdictionem accepit angelorum. Infirmum est (inquit Psalmista) cor meū & renes mei cōmutati sūt: & ego ad nihilū redactus sum & nesciui. Vt iumentum factus sum apud te: & ego semp tecum. Te nuisti manū dexterā meam: & in voluntate tua deduxisti me: & cū gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in celo: & quid volui sup̄ terrā? Igif propheta inuocato eo qd̄ sibi in celo repositum est, quē in terra hactenus diligebat in ei⁹ cōparatione libētē despicit: & superna iam spiritali amore ambiens tam diu se per delectationē carnalem iumētum fuisse erubescit. Infirmatū est enim (ait) cor meū & renes mei cōmutati sunt. Hoc est p̄ carnis semen in terra multiplicari cur appetā, cū mihi in celo hereditatē conseruari agnosca: Deus cordis mei, & pars mea deus in æternū. Hac est illa optima pars quā elegit Maria q̄ non auferetur ab ea. Et quā se in honore esse intellexit, non est cōparata mutis inspicitib⁹, nec similibus facta est illis. Voluit ergo aliqd̄ supra cōditionē iumētōrū appetere: & idcirco parū iudicabat, vel potius indignū reputabat, honori suo benedictionē iumētōrum anteferre. Quare (inquit) si melior erat virginitas fecunditate deus prius fecunditatem bñdicebat: & post modū lex sterilitatē maledicebat? Audi quare. Primū qm̄ fa-

Psal. 35.
Psal. 144.
B

Psal. 72.

Ad te

Luc. 10.

Psal. 48.

C Questio.

Rñsio.

ctus est mundus per creatorem benedicta est fecunditas vt multiplicarentur hoſes: poſtea quādo ab vno tm̄ populo agnit⁹ est deus. p̄ legē maledicta est ſterilitas vt multiplicarentur fideles: poſtremo quādo inſtabat tempus in quo nunc ab oib⁹ gētibus deus colitur, benedicta est virginitas vt ad vitam cælibem a carnis opacuncti prouocetur. Audi adhuc aliud. Si prima illa bñdictio fecunditatis ad ſalutem erat & ſecunda illa ſterilitatis maledictio ad dānationem: ergo fecunditas carnis meritum eſt, & culpa ſterilitas. Er go meliores fuerunt illæ mulieres q̄ multos filios pepererunt, q̄ illæ quæ nullos vel paucos habuiſſe legunt. Melior erat Cæthura q̄ Sarra. Melior Fenēna q̄ Anna: & ceteræ multæ quas ſcriptura cōmemorat deo nō in multitudine filiorū ſed per merita virtutū placuiſſe. Sed abſit a nobis vt vel fecunditatem carnis meritū, vel ſterilitatem culpā eſſe dicamus. Abſit a nobis vt credamus propterea legem ſterilitatē carnis maledixiſſe: vt eā ap̄d deū dānabilem offenderet: & nō potius vt eā (illo quidē tempore quādo ſucceſſio generis in multitudine filiorū querebatur) apud hoſes inſtructuoſam, & ob hoc quodāmodo inhonoratam demonſtraret. Nō ergo culpanda eſt virgo Mariā, nec accuſanda de contēptu legis in qua ſterilitas maledicitur: imo ſola ſingulariter laudāda, quæ prima legis verba non carnaliter ſapiēda conſiderans, elegit in terra abiectio plebis fieri & opprobrium hominū: vt per munditiā integritatis in celo fieret focia angelorum. Et pulchre prima inter foeminas virgo Mariā pro amore caſtitaſis maledictum legis in carne ſua pro nobis ſuſcipiens a maledicto legis liberavit. Vnde merito ei ſolī datum eſt vt filium pareret & virgo permaneret: vt quia prima fecunditatis carnis virginitatē ſponte prætulit: nunc & fecunda ſit carne & itēgra virginitate. Vides nūc qualis ſit accuſatio tua? Super eſt ergo illud, vt rationē iam reddamus quare poſt votum virginitatis Mariā virum habere cōſenſit. Aut p̄pterea virū habere cōſenſit hæc ſancta, vt celaretur propositū eius: approbante & hoc ipſum Ioseph, & idē proponente: aut ſi forte huius propo-

ſiti conſcius non erat ipſe Ioseph (qd̄ fieri potuit) parentibus nuptias imperantibus inobediens eſſe timuit: & ob hoc viro nubere cōſenſit ſpeciali (per ſpiritum ſanctū qui eſt a principio caſtitaſis amore accenderat) ſiducia confirmata & ſpequā in deum habebat non dubia, q̄ eam diuina miſericordia ita cuſtodiret: vt poſſet & voluntati parentum in matrimonio contrahendo obediētiā exhibere, & tñ nihil in eodē matrimonio impedimēti, inuētura eſſet pro quo votū virginitatis (qd̄ pro amore caſtitaſis ſuſceperat) cogereſt frangere. Suſcepit ergo cōiugiu ſed non mutauit virginitatis propositū. Et quia caſtitaſe dilexit, & obediētiā tenuit: inuenta eſt in ea & ſine detrimento virginitatis coniugalis ſanctitas: & ſine opprobrio ſterilitatis fecunda virginitas. Sic beatus ille Patriarcha fidei forma & obediētiā exemplum Abraham in reſpromiſſione acceperat q̄ in Isaac benediceretur ſemen eius: & tamē poſtea iuſſus a deo eundem quem vnigenitū habebat ex Sarra vxore ſua filium Isaac immolare: ſine mora aut cūctatione paruit: ſciēs pro certo q̄ tamēti ſecundū humanam rationem promiſſioni contraria videretur iuſſio: ſecundum illam tamē virtutē qua deo poſſibilia ſunt omnia, & cū obediētia iuſſionis impleri poſſet promiſſio. Sicq̄ factum eſt vt deuotio obediētiæ (qua deo iubentī parere non diſtulit) inueniret meritū: & fides qua deo promittētī credidit, promiſſionis fidelis conſequeretur effectum. Ita etiā hic fieri potuit vt beata iſta virgo deo cōmendās omne deſiderium ſuum tātā in ipſo ſi dutiam habuerit: vt indubitanter crederet, & parentibus ſe poſſe debitam obediētiā exhibere: & votū caſtitaſis, cuius ipſe ſolus conſcius erat, quemadmodum vellet eo patrocinate, inuolatum cōſeruare. Sed ſiue ita ſiue ita factum ſit nos quidē nullatenus ambigere debem⁹ beatam Mariā certa ac rationabili cauſa poſt votum ſeruanda virginitatis ppoſitumq̄ continentię: cōiugiu ſacramētum ſuſcepit, & tamen virginitatis propositum non mutare: veraciterq̄ nomē ſumpſiſſe coniugis & perſeueranter votū tenuiſſe integritatis.

CO. ſacroſancta & perpetua virgo Mariā, nō de viro, ſed de ſpiritu ſancto concepit, quē & peperit altiſſimi patris vnigenitū, Chriſtū deū & hominē. Cap. II.

H



Rima igitur propositiōnis parte probata, qua dictum est q̄ Mariā in cōſenſu cōiugali, virginitatis propositum non mutauit: nunc ad expositionē ſecūda partis, qua dictū est q̄ nō de viro ſed de ſpiritu ſancto ſine libidie cōcepit, ſermo neceſſe eſt ordinem ſuum proſequatur. Prima quidē partis ſententia (quia magis in quaſtiōe verſabatur) prolixiori diſputatione indiguit. Hęc autem qm̄ de ea minus dubitatū eſt, nō tā probationem q̄ expositionē requirit. Quare: itaq̄ in primis eſt quomodo intelligi oporteat qd̄ dictum eſt. Beatā Mariā de ſpū ſancto cōcepſiſſe. Scim⁹ nāq̄ & oēs iam frequentiſſimo nature vſu didicimus q̄ cū mulier a viro cōcepſiſſe dicitur non aliud niſi ſubſtantiā carnis ad generandā carnē per carnis coitū ſuſcepſiſſe memoratur. Et hæc quidem carnis ſubſtantiā de carne viri per ipſum carnis coitum tranſfuſa cū carne mulieris vna caro efficiat: vt id quod nāſcitur eſt ex vtriuſq̄ ſubſtantiā veraciter originē ſuam, ab illo per iſtam etiā ab iſta generatur: ergo mulier a viro cōcipit: cum a carne viri per coitum carnis ſemen ſuſcipit ad generandam carnem. Nec aliud concepit q̄ ille eſt a quo concepit, aut ipa quæ concepit: & qd̄ concepit hoc parit. Quid ergo dicemus? Nūq̄ ſpiritus ſanctus de ſua ſubſtantiā ſemen partus inſudit alio virginis? Quomodo ergo ſemen carnis miniſtrare potuit ſubſtantiā ſpiritualis? An forte ſemen carnis nō fuit qd̄ cōcepit eſt, & caro fuit, qd̄ natum eſt? Quid dicemus? Quomodo Mariā de ſpū ſancto concepit: Et ſi de ſpiritu ſancto cōcepit, quomō ſpiritus ſanctus pater Chriſti non fuit? Hęc omnia magna cōſidera-

tionē indigent: ne forte in re difficili & valde obſcura ſenſus humanus aliqd̄ amplius ſua poſſibilitate pſumat. Nec ideo de his dubitādum eſt quia obſcura ſūt: nec ideo aliqd̄ temere deſimūdum quia credenda ſunt. Queram⁹ ergo qd̄ concepit Mariā. Aut enim carnem non concepit & carnem non genuit: aut ſi carnē genuit carnem cōcepit. Quod em̄ concepit hoc genuit? Sed quomodo carnem miniſtrare potuit non caro aut non carnē gignere caro? Iſta perplexa inquiſitio ſiue querendū ratio quemadmodum ſane & cōpetenter intelligi valeat cōſideremus. Et primum quidē in ea quæ ſecūda ſolī tam ac vſitatam nature operationē peragitur conceptione eiſdem nature op⁹ quomodo compleatur, intueamur. In parentibus carnaliter generantibus & per carnis coitū nāſciturā carnē ex carne fabricantibus vtrōq̄ natura ſubſtantiā miniſtrat partui creando: vt ex vtriuſq̄ carne procedat quæ ſolum in vnius carne formanda eſt caro. Tamē hoc vctigal (qd̄ natura quaſi debitum quoddam ex inſtituto creatoris ad fabricam humani corporis abſoluendā impendit) ita prorsus ſine vlla neceſſitate a ut coactione ab ea requiritur: vt non niſi ſola dilectione. & (vt ſic dixerim) ſpontanea caritate ad id tribuendū inclinetur. Nihil eſt enim (preter ſolam dilectionem) quod hoc debitum a natura extorquere poſſit: ſed cū ſpontanea fuerit caritate perſuaſa, tunc nimirū ſibi mutuo ad opus cōſummandum ex vtrāq̄ parte libenter atq̄ gratanter occurrit. Sane quicqd̄ violenter nolēti abripitur: ad eiſmodi cauſæ effectū incongruum proſus atq̄ inefficax demonſtratur. Sola ergo dilectio eſt quæ naturā perſuadere & volentem quodāmodo cogere poteſt ad ſeminādum partum. Et quidem in muliere amor viri, in viro autem amor mulieris id agere ſolet: vt quia in altero ſolum natura ſibi ſufficiens nō eſt, vterq̄ alteri per dilectionem ſubueniat: vt quod neuter per ſe potuit, vterq̄ per ſe cum altero poſſit. Igitur ſemen humani partus a ſola muliere formādū concepitur: quod ſimul a viro & muliere ſeminat. Quod quidē (ſicut iā dictū eſt)

in muliere per amorem viri, & in viro p
 N amorem mulieris natura operatur. Pro-
 pter qd etiam mulier non nisi a viro cõ-
 cipere dicitur: licet tam de se q̄ de viro
 accipiat vnde foecundatur: Et recte de so-
 lo viro cõcipit, quia id qd cõcipit in alte-
 ro quidẽ de carne viri sumitur, in altero
 aut per amorẽ viri monstratur. Nõ itaq̄
 hoc solum de viro cõcipit, qd de viro ac-
 cipit: sed hoc et de viro cõcipit qd ex se
 de amore viri accipit. Hoc pmittere vo-
 luimus propter id qd dictũ est Mariã de
 spiritu sancto concepisse. Conceptit ergo
 Maria de spũ sancto: non q̄ de substãtia
 spũs sancti semen partũ accepit: sed q̄
 p amorẽ & operationẽ spũs sancti, ex car-
 ne virginis diuino partui natura, substã-
 tiã ministravit. Nã q̄ i corde quo amor
 spũs sancti singulariter ardebat, ideo in
 carne eius virtus spũs sancti mirabilia
 faciebat. Et cui dilectio in corde illi nõ
 suscepit societate: opatio in carne illi nõ
 habebat exẽplũ. Hoc igit̄ solũ virgo con-
 cepit, qd de sua carne p amorẽ & opatio-
 nẽ spũs sancti accepit: de quo et solo sine
 virilis seminis admixtione filii genuit.
 Nõ ergo libido carnis cõceptionẽ in vir-
 gine opata est: q̄ nec de carne viri semen
 accepit: nec de sua carne p amorẽ viri cõ-
 cepit, sed p amorẽ & operationẽ spũs san-
 cti. Nec ipse spũs sanctus idcirco pater xp̄i
 dicẽdũ est, q̄ ei amor cõceptionẽ virgins
 opatus est: q̄ nõ de sua essentia virginĩ
 semẽ partus tribuit, sed ipsi de carne pro-
 pria virginĩ p amorẽ suũ atq̄ virtutem
 substãtia ministravit. Christũ ergo & de
 virgine natũ est: q̄ de carne virginis car-
 nis substãtia accepit. Et de spũ sancto cõ-
 ceptus est, q̄ ipsa eũ virgo ex, sola carne
 sua sine admixtione virilis seminis p san-
erat ex aternitate. Ergo mel comedit diuinitatis humanitas, cum se infudit atq; vnuit infirmitati maiestas. Ibi humana natura pleno satietatis gustu supernam dulcedinē haurire cepit, vbi totū quod est deus ineffabili gratia sibi vnitum accepit. Tamē comedere hominis erat, esse cibū diuinitatis. Verus ergo homo Emmanuel qui mel comedit vt sciret eligere bonū. Verus deus Emmanuel, qui mel fuit nō per experientia discens, sed per naturam sciens seipsum bonū. Vnus tamen & idem per se & per natura sciens & per experientiam discens. Quia idem ipse homo accepit per experientia, quod fuit de⁹ ipse per naturam. O Emmanuel bone, nobiscum deus, propterea tu butyrū & mel comedere potuisti, quia Emmanuel fact⁹ es nobiscum deus. Deus enī apud te, nec accipere potuisti quod eras, nec quod nō eras sustinere. Propterea Emmanuel fact⁹ es nobiscum deus, vt in nostro humiliatus, in ipso & desuper quod tuum erat acciperes, & quod nostrū erat subtrus, tibi sociares. Ergo Emmanuel fact⁹ es nobiscum deus, vt posses butyrū & mel comedere & inter comedendū disceres, bonū eligens, malum reprobare. Sed quid dico: quis est sapiēs vt intelligat hæc? Quis ergo tu deus eras antequam in principio qui in principio lucem diuisisti ac tenebras, si bonum eligere, & malum reprobare nesciebas? An forte & hoc nescire virtutis erat, & discere dignationis: quia electio ad diuinam naturam non pertinet, cuius ad vtrumlibet se habere non fuit? Ergo Emmanuel eligere & reprobare didicit, quia qui in sui natura conditioni non subiacebat, in nostra liberū arbitrium assumpsit. Cui in se confirmato dedit posse non posse in malum deficere: & boni electionem voluntate libera sine coactione. Neq; idcirco minus liberū eo q̄ nec aliud pati possit voluntarium, nec ad aliud compelli inuitū. Sed idcirco vere & summe liberum, quia non possit vel aliud pati q̄ velle, vel aliud velle q̄ posse: siue aliud posse q̄ bene velle. Sic Emmanuel butyrum & mel comedit vt sciat reprobare malum & eligere bonum: quia in humana natura quam assumpsit rationabili iudicio voluntatis sanctę ma-

lum deseruit, & bonum elegit. Sicut scriptum est. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo legitima: præ confortibus tuis. Simili genere locutiōis de ipso dicit Apostolus. Et quidem cum esset filius didicit ex his quæ passus est obediētia, & consummatus fact⁹ est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aternę. Christus enim ex iis quæ passus est, obediētia didicit: quia qui filius erat æqualis per naturam vt subesse posset id quod inferius possibile erat per gratiam assumpsit. Quasi enim discere fuit quod per naturam in suo nō habuit in vsum ex alieno assumere. Solum nunc restat si forte inuenire possim⁹ Emmanuelē nostrū butyrum & mel non ad refectionem sed ad delectationem manducantē, ne quod fecit necessitas sit sed voluntas. Obtulerūt ei partem piscis alii & fauum mellis. Immortalis & impassibilis iam fuit fact⁹, & cibo corporali non indignus: tamen vt demonstraret quod fuit, comedit voluntate nō necessitate. Omnia itaq; bene seederent si obtulissent ei butyrū & fauum mellis, nisi forte idem piscis nobis significet, quia butyrum sine frictura nō sumitur. Nam & nos quotidie adhuc in butyro amaritudinem admixtam inuenimus, in melle purā dulcedinem percipimus: quia in opere pietatis labore affici-mur: in gaudio contemplationis dulcedine refouemur. Et hoc totū sit vt sciamus reprobare malum & eligere bonum: scilicet vt ipso experimento discamus quantum præsens vita, in qua nec bonū sine dolore fieri potest, fugienda sit: & futura, in qua dolor non est, appetenda. Per domini minū nostrum.

¶ Apologus probans omne cor prouum esse ad comedationē sui & suorum. T. III. Abula dicit Omnes bestias fect⁹ suos. Quos loui probandos presentasse: inter quas simia deformem natum trahens, rifu omnium castigari non potuit, quin suū ceteris anteferet. Ingenitū siquidem est omni animati amare qd genuit. De corde sensus nascitur, & amar corda foetus suos adeo vt sæpe animus peruersus in conspectu summæ veritatis tortuosum & prauum, & rifu omnium dignum sen-

Psal. 4. 4.

M
Heb. 5.

N

Luc. 24.

O

sum suum commendare non erubescat.

De stulto qui vt luna mutatur, & de iusto qui vir vnus est. Titu. III.

Personaliter vnus est, sed instabilitate & mutabilitate multi. Sicut vna est Luna: & dicitur prima, & secunda, & tertia, & quarta, & quinta &c. & sūt multę varietates in vno corpore, sic stultus modo plorans, modo ridens: modo tristis, modo hilaris: quasi crescens & deficiens & de alio ad aliud trāsfiens, multas ostēdit formas in vno homine. Quocōtra in laudē iusti dictū est. Fuit vir vnus. Vnus quippe est iustus, non tm̄ persona sed vita, quā dum per diuersos errores viuēdi nō scinditur, quasi in vna veritatis facie persisterens inuenitur.

Qz in sensu bonū hoīs nō est. Tit. V.

Homo peccādo fecit vt bestiis comparatur: tamen facere nō potuit vt in quo bestiis comparatus est, eisdem coequetur. Qui em̄ ratione superior esse de sūt, sensu se inferiorē suenit. Si visum consulis: superat lynces. Si odoratum interrogas: praeualent canes. Et quacūq; in sensu corporali laudabilia sunt, in ipsis excellentiora inuenies: vt alibi queras bonum tuū: neq; in illo confidas vbi bestiis compararis, & tamen nō aequalis.

De triplici pace. Titu. VI.

Vna est pax, quā habere debet homo ad deū, alia quā ad semetipm̄, alia quam ad pximū suum. Spiritus em̄ hominis hac lege inter deū & carnem cōstitutus erat, vt si deo superiori obediētiam debitam exhiberet, nunq̄ eius imperio subiecta caro contraheret. Qd̄tu ergo homo pacem ad deū tenuit, nullā in carne sua molestiam contradiciōnis inuenit. Sed postq̄ creatori suo per superbiam rebellis esse cepit, statim caro ab eius cōsensu se diuidens, subdita esse recusauit. Hinc homo variis concupiscentiarū suarum desiderijs distractus, & aliena & quę inconcessa fuerant appetens, terminos iustitię aduersus proximum suum transiit: atq; illic quoq; turbata pace ex omni parte inquietus & turbulentus esse cepit. Nunc ergo reparādo proponitur cōditio vt si pacem habere voluerit cū deo, habere studeat pacem eum proximo suo.

Cum autē spiritus deo plene subiectus fuerit, tunc & illam quā in carne sua portat cōtradiciōnē, gratia ad pacem reformabit: vt pacatus sit totus homo, & extra se cum proximo per caritatem fraternā, & in se per cōscientiam bonā, & supra se per gratiam diuinā. Propter hoc dum offertur hostia salutaris qua deo nos reconciliari oportet: prius osculo signū pacis offerimus, vt hac prēmisa quę inter nos constat pace, illam quę ad deum est, obtinere mereamur. Quando autem pro fidelibus defunctis hoc sacrificium salutare immolatur, osculū pacis ad inuicem viuētes nō accipiunt: quoniā hi pro quibus viuifica immolatio fit ab hac vita subtracta, humanę cōuersationis pacem vel cōcordiam tenere amplius aut exhibere non possunt. Illic ergo sola illa, quę ad deū est, recōciliatio quaritur, vbi deinceps presentis vitę, semel hinc educti, cōditioni nō subduntur. Viuētes autem per pacem proximi merentur pacem dei: & per pacem dei merentur pacem sui: nō illam quę animę est ad mundum, sed illā quę est inter animā & spiritum, per illam quę est inter spiritū & deū. Nam est quędam pax inter animam & mūdum suauiter viuētū & male: & est quędam pax inter animam & spiritum suauiter viuētū & bene: & est quędam pax inter deū & spiritum feliciter viuētū & beate. Similiter est bellum inter animam & mūdum non suauiter viuētū & male: & est bellum inter animam & spiritum non suauiter viuētū & bene: & est bellum inter spiritum & deum infeliciter viuētū, & male. Nam q̄ suauiter viuētes & male veram pacem qua sapiētia inuenitur in tempore ocii boni non nouerunt, beatus Iob testatur de sapiētia dicēs. Nō inuenitur in terra suauiter viuētū.

De dignitate & libertate rationalis creatura. Titu. VII.

Sola rationalis creatura ita cōdita est, vt ipsa bonum suū nō esset: sed illi a quo facta est, Magna ergo dignitas, vt nullū ei bonum præter summum sufficeret: & item magna libertas, vt ad bonum suum cogi nō possit.

De triplici exercitatioe, & qb̄ actiua & cōtēplatiua vitę figurat̄ noīb̄. Ti. VIII.

Vita mutabilis conditio talis est, vt in eodem diu stare non possit: cui adhuc ad laborem & dolorem conuertitur quod quæsitum est ad consolatiōnē. Fluctuat ergo in exercitatioib̄, & trāsire de alio in aliud: vt nunq̄ quieta sit, do nec ad veram stabilitatem perueniat. Ex exercitatioib̄ autē tria sunt genera: alia ad profectum virtutis, alia ad consolatiōnem infirmitatis, alia ad inflammatiōnem iniquitatis. Primę adificantes, secūde sustentantes, tertię subuertentes. Propter hoc deus adificantes induxit, sustentantes concessit, subuertentes prohibuit. Et diuisit tempora & loca distinxit adificatibus & sustentantibus exercitatiōib̄ quādo & vbi fiant, quę congrue simul fieri possunt, quia sustentatib̄ occupari, adificantes tenere nō sufficimus: & adificantes conuersi sustentantibus implari non debemus. Sex dies sustentantes habent: septimū adificantes. Sic sustentantibus omnia loca conceduntur: pauca adificantibus conseruantur. Exceptis his qui se adificantibus consecrarūt, & omni loco & tēpore illis inferuiunt. Duo em̄ sunt genera hominū scdm̄ has duas exercitatioes licitas adificantes ad contemplatiōes, sustentantes ad actiōes. Hę sunt duę vitę & duo populi, & duo testamenta: Lia & Rachel, Iacob & Israel, Sion & Hierusalem, Petrus & Ioannes, Martha & Maria, Sinistra & dextra, Lana & linum, Hordeum & frumentum, Aqua & vinum &c.

Qz elementum duobus modis dicitur. Titu. IX.

Elementū est prima materia corporalis complexionis. Elementum materialis representatio inuisibilis substantię & principij cognitionis a corporalibus ad incorporalia trāsēuntib̄. Illic elementum est principij substantię ad inuisibilem actum prodestitibus: hic elementum est principij intelligentię ad inuisibilem veritatem ingredientibus.

De trinitate vniuersitatis. Titu. X.

Verū vniuersitas trinitate vna subsistit. Est vnū quod nec ab alio est, nec scdm̄ aliud, vt creatrix natura. Est vnum quod ab vno est, & scdm̄ vnum: vt rationalis creatura a deo, similis deo. Est

vnum quod ab vno est, & scdm̄ duo, hoc est ab vno per vnum, vt corporea natura a deo creata, scdm̄ sapientiam increatam & creatam disposita. Primum exemplar est tm̄, non exemplum. Secundum exemplar & exemplum. Tertium exemplū tm̄, non exemplar.

Qz in originali peccato vitia tria, inobediētia duc & peccatum vnum fuerunt.

Titu. XI.

In originali peccato tria vitia fuerūt, inobediētia duc, & peccatū vnū. Tria vitia fuerunt. Superbia, auaritia & gula: duc inobediētie, nature & disciplinę. In superbia & auaritia inobediētia fuit naturalis præcepti. In gula inobediētia fuit præcepti disciplinę & superadditi: & omnia hęc quia vno actu completa sunt, vnum peccatum dicuntur.

Qz Christus & Sapiētia a diuersis variis quaruntur modis. Ti. XII.

Quidam Christū quæsierunt, & nō inuenierunt. Quidam quæsierūt, & inuenierunt, sed nō retinuerunt: quia non quæsierūt vt haberent, sed vt venderēt. Quidam Christū quæsierunt, & inuenierunt, & retinuerunt: quia non quæsierunt vt venderent, sed vt possiderent. Primis dixit. Quo ego vado vos non potestis venire. Quæretis me, & non inuenietis, sed in peccatis vestris moriemini. Secundis dixit. Ego sum, si me queritis, sinite hos abire. Et iniecerunt manus & tenuerunt eum. Tertiis dixit. Auete, & accesserunt & tenuerunt pedes eius. Primis quæsierunt, & non inuenierunt. Secundis inuenierunt, & inuentum occiderunt. Tertiis mortuum quæsierūt, & viuum inuenierunt. Sic multi sapientiam quarunt, & non inueniunt: quia inutiles iudicantur & abiiciuntur. Alii sapientiam querunt, & inueniunt, sed nō diligunt, quia ad lucrum & laudem humanam adipiscendam eam exponunt, & prostituunt. Isti Christum viuum inueniunt, sed occidunt: quia ex hoc in eis sapientia moritur q̄ eius dulcedine nullo amoris sensu perfruuntur. Hi assumuntur vt grauius iudicentur & præcipitentur. Alii mortuā quarunt, & viuā inueniunt: quia dum eam ad huius vitę usum nō appetūt, verius intus ad illi dulcedinē

Ioan. 13.

Ioan. 8.

Matt. 23.

nem & suauitatem pertingūt. Hi assumūtur vt eleuentur & glorificentur.

Q Deus in scriptura hominī foris loquitur per praeceptiones, prohibitiones, promissiones & minationes. Tit. XIII.

D **Q** Vādū homo intus deum audire loquentē potuit, doctrina exteriori opus non habuit: sed postq̄ librum vitae oculo interiori inspicere iam non valet: scriptura foris apponitur, vt eius salutem inspectione ad cognitionem veritatis renouetur. In hac autem scriptura & prohibitiones sunt malorum, vt ea fugiat: & praeceptiones honorum, vt ea exoptat. Et prohibitionibus quidem apponuntur cōminationes: quonīa solius maledictio homo cohiberi non posset: & praeceptionibus adiunguntur promissiones, quonīa solius boni amore non posset ad ipsum puocari. Et sunt quatuor ista generaliter discreta in omni scriptura, praeceptiones, & prohibitiones, promissiones & cōminationes: quorū duo prima ad vitae informationem pertinent: duo subsequētia ad fidei instructionē. In illis meritum, in istis premiū constat. Et perfectū facit fides recta, & operatio bona. Primū autem carnalibus cōminationes carnales: & promissiones & poenae temporales & premiā: deinde spiritalibus spiritalibus & aeternae. Postremo exercitatis sufficit ad exhortationem odiū mali & amor boni. Sic gradib⁹ suis creuit salus, & virtus proficit. In omni autē scriptura aut cognitio veritatis querenda est, aut forma virtutis. Primo studio historia & allegoria proponitur: secundo tropologia & in ipsa tropologia duplex similiter lectio est. Prima quae plana narratione mores instruit. Secunda quae exhortatione affectuosa in animo auditorum desideria virtutis accendit.

Q Deus cum homine sit quatuor modis. Tit. XIII.

F **Q** Vatuor modis nobiscū est deus: per praesentiam maiestatis, per participationem humanitatis, per vinculū caritatis, per patrociniū veritatis. In primo cognoscit mala nostra. In secundo expertus est. In tertio compatitur. In quarto aufert & est Emmanuel, id est nobiscum deus. Item cum quibusdam est deus per

fauorem gratiae, qui cum deo non sunt per meritū vitae. Cum quibusdā est deus per fauorem gratiae, & ipsi cum deo sunt per meritū vitae. Cum quibusdā deus nō est per fauorē manifestū gratiae, & ipsi cū deo sunt per meritum vitae. Cum quibusdā deus non est per fauorem gratiae: & ipsi nō sunt cum deo per meritū vitae.

Q De progressionib⁹ cognitionis. Ti. XV. Vinq̄ sunt progressionē cognitiōnis. Prima est in sensu. Secunda in imaginatione. Tertia in ratione. Quarta in intellectu. Quinta in intelligentia. Per sensum est in istis, & secundū ista. Per imaginationem non est in istis, sed scdm ista. Per rationē neq̄ ī istis est neq̄ scdm ista: sed est in illis & de illis quae sunt secundū ista. Per intellectum non est in illis, sed de illis. Per intelligentiam, nec in illis, nec de illis.

Q animus quatuor modis agenda tractat. Tit. XVI.

Q Vatuor modis in nostro animo agenda tractamus, cogitando, volēdo, deliberādo, vouendo. Cogitatio ad cognitionem pertinet, voluntas ad desiderium, deliberatio ad propositū, & ad promissionem votū. Si quod proponimus nō facimus, fallaces sumus. Si non facimus quod promittimus, fallaces & fallentes. Ibi mendaciū solū accusatur, hic & mendaciū accusatur, & promissum exigitur. Votum autem aliud occultum ad deum & coram deo: aliud manifestū ad deū & coram homine. Occultum votum fractū peccatum est, manifestū votum fractū, peccatum & scandalum.

Q De dissimili operatiōe dei. Ti. XVII.

S I in Tyro & Sidone haec facta fuissent & c. Demonstrare volēs dominus q̄ ab ipso sit & donum eius, & quando veritatem cognoscimus, & quando agnitam de bita deuotione veneramur: quibusdā veritatem praedicauit, quorū corda ad dilectionem veritatis nō emolliuit: quorūdam vero corda affectu bonitatis emolliuit, sed agnitione veritatis non illuminauit. In illis arauit & non seminauit: duritiem frangens, sed verbum non spargens. In istis vero seminauit, sed non arauit: verbum spargens, & duritiem non frangens: vt & vtrunq̄ ab eo esse

sciamus, & vtrunq̄ ab eo petere discamus: cum neutri sine altero ad salutem sufficiens esse agnoscimus. Sic soluitur

Questio. quod ex euangelio proponere solent cur deus in carne veniens illis verbum praedicauit, quos ipsum verbū non recepturos esse praesciuit: & quibusdā aliis praedicationis verbum non impendit: quos credituros si docentem audissent, agnouit. Quorūdam enī duritiā increpans, quibus veritas praedicata fuerat, sic ait.

Mat. n. & Luc. 10. Vēh tibi Corozaim, vēh tibi Bethsaida, vēh tibi Capharnaum: quia si in Tyro & Sidone haec facta fuissent, iam olim in cinere & cilicio poenitentia egressi. Hoc ergo mirum videtur, quare Iesus qui futurorū omnīū scientiam habuit, in Capharnaum praedicauit: cum illorum duritiā tantā esse praesciret, vt veritatem etiam oblatam non reciperent. Et quare item in Tyro & Sidone illa operatus nō est, quae operatus est in Capharnaum & Bethsaida, cum istos tales esse nō ignoraret, qui facile veritatem reciperent si audire illam & agnoscere potuissent.

Risio. Sicut enim impium videretur obediētes deserere: sic stultum videtur omnino rebelles docere. Sed illud iudiciū fuit, hoc exempli. Ne enim homo solum affectum boni sine agnitione sufficere putet, ac per hoc affectum se habere sentiens bonitatis, verbum veritatis non requirat: illos compunxit, non docuit, nec saluauit. Et ne rursus solam veritatis agnitionem sufficientem putet ad salutem, & legem audisse non fecisse consummatam iustitiam: istos docuit, nō compunxit & damnauit: vt dum alterum sine altero vicissim habere cognoscunt reprobi, vtrūq̄ necessarium sibi fore intelligant electi: & qui alterum habere se cognoscit, non de viribus suis praesumat, sed ab illo humiliter postulet quod non habet, a quo quibusdam alterū accepisse nō profuit: quoniam alterum districte iudicandis non impendit. Nō enim accipere meretur quod non habet, qui a se habere se putat quod habet: & propterea vicissim e duobus alterum a deo tribuitur, & alterum subtrahitur: vt vbi vtrūq̄ simul est ab ipso esse vtrunq̄ demonstratur.

Q De fide quid sit, & quae ad eam spectent. Titu. XVIII.

P Rinsq̄ ea quae ad fidem pertinent discutere incipiamus quid sit fides ipsa inspicere debemus. Apostolus sic de fide finit fidem. Fides est substantia rerū sperandarum, argumentum non apparentium. Cum enim res qualibet apud nos subsistant: vel per actum quando videlicet praesentes sensu comprehenduntur: vel per intellectum, quando absentes vel etiam non existentes in similitudine sua & in imaginatione capiuntur: vel per experientiam, quādo ea quae in nobis sunt sentiuntur a nobis, vt est gaudium & tristitia, timor & amor: quae subsistunt in nobis, & sentiuntur a nobis. Nullo horū modorum inuisibilia dei capiuntur in nobis: quae solum creduntur a nobis. Neq̄ enī per actum praesentia sunt, neq̄ in similitudine aliqua comprehendī possunt, neq̄ quemadmodū illa quae in nobis sunt, & sentiuntur a nobis. Ergo fide sola subsistunt in nobis: & subsistentia eorum est fides eorum quae creduntur, quia sunt: sed nō qualia sunt cōprehenduntur. Sic itaq̄ per solam fidem subsistunt in nobis, & sola fide probantur a nobis: nec aliud argumentum habere possumus, nisi quia credimus illa fide quae ratione non comprehendimus. Haec descriptio fidei ostendit quid faciat fides, sed in eo non diffinitur quid sit fides. Est autem diffinitio fidei haec. Fides est voluntaria quaedam certitudo absentium supra opinionem, & infra scientiam constituta. Et sciendum q̄ aliud est cognitio fidei, aliud fides. Cum enim idem sit sermo in auribus plurīū, omnes aequaliter quod dicitur intelligunt, sed non omnes aequaliter credunt: & cognitionem dictorū omnes habent, sed fidem non omnes habent. Potest autem cognitio fidei esse sine omni fide: fides autem sine omni cognitione esse nō potest. Multi tamen credit & nō habet cognitionem omnīū eorū quae credunt, quia credentibus & cognoscentibus credunt: & non norunt ipsi omne quod credunt, sed norunt illi quibus credunt. Eiusmodi est fides simplicium in ecclesia qui perfectioribus credendo & adhaerendo salui fiunt: sicut scriptum est.

N Fides quid

Iob. 1.

Bones arabāt, & aſine paſcabantur iuxta eos. Hī em̄ in fide perfectorum amplius credunt, qui in ſe credendo minus cognoscunt. Duobus modis creſcit fides, deuotione ſiue cōſtantia, & cognitione. Incrementa fidei per deuotionem per tres gradus procedūt. Primus gradus eſt acquirere, ſecūsdū eſtimare ſeu putare: tertius gradus eſt certum eſſe. Secundū hos tres gradus tria ſunt genera hoīm quę ſequūtur. Eſt em̄ quoddā gen⁹ hominū in ſancta eccleſia quibus credere eſt ſolum non cōtradictore fidei: qui ita viuunt vt nati ſunt, nō amando vel approbando in quo nati ſunt: qui ſi in alio nati eſſent, fideles nō eſſent. Cōſuetudine em̄ viuēdī fidem tenent, nō amore. Eſt aliud hominum genus atque cōſiderantiū ſtatū vitę humane, & dubiū, & ex eo quodāmodo fluctuare incipientiū in fide, qm̄ multos cōſpiciūt auerſos & alienos a fide: tū ducti pietate fidei e duobus dubiis hoc eligūt quod doctrina catholica docente dīdicarūt. Iſtis pax neceſſaria eſt, tribulatio periculosa: ne forte de aſſimātibus ſeu opinātibz negātes efficiātur. Eſt aliud genus hominū qui certi ſunt & cōfirmati in fide ſua: quos deus vel per exteriora miracula cōfirmauit, vel per interiorem aſpirationem edocuit. Iſti tribulatione non ſubuertūtur, ſed exercētur. Sciendum eſt etiā q̄ ſicut tres ſunt gradus per quos fides creſcit, ita tres ſunt grad⁹ p quos creſcit cognitio fidei. Prim⁹ grad⁹ eſt cognitionis fidei quo nihil min⁹ vnq̄ fides habere potuit: credere videlicet deum eſſe & eū ſaluatorem & remuneratōre expectare. Hęc cognitio fidei ſimplicib⁹ ante incarnationē verbi ad ſalutem ſufficere potuit, videlicet vt & deū crederēt & ſaluatorem expectarēt: quīs eiūſdē ſaluationis ſue modū & tempus nō cognoscerēt. Duo em̄ in hoīe tm̄ ſunt, natura & culpa: & creator ad naturam referatur, ſaluator ad culpam. Sub lege autē ſcripta creuit cognitio, quādo iam de perſona redēptoris manifeſte agi cōcepit, & ſaluator p legem promitti, & poſt promiſſionē expectari. Sub gratia autem adhuc amplius excreuit cognitio, cū ipſe iā ſaluator nō vt prius a multis putabatur ſolū homo, ſed & deus ver⁹ manifeſtatus eſt. Et ipſe

redemptionis modus nō in terrenā culmine poteſtatis, ſed in morte probat⁹ eſt conſtare ſaluatoris.

De caritate, fide, & ſpe. Tit. XIX.
Sicut virtutes reliquę bonum naturę ſunt, ita caritas bonū eſt virtutū om̄nium: quā qui habet, ſcđm aliquid omnē virtutē habet. Habet em̄ ſcđm affectū etiā illas quas ſcđm effectum nō habet. Virtutes em̄ affectu habere per gratiā ſtudium & meritū humanū eſt: effectū autem eas habere munus diuinū. Volūtas em̄ hoīs eſt: poteſtas vero dei. Ita voluntas hominis bona eſt ex deo, mala ex homine. Poteſtas dei eſt in malo, homini ad malum bona: in bono, homini ad bonum bona. Propter hoc qui caritatē habet, totū habet: & qui non habet nihil habet, vel vtiliter nō habet. Ideo dixit Apoſtolus de caritate: Caritas omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Fides bona offendit, ſpes arripit, ſuſtinentia defendit. Per fidē incipit nobis eſſe: per ſpem noſtra eſſe: per ſuſtinentiā nobiſcū eſſe. Fides dirigit: ſpes trahit: ſuſtinentia perducit. Et ſunt in caritate omnia hęc: quia in eo q̄ dilectū & placitū, amor ſuadet libenter credere, multum preſumere, nō facile deſiſtere.

De quatuor debitoribus. Tit. XX.
Quatuor ſunt debitoribus; deus, ſpiritus, caro, mūdus. Deus debet ſpiritu, vt eū & cognitione veritatis illuminet, & amore virtutis inſamnet. Spiritus debet deo, in omnibus quę agēda ſunt, ab ipſo erudiri, & ſcđm ipſum operari. Spiritus debet carni, vt eā & a malis cohibeat, & in bonis exerceat. Caro debet ſpiritu, in bono agēdo miniſteriū, & in cōmodo appetēdo modū. Caro debet mūdo ex ei⁹ abundantiā qđ neceſſitatis eſt ſumere, qđ virtutis eſt exercere. Mūd⁹ debet carni in neceſſitate ſubſidiū, in exercitatioe incitamentū. Sed ſpiritus creatori debitū nō perſoluit, quia vel per ſuperbiā elatus, cōtemnit ab eo ſcientiā, veritatis quare: vel per pigritiā ligatus, acceptā intelligentiā ſuſtinet opere exercere. Propterea & ipſe creator ſpiritu debitū iuſte negat: vt eum nec ad cognoscendū verum illuminet, nec ad bonum amādum inſamnet. Nam ſuperbiū intus a cognitione veritatis abiicit: pigritū autē in ope foris affligit.

1. Cor. 13.

Rurſus quia idem ſpiritus carni debitū non perſoluit: vt eam videlicet vel a malo cohibeat, vel in bono exerceat: ſit vt ipſa caro iuſta dei diſpoſitione non exhibeat ſpiritu qđ debet: hoc eſt vel in bono agendo miniſteriū, vel in appetendo cōmodo modum. Item quia caro per negligentiam ſpiritus laxata, mundo debitum non exhibet, ſed eius affluentia ad luxum voluptatis intorquet, & ad exercitacionem virtutis eius adminiſtracionem nō obtinet: ipſe quoq̄ mundus iuſta recompensatione ad miſeriam ſpiritus multiplicandam, eam & aduerſis frangit, & proſperis diſſoluit. Huius autē diſcordię, quia ſolus ſpiritus author eſt: neceſſe eſt vt ipſe prior ad pacem redeat: & cetera poſt ſe ſubſequeret ad pacem componat. Si enim ipſe & creatori debitam ſubiectionem, & carni iuſtum regimen exhibere ſtudet, perfecta & cōſummata iuſtitia ſubſequit: & reformata iuſtitia, concordia quoq̄ & pax perfecta reparatur. Sicut em̄ ex eius iniuſtitia pax & cōcordia cunctorum ſoluitur, ita per eius iuſticiam vniuerſa recōciliātur. Hanc autem iuſticiam ſpiritus habitam perdere potuit, amiſſam vero per ſe recuperare non poteſt: quia ne debitū creatori perſoluat, ignorantia fallitur: ne vero debitum carni perſoluat, concupiſcentia præpeditur: & ſi forte ex parte illuminat⁹, verū agnoſcere cōperit, & ex parte cōfirmatus bonum adimplere: nō poteſt tamē hic quod perfectum eſt ad iſci: ſed ſicut ſcriptum eſt, vt deguſtatam pro parte iuſtitia eſurire & ſitire incipiat, ſed non vt adepta plenitudine, ad ſatiētam pertingat.

De impedimēto cognitionis. Ti. XXI.
Sicut humor ſubtilis per exhalationes ſa terra ſuſum rapit: ſic intellect⁹ cordis humani per meditatiōes & ſcrutationes ſubtilis effect⁹ ad alta leuat. Et quę admodū humor aſcēdes frigore pſtingitur, & relabit vnde venerat: ſic multi ab intelligentia ſummorū per ignoratiā cadūt, propterea q̄ in bonis quę intelligere poterāt agēdis per deſidiā torpeſcūt. Sed lapſus niuis nec ſtrepitū facit nec lēdit: lapſus grādinis & ſtrepitū facit, & pondere lēdit: quia multi torpēt a bono, & nocent in malo: alii torpētes ſunt, nō nocētes.

De tribus motib⁹ in hoīe. Ti. XXII.
Res ſunt motus in homine. Motus v⁹ mētis, motus corporis, mot⁹ ſenſualitatis. Motus mētis in volūtate eſt, mot⁹ corporis in opere, mot⁹ ſenſualitatis in delectatione. In motu mētis ſolo liberum arbitrium eſt. In motu corporis & ſenſualitatis: quę ſequitur liberū arbitrium. Sic em̄ prima fuit diſpoſitio nature. Nam motus mētis volūtarius eſt appetitus. In volūtario liberum: in appetitu arbitrium. Mens igitur per ſe mouetur, & eſt primus volūtatis motus. Motū volūtatis ſequitur motus corporis. Mens itaq̄ (ſicut dixi) per ſe moueri habet: ſed ſcđm volūtatē creatoris ſui, quę forma illi eſt & explar & propoſita regula quę ſequatur. Et propter hoc, ſi ſcđm deū mouetur, hoc eſt iuſtitia: ſi præter deum mouetur vel cōtra deum, hoc eſt iniuſtitia. Ergo motus mētis iuſtitia ſemper eſt, vel iniuſtitia: motus autem corporis ſemper eſt obediētia. Quę em̄ mens mouetur, libere mouetur: quia voluntarie mouetur, & per ſe mouetur: & ei eſt q̄ mouetur vel ad meritum ſi bene, vel ſi male ad culpam. Quę autem corpus mouetur, neceſſitate mouetur, quia ab alio mouetur: hoc eſt a mēte: nec ipſius eſt q̄ mouetur, ſed illius a quo mouetur: ſiue ad meritū ſi bene, ſiue ad culpam ſi male. Ita motus mētis dominatur motui corporis lege nature ſubiecto: & quādo abutitur illo vitium eſt imperantis, debitum obediētię. Nec culpatur qui ducitur, quia neceſſitate ducitur: ſed culpatur qui ducit, quia in ſubiecto libertate abutitur. Porro voluntas, ſi iuſtitia tenuiſſet, haberet nō ſolum motum corporis obediētem, ſed & motum ſenſualitatis cōſentientem. Nūc vero quoniā rectitudinem ſuam ipſa nō tenuit, habet quidem adhuc ex indulgentia creatoris motum corporis obediētem: ex vindicta autē motū ſenſualitatis cōtradictorem. Cuius violentia aliquādo infirmata ſequitur, aliquādo autē corroborata coerct & moderatur. Si autē motus ſenſualitatis dominatur motui mētis, dominat etiā motū corporis, qui ſubiectus eſt illi: & tūc peccatū regnare incipit in noſtro mortali corpore. Si autē nō dominatur, vititur mens ſeruitio corporis.

nis sui, & exhibet membra sua arma iustitiae. Et sunt simul motus metris & motus corporis: seorsum autem motus sensuualitatis: & perficitur iustitia, & iniquitas cohibetur.

Y De instrumentis cognitionis. Ti. XXIII.

IN vocibus duo sunt: melodia, & significatio. Et in rebus duo: forma & essentia. In mentibus similiter duo: affectus & cognitio. In corpore autem humano duo sunt instrumenta: aures & oculi. Per aures ingrediuntur voces, vt per melodiam generant affectum, & per significationem cognitionem. Res vero per oculos ingrediuntur vt per formam similiter in mente generat affectum, & per essentiam cognitionem.

De sensu hominis, carnali & spiritali. Titu. XXIII.

Z Duo sensus in homine sunt: vnus carnalis, & alter spiritalis: & vterque bonum suum habet, in quo exultat & gaudet. Gaudet carnalis sensus atque tripudiat in aeris serenitate & solari claritate, in ciborum & potuum dulcedine, in locorum amoenitate, & fluuio iocunditate: & hic sensus bestialis est: namque bestiis & volucribus conuenit. Spiritalis vero exultat lumine diuino superinfuso, quod cõtempnitiuis conuenit: gaudet etiam in virtutum exercitatione in colenda iustitia: & cum exterior sensus, id est carnalis suo bono vitatur, tunc mentis interior sensus quasi obdormit. Vnde contingit eum qui bonorum huiusmodi iocunditate capitur, ne interioris quidem sensus bona sua agnoscere. Nam spernit exteriora, qui dulcedine bonorum interioris sensus rapitur. Inde est quod viri religiosissimi, stulti mundo esse videntur.

De diuinis luminibus. Titu. XXV.

A Bona dei lumina sunt, & ipse auctor donorum pater est luminum: apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio: quia nec illuminans transmutatur, neque non illuminans obscuratur. Generans enim non degenerat: & non generans non caligat: quia nec inferior est extens, nec obscurior latens. Lumina eius quando ad nos veniunt ab ipso non recedunt: & quando a nobis redeunt apud ipsum clarescunt. Quando ad nos descendunt, in nobis non deficient: & quando a nobis recedunt, minorationem

pro nobis non accipiunt. Itaque non transmutantur in nos quando participanda veniunt ad nos: nec obumbrant in se quando ab illuminatis & obumbrandis redeunt & remanent in se.

De conceptu & partu sapientiae. Titu. XXVI.

NON dũ erant abyssi, & ego parturiebar. Cõceperat deus sapientiam in prescientia futuri: parturiebat in voluntate creandi: peperit in procreatione effecti.

De triplici genere aspirationum. Ti. XXVII.

TRIPLEX est origo aspirationum: a deo, a diabolo, a natura. Quae a natura sunt, precedentem habent causam necessitatis. Quae a deo sunt aut diabolo, subito eueniunt & improvisa: a deo bona, a diabolo mala. Aliquando veniunt quae bona videntur & non sunt: & haec similiter a diabolo sunt, quorum origo exitu probatur. Hoc est, Probate spiritus si ex deo sunt.

De quinque iugis. Ti. XXVIII.

QUINQUE sunt iuga. Iugum iniquitatis, iugum mortalitatis, iugum legis, iugum proprietatis, iugum caritatis.

Deo nihil inordinatum esse potest. Titu. XXIX.

IN Babylone non requirit vnus alterum: sed respondet vni sibi in delubris eius. Parum est vt in caelo ordinata sint omnia: sed hoc mirum est quod etiam confusione mundana inordinata non relinquit sapientia diuina. Respondent enim ibi etiam opera tenebrarum, & non est quod requirat alterum: quia iusta ordinatio nihil relinquit inordinatum: & vnicuique quod suum est tribuit: & quod sibi confusum est, illi sine ordine & dispositione esse non potest. Sed & illa confusio interna cordium malorum non effugit dispositionem illius, vbi lucifuge cogitationes & desideria tenebrosa in occulto fluitantia respondet sibi: quia iustum iudicium sicut per sapientiam cuncta intelligit: ita per equitatem nihil sine retributione relinquit.

Deus non transmutatur. Ti. XXX.

NON transmutatur deus ex eo quod ipse est: non patitur vicissitudinem quod in ipso est. Nam quod ipse est, immutabile est: quod in ipso est, æternum est. Non transmutatur vt alius fit, non patitur vicissitudinem vt aliter fit.

De mysterio in forma caeli & terrae. Titu. XXXI.

G VALIS terra tales & terreni: & quales caeli tales caelestes. Sursum cuncta aequalia sunt. Deorsum sunt mores & valles, & alta & profunda, humilia & excelsa: & dissimiliter habentia cuncta. Mortalis quippe vita planum iter habere non potest: sed exultat & humiliat, & nunc equitatem ostendit, nunc vero abruptum praefert, & casum minatur: propter hoc talis terra, quales terreni. Sursum vero non est vbi offendas vel praecipiteris aut inaequaliter ambules: sed planum & aequale & consentiens & moderatum totum: & ideo quale caelum tales & caelestes.

De serie temporum & amandorum ratione. Titu. XXXII.

H PRÆTERITA praesentia & futura quasi vnum corpus aeternitatis perficiunt. Praeterita amare insipientis est: praesentia stulti: futura prudentis. Praeteritorum pietas est, praesentium cupiditas, futurorum caritas.

De fructu & desiderio iustitiae. Titu. XXXIII.

I BEATI qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Ergo non fatiati sed esurietes beati sunt. Nec ideo tamen beati qui esuriunt: sed ideo, quia saturabuntur. Si enim desiderium semper esset & effectus nunquam esset, poena potius & miseria non beatitudo hic esset. Sed misericordia dei nostri sanctis desideriis indubitatum spondendum effectus: & propterea beati sunt qui desiderant, quoniam hoc primum bonum est, & quod solum vita mortalis & poenis addicta consequi possit, velle bonum: quoniam habere & frui vita ventura sibi vendicauit. Ideo non dicit iustos beatos, sed esurientes & sitiens iustitiam. Si enim solos iustos beatos diceret, quis sibi hoc arrogaret? Propter hoc respexit imperfectionem nostram vt consolaretur infirmitate nostram: quia si hoc esse non possumus, velle tamen hoc esse ipso adiuuante & desiderare valeamus. Et hoc iterum quia non desiderantes gloriam sed iustitiam beati vocantur: quia multi patriam se amare dicunt, sed viam tenere noli. Gloria autem & beatitudo patria est: iustitia autem via: & non possunt ad patriam venire, qui viam non tenent. Quis est qui commodum non appetat: sed non omnes iusti esse volunt.

De sacramento corporis Christi. Titu. XXXIII.

DOMINUS Iesus Christus vt ostendebat diuinitatem suam refectioem esse animarum nostrarum, carnem suam in cibum nobis proposuit: & rursus ne illam horreret sumptionem humana infirmitas, consuetudine edulium specie illam velauit.

De gloria & poena corporis humani. Titu. XXXV.

QUANTA est dignitas anime, si corporis gloria tanta est! Quam enim spiritus hominis rebus omnibus quae videntur excellentior esse probatur, cum cuncta corpora in obsequium condita sint corporis humani: Vnde merito poenalaritate & miseria cunctis vilis factum est: quod conditione celsus, & sublimius fuerat constitutum. Cum autem reparatum fuerit, sublata e medio corruptione, quod cunctis melius est corporibus suscipiet: & tunc quoque sine miseria subiectum spiritui sociabitur ad gloriam, cui nunc in miseria est sociatum ad poenam.

Moyses typus fuit Christi inter deum & homines futuri mediatoris. Titu. XXXVI.

SCRIPTUM est quod non potuit populus loqui cum deo, & petiit mediatorem Moysen. Et laudauit hoc dominus, & dixit, quod Prophetam suscitaret qui mediator foret: & per ipsum mandata daret ad populum. Quae enim inuisibilia dei sunt, carnalia corda percipere non potuerunt: & contempnunt se nobis deus per humanitatem filii sui, vt ipsa mediante diuina percipiamus. Infirmas autem metes terror maiestatis operimeret, & splendidi lumine lippientes oculos obfuscaret: nisi nubes carnis intercedens & contemplationem excipiens, corda timida blandimento visionis demulceret.

Creatura non potest bene esse sine creatore. Ti. XXXVII.

VAE soli quia cum crederit non habet subleuantem. Duo sunt: qui fecit & quod factum est. Non autem potest bene esse illi quod factum est: sine eo qui fecit ipsum. Quod factum est per se cadere habet: surgere non habet. Qui autem fecit quod factum est cadere non potest: sed quod cadit subleuare potest. Propterea ergo melius est duos simul esse quam vnum solum.

De diuisione per iniquitatem & vnio-
ne per caritatem. Titu. XXXVIII.

Primū diuise iniquitas inter deum &
hōiem: deinde diuise ipsū hōiem.
Postea venit caritas & cōposuit atq; cō-
föderauit primo deū & hōiē: deinde
ipsum hōiem. Iniquitas bene vnita male di-
uisit. Caritas male diuisa bene vniuit. Si
militet iniquitas bene diuisa male vniuit,
& caritas male vnita bene diuisit. Iniqui-
tas ergo diuidit & vnit: & caritas diuisit
& vnit. Nouissime sequitur mors diuisi-
o, & ipsa propter iniquitatem vnit autē per
cōditionē ad caritatem. Mors diuidit cor-
pus & animā. Iniquitas diuidit deū & ani-
mā. Caritas diuidit spiritū & cōcupiscen-
tiam. Mors diuidit vnitatem cōditionis. In-
iuitas diuidit vnitatem recōciliatiōis. Ca-
ritas diuidit vnitatem abalienationis.

De triplici operatiōe phiē. Ti. XXXIX.

Naturalis operatiō philosophia: per
sensum agit in res subiectas: & descē-
dit ad singularia sine experimēto sensuū
infirma: quib; quasi baculo sustentationis
innitit, per se incedere nō valēs. Rationa-
lis operatiō philosophia: extra sensum est
agens in vniuersa: sola ratione vigēs. Arti-
ficialis operatiō: rationale instrumentū ha-
bet: & naturalem probat.

De triplici eruditione & duplici opera-
tione spiritus. Titu. XL.

Quidā ab intus erudiuntur, quidā a
foris sensum hauriunt. In illis stabili-
s est spūs sapiētiē: in istis mobilis. Ad il-
los prius meditatio: ad istos speculatio.
Illi acuminē sensus occulta penetrāt: isti
agilitate trāsuolat ad lōginqua. Et q nō
discernūt spūs, putāt morā meditationis
pigritia, & speculatiōis motū leuitatē: cū
corpus ab aīo qualitatē sumit. Sicut spū-
rit illuminat sic accēdit & quos illumi-
nat, cōgnitiōe veritatis illuminat. Et quos
accēdit, amore virtutis accēdit: & sepe nō
discernit operatiō eius in vtroq; & dicū-
tur pigri, stabiles: potētēs animo & com-
prehensiōe efficacēs, leues: cōpūcti, tri-
stes: lasciui, spū hilares. Et sit sine spū iu-
diciū spūs: & errāt hōiēs in iudicio, dum
quisq; solū hoc bonū putat qd amat. Si-
milē vero demōstrationē habēt medita-
tiō & cōpunctiō: & simulē pariter specula-
tiō & exultatiō, qm ab animi qlitate mo-

rus corporis format: & cōstat in alio qui
de grauitas sine pōdere, in alio leuitas si-
ne instabilitate. Meditatio & cōpunctiō
ad loāne pertinet: speculatio & exultatio
ad Christū. Alter dicit, Planximus vobis
& nō plorastis. Alter dicit, Saltauim; vo
bis & nō risistis. Venit Ioānes nō mādu-
cās & nō bibens, & dixistis, demoniū ha-
bet. Venit filius hōis māducās & bibens,
& dixistis. Ecce hominovax & potator
vini, & peccatorū amic;. Sic peruersis per-
uersa sunt omnia.

Quo prius pusillanimes fouēdi sunt p cō-
solationē vt surgāt: postea terrore cōfir-
mādi p increpatiōe ne recidāt. Ti. XLI. R
Scriba doctus in regno calorū qui p
Sfert de thesauro suo noua & vetera.
Noua sunt cōsolationes, vetera increpa-
tiones. Vetus em lex pōna pposuit qua
terrere: noua misericordiā qua foueret.
Quare ergo prius noua post vetera? Quia
pietas loquitur: ideo prius palpat, postea p-
cutit. Pusillanimes em prius cōsolatione
fouēdi sunt vt surgāt. Postea terrore cō-
firmādi ne recidāt. Cōtumaces & durī
prius increpādi sunt, vt timeant: postea
fouēdi cōsolatione ne desperent. Cū ergo
pietas loquitur noua & vetera: cū se-
ueritas loquitur, vetera & noua: vel ideo
sequitur vetera nō pcedūt: quia ex ad-
iecto & superabūdanti esse debet qd durū
est: & pōnā habet caritas maior.

Quo pro temporalī abundantiā nō des-
bet fraternitatis frāgi cōcordiā. Ti. XLII
Gen. 45.

Prohibet Ioseph fratrib; suis onera-
tis asinis ne cōtendāt i via: qā Chris-
tus in huius vite itinere si quādo nobis
abundantiā tribuit: pacē tñ & cōcordiā ad
inuicem pro eadem frangere & violare
non concedit.

Quo virtus & veritas filius esse volūt. XLIII. T
St in sapiētiā spūs stelligētē, certū,
suauis, amās bonū, acur;, q nihil ve-
tat bñfacere &c. Virtus & veritas cū de
eodē sunt nō se impediūt. Vnde cū dicitū
esset de spū sapiētiē qm acur; est subiu-
ctū est statim: qm nil vetat benefacere. In
philosophis gētiliū acumen spiritus erat,
sed idipsum benefacere verabat: quia il-
lorū intentiō quo magis per acumen po-
uebarur extranea cognoscere, eo magis p
occupationem impendebat propria cō-

siderare. Vera autē sapiētiā semp virtū-
tem habet comitē, quia hoc magis appe-
tit scire qd magis expedit esse. Vnde ad-
huc de ipso dicit. Certus suauis amās bo-
nū. Certus scilicet experiētiā, suauis gu-
stu, amans bonū: quia non potest odire in
opere quod vere diligit in cōgnitiōe.

De duplici amore & superedificatiōe.
Titu. XLIII.

Si quis autē superedificat sup fundamē-
tū hoc, aurū &c. Tria sunt grā hōim.
Sunt qui amāt solū deū: hī edificāt super
fundamētum aurum, argentū, lapides &
preciosos. In amore virtutis, aurum: in co-
gnitiōe veritatis, argentū: in incorruptio-
ne boni operis, lapides preciosos. Sūt alii
qui amant aliud prater deum, tamen ni-
hil contra deum, neq; aliquid plusq; deū.
In his fundamētū quidē manet, qā amor
dei non destruitur: sed tñ ex affectu eorū
quae pariter amantur, quia quēdam cor-
ruptio cōtrahitur ligna & scēnū & stipu-
la superedificant. In ligno peccatū illiciti
operis: in sceno sine opere peccatū praua
delectationis: in stipula illicitē culpa cogi-
tationis. Sunt alii qui amāt quēdā cōtra
deū, & in his fundamētū oīno destruitur:
quia amant aliud prater deum, tamen ni-
hil contra deum, neq; aliquid plusq; deū.
In his fundamētū quidē manet, qā amor
dei non destruitur: sed tñ ex affectu eorū
quae pariter amantur, quia quēdam cor-
ruptio cōtrahitur ligna & scēnū & stipu-
la superedificant. In ligno peccatū illiciti
operis: in sceno sine opere peccatū praua
delectationis: in stipula illicitē culpa cogi-
tationis. Sunt alii qui amāt quēdā cōtra
deū, & in his fundamētū oīno destruitur:
quia amant aliud prater deum, tamen ni-
hil contra deum, neq; aliquid plusq; deū.
In his fundamētū quidē manet, qā amor
dei non destruitur: sed tñ ex affectu eorū
quae pariter amantur, quia quēdam cor-
ruptio cōtrahitur ligna & scēnū & stipu-
la superedificant.

De carne iumēto & spū sessor. XLV.
Caro iumentum est, sessor spiritus: qui
illi calcaria adhibet, qm pigram ex-
citāt: frenum quando impetuolam mode-
ratur & cohibet.

De occultis & manifestis hominis & ho-
mini. Ti. XLVI.

Quedam sunt manifesta hominis &
manifesta homini. Quēdā sunt oc-
cultā hōis & manifesta hōi. Quēdā sunt
occultā hōis & occulta hōi. Debet igit
homo primū erudiri in iis q manifesta
sunt, & exerceri vt ad cōgnitiōne occult-
torū perueniat. Vere, n. mala cognoscere,
hoc est improbare & scire q mala sunt:
nec dicere malū bonū: aut bonū malū exi-
stimare, & discernere inter tenebras & lu-
cē, & noctē & diē, & noctē & noctē, & in-
ter diem & diem, & iudicare oēm diem.
De vita & morte, gaudio & dolore du-
plicitibus. Ti. XLVII.

Duo sunt vita & mors: & post hac
sequitur duo, gaudiū & dolor. De
vita, gaudiū: de morte, dolor. Er est bona
vita & mala vita, & gaudiū bonū & gau-
diū malū: & est bona mors & mala mors,
& bon; dolor & malus dolor. Corpus ex
aīa viuit, aīa ex deo. Primū vtrūq; benedi-
xit: postea aīa mortua est iniquitate: deinde
corpus percussum mortalitate dissolutū
in morte. Postea aīa viuificata iustifica-
tione: deinde corpus resurrectiōe. Nūc er-
go vetus homo, i. caro in cruce est: nouus
aut. i. aīa in resurrectione. In resurrectiōe
ergo nra gaudiū nostrū i cruce nra obce-
dētia nra: hīc patiētiā, ibi letitiā. Qui car-
ne crucifixus nō est, aīa nō resurrexit: &
ibi sentit vbi viuit, & vbi sentit, ibi sapit.

De duabus ciuitatibus & duobus
populis & regibus. Titu. XLVIII.
Vē sūt ciuitates, Hierlm & Baby-
lon: & duo populī amatores dei ci-
ues Hierlm, & amatores mūdi ciues Ba-
bylon. Et duo reges, Christ; rex Hierlm,
& diabolus rex Babylonis. Inter has ciui-
tates & duos pplos & duos reges bellum
est iugit & discordia & pugna: & signat
vtrq; milites suos, Christ; suos, & diabo-
lus suos: vt agnoscat quib; regē suū &
agnoscat eū, & sequat eū. Hierlm em
ciuitas est surtū i celo: Babylon deorsum
in terra. Silt Christ; iā surtū est: diabolus
deorsum. Milites Christi sequunt regem
surtū: & milites diaboli sequunt regē surtū.
Christ; trib; exēplis viā nobis ostēdit, qua
eū sequi debeam; silt & diabol; tria ppo-
suit qb; post eū pccitent q est sequitur.
Iter em ad Christū, qā sursum est, arduū
est, & arctū est: & in lōgū sublime. Iter ad
diabolū deorsum est, latū est, & breue in
pfundū, & ad pccitādū facile. Ideo Chri-
stus exēplū pauptatis reliquit, vt exonera-
ti sarcina terrenarū rerū leues ascēdam;
per arduū. Exēplū hūilitatis vt modici si-
ne difficultate trāseam; p arctū. Exēplū
patiētiē, ne deficiam; i lōgū. Exēplū pau-
ptatis dedit cū dixit, Vultes foueas ha-
ber & volucres cali nidōs: silt; autē hōis
nō habet vbi caput reclinet. Exēplū hūili-
tatis dedit cū dixit, Discite a me, quia mi-
tis sum & humilis corde. Exēplū patiē-
tiē dedit qm cū percuteretur nō repercut
sit, cū occideretur sustinuit. Exēplū iterū
i i i i

paupertatis, quia in hoc mundo diuitias habere, noluit. Exemplū humilitatis, quia gloriam spreuit. Exemplū patientiæ, quia mala sustinuit. Cum laudaretur non lætabatur: cum malediceretur, non tristabatur: cum premeretur non fragebatur. Ait quidam illi. Magister bone: & respondit. Quid me dicis boni? Ecce humilitas. Et alii dixerunt. Demoniū habes: & dixit. Ego demoniū non habeo, sed honorifico patrem meū. Ecce patientia. Et cū requiret populū eū vt regem faceret, ille, humilitatis exemplū relinquēs, fugit, & gloriam spreuit: & multa alia ad hæc pertinentia, exempla. Prima est ergo paupertas, vt abiciamus quod grauat, in quō est peccādi occasio. Et quia paupertas despicitur, sequitur humilitas: quia ipsa etiam propter deum vilitas amatur. Et quia rursū qui vilis est sine reuerētia læditur, necessaria est post humilitatē patientia quā oīa aduersa propter deū fortiter tolerant. **D** Paupertas leuem facit & expeditū: humilitas modicum: patientia fortem & robustū. Ecōtrario diabolus suos primū diuitiarū pondere in amore & sollicitudine onerat, vt deorsum ruant. Secūdo per superbiam inflat, vt per latū incedat. Tertio per impatiētiam frangit, vt cito deficiant. Hi duo pplī duas ciuitates ab itinē suo ediffcauerūt: Babylonē quæ a Caym inītiū cepit: & Hierusalē, quæ ab Abel. Primus em̄ homo duos genuit filios, diuisionis principii & diuisionis signū: quia illa massa naturę humanę quę in ipso primū per cōditionē tota condita erat ad gloriā, postea p̄ prauaricationē tota addicta erat ad poenam: vt ostenderetur q̄ misericordiā & veritas iā tunc diuidi inceperūt in vasa misericordię, & in vasa irę. Et abiectus est primogenit⁹ terræ: sicut primogenit⁹ cęli corruerat, si tñ primogenit⁹ erat, qui genit⁹ nō erat. De ipso em̄ dictū est. Ipse est principii vianū dei. Et reprobata sunt prima, vt ostēdatur q̄ finis principio melior est: quia quæ in principio facta sunt a deo, bona quidē facta sunt, sed bona inpatientia: quæ autē in fine faciendā erāt, bona faciendā erāt, & bona cōsummata. Propter hoc etiā in ipsa rerū conditione, primū materiā fecit: postea formā superaddidit: vt ostēderet q̄ similiter in rario-

nali creatura primū esse factū erat, postea autem pulchrū esse & formosum esse: & melius addendū erat, vt nō nimis gloria retur in eo quod primū bonum acceptat, sed ad illud potius festinaret, quod postea melius acceptura erat. Sed primo **F** genit⁹ primū dilexit vt pderet nouissimū, & ideo reprobatus est: & ille in celo & iste in terra. Sed ille de celo deiect⁹, in terra hominem per inuidiā supplārauit, iste in terra reprobus effectus fratrem suum zelādo occidit. Quia em̄ vita illius grauis ei fuit, ideo ad mortem illius festinauit. Cruciabatur em̄ nequā conscientia quotidie contra se testimoniū cernens vī tam iusti: & quasi grauis ei ad videndū fuit, ex cuius presentia sua condemnabatur malitia. Idcirco auferre festinauit e medio ipsum ne eū videret ad confusio-

nem sui, quē videre noluit ad emēdationem & correctionem sui. Fortassis existimās postea nō fore deū vindicē iniquitatis, si nō superesset homo iustus testis veritatis. Sic ergo Caym interfecto fratrī Babylonis fundamēta posuit. Abel autē interfectus sanguine suo primordia Hierusalē in terra cōsecrauit. Sic Ismahel primogenitus reprobus fuit: Ysaac vero electus. Esau quoq; ab hereditatis sorte & dono benedictionis reprobatus. Iacob diligitur & eligitur: & reprobato Heliab primogenito, Dauid iunior ad regni fastigiū sublimatur. Semper autē milites diaboli furore pugnaverūt, & milites Christi paciētia vicerūt, regem suū paupertatis amore, & humilitatis studio sequētes, paciētia autē ad ipsum peruenientes.

De officio & prate platoꝝ. Ti. XLIX.

Considerate fratres misericordē dispensationē dei. Solus ipse peccata tollere, & peccatores iustificare potest: tñ vt humanā cōsciētia de sua pietate certam faceret potestatem relaxādi peccata & indulgēdi arbitriū homini cōcessit, vt homo ad hoīem quasi ad cōsimilē suū familiaris & fiducialis cōueniret: quē & videre posset veniā postulaturus, & acceptur⁹ audire. Deus em̄ hoīem oratē videre potest, sed homo deū indulgentē videre nō potest. Idcirco voluit deus vt homo homini loqueretur: & de sua salute cum illo tractaret & veniam peteret: & indul-

gentiam acciperet. Sed ne forte ab homine salus dubia esset, deus homo fact⁹ est: qui nec falleretur iudicando, nec falleret miserēdo. Sic omne iudiciū datum est filio, diuina potestate in participationē hominis transfusa, vt homo peccata dimitteret: iuxta diuinū tamen iudiciū: cum idem ipse homo deus esset. Ipse autē homo Christus sicut parriceps factus fuerat naturæ nostræ, ita participes vos esse voluit honoris sui: & idcirco dedit vobis prius de spiritu sancto: vt pri⁹ essetis participes veritatis, deinde cōseres dignitatis. Videte ergo ministeriū vestrum fratres, iudicate iudiciū dñi, quia iudices seculi positi estis. Audite quod dictū est. **D**ñs iudicabit fines terre. Propter hoc. dominū iudiciū suum in finem distulit: vt vos prius iudicē ad correctionē, ne ipse post cum iudicare cōperit, iudicet ad damnationē. Vos enim non quasi iudices criminū ad percussēdū positi estis, sed quasi iudices morboꝝ ad sanandum. Videte ergo languidū in manib⁹ vestris quem vobis misericos ille Samaritanus commisit: pro quo preciū iam ab eodem accepistis, ne de vestro cōsister curatio illius. Habetis duos nummos in testamēto duplici: veteris monetē vnū, & vnū nouē, vt emātur veteri ea medicamina quæ mordent: nouo autē medicamina quæ fouent. Prima ad purganda quæ putrida sunt. Secunda autem ad viua cōfirmanda. Ista sunt duo debita, præcepti scilicet & voti. Debitum præcepti quo doctrina impeditur: debitū voti quo exemplū formatur. Hi sunt etiam duo gladii quos in Christi passione ad defensionē Petrus parauerat. Vnus scilicet corporalis, qui secūdū legem veterem poenam peccantib⁹ irrogat: alter vero qui scdm nouam legē spiritaliter culpas feriens, homines sanat. Hic est gladius vester, quo vos ferire debetis vitia hominū, ipsos homines amantes: quem vobis Petrus reliquit, si tamen feritoris illius heredes facti estis, & imitatores esse vultis. Nondū adhuc Christus crucifigebatur, & tñ Petrus seruoꝝ suū cohibere nō potuit: sed exerto gladio percussit seruū Pontificis: nec multitudinē timēs nec potestatem. Et nisi Christus eū cohibuisset, forsitan maiora adhuc Petr⁹

fecisset. Nec tamen tñc Petrus dicere potuit, Plures sunt qui nobiscū sunt, q̄ qui cum illis. Cōsiderate ergo & videte quid facitis. Christus in oculis vestris crucifigitur: & vos adhuc gladiū in vagina habetis: cū tñ multitudo maior vobiscū sit, q̄ cū illis. Quid vos in passione Christi fecissetis, qui modo ad percussēdū pigri estis? Ecce Christus in oculis vestris occiditur. Quid em̄ est Christianus nisi corpus Christi? Ipse quippe dixit. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ergo in christiano Christus occiditur, & in christiano Christus tribulatur. Quid ergo facitis? Quid pigri, qd timidi estis? Forte quia nō statis sicut Phinees, idcirco irā placare nō potestis vt cesset quasi satio. Forte quia discubuitis ad olas Pharaonis & saginam diligitis, pigrum vobis est surgere ad bellum. Forte quia lanā diligitis & lac non oues: idcirco pacis vosmetipsos non oues, & fugitis veniente lupo, quia de ouibus non curatis. Saltem si lac ouiu comeditis, carnes comedere nolite. Si fructū pro custodia cuius queritis, ipsas viuas seruate. Bonus pastor etiam carnem suā ouibus suis edendam dedit, vt eas reficeret: sed vos nō solū mercenarii pastores precii pro custodia queritis, sed ipsas etiā oues lupi facti ad vestrā refectionē necatis. Vt pastoribus malis qui pascut semetipsos, nō oues: & vtinā solū nō pascerēt, si nō etiā depascerēt: nūc autē & mercenarii fugiūt, & lupi occidūt. Mercenarii fugiūt, nō mutando locū, sed subtrahēdo auxiliū. Lupi occidūt, quia & visibiles corpora laniāt, & invisibiles aīas necāt. Si ergo pastores estis, vigilate super gregem vestrum: nec oues Christi laniari permittatis in manib⁹ vestris: ascēdit ex aduerso, & date vos murū pro domo dñi, & quasi boni canes latrate circa caulas ecclesię vocibus confidentię, vt timeant: & vos pro bona custodia præmiū accipere mereamini.

De tribus crucibus. Titu. L.

Mhi autē absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. In cruce Christi gloriatio est: in cruce dextris latronis consolatio: in cruce sinistri latronis confusio. In cruce Christi pœna sine culpa, & post pœnā gloriatio. In cruce

dextri latronis poena pro culpa, & post poenam remissio. In cruce sinistri latronis poena pro culpa, & post poenam damnatio. Dicitur homines quando poenam sustinent: si meruissimus non erubesceremus, nunc autem iniuste pati & sine culpa ignominiosum nobis est. Oculi qui non vident, imo si pro culpa pateris erubesceris sine culpa pateris, gloriare. Latro magis vis esse quam Christus? & forte sinister blasphemator, non confessor. Tu enim pro culpa pateris, & culpam non agnoscis: nec iudicem veniaris. Si saltem dexter fuisses latro, culpam humiliter agnosceres, poenam patienter sustineres, veniam deuote implorares: nec pro poena presumeres, ne pro culpa desperares: sicut quidam qui de sua sustentatione gloriantur, de poena murmurant, de culpa desperant.

De duplici oleo, s. dei & mundi. Tit. L.

Matth. 25. **D**es nostrae extinguunt. Habet oleum deus, habet oleum & mundus. Ad oleum dei vasa deficiunt: oleum mundi in vasis deficit. Oleum dei dulcedo aeternorum: oleum mundi delectatio presentium. Illa sufficit, ista deficit. Propterea vasa stultarum virginum vacua fuerunt, vasa viduae sapientis plena: vasa corda sunt, oleum gaudium.

De salitate consolationis mundanae. Titu. LII.

Luce. 6. **V**obis diuites qui habetis nunc consolationes vestras. Anima romana si si vere saperet, nihil saperet praeter verum bonum. Non enim est bonum eius aliud quam verum bonum. Hoc igitur solum est in quo gaudere deberet in abundantia sua: & in quo consolari deberet in egestate sua. Et utique siue abundans siue egens bene illo gauderet & bene consolaretur, si illius neque in abundantia, neque in egestate egestatem pateretur. Nunc autem primum malum eius factum est, ut illo sublato egestatem illius patiatur, ut illud non habeat: deinde secundum malum accessit, ut in alio bono consoletur, ut illud non requirat. Perditio ergo eo quod intus erat bono, egressa est anima ad ea quae foris erant bona aliena: & pactum fecit cum delectationibus seculi: & regressa induxit eas ad se ut fornicaretur cum eis intus in abscondito cordis sui: & requisieret super eas,

& consolaretur in eis: & non respiceret absentiam boni sui, eo quod abundantiam suam cerneret & consolationem in bonis alienis. Nunc igitur anima desolata a bono suo, desolationem suam non agnoscit: quoniam secum habet societatem alienam delectationum huius mundi ingrediendum ad ipsam per sensus carnis ipsius: vel cum ipsa egreditur ad illas. Cum autem clauduntur portae istae sensuum carnalium, non patebit deinceps via transeundi adiuuicem: & tunc separabitur societas vanitatis, & erit mundus foris exclusus, ne ingrediatur: & anima intus inclusa, ne egrediatur: & veniet anima ad portas oculorum & clausas inueniet, ut non egrediatur per visum: & declinabit ad portas aurium, & obstruas inueniet, ne egrediatur per auditum. Deinde diffundet se per aditus sensuum reliquorum, & non erit transitus ullus: quoniam repagula mortis perpetuae inflexibili rigore & immobilibus feris valuas sensuum aditus commercii anti qui sine fine concludent. Tunc anima miserata in hoc tristi dissidio solam se inueniet: & conuertens se requirere incipiet socium illum qui intus est, & excludi non potest: & non poterit habere societatem illius in desolatione sui: quia non requisit illum in consolatione sui. Tunc illa infelix desperatione cadet ad se, & damnatione sub se: & aperiet se profundum in obuiam ruenti: & cum illam exceperit, continuo claudetur sursum, & aperietur deorsum, ut sine fine cadat, & ad finem non resurgat. Et tunc primum agnoscat verum esse quod dictum fuerat. Vobis soli quoniam cum ceciderit non habet subleuantem. Propterea dixit: Orate ne fuga vestra, hyeme fiat, vel sabbato. Quid enim est hyems nisi torpor mortis? Er quid est sabbatum, nisi post mortem tempus perpetuae vacationis? Hyems siquidem tollit ambulandi potentiam: sabbatum negat licentiam. Sic & imminetis mortis torpore astrictus homo a correctione praepeditur: post mortem vero poenitentia non recipit. Hic grauat, ne prima opera exerceat: ibi ligat ne imminetent damnationem euadat: hic correctio grauis, ibi emendatio impossibilis. Propterea bonum est fugere iram venientem priusquam sentire incipias imminetent: ne vel

voluntas minus efficax sit sine ope, vel dolor inutilis sine correctione. Cogitet ergo anima in societate alienorum nunc posita, quod non poterit semper permanere cum illis: & elingat interim socium illum, qui cum omnia subtracta fuerint, solus fidem seruat dilectoribus sui: nec recedit in tempore angustiae. Et si durum videatur pro eius amore nunc omnia mundi blanda respicere: audiat ipsum consolantem & dicentem. Nonne ego melior tibi sum quam decem silis? Quid enim? Dulcis est mundus: & dulcis non est deus! Absit, spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauam. Hanc ergo fratres dulcedinem si gustare coeperitis: nec falsam dulcedinem diligetis, nec veram amaritudinem sentietis.

1. Reg. 1.
Eccles. 24.

De quadruplici recordatione praeteritorum malorum. Tit. LIII.

Quadruplex est recordatio praeteritorum malorum. Prima, quae animam ad consensum prauitatis inflectit. Secunda, quae delectatione illicita memoriam afficit. Tertia, quae ad compunctionem & contritionem poenitentiae cor emollit. Quarta, quae ex fiducia veniae ad gratiam actionem mentem accedit. Prima est malorum, secunda incipientium, tertia proficientium, quarta perfectorum. Primam deus pro culpa imputat. Secundam condonat. Tertiam remunerat. Quartam glorificat. Prima est iniquitatis, secunda infirmitatis, tertia virtutis, quarta felicitatis.

Vnde vitium originem trahat. Titulus. LIII.

R Omne vitium ex natura origine trahit, quia non est aliud vitium, quam affectus naturalis praeter ordinem & supra mensuram. Ordinem transgrediens, quando mouetur ad ea quae non debet. Mensuram excedens, quando mouetur plusquam debet. Illa appetens propter indigentiam: haec effertuens propter vehementiam. Illic peruersus, hic nimius. In dauid propter indigentiam appetitus mouebatur ad ea quae non debuit, quando esuriens panes sanctificatos concupiuit. In Ammon filio eius propter vehementiam mouebatur plusquam debuit, quando Thamar sororis suae dilectionem usque ad carnis libidinem relaxauit.

1. Reg. 21.
2. Reg. 13.

De variis viis hominis. Titulus. LV.

Via vitae mandatum iustitiae. Primo homini aperta fuit via ad vitam breuiem & leuam. Nunc autem redemptibus ad vitam viam demonstrantur, pro vna muliere, pro breui longe, pro leui laborioso. Sic enim dignum fuit ut homo dei adhuc vnus erat haberet viam singularem, propinquam breuiem, iustus leuam. Nunc autem diuinitus multiplicem, remotam longam, peccator grauem. Concupiscentia diuisit hominem, iniquitas abalienauit, mortalitas debilitauit. Nunc ergo prima via est ut ad semetipsum redcat: & de multis vnus fiat. Deinde pergat ad ipsum, qui est super ipsum. Prima vna est de multis ad vnum multiplex. Secunda vna est de vno ad vitam simplicem. Prima vna est de vitis ad virtutem: secunda vna est de veritate ad beatitudinem. In prima via est fragilis homo relinquere anata. In secunda via debilis apprehendere insolita. Primum homini vni vnum preceptum datum est, leue factum, breue effectum. Primum dictum est illi ut ab vno quod foris erat abstineret: postea ut ea quae intus erant vinceret: quod nec leue erat ad faciendum, nec breue ad perficiendum. Ibi vnum faciendum erat: hic facienda multa obstitunt. Obuiat superbia in via humilitatis: vexat inuidia in via pietatis, turbat iracundia in via mansuetudinis: libido in via castitatis: auaritia in via misericordiae: gula in via continentiae, contumacia in via obedienciae. Quae omnia vincere tam difficile est, quam habere naturale est.

De duabus viis in euangelio. Titulus. LVI.

Duae sunt viae, vna lata ad perditionem: altera arcta ad vitam. Illa quae lata est multos habet incedentes per se. Illa quae arcta est paucos capit. In omni enim genere quae preciosa sunt rara sunt: quae vilia sunt numero abundant. Lata autem via est ire quo libet & facere quod placet. Arcta via est praecipis regi, & desideria fluxa stringere ad regulam aequitatis. Duae ergo viae sunt, vna mortis, altera vitae: & duo populi malorum & bonorum: & duo reges, diabolus & Christus. Et praecedit uterque exercitum suum: vnus

ad mortem, alter ad vitam. Christus humilitate, diabolus elatione: Christus puritate, diabolus impuritate: Christus obedientia, diabolus contumacia. Et quem quisq; ducem sequitur in via, habebit regem in patria.

De misericordia & veritate quomodo iter se discerant, vide fo. 49. Tomi primi, F.

De virtute & iustitia.

Titulus. LVII.

Hoc interest inter virtutem & iustitiam, qd virtus magis esse videt affectus rationalis voluntatis bene formati vel recte ordinati: iustitia autē forma vel ordinatio eius. Tunc bene ordinatur mentis affectus, quando secundū dei voluntatem mouetur.

De actiua & passiua iustitia.

Titu. LVIII.

Iustitia, alia est secundū debitum facientis: alia scđm meritū patientis. Iustitia autem scđm debitū facientis est potestatis. Iustitia secundū meritū patientis est æquitatis. Iustitia potestatis est qua sine iniustitia licet faciet si velit, qđ eius potestati debetur. Iustitia æquitatis est qua retribuitur patienti etiam si nolit, qđ eius merito debetur. Cum ergo deus punit peccatorē iuste facit: quia ei potestati debetur vt hoc possit si velit: & iuste patitur qui patitur, quia secundū meritū suum, eiq; retribuitur qđ eius merito debetur. Et est illi potestas iusta qua deus iuste facit: & ipse iustus est. Hic retributio equa: quia peccator iuste patitur: Qua tamē nō ipse est iustus, sed pena eius iusta est. Cum vero deus iustificet peccatorē, iuste agit, & iustus est iustitia potestatis, qua ei hoc licet: q; vero iustificatur: iustus est iustitia quā accipit: sed nō in eo qđ cōtra meritū suū accipit, sed tñ iustus non est, qđ nō facit ipse qđ accipit: & est iustus qui facit, & iustitia quæ facit: & est iustus qui accipit iustitia quam accipit: non tamē quia accipit: quia sine iustitia sua per solam gratiā iustitiam accipit.

De lectulo & ferculo Salomonis.

Titu. LIX.

Salomon est Christus, Lectul⁹ Salomonis cor contemplantis, Ferculū Salo-

monis cor per bonam operationē se circūferentis & exercentis. Quādo de lectulo Salomonis loquuta est scriptura, non dixit vnde factus sit, quia ineffabiles sunt aspirationes contemplationis, quæ sicut illuminant. De ferculo autē Salomonis dicit vnde sit, & materiam eius describit: quæ enarrari possunt & dici exercitia virtutum quæ vitam operantis edificant.

De eisdem. Tit. LX.

Ferculū Salomonis cor exercitatum in studio virtutis: ferculum sapiētie verbum. Inde portatur ab ore ad aurem lectulus, mēs cōtemplatiua. Ferculū hoc primū de lignis libani esse debet, per puritatem & incorruptionem veritatis, de argento in p̄ceptis & promissis. In candore argenti munda cōuersatio: In sonoritate dulcis p̄missio. Habet aurū per sapientiam caelestē, qđ nō eruginat in eternitate, sed rubet in caritate. Habet purpurā qđ prędicat passionem. Ascendit ad glorificationē. In medio caritas sternitur, propter filias hierusalē: quę teneris & infirmis proposita est ad obtinendā salutem. Quis tam tener vt amare non possit? Nā si cetera non potes: amare tamē potes, vt ad ferculū Salomonis pertineas.

De ferculo, i. lectica seu vehiculo Salomonis, a ferendo dicto: & de curru Pharaonis. Tit. LXI.

Ferculum fecit sibi rex Salomō ex lignis libani &c. Duo vehiculorū genera scriptura cōmemorat: hoc est ferculum Salomonis & currū Pharaonis. Cor bonum ferculum est Salomonis, cor prauum, currus Pharaonis. Quia enim currus per terram trahitur: congrue per currum cor terrenis desideris inherēs significatur. Nam sicut currus onust⁹ stridorem emittit, leuatus strepitum facit: ita prauorum corda in aduersitate per impatientiā quasi stridorem emittunt, in prosperitate per iactantiam strepitū faciunt. Istos quidē Pharaō, i. diabol⁹ superqueuitans, quasi plumbū in profundum mergitur, qđ eos quos hic ad vitia impellit tandem ad tormenta descendentes cōitatur. Ferculum autē Salomonis terrā non tangit sed supereminet, & motū quidem habet, strepitū vero aut stridorē nō habet: quia cor ad superna desideria eleuatum

terrenis delectationib⁹ spretis quibus adhuc per conditionem mutabilitati subiacet, nec in aduersitate tñ stridet per impatientiam, nec in aduersitate per iactantiam strepit. Est adhuc aliqd quod supra dictę distinctioni annecti pōt. Ponamus igitur tria, id est lectulū Salomonis & ferculum Salomonis, & currum Pharaonis & intelligamus per lectulum Salomonis cor dulcedine contemplationis requiescens: per ferculū Salomonis cor in exercitatione honorū operum se circūferēs, per currum Pharaonis cor in cupiditate carnalium requiescens.

De ferculo & lectulo Salomonis. Titu. LXII.

Ferculum Salomonis est cor exercitatum in studio virtutis. Ferculum sapientia: est verbum: qđ portatur ab ore ad aurē. Lectulus, mentis contemplatio. Ferculū hoc primū de lignis libani esse debet per puritatem & incorruptionem veritatis: de argento in p̄ceptis & promissis. In candore argenti munda cōuersatio, in sonoritate dulcis promissio. Habet aurum per sapientiam caelestem: quod non eruginat in eternitate: sed rubet in caritate. Habet purpuram quādo prędicat passionem: habet ascensum ad glorificationem. In medio caritas sternitur, propter filias hierusalē: quæ teneris & infirmis proposita est ad obtinendam salutē. Quis enim tam tener vt amare nō possit? Nam si cetera nō potes: amare tamē potes, vt ad ferculū Salomonis pertineas.

De quatuor modis quibus notitia dei manifestatur homini, seu de natura, gratia, & deo. Tit. LXIII.

Quatuor modis notitia dei cordi humano manifestatur. Duobus inter duobus foris. Duobus per naturam duobus per gratiā. Inter per rationem & aspirationē. Foris per creaturā & per doctrinā. Ad naturā p̄tinet ratio & creaturā. Ad gratiā aspiratio & doctrina. Fuerunt ergo duo simul natura & grā, nō sola natura neq; sola gratia. Ne si natura totū posset gratia nō quæreretur: aut si nihil posset, culpa excusaret. Iudei naturā totū posse dixerunt: & gratiā non quæsiuerunt. Gētilēs qđā naturā nihil posse existi-

mauerūt, & culpā excusauerūt: & vtrique errauerūt. Inter quatuor prima est ratio, secunda creatura, tertia doctrina, quarta aspiratio. Ratio inuestigat, creatura approbat, doctrina explicat, aspiratio cōfirmat fidem. Tres sunt testes approbationis qđ deus est: affectus, defectus, & effectus. Affectus p̄cedit, sequitur defectus, occurrit effectus. Affectus quærūt, defectus exigit, effectus tribuit: qđ nō esset, si providentia non esset. Sūt adhuc alii testes, tres in creatura diuinitatē creatoris p̄fiterentes. Magnitudo potentia, pulchritudo sapientie, benignitatis vtilitas. Deinde scriptura explicat quæ creatura probat. Primū deū esse, deinde vnū esse, deū & trinum. Et testat ipse deus fidei nō restimoniū hominis min⁹ firmum foret. Ante legem dixit se esse, sub lege vnū, sub gratia trinum: vt paulatim cresceret cognitio veritatis. Ante legē dixit, Ego sum. Et iterū. Ego sum qui sum. Et rurū. Hęc dices filius israel: qui est misit me ad vos. Sub lege dixit. Audi israel deus tu⁹ deus vnus est ipm adorabis & ei soli seruiēs. Sub gratia dixit. Ite docere omnes gētes, baptizātes eos in nomine patris & filii & spūs sancti. Confirmationem aspirationis nouit ille qui accipit.

De superbia & humilitate.

Titu. LXIII.

Deus hominē formans & condēdit iudicio: posuit in eo quædam humilia, quædā gloriosa. Venit autē superbia, & inuenit excellentia quædam & decora, pulchra ad concupiscētiam: humilia autē & infirma, turpia ad confusionē, & ignominia: & p̄mitur vbi tuinet, & cōfunditur vbi gloriat. Venit autē humilitas & considerat pulchra sine concupiscētia, infirma sine ignominia, & placet in vtroq; cōditor. In altero quidē quia suā potentiam probat: in altero vero quia nostram p̄sumptionem tēperat, vt in vno videamus q̄trum de ipso p̄sumere possum⁹: in altero autē qđ humilia de nobis sentire debeamus.

De triplici contemplatiōe & eruditione. Titu. LXV.

Prima contemplatio est in visibilib⁹. Secunda de visibilib⁹ ad inuisibilia. Tertia de inuisibilib⁹. Sic prima erudi-

Exod. 3.

Exod. 3.

Ibidem.

Deut. vi.

Matth. vi.

D

Cantico. 3.

tio est in litera, secunda de litera ad sensum, tertia in sensu.

De tribus gradibus fidei.

Titu. LXVI.

F Tres sunt gradus fidei. Primus est ea quę dicuntur per pietatem solā elige. Secundus, ea quę electa sunt per rationem approbare. Tertius, quę approbata sunt per puritatem apprehendere. Quartum genus hominum est quibus solū credere est fidei non contradicere. Qui tamē cōsuetudine viuendi magis q̄ veritate credendi fideles nominantur. Fideles autē primum per pietatem electionem faciunt. Postea ex ratione existimationē concipiunt. Nouissime per puritatem assertionem comprehendunt. Tribus item gradibus cognitio fidei crescit. Alii enim audita sine discussione credēda suscipiūt. Alii credenda ratione discutunt & credunt. Alii discussa & credita effectū cōprehendunt. Primi habēt fidei cognitionem, secundi cognitionis, tertii rationis assertionē. Sic per tempora creuit fides. Ante legem deus creator credebatur, & ab eo salus & redēptio expectabatur: per quē vero & quomodo eadem salus implēda ac perficienda foret, exceptis paucis quibus hoc scire singulariter in munere datum erat, a ceteris etiam fidelibus nō cognoscebatur. Sub lege autē persona redemptoris mittenda prędicebatur & vētura expectabatur: quę autē ipsa persona foret, hoc est an angelus, an deus, nondū manifestabatur. Soli hoc cognouerunt qui per spiritum singulariter ad hoc illuminati fuerunt. Sub gratia autē manifeste ab omnibus iam & prędicatur & creditur, & modus redēptiōis, & qualitas personę redemptoris. Semper tamē in ecclesia dei ab initio fides fuit incarnationis & passionis Christi: quia ab initio nunq̄ defuerunt q̄ hoc cognouerūt. Alii saluabantur: quia horum perfectiōi fide simpliciter iungebantur, & eos bene operando sequebantur. Item sciendum quod aliud est affectio animi qua creditur: aliud cognitio qua percipitur quod creditur. In affectione fides est. In cognitione ea quę pertinent ad fidem. Aliud est ergo fides, aliud cognitio fidei. Et potest quidem eiusmodi cognitio sine omni fi-

de esse: fides autē sine cognitione eē oīno non potest: & tamen aliquando supra cognitionem esse potest: quoniam fides est etiam de fide.

Quę caritas nunq̄ excidit.

Titu. LXVII.

Dilecto fratri. R. Hugo p̄tor. Caritas nunq̄ excidit. Audieram hoc & sciebam, quod verum erat. Nunc autem frater carissime experimētū acceſſit: & scio plane quod caritas nunq̄ excidit. Peregre profectus eram, & veni ad vos in terram alienam: & quasi aliena non erat, quoniam inueni amicos ibi: sed nescio an prius fecerim, an factus sim. Tamen inueni misericordiam & dilexi eā: & non potui fastidiere, quia dulcis mihi erat: & impleui sacculū cordis mei, & dolui quod angustus inuentus est, & non valuit capere totam: tamen impleui guttur potui. Totum impleui quod habui, sed totū capere non valui quod inueni. Accepi ergo quantum capere potui, & onustus precioso pondus non sensi: quoniam subleuabat me sarcina mea. Nunc autem longo itinere confecto, adhuc sacculum meum plenum reperio: & non excidit quicquid ex eo: quoniam caritas nunq̄ excidit. Illic ergo frater carissime, inter cetera memoria tui primum inuenta est: & si gnauim ex ea literas istas cupiens te sanū esse, & saluum in dño. Tu ergo vicem reponde dilectionis: & ora pro me. Dominus Iesus Christus tecum sit. Amen.

Quare conscientię hominum velata sunt. Titu. LXVIII.

Propterea deus conscientias hominum in presenti vita ad inuicem manifestas esse noluit, ne vidētes ad malū puocaretur, & habentes confunderentur. Tanta etenim mala quę in corde hominis versantur si paterent: & videntibus mutuo essent incitamentum ad culpam, & habētibus testimoniū ad ignominiam. Propter hoc velata sunt occulta cordiū, ut in futuro iudicio locus esset. Est autē velamē cordis habitus corporis siue manifestus siue dubius & boni & mali.

De serenitate & timore dei.

Titu. LXIX.

Fili accedēs ad seruitutem dei, sta in timore: & prępara animam tuam ad tērationem: Primum hoc intēditē q̄ lōge hō

est a deo, qui accedere iubetur ut seruus fiat. Quę longe est ab eo ubi filius est qui necdum esse cœpit, ubi seruus est! Nec mirū. Seruus enim quis seruus tamē in domino est & domesticus & notus. Quis non permāsurus tamē intus est, & cognoscēs & cognitus. Qui extra est, nō nouit ea quę intus agunt. Foris canes & venefici intus filii & serui. Serui exituri, filii permansuri. Fili accedēs, adhuc foris ē & filius dicitur nondum seruus est & iam filius. Sic israel in Egypto positus, filius primogenitus vocatur. Gratia enim meritū anticipat. Ergo accedēs ad seruitutem dei, sta in timore. Sta, nō ut nō perficias, sed ne deficias. Sta permansens in eo quod cœpisti non rediens ad id quod fuisti. Sta in timore. Timor conſigat lubrica carnis ut nō effluat ad culpam, dum respicit poenam. Et prepara animam tuam ad tērationē. Firma proposito, exerce virtute, cautela munī: firma ut cedere nolit, exerce ut resistere possit, munī ut ubi non potest vincere, sciat declinare.

Quę bonus animus sit hortus voluptatis. Titu. LXX.

Iohel. 2. **Q**uasi hortus voluptatis terra coram eo: & post eum solitudo deserti. Rex aquilonis diabolus, hortus voluptatis, rationalis & bonus animus. Huius hori cultor & custos est deus, vastator & desertor diabolus. Super hanc quippe rationalem terram cadens semē verbi dei per intelligentiam accipitur: dehinc tegitur ad fomentum & ad consiliū contra periculum. Ad fomentum ut prius radice quę germinet: prius deorsum pergat ad cōfirmationem quę sursum ad ostentationem: prius radice per occultum propositum, post germinet per manifestum exemplum. Germinet sursum, pergens ad fructū: radice deorsum, pergens ad stabilimētum. Sursum caritate, deorsum humilitate. Ad consiliū tegitur ut non prius proferat ad actionem quę dirigatur per circūspectiōnem. Prius concipit quod faciendū est, post ea foues meditans qualiter faciendū est. Contra periculum tegitur, ut tūc etiam non pateat ad ostentationem, cum exierit ad operationem. Sic itaq; verbi dei super bonā terrā cadens radicat & germinat:

& fructū facit: & fit hortus voluptatis proferens omnē lignū pulchrum visu & ad vespendum suauē: & spirās aromata redolentia. Ad hūc veniēs diabolus rex aquilonis plenus amenitate inuenit, ingreditur autē & exterminās & vastans, & deinde discedēs horrēdū solitudinē relinquit.

De cōformitate Christi inducēda.

Titu. LXXI.

Induimini dominum Iesum Christum: formā scilicet Christi, similitudinē christi: hanc induc, hanc assume. Cōformare cōmetire. Sursum & deorsum pergit sapiētia, a fine vsq; ad finem. Sursum maiestate, deorsum humilitate. Si altitudinem respicis, nemo Christo sublimior. Si deiectionem intēdis, nemo Christo humilior. Vide quātū descendit humilitate. Filius erat & factus est seruus: & accepit nō solum conditionem serui, ut subesseret: sed & mali serui, ut vapulareretur: & amplius ut solueret per poenam, quod non rapuerat per culpā. Sic itaq; humiliatus est. Quomodo? Equalis ad subiectionem: iustus ad passionem: nec ad quamlibet sed mortis, nec cuiuslibet: sed cōfusionis. Quis sic gloriari potest? quis sic humiliari? vsq; ad infimū humiliatus: vsq; ad summū exaltatus. Descendens non reliquit vltra quo humiliaretur: ascendens nō reliquit vltra quo exaltaretur. Descēde post Christum humilitate infima patiēdo: ascēde post Christum caritate summa appetendo. Perge cū ipso ut crescas in ipso. Imitari potes nō æquari.

De cognitione veri quę sit naturale. Titu. LXXII.

Desiderium cognoscendę veritatis: Nihil tantum naturale anima est: ut quātūlibet sit puerfa illo omnino carere non possit. Quotidianę quęstiones indicant, quod scire verum omnes cupimus. Tota vita hominis in quęstione est. Quādiū viuatur, quæratur. Nemo falli vult, etiam si quisq; fallere velit. In hoc vero probat cor humanum nihil magis proprium sibi esse quę verum, sed peruersi ibi verum quærunt, ubi salus non est. Verum quia homines sunt, ubi salus nō est: Propterea non inueniunt verum bonū.

Alius querit ad iniquitatem: alius querit ad cupiditatem: alius querit ad curiositatem. Querit alius quomodo ledere possit illum quem odit: & forte inuenit quod querit: & verum est quod sic ledi potest: sed verum hoc ad iniquitatem ducit, non ad bonitatem. Alius querit quomodo multiplicare possit pecuniam, augere diuitias, lucra cumulare & contingit aliquando ut inueniatur quod querit: & verum est omnino, quia sic fieri potest, & sic agi: sed verum hoc, bonum sibi iustum non habet. Verum quidem, bonum est: sed cum vero bonum non est: quia cupiditas bonitas non est. Alius curiositas trahit ad quaerendum verum. Insectat rumores, noua captat, secreta scrutatur, ut vitio suo pabulum ministrat: & est hic similiter verum sine socio bono: ut in omnibus his verum bonum non inueniatur. Alii verum querunt, & amant illud habere, quia verum est: & hi recte quidem diriguntur, quia verum querunt propter bonum: sed non perducuntur, quia non querunt propter summum bonum. Tales sunt qui scrutantur secreta naturae, & desiderio magno feruntur ut sciant solum quod verum est in rebus conditis. Et est quidem etiam illic quod iure delectare debeat: ita tamen si cor hominis per id quod infra diligitur, ad amorem illius qui summe bonus est, accendat. Propter ea melius est illud quod docet homo prius semetipsum cognoscere & quod est ut corrigat, & quod esse debet ut esse studeat: postea creatorem suum ut agnoscatur: & inueniens in illo requiescat.

Cur filius dei rogat patrem.

Titu. XLIII.

EGo rogabo patrem de vobis &c. Filius patrem rogat pro spiritu sancto miteredo discipulis. Qui rogat est deus, quem rogat deus, pro quo roget deus. Deus rogat deum pro deo. Mira res. Vnum bonum est & insinuat se nobis ut querere discamus illud. Vult enim desiderari, & aptat semetipsum ad nos ut prouocet ad amorem quem reddi. Rogat docens, rogatur appreciatus, prae mittit consolans. Nisi rogaret: non ostenderetur indigentis necessitas: nisi rogaretur, non intelligeretur muneris dignitas: nisi promitteretur, non confirmaretur expectantis tarditas. Deus pro homine se in-

clinat ad precem. Magna caritate, magna necessitate, magna utilitate. Magna caritate, qua tantum diligitur impius. Magna necessitate, qua aliter non saluatur peccator. Magna utilitate, qua sic reuocatur auersus. Ego rogabo patrem. Quare rogat qui dare habet? ostendit quid de ipso sentias: hoc est ut intelligas bonum tuum: & ibi sentias unde quaras.

De magna peccatoris respiratione: & dubiorum circa conscientiam decisionem. Titu. LXXIII.

In sapientem doctus interrogas. Quare quid tibi faciendum sit pro eo quod in habitu religionis positus opera digna professione tue non habes. Recte equidem charissime moueris imperfectum tuum considerans. Iustus est dolor si tamen nimius non est. Iniuriam nostram facimus, si in qualicumque miseria nostra & ipsa nostra desperamus. Quando peccas, tollis tibi bonitatem tuam: quando vero times, ne forte tibi non ignoscat deus, tollis illi bonitatem suam. Haec est maior iniquitas. Plus impius efficeris, si pro tua iniquitate aliquid minus sentieris de ipsius bonitate. Demus ergo confessionem nobis peccata nostra confitendo: demus gloriam illi de ipsius misericordia nullatenus diffidendo. Si opera nostra nobis sufficerent, gratia quid faceret? Propterea enim gratia necessaria est, quia ex opere suo non iustificatur homo coram illo. Non igitur sic deileamus de imperfectione nostra, ut minus respiremus vel ipse remus in bonitate diuina. Deinde etiam hoc animam tuam mouere dixisti quod praeteritorum commissorum tuorum memoriam succedens obliuio in multis confudit: ut non possis (sicut dignum fuerat) eorum in quibus offendisse deum te doles, reminisci. Et haec quidem tantomagis tibi sunt suspecta, quoniam magis occulta existunt. Vera sunt haec: nec est quod contradici possit. In omnibus his periculum patitur homo, & subiacet iudicio, si misericordia iustitiam non mitiget: sed deus noster misericors est, & parcit supplicibus, & humilem nunquam derelinquit. Magna quidem culpa erat peccatum non cauere: & successit alia culpa, perpetrata malitia, periculum non timere, & auertere oculos ne malum suum videat homo: &

ut non intelligat quid patiatur. Et tamen post haec omnia adhuc viuunt misericordia eterna, cui ille clamauit. Ab oculis meis munda me: & ab alienis parte seruo tuo. Et iterum, Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Propterea ad illum respicio qui videt quod ego videre non possum: ut mundet me etiam ab his sordibus ubi sum maculatus, per culpam, nec illuminatus per scientiam. Ipse enim confiteor culpam meam, non solum quia malum feci: sed quia etiam malum meum cogitare & cognoscere neglexi. Propterea ad illum intendo misericordiam implorans ut manu pietatis suae tergat maculas ignorantiae meae: qui etsi ignoro quid feci, non tamen ignoro quod male feci. Quod postea dixisti saepe te cogitationibus quibusdam praeteritorum malorum per illicitam quandam delectationem in animo renascentibus perturbari: atque ex hoc admodum contristari, propterea quod nonnumquam etiam in tempore orationis his pulsari soleas & vexari: breuiter respondeo quod si pugna non esset, victoria nulla esset. Quod autem subiuxisti malle te alio genere fatigari, ubi labor esset, sed periculum tantum non esset: Ad hoc similiter respondeo: quod si nulla delectatio esset in cogitatione, nullus omnino labor esset in contradietione: quia animus omne quod non delectaret facile refutaret. Hic vero labor est cum eo pugnare, quod placet, hoc est amare pariter & improbare. Quae tamen dilectio si firmum est animi propositum in bono, non solum non nocet, sed etiam prodest: quia in eo quod resistente fatigat, vincens coronat. Quod autem nouissime addidisti de motibus perturbantibus, qui nonnumquam occasionebus incurrentibus quietem, metis concutunt: verbis Psalmistae respondeo. Irascimini & nolite peccare, quae dicitis in cordibus vestris: & in cubilibus vestris concupiscimini. Si ira venit ad animum, non procedat actio ad peccatum: & ex eo quod inter mens per iram turbatur, conscientia per poenitentiam concupiscatur. Hoc est enim remedium, ut si uenerit turbatio: & cohibeat ne excrescat, & concupiscatur ut desinat: & fiat quod dicitur, Turbat sum & non sum loquutus. Non est mirum si turbatur homo, quia homo est: sed si turbationem suam non moderatur, hoc est mirum, quia rationalis

est. Propterea si turbatur non loquatur, frenet linguam, claudat conscientiam, ut quod intus ortum est per infirmitatem, foris per discretionem cohibeatur donec intus extinguatur.

Quod sacra scriptura sit cathedra.

Titulus. LXXV.

Cathedra doctoris sacra scriptura est, in qua iugiter populo praesidere debet & per autoritatem preceptionis, & per exemplum conuersationis. Posterior pars cathedrae contemplatio est, quae latet in abscondito: anterior pars praedicatio quae proponitur in manifesto. Duo pistillia quae in posteriori parte consistunt, timor est & amor: quia dum per contemplationem metis ad ineffabilem dei maiestatem respicimus, timor nascitur: dum vero inenarrabilem bonitatem eius consideramus, amor generatur. & subsistit contemplatio in his quae quasi retro sunt, & uideri non possunt, timori innixa & amor. Postea ex his duobus quae in occulto contemplationis sunt, duo alia ad manifestum praedicationis praecedunt, terror scilicet & blandimentum quasi duo pistillia anteriorem partem cathedrae typicae portantia: ut scilicet ex timore terror prodeat, & ex amore blandimentum procedat. Et in sinistra quaedam parte timor posterior, & terror ante constituitur: ut in dextra amor retro, & blandimentum ante proponatur. Unde & ea quae retrorsum consistunt pistillia in altum porriguntur anteriora quasi genibus coaptantur: quia timor & amor per contemplationem amplius in utraque parte concipiunt, terror vero & blandimentum in praedicatione: non quantum est semper, sed quantum expediat proferendo paruulis & qui adhuc quasi genibus ecclesiae matris portant codeferunt. Quod sedenti deorsum est terrena significat. Sub ipso necessitas: in dextra prosperitas, in sinistra aduersitas. Primum portat & pinxit. Secundum astat & coronat. Tertium sicut & superat. Quod sedenti iuxta, est praesentis uitae edificatio: quod superi future expectatio. Quod iuxta est in dextra, boni operis cautela significat. Quod in sinistra contra malum munimen circumspectionis designat. Quod sursum est retro est, quia quae futura sunt non uidentur.

De mutabilitate rerum temporalium vide Tomi. 1. fo. 85. homilia. xiii. X.

Quomodo sapientia vincit malitiam. Titulus. LXXVI.

Sap. 8.

Sapientia vincit malitiam, attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Sapientia dei sicut testatur Apostolus, Christus est. Hac ergo sapientia malitiam vincit: quando per passionem carnis diabolus triumphans ab eius potestate genus humanum eripuit. Sapientia malitiam vincit: quia plus ad nostram salutem potuit redemptoris gratia quam ad perditionem valuisse malitia seductoris. Attingens a fine usque ad finem fortiter: quoniam & prius superbium de supernis expulit, & post apud inferos potenter avarum spoliavit. Disponens omnia suaviter: quia & patientiam cum consilio, & iudicium cum ratione exhibet.

De quinque statibus humanis. Tit. LXXVII.

Quinq; status habet vita humana per quos (quia nunquam in eodem statu diu permanere potest) sine intermissione ne mutatur: siue in melius proficiens: siue deficientes atque decrescens in peius. Qui sunt gaudium vanitatis, dolor confusio nis, gaudium consolationis, dolor exercitationis, gaudium felicitatis. Gaudium vanitatis est pro lucris temporalibus latari. Dolor confusio nis est pro damnis temporalibus contristari. Gaudium consolationis est ab impugnatione vitiorum quiescere. Dolor exercitationis est molestias tentationum sustinere. Gaudium felicitatis, in terne dulcedinis iocunditatem degustare. Per gaudium vanitatis plus elongat animam a deo: quia tanto longius ab eo qui intus est recedit, quanto avidius se ad delectationes exteriores effundit. Dolor confusio nis malam quidem delectationem quasi foris praecipit, & animam intro redire compellit: quae tamen ex ipso quae non sponte, sed quodammodo coacta ad semetipsam retrahitur: nec perfecte vitium deserit, neque ad virtutis integritatem veraciter reparatur. Gaudium vero consolationis iam quodammodo mentem extrinsecus fouet atque componit, suadetque vt secum permanere eligat, neque extra dignetur pergere quod intus potest veraciter atque securius possidere. Porro dolor exercitationis ita

omnem exterioris delectationis memoriam ab animo secludit, vt dum suo intrinsecus dolori intendere cogitur, quod foris sit delectabile minime recorderetur. Postremo gaudium felicitatis hominem etiam seipsum obliuisci facit: quia dum mens tota superiorum gaudiorum dulcedini inhians supra se eleuata, non solum inferiorum delectationis non meminit, sed ipsa quoque sibi quodammodo feliciter in obliuione venit. Igitur gaudium vanitatis animam dispergit, dolor confusio nis colligit, gaudium consolationis componit, dolor exercitationis ligat, gaudium felicitatis sanat. Fit tamen nonnunquam vt gaudium vanitatis veritatem quibusdam in gaudium consolationis: & e contrario gaudio consolationis quidam abutantur pro gaudio vanitatis. Rursum aliis dolor confusio nis in dolorem exercitationis vertitur: & item aliis dolor exercitationis in dolorem confusio nis.

De sex modis operandi, Tit. LXXVIII.

Sex sunt opera. Primum opus est de nihilo aliquid facere. Secundum opus est de aliquo facere aliqua secundum essentiam maius. Tertium opus est de aliquibus facere aliquid secundum essentiam in minus. Quartum opus est de aliquo facere aliqua non in minus. Quintum opus est de aliquo facere nihil. Primum opus est de aliquo facere nihil. Primum opus est creationis. Secundum opus est propagationis. Tertium opus est vniuersionis. Quartum opus est separationis. Quintum opus est coniunctionis. Sextum opus est destructionis. Primum opus & secundum & tertium tantum bona sunt. Quartum & quintum aliquando bona, aliquando mala. Sextum tantummodo malum est. Primum & secundum & tertium soli deo possibilis sunt. Quartum & quintum communia sunt deo cum creatura. Sextum soli creaturae competit. De nihilo enim aliquid facere solus deus potest. Item de aliquo plus secundum essentiam, id est vt vna essentia in plures excrescar: solus deus facere potest. Item de aliquibus aliquid in minus secundum essentiam, id est vt plures essentiae in vnam redeant, solus deus facere potest. Sunt qui negant aliquid crescere nisi ei aliquid vel aliunde extrinsecus addatur, vel

nouum coeuret: sed non attendunt hi hoc vere incrementum non esse in quo neque id quod additur: neque id cui additur crescere probatur. Neque enim aliud coniuncta sunt quam disiuncta fuerunt, sed forte impossibile videatur vt de vna simplici essentia plures essentiae per incrementum prodeant, quia quod simplex est, nec minus esse quam est, nec plus esse putant. Quid ergo dicimus? plus esse inter nihil & aliquid quam inter aliquid & amplius? Quem ergo confitemur creando de nihilo aliquid fecisse cur negamus ipsum aliquid ad amplius extendere propagando? Sic est in opere vniuersionis cum plures essentiae vna fiunt. Quae licet a sensibus remotum sit tamen in occulto naturae sine in elementis aliquando fieri quam temerarium est asserere tam stultum ne

Bgare. De nihilo aliquid factum est: quando in principio creauit deus caelum & terram. De aliquo plus, quando de costa viri facta est mulier, & quando de quinque panibus satiata sunt quinque milia hominum. Nonne in sacramento corporis & sanguinis Christi quotidie plures essentiae vniuntur cum substantia panis & vini, quae ante benedictionis verba ab essentia corporis Christi veraciter aliud sunt per ipsam benedictionem spiritu sancto mirabiliter operante in ipsam corporis Christi substantiam conuertuntur: ita vt post sanctificationem solum corpus Christi sit quod ante veraciter panis & vini substantia fuit? Neque haec corpori Christi extrinsecus in augmentum accedunt: aut incorporantur vt essentialiter diuersa permaneat, sed in ipsum commutantur vt essentialiter prorsus vnum fiant. Hoc tamen opus diuinae potentiae vtrum alias in natura alicubi modo occulto & incognito agatur sicut asserendum non est ita nec pertinaciter, cum res valde dubia sit, contradicendum. Haec tamen veraciter fieri nullatenus dubitandum. Haec itaque opera tria ad solam dei potentiam pertinet.

C Quartum & quintum, id est de aliquo aliquid facere: nec in maius nec in minus, vt verbi gratia, si aliqua in vnum componantur componentia composito equalia sunt, & si vnum in multa diuidatur: diuidentia diuiso paria existunt. Haec, in duo solum creatura potest, id est vel separata coniungere vel coniuncta separare

cum deo nobis communia sunt. Et ideo quando haec a deo fiunt sine nobis bona eius sunt. Quando a nobis sine deo mala nostra. Quando a deo nobiscum vel a nobis cum deo bona eius & nostra. Sextum opus est id quod facere nihil esse: hoc deus in se non potest, in creatura non vult. Angelus & homo in creatura non potest. In se aliquando potest & vult, aliquando potest & non vult, nunquam vult & nunquam potest. Hoc tamen totum non quantum ad essentiam: sed quantum ad iustitiam. Sic in Genesi deus sex diebus operatus dicitur: & in euangelio similiter sex opera misericordiae numerantur, quia in senario perfectio nis summa nec plus iusto habens nec minus & signata est & contenta. Ergo non continebit in ira sua misericordias suas, quia bonitas usque ad quinq; opera extenditur: malitia vero tantum per tria dilatur.

De fuga a vitiis & eorum occasionibus. Titulus. LXXIX.

Qui habitatis terram australem cum panibus occurrere fugienti. Quare fratres scriptura sacra tanto opere nobis fugam persuadet nisi quia & nostram infirmitatem & periculi magnitudinem considerat? Sed quae est fuga ista? Quid fugere debemus? aut quomodo aut quando? Tres sunt qui mouent bella contra nos. Diabolus, caro, & mundus. Diabolus dicit contra nos agmina vitiiorum, caro malorum desideriorum, mundus prospera & aduersa. Felicitas autem esset contra haec omnia bene pugnare & vincere, sed qui infirmus est expedit illi magis fugere & saluari quam male pugnare & superari. Vitia igitur fugimus quando peccati occasionem declinamus: vt in luxuria carnis speciem, in ira contentionem. Desideria fugimus quando illorum irritationem cauemus ne oleum proficiamus in ignem, & exardescat quod calet: prospera & aduersa fugimus quando nec ea quae delectant requirimus per cupiditate rimentes dissolui, nec in ea quae cruciant iactamur presumptione frangi metuentes. Ecce diximus quid fugere debeamus & quomodo. Nunc consideremus quando fugendum sit. Dicit veritas. Videte ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. In hyeme

vias aut gelu exasperat aut pluuia lubri-
cas facit. Quid est ergo hyems nisi tor-
por mortis imminētis quando dolor mē
bra carnis constringit passione & robur
dissoluit compassione? Et quod est sabba-
tum nisi illud qd post mortem temp⁹ se-
quitur, quando ab hac vita eductis ope-
randi licentia tollitur: & ab eo quod si-
xum est declinandi possibilitas omnino
negatur? Si ergo fugere vis venturā irā:
Fuge dum sanus es: quia in morte fuga
est grauis, post mortem vero non est oī-
no possibilis. Mala enim quae in vita fu-
gere nolūisti: post mortē etiam si volue-
ris declinare non poteris. Sequentur enī
illī: retributione quae hic delectatōe cō-
mittantur. Propterea hic fuge dum po-
tes, ne autem deficias in via audi conso-
lationem. Panes tibi offerentur. Reficiē-
ris ne deficias. Nec expectabis in fine
vię, sed occurrent tibi ne deficias in via.
Habitantes terram austrī occurrent tibi
cum panibus si fugientem viderint. Oc-
current compassione, reficient cōsolatio-
ne. Bonos consolatores habebis, habitan-
tes terram austrī. In austro splendor &
calor est. Splendor cognitionis: calor dile-
ctōnis. Terram austrī inhabitant qui in
cognitione & dilectione veritatis pau-
sant. Isti abundant panibus verbi dei &
reficiendis laborantibus occurrunt. Iste
enim panis est qui cor hominis confir-
mat, quia non in solo pane viuūt homo:
sed in omni verbo quod procedit de ore
dei. Iste panis cum sit vnus diuersa ta-
men specie proponitur. Aliquando enim
subcineritius dicitur, aliquando hordea-
ceus vel triticeus nominatur. Helias fu-
giens in deserto subcineritius pane refi-
citur. Filii Hierusalem qui pacem habi-
tant adipe frumenti satiantur. Qui vero
super scenum recumbunt: panem hordea-
ceum comedūt. Panis sub cinere refectio
est sub vilitate. Sunt quaedā loca in scri-
ptura sacra quae vilitatem prætendunt
in specie litera, sed dulcedinem seruāt in
profunditate spiritalis intelligentiæ. hic
est panis subcinere refectio sub vilitate.
Vis vt ostendam tibi subcineritium pa-
nē? Legis i scriptura sacra quomodo Ra-
chel & Lya sorores duæ pro viro Iacob
vno contendunt, vtra illarum potius cō-

cupitū eius potiatur. Magna hic species
vilitatis, magnus cumulus cineris, magn⁹
aceru⁹ terrenitatis. Reuolue cinerē, scri-
tare interi⁹, panis ibi later, refectio absco-
dita est. Vide ecce panē discoopertū duę
sorores duas vitas significant. Lia quae
interpretatur laboriosa, significat vitam
actiuam: quae est fecunda in fructu boni
operis, sed parum videt in luce contem-
plationis. Rachel quae interpretatur vi-
sum principium designat vitam contem-
platiuam: quae est sterilis foris in opere,
sed perspicax in contemplatione. In his
duabus vitis quasi quaedam contēctio est
animae sanctę alternatim nitentis ad am-
plexum sponsi sui, id est Christi, sapientię
videlicet dei quae animam sanctā ad pro-
lem fecundat virtutum. Contendunt er-
go cōtemplatio & actio pro amplexu sa-
pientiæ. Qui in contemplatione est suspi-
rat pro sterilitate operis, qui in opere est
suspirat pro iúbilo cōtemplationis. Vter-
q; quasi abiectum se gemit in compara-
tione alterius: & fit contentio desiderio-
rum spe & timore vtrūq; cōcitante. Ecce
inuenisti panem sub cinere, reficere &
delectare. Nō attēdas qd foris apparuit
in cinere, sed quod intus latuit i refectio-
ne. Vis adhuc videre panem sub cinere
dum latuit vilem, dum paruit dulcem?
Christ⁹ sub mortalitate panis est sub ci-
nere. Vides foris infirmitatem nascētis,
vagentis, plorātis angustias cunarum,
vincula fasciarum. Totum hoc cinis est
terrenum & infirmū. Sub hoc cinere ta-
mē latuit verbum, refectio angelorum &
hominum. Laeessentem vides, esurientē
& sitientem, flentem, compatiētem & pa-
tientem, morientem, & carne deficiētem.
Et hæc omnia quid fuerunt nisi cinis, in-
dicia corruptionis, signa mortalitatis: &
latuit sub his virtus deitatis quam qui
euoluere potuerunt, saturari meruerūt.
Ecce quomodo tibi scriptura panem sub
cineritium proponit. Vides alibi elo-
quium sacrum secundum litera: superfi-
ciem durum quasi paleam tenacem ha-
bens vbi vix ad medullam spiritalis in-
telligentiæ penetrari possit. hic est hor-
deum. Palea quidem cum labore excuti-
tur, sed cum ad interiora perueneris: dul-
cedo confortans inuenitur. Inuenis alibi

sacram scripturam & lenitate verborum
& suauitate intellectuum blandientem.
Hinc est triticum in quo mentibus sua-
uiter nutriendis dulcis refectio prepara-
tur. Ista tria genera panis in mensa dei
proponuntur propter tria genera reficiē-
dorum. Panis subcineritius datur pau-
peribus, panis hordeace⁹ seruis, panis tri-
ticeus filiis. Pauperes in mensa dei sunt
qui semetipsos despicientes exemplo hu-
militatis & abiectōnis pascūt. Serui in
mensa dei sunt: qui in studio spiritalis
exercitationis constituti, fortia queq; &
obscuriora scripturarum loca quasi ex-
cussa palea detegentes, cū labore ad me-
dullam spiritalis intelligentiæ gustan-
dam perueniunt. Filii in mensa dei sunt
qui in suauitate dulcedinis aeternę re-
quiescunt. De pauperibus dictum est.
Edent pauperes & saturabuntur. Si er-
go pauperes edunt qui solo merito pieta-
tis pascuntur: multo magis serui & filii
qui pro merito boni operis premio recō-
pensatione dilectionis reficiuntur. Pau-
peribus proponitur panis subcineritius,
vt eos reficiat per exemplum cōuersatio-
nis. Seruis proponitur panis hordeace⁹,
vt eos reficiat pro formam fidei. Filiis pro-
ponitur panis tritice⁹, vt eos reficiat per
incitamentū dilectionis: pauperes ad cō-
solationem, seruos ad corroborationem,
filios ad exultationem.

¶ Quid non solum corde tenenda,
sed & ore confitenda sit fides
Christiana, ad archiepiscopum
Hispalensem q eā ore negauerat.
Titu. LXXX.

¶ Iohanni Hispalensium Archiepiscopo,
Hugo seruus crucis Christi. Quid fra-
ter carissime, quid dicam tibi? Si coeperi-
mus loqui tibi, forsitan moleste accipies.
Vir ille, fortis erat & magnus & omnium
contemptor tormētorum, & nemo illi lo-
quebatur verbum, quia videbant dolo-
rem eius esse vehementē. Quomodo igitur
nos tibi loqui poterimus in tanti do-
loris vehementia? Si tamen doles quan-
tum tibi dolendum est! Quid tibi fa-
ciemus? Tenebimus conceptum sermo-
nem quem cor nostrum & anima nostra,
non (quomodo in illis) impatientia lo-

quendi, sed vehementia dolendi partu-
rire iam cepit. Ergo tacere poterit ca-
ritas, vt non erumpat & clamet in dolo-
ribus suis: & i angustia tribulatiōis suae.
Iam enim gladius peruenit vsq; ad ani-
mā: & venit mors fraudulenta carni par-
cens vt spiritum extinguat. Nosti frater
quid velim? De anima tua causa agitur.
Vide quid facias, Christus tibi opponit
mortem suam: Christianus redemptionē
suam. Quare ille emprum, iste redēptū.
Ille se precū pro te incassum dedisse cō-
queritur, iste precio redemptum perditū
lamentatur. Sed dicis. Ego conscientiam
meam noui. Nemo me terreat: christia-
nū non facit lingua, sed conscientia. Ego
Christum diligo: sufficit mihi. Non ama-
plius ille quarit. Quod potissimum meū
est, illi dedi. Cor habet, illd possideat. Di-
cam homini quodlibet. Ipse dominus no-
uit q inuitus nego. Lingua hoc dicit, nō
cōscientia. Ore quidē nego: sed corde cō-
fiteor. Audi frater. Scriptura dicit. Cor
de creditur ad iustitiam, ore autem con-
fessio fit ad salutem. Quomodo ergo sa-
lutem habere putas, si confessionem non
habes? Christus negas & dicis te spiritū
sanctum habere? Quid est ergo quod ait
Apostol⁹. Nemo in spiritu dei loquēs, di-
cit anathema Iesu. Si dicis anathema Ie-
su: spiritum Christi quomodo habes? Si
vero non habes spiritum Christi: non es
Christi. Qui non habet (inquit scriptu-
ra) spiritum Christi, hic non est eius. Au-
di iterū. Qui, inquit, me erubuit & meos
sermōnes, hūc filius hominis erubescet:
cum venerit i maiestate sua. Sed dicis. be-
ne. Qui pro erubescētia Christum ne-
gat: iuste dānatur: iuste a Christo non co-
gnoscitur. Parum enim est hoc verecun-
diam Christo anteferre. Ego plus habeo
q in excusatione prætendam. Non enim
erubescō, sed timeo. Maius est quod me
terret. Ipse nouit quia pati nō valeo. Par-
cit ergo infirmitati, condescendit deuo-
tioni. Non attendit ad vocem, sed ad ca-
ritatem respicit. Nemo carnem suā odio
habuit. Timeo pro carne mea quam odi
re non possum. O fallax deceptio. Ergo
carnem amabis, & creatorem blasphema-
bis? Quid ergo sibi vult quod ait: Qui

amat animam suam plusq̄ me, nō est me dignus. Si animam recte plus amare nō potes, carnem potes! Sed dicis. Non plus carnem diligo: plus enim diligo deū nostrum q̄ carnem meam. Videam⁹ modo. Quod plus diligis, hoc porius eligis. Dicit deus tuus. Noli timere eos qui corp⁹ occidunt, animā autem non habent qd faciant. Hoc ergo deus dicit, hoc caro cōtradicit, vide modo. Quod plus diligis, hoc porius eligis. O qualis pastor. Quomodo tu animam poneres pro ouibus tuis, qui nec pro anima tua animam tuā ponis! Tu pro anima tua dare non vis carnem tuam, & pro ouibus tuis dases animam tuam! O qualis pastor. Non sic fecit bonus ille pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis: & pro grege suo mori dignatus est. Quid tibi videtur? Si sic ille vt tu, mortem timuisset: qua putas ouis adhuc a morte liberata fuisset? Putauit ille bonum pastorē eligere ouibus suis, qui veniente lupo nō effugeret: Neq; sub trepidationis latebra sese ouū periculo posthabito occultauit. Venit lupus, oues rapere non potuit: pastorē non solū rapuit: sed abstraxit. Mira res. Ouis audet & pastor trepidat. O qualis pastor! Si talis futurus fuisti, quare curam ouium suscepisti? Si accepisti dignitatē, quare non impendis bonitatem? Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Sed dicis. Petrus ore negauit: tamen quia corde non negauit, respexit illū dominus: & vocatus est nomine suo ad resurrectionis gaudiū cum aliis apostolis. Hoc (vt audio) maximum est, quod ad excusationem tui pretendis. Respexit ergo dominus Petrum negantem. Quare? vt faceret contentē. Prius flentem, post ea contentem. Respexit ad compunctio nem: vocauit ad confessionem. Si ergo tu respectum Christi habes, vbi sunt lachrymae? Si autem lachrymaris, quare non cōfiteris? Si sequeris Petrum negantem, cur non imitaris contentem? Postremo frater, si Christianus es: vbi est signum regis tui? Ego alienum characterem video in fronte tua. Scis quod futurum sit super illis qui characterem bestię portant? Serui dei nostri signati sunt in frontib⁹

suis: & non possunt exterminii sententiā euadere, nisi solum ii qui in figura Tau crucis Christi signaculo muniunt. Crux in pectore, fides in corde: Crux in fronte, cōfessio in ore: vtrūq; debetur: vtrūq; exigitur. Torum Christus vēdicat sibi. Cor ad fidem sui: os ad cōfessionem sui. Sed astat tortor, gladius exert⁹ minatur. Audi. Qui amat animam suam perdet eam: & qui perdiderit animā suam in hoc mūdo propter me, in vitam æternam custodit eam. Qui perdit propter me, recipiet a me. Ego cōmendatum seruabo, vt melius restituam. Nihil trepides. Capill⁹ de capite tuo non peribit. Quid sollicitaris de anima, qui de capillo etiam securitatē accepisti? Sed fortassis dices mihi. q̄ multū hodie intra sinū ecclesie in fide & confessione Christi viuunt, qui si sic interrogarentur nullatenus Christum confiterentur. Ad quod ego tibi voce prophetica respondeo: q̄ iudicia domini abyssiū multū. Non possum⁹ nos scrutari p̄sum dum iudiciorū dei: & inuestigabiles vias eius penetrare. Miserebor (inquit) cui miserus fuero: & misericordiam præstabo: cui misericors fuero. Si ergo in oculis ei⁹ placitum fuerit: vt quibusdam paruulis suis quos mater ecclia aut cōceptos portat, aut nutrit editos, parcat & ad istos grauiore tentationum interrogationes venire non permittat: tu quis es qui ei dicas cur ita facis? Non tuam decet excellentiam vt te in numero talium existimādum intelligas. Inter magnos seruos non quasi paruulus, sed cultos & prouisor paruulorum locum acceperas. Tibi itaq; quasi magno & forti & ad primam vel proximam consequutionem idoneo, dixit Iesus. Sequere me. Te igitur proximū post ipsum locum adeptum vt eum sequaris admonuit: quatinus tu postea sequacibus tuis, quibus ad vitam ducatum præbere debueras, fiducialiter dicere posses. Imitatores mei esto te sicut & ego Christi. Si ergo domin⁹ te tāq; seruū magnū & fidelē ad gloriā suā imitationis vocare voluit, vide quale sit hoc vt tu ad pusillos eius qui interim fo uēdi sunt, nō premendi respiciens dicas: Domine hi autem quid? Dixit hoc ille,

Mar. 8.

Roma. 11
Exod. 33.
Rom. 9.

Ioan. 21.

1. Cor. 14.

Ioan. 21.

quem tu imitari putas, cum tamen per omnia non debeas: nō intelligens dignitatem vocationis illius, neq; recte intuēs pietatem dispensationis diuine. Et idcirco ista increpationis sententiā audiuit, vt auscultare disceret non iudicare: Sic, inquit, eū volo manere donec veniā. **Ibidem** Quid ad te? Tu me sequere. Hoc est ergo frater verbum quod intentissime & diligentissime audire debes, vt regem tuum sequaris & consequaris. Sequaris ad potestatem: consequaris ad gloriam. Si patientem est pro Christo, excusationē non habes. Non sunt condignæ passionē huius temporis ad futuram gloriam qua reuelabitur in nobis. Si autem & sine passionē negas: non solum dico non excusaris, sed amplius dico q̄ accusaris. Miser vbi est anima tua: vt non recogites qualis factus sis? Qualem gloriam perdidisti, & ad quantam miseriam & confusionē corruisti? Aspice teipsum qualis es: vbi est corona tua & gloria? Dereliquisti regem tuum, vnaquaq; gens deos suos sequitur: & certe ipsi non sunt dii. Tu dominum & deum tuum reliquisti, & fact⁹ es vilis opprobrium pessimorum. O qualis pastor Christianorum? Quomodo tu pasces oues Christi, qui teipsum perdidisti? Lupo futuro oues pascendæ datae sunt. O qualis pastor? Erubescere miser & confundere: Christianorum oculi in te sunt. De longe videris. Non potes latere. Error tuus te notum fecit. Non potes euadere confusionē, nisi ostendas confessionem.

Ibidem

Rom. 8.

De eo quod scriptum est: Cum esset Iesus annorum duodecim: quomodo verbum caro facti nobis remedium præstat & exemplum. De Hierusalem qua descendit de celo: de confessione & veritate qua de terra oritur, & quō profunt. Tit. LXXXI.

Luc. 2.

Um esset Iesus annorum duodecim &c. Sicut mūdus iste dupliciter seruit homini: ad sustentationē scilicet carnis, & ad eruditionem mentis: sic verbū caro factum remedium præstat & exemplum. Remedium in eo q̄ oblatum est

ad redemptionem: exemplū in eo q̄ operatum est ad imitationem, Remedium in eo q̄ factum est: exemplum in eo quod fecit. Imitatio eius similitudo eius.

Vidi ciuitatem sanctam Hierusalē nouam, descendentem de celo. De celo descendit, & fabricata est in terra. De celo forma, de terra materia. Sic forma hominis homo: & forma Christi Christus. Vnde illud. Induimini dominū Iesum Christum. Formam igitur. i. imaginē Christi. Ipsa imago & ipsa est imitatio. Idcirco factus est tibi exemplum: vt tu illum imitando indueres. Fecit corporaliter: tu spiritaliter imitare. Et si, inquit Christum, secundum carnem cognouimus, iam nō cognoscimus. In exemplo secundum carnem cognouimus imitatione secundum carnem iam non cognouimus. Secundum carnem Christus natus est in mundo: secundū spiritum veritas nascitur in corde tuo. Christ⁹ in iudæa nascitur de virgine: & veritas in confessione nascitur de puritate. Veritas de terra orta est: iustitia de celo prospexit. Quando confiteris peccata tua, veritas de terra oritur: quando vero confitēti ignoscit de⁹, respicit iustitia de celo. Vis vt deus tecum sit, confitere quod es. Cum verax esse cœperis, veritas tecum esse incipit. Dic malus sum. Breue verbum est: sed verum. Veritas te veracem faciet. Si veritas tecum est, deus tecum est: quia veritas est deus. Ecce quomodo in iudæa nascitur Christus: in confessione veritas. Mater virgo puritas est cordis: cum corde credis quod ore confiteris. In confessione criminis, puritas est sine ruga: in confessione laudis, puritas est sine macula. Si bonum non simulas, nō habes rugam. Si malum odis, non habes maculam. Sic veritas in te desiderio concipit, opere nascitur, studio nutritur: vt proficiat gr̄ate in processu temporis sapientia, in augmento cognitionis, gratia in incremento virtutis. Apud homines in fama, apud deum in conscientia. Apud hoīes vt cognoscatur, apud deū vt glorificetur. Duodecim annorum in Hierusalem ascendit, quia post perfectio nē operis & duplicatam virtutem caritatis, ad pacem contemplationis proficit.

Apo. 21.

Rom. 13.

2. Corin. 5.

Psal. 84.

S

Parentes Iesu ab Hierusalē itinere vni⁹ diei redeunt: quia sensus carnis qui per exercitium boni operis internā veritatē nutriuit per exteriorum delectationem retracti diu in interna pace persistere nō possunt. Vnus dies vna claritas, vnum gaudium, vna benedictio quam Esau accipit, quia duplicem stolam non potuit promereri: hic est ille vnus dies, in quo puer vnus diei sine peccato esse non potuit super terram: quia sensus carnis qui quantum ad se semper puerilia appetit huius tantum vitę claritatem amans, in ea nunq̄ sine peccati macula cōsistit. Nō enim venit ad alium diem de quo dictū est. Annunciate diem de die. Et iterum. Dies super dies regis adificies. Propterea vnus diei iter est elongantibus ab Hierusalē, quia delectatio presentium elōgare facit animos a contemplatione eternorum. Post triduum Iesus in templo inuenitur, quia post correctionem cogitationis, loquutionis, & operis, veritas in corde mundo percipitur. Inuenitur autē inter doctores & sapientes: quia in lege & prophetis & euangelistis & apostolis & sacri verbi doctoribus veritas cognoscitur.

De nuptiis factis in chana Galilæa, & de hydriarum typo.
Tiru. LXXXII.

V Implete hydrias aqua. Galilæa interpretatur transmigration. Vita ergo præterens Galilæa est transmigrans de presentibus ad futura. In galilæa nuptiæ fiunt: quia in transitu tēporis sanctificat copula permāsuræ dilectiōis ecclesiæ ad Christum: animæ ad deum. Sex hydriæ sex sunt ætates in mundo. Prima ab Adam vsq̄ ad Noe: secūda a Noe vsq̄ ad Abraham: tertia ab Abraham vsq̄ ad Dauid: quarta ad Dauid vsq̄ a transmigratione Babylonis: quinta a transmigratione Babylonis vsq̄ ad Christum: sexta a Christo vsq̄ ad finem sæculi. In vita hominis prima est infantia, scda pueritia, tertia adoleſcentia, quarta iuuentus, quinta virilis ætas, sexta senectus. Prima, id est infantia quasi quodam diluuiō lubricę obliuionis obruitur, vt non videatur in posterum: nec vestigia sui vlla re-

linquat. Secūda, id est pueritia, primū de diluuiō obliuionis ad sensum exiens, per superbiam erigitur & per cōcupiscentiam diuiditur, & dispergitur. Tertia, id est adoleſcentia, primū per cōhibitionem disciplinæ circūciditur, deinde præceptis informatur & cōsilio regitur. Quarta, id est iuuentus, seruire iam cogitur & subicitur regimini, vt per timorem hominis diuinū discat. Quinta, id est virilis ætas, post timorem hominis ad diuinum venit. Sexta, id est senectus, quasi hinc mox abitura concupiscentia futurorū trahitur. Sic humanum genus primo diluuiō obrutum est. Secūdo in adificatiōe elatum & in diuisione linguarū dispersum. Tertio in Abraham circūcisum, in Moyse præceptis informatum, sub iudicibus consilio gubernatum. Quarto sub regibus dominationi subiectum. Quinto sub Pontificibus religioni parens. Sexto sub gratia vera bonitate illustratum. Istę sex hydriæ siue in decursu sæculi presentis, siue in vita hominis, omnes aquis implentur: quia iudicio plenus est mundus. Iudicia tua abyssus multa. Multa operatus est deus ab initio sæculi, & operari nō desinet vsq̄ ad finē eius: & circa hoīem a principio vsq̄ ad finem ei⁹: & omnia hæc iudicia sunt: & nihil sine causa fit. Sed quandū dicere non potest homo iudicia tua iocunda: nondum aqua in vnum conuersa est. Deficiente vetere vino hydriæ aqua implentur: quia cum in vita hominis carnales delectationes deficiūt, diuinæ consolationes succedunt. Quæ quidem ministratibus minus saporis cōferunt, proficiētibus amplius dulcescūt, quia tunc aquæ in vinum conuertuntur quando in mēte hominis opus dei quod laboranti primū non sapuit, per spiritalē intelligentiam illuminato dulcescit.

De Theophania multiplici, & in quibus est præcipua diuina apparitio.
Titulus. LXXXIII.

Theophania est apparitio diuina. Z Ipsa est similitudo diuina in qua apparet & manifestat de⁹. Si quis oēm creaturā theophaniā dixerit, nō errabit. Theophania potētē, & creaturæ magnitudō,

Theophania sapientiæ, creaturarum pulchritudo. Theophania bonitatis, creaturarum vtilitas. Omnis creatura aliquam similitudinem habet cum deo. Prima similitudo creaturæ ad deum est quod est. Secūda quod vna est: quia omne quod est in hoc est quod vnum est. Sed ex iis quæ sunt & vnum sunt, alia ex vno sunt, vt naturaliter simplicia: alia ex pluribus, vt composita. Illa autem quæ & sunt & vnum sunt, & ex vno sunt, magis deo similia sunt, præcipue si vnitatem suam quam ex pluribus non colligunt, ad plura non effundūt. Tales sunt natura spiritalia, quæ magis ad similitudinem dei accedunt: quæ nec ex pluribus sunt, quia nō possunt esse materia. In his duo posuit deus ad materiam, duo ad formam: vitam & sensum ad materiam: cognitionem & dilectionem ad formam. Ad vitam cognitionem: ad sensum dilectionem. Hæc duo suprema & deo proxima sunt, & expressa imago: cognitio veritatis, & amor virtutis.

De tribus voluntatibus in Christo.
Titulus. LXXXIII.

In Christo carnis infirmitas passione horruit: Sed erat spiritus medius inter deum & carnem qui voluntatem carnis patris voluntati subiecit. Cum ergo Christus dixit. Pater si possibile est transfer a me calicem istū. Professus est quod sensus in carne: cum vero dixit. Non mea voluntas, sed tua fiat. Professus est quod de liberauit in spiritu. Erat voluntas patris vt Christus moreretur: erat voluntas carnis vt a morte liberaretur: erat spiritus medius dominans carni, obcedens patri. Voluntas patris dispensatio erat, voluntas carnis natura erat, voluntas spiritus, virtus erat. Ideo voluntas patris honorabatur, voluntas carnis dirigebatur, voluntas spiritus coronabatur.

Christus se hoībus in humanitate exhibuit qui ab eis in diuinitate nō poterat cōphēdi.
Titulus. LXXXV.

Dei sapientia per quam homo factus fuerat vt in illa beatus esset, lapsus hominem perdere noluit: & cum

illa sursum esset maiestate, ille deorsum iaceret infirmitate: descendit ad eum quo ceciderat vt leuaret eum ad id vnde ceciderat. Sapientia igitur sursum panis erat & versa est deorsum in lac. In diuinitate panis, in humanitate lac: & nutritus est paruulus sensus lacte humanitatis, vt crescens & conualescēs capere posset cibum diuinitatis. Christus ergo in celo panis, & in terra lac. Christus in celo ex patre sine matre deus: Christus in terra ex matre sine matre homo. In celo lo qualis pater talis filius: in terra qualis mater talis filius. In celo cum patre æternus & immensus: in terra cum matre incorruptus & mansuetus. In celo cum patre incorruptus & sublimis: in terra cū matre virgo & humilis. In celo summo patris: in terra imitator matris. Mater virgo erat & humilitate exultabat: & filius virginis virgo humilitatem cōmendabat. Illa virgo humilitatem suam a deo respectā afferebat: ille virgo se humilem & mansuetum ostendebat. Talis ergo agnus, qualis mater agni: ex munda mundus, ex virgine incorruptus. Per virginem veniens ad nos: per virginitatem præcedens nos. Per incorruptionem ergo venit vt peccatum tolleret: per incorruptionem præcessit vt virtutem demonstraret. Venit incorruptus vt conferret remedium, præcessit incorruptus vt daret exemplum. Si ergo venire non possumus qua venit: sequamur qua præcessit vt adipisci mereamur quod promissit: vt cibum lactis in humanitate Christi sumamus mundi corpore, cibum vero panis in diuinitate Christi sumamus mundi corde: mundi corpore per virginitatem, mundi corde per humilitatem: vt qui in vtroq̄ incorruptam habuit originem: in vtroq̄ inueniat mundam habitacionem.

Quomodo Christus dixit Pater meus.
Tiru. LXXXVI.

Vnus homo dixit, pater meus: qui hoc nō dixisset si plus homo nō fuisset. In eo enī quod homo, fratres habuit, & dicere habuit pater noster: in eo autem quod supra hominem vnicus fuit, & dicere potuit pater meus, & pater noster qui es in cælis.

Quare idem deus & homo. Titu. LXXXVII.

D Eus homo factus est ut idem esset creator & ut de suo liberaretur homo, & ut familiari ab homine diligeretur; deus, in similitudine hominis appareret; & ut uterque sensus in ipso beatificaretur & reficeretur oculus cordis in eius divinitate, & oculus corporis in eius humanitate: ut siue ingrederetur siue egrederetur in ipso pascha inveniret natura condita ab ipso.

Mysterium de purificatione Mariae. Titu. LXXXVIII.

E Sinectus Simeonis defectus est veteris hominis. Baulatio Christi pueri, assuatio novi. Gaudium Simeonis, oblatio salvatoris. Purificatio virginis, devotio mentis: exhibitio operis, consummatio virtutis.

De dei, mulieris & diaboli, de mortis incurrendae assertionione. Titu. LXXXIX.

F Dominus dixit. In quacumque die comederis ex eo, morte morieris. Mulier dixit. Ne forte moriamur. Diabolus dixit. Nequaquam moriemini. Dominus affirmavit, mulier dubitavit, diabolus negavit. Qui ergo dubitavit ab affirmante recessit, & neganti appropinquavit. Si mulier non dubitasset, forte diabolus non negasset. Sed dedit audaciam, quae inchoavit malitiam.

De poenitentia dei & amore eius in creaturas vario. Titu. XC.

G Videns deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, poenituit eum quod hominem fecisset in terra: & tactus dolore cordis intrinsecus & praecavens in futurum: delebo, inquit, hominem quem creavi, a facie terrae. Primum considera quod non facile pietas provocatur ad iram aut vindictam, nisi multa fuerit malitia nostra. Cum autem nos a bono in quo ab illo facti sumus mutari coeperimus: tunc ipsum poenitet super nos, ne ad bonum ad quod facti sumus perveniamus. Poenitentia autem eius non est mutatio intentionis a primo proposito, sed mutatio operis a primo instituto. Et nota quod pereunte homine, deus dolore cordis in-

trinsecus tangi dicit. Ibi enim dolor fuit ubi amor: amat enim deus universa quae fecit. Quia vero caetera omnia ab ipso amantur, sed ad ipsum possidendum non amantur: rationalis autem creatura & quod facta est ab ipso diligitur, & ad quod facta est: in ipso pereuntis hominis dolor creator intrinsecus tetigit in corde, ubi stans & bene incedentis amor fuit. Sunt, namque tria quadam genera rerum, unum a conditione lapsum, alterum in conditione stans, aliud supra conditionem proiectum. Prima amantur quod facta sunt, sed quasi corde non amantur: quia postea mala effecta sunt, sicut scriptum est. Dispersit superbos mente cordis sui. Secunda amantur quod facta sunt, & corde amantur quod bona sunt: sed tamen illorum amor quasi in corde foris est quia amantur quod sunt ab ipso bona, sed non amantur ut sint in ipso beata. Amor ergo hominis intus in corde creatori fuit: quoniam intantum homo ab ipso dilectus est ut & ab ipso esset bonus & in ipso beatus. Amor ergo hominis intus fuit, & ibi dolor fuit, ubi amor fuit. Sed quid est quod dicitur praecavens in futurum? Nunquid deus aliquando incautus fuit, ut faceret quae facienda non erant: ut postea considerans quae non bene fecerat de factis poeniteret, & facienda caueret? Sed sciendum est quod sicut poenitentia dei non est mutata voluntas in probatione faciendi, sed ordo mutatus in institutione facti: sic cautela eius non est praesidentis circumspectio, sed subiectionum correctio. Nam in malo faciendo, tam cauet qui terret ne fiat, quam qui timet ne faciat.

Exi de terra & de cognatione tua. Sermo ad fratres. Titulus. XCI.

E Xi de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui, & veni in terram quam monstravero tibi. Quia fratres (Scientibus, nam legem dei loquimur) sermo noster ad vos doctrina non est, sed exhortatio. Vos enim scripturas nostras, & virtutem earum. Virtus enim verbi experientia est rei: & efficacia sermonis exhibitio operis. Vos igitur non erratis nescientes scripturas neque virtutem earum. Scripturas enim nostras per studium lectionis:

virtute earum per disciplinam operis. Scripturas nostras audiendo Christum loquentem: virtutem earum imitando facientem. In dictis eius invenistis intelligentiam scripturarum: in factis eius virtutem earum. Nostris ergo Christum non solum audiendo, sed etiam experiendo. Nostris non solum secundum carnem, sed etiam secundum maiestatem. Et si cognovimus iam nunc non novimus. In utroque experti estis Christum: & nostris Christum secundum carnem & secundum maiestatem. Olim cognovistis Christum secundum carnem, nunc cognoscitis Christum secundum maiestatem. Christus secundum carnem, est Christus in passione. Christus secundum maiestatem est Christus in resurrectione. Christum in cruce experti estis compatiētes: Christum in maiestate experti estis concurretes. Vos enim estis sponsa illa & dilecta illa quae dilectum noverat, & experta dicebat: Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi: hoc est Christus secundum carnem. Et rursum. Botrus cyperi dilectus meus mihi: hoc est Christus secundum maiestatem. Fasciculus myrrhae Christi in passione. Botrus cyperi Christus in resurrectione. Fasciculus myrrhae amaritudo passionis. Botrus cyperi dulcedo resurrectionis. Fasciculus myrrhae multitudo passionum. Botrus cyperi abundantia gaudiorum. Illic amaricans, hic inebrians. Tamen vos fasciculum myrrhae inter vera posuistis: quia passionem Christi cum gaudio & dilectione suscepistis. Quia ergo Christum secundum carnem cognovistis, iam non cognoscitis: quia transitorius est quod est in passione: sed permanenti quod est in resurrectione. Cognovistis ergo & iam non cognoscitis, quia instat ut transeat dolor passionis, quem suscepistis in carne compatiētes, & instat ut consummetur gaudium resurrectionis quod percepistis animo confurgentes. Instat ut transeat dolor passionis: sed non instat ut transeat dilectio patientis. Transit a carne passio, sed non transit a corde dilectio. Ideo fasciculus myrrhae inter vera comorabitur. Ibi enim est cor: & ubi cor est, ibi dilectio est: & ubi dilectio est, ibi dilectus mansio est. Vos ergo fratres qui sponsa Christi

sto estis dilecta, fasciculus myrrhae habetis Christum patientem: & botrum cyperi Christum refurgentem. Propterea opus non habetis doceri de ipso, docti ab ipso: quia unctio eius docet vos de omnibus. & verbum ipsius, quod sonat in auribus vestris & sapit in cordibus vestris. Non igitur verba nostra ad doctrinam nostram sufficiunt: sed verbum ipsius per nos transeat ad vos ut ipsius gratia a vobis rediret usque ad nos. Hoc enim est verbum eius ad vos, quod dictum est propter vos. Exi de terra tua & veni in terram quam monstravero tibi. Sed ille ad vnam hanc pertinebat, in qua vos vnum estis, de qua scriptum est. Vna est amica mea, coluba mea, perfecta mea. Et ille tunc alienus erat qui in alieno erat: & vocatus est ut inde exiret, & proximus fieret & dilectus & amicus. Ille quidem iam tunc dilectus erat, quia diligebat a quo vocabatur: sed amicus non erat, quia non diligebat quem non cognoscebat: & ideo non diligebat quod erat alienus, sed quod futurus erat proximus & amicus. Erat enim tunc in Hur Chaldeorum: in igne videlicet & incendio demoratus: quod est concupiscentia & delectatio terrenorum. Et ipsum incendium fuscauerat illi, & nigrum fecerat ut non esset amabilis: & ideo vocabatur ut de incendio exiret, & veniret in refrigerium: ubi dealbari posset & candidus fieri ne semper esset odibilis. Propterea dixit, Exi de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui & veni in terram quam monstravero tibi. De terra exire est ea quae foris possidentur, terrena bona relinquere. De cognatione exire, est iis quae in nobis & nobiscum orta sunt virtutibus, abrenunciare. De domo patris exire, est speris omnibus propter deum, postremo semetipsum abnegare. Domus enim patris nostri ipsum est cor nostrum: quoniam pater noster habitat in nobis. Pater noster primus diabolus fuit, secundum naturam quae nata sumus. Pater noster secundus deus est secundum naturam qua renati sumus. Et vult uterque pater habitare in filiis suis. Diabolus in filiis ire, Deus in filiis gratiae. Quando ergo in Hur Chaldeorum fuimus: cor nostrum domus diaboli fuit: quod

I. Ican. 2.

Canti. 6.

L

M

nia ipse tunc in nobis habitauit, & suum⁹ vniuersi filii Beor quod dicitur habitantis in pelle. Non enim habitare potest nisi in pelle pater iste, quia corda carnalium amar & in eis solum requiescit, quia sapit: ea quae sunt carnis, & ambulat secundum carnem. Hec est pellis domus patris nostri primi, de qua iubemur exire, ipsum videlicet cor nostrum: & desideria eius mala relinquere. Hoc est enim de corde exire, elongare a desiderijs eius & peregrinari ab ipsis, ut non sumus consensu ubi illa sunt: sed proposito sanctitatis tendamus ad terram quam monstrabit nobis deus: ut primum propter dei abiciamus nos, deinde relinquamus & nos. Sic enim demum demonstrabitur nobis terra visionis a domino: in qua ipse videtur dominus quam in repromissionem posuit filiis, lacte & melle manantem: lacte in contemplatione humanitatis, melle in contemplatione diuinitatis. Propterea enim deus honorificatus est, ut totum hominem in se beatificaret: ut tota conuersio hominis esset ad ipsum, & tota dilectio hominis esset in ipso. Si enim creator hominis deus esset, & deus homo non esset: esset in ipso quod sensu mentis videretur, sed quod sensu corporis perciperet non esset: & sustineret sensu carnis perpetuum opprobrium absentiae creatoris, & esset in abiectionem semper oberrans in creaturis, & non attingerens ad creatorem suum. Ne igitur sensus carnis in homine opprobrium istud, in perpetuum portaret, semperque merito illi diceretur, ubi est deus tuus? si nunquam ad creatoris sui contemplationem admitteretur, assumpsit creator carnem quae a sensu carnis in ipso videretur per carnem: ut carnis cibus esset lac, in contemplatione carnis: metis cibus mel, in contemplatione diuinitatis. Et egrederetur & ingrederetur, & pascua inueniret. Pascua foris in carne saluatoris: pascua intus in diuinitate creatoris. Et saluator & creator vnus vnum gaudium esset & in lacte carnis, & in melle diuinitatis. Quod &c. Amen.

¶ De duplici vita anime. Titu. XCII.
N duplex est vita anime: alia qua viuunt in deo, alia qua viuunt in carne. Vbi viuunt ibi sentit, ibi dolet cum laeditur, & gaudet cum fouetur: quia vnus est locus gaudij & doloris. Nec dolor est nisi

vbi gaudium fuit, & amor: quonia dolor non est nisi cum lesus fueris vbi gaudes sublato gaudio. Qui vero in carne viuunt in carne sentiunt: & illis dolor carnis grauis est, quia suaue erat gaudium illius. Dolores vero anime non sentiunt: quia mortui sunt intus vbi viuere debuerant. In deo. Idcirco cum laeditur caro graue excruciamur ab illis: & fugiunt quantum possunt dolores illius. Vulnera autem anime ignorant prorsus, & non quarunt medicinam in illis: quia ibi sensum doloris non habent. Cum autem mortuus fuerit sensus anime quo viuunt in carne, tunc viuificari incipiet ille sensus, quo sentiet se metipsam: & tunc sciet vulnera sua, & sentire incipiet dolores suos tanto grauius quanto propius: quia quod magis intimum est magis nocet malum, magis prodest bonum. Vnde dicit. Arguam te, & statuum Psal. 49. contra faciem tuam.

¶ De conscientia & fama. Titu. XCIII.
Duo sunt. Conscientia & fama. Conscientia oleum in vase. Fama lumen in lampade. Propter conscientiam ingredimur: propter famam egredimur. Intus reficimur salutem salutem propria, foris reficimur edificatione aliena. Intus cupio dissolui & esse cum Christo. Foris manere in carne necessarium propter vos. Conscientia irriguunt superius, fama irriguunt inferius. Ad conscientiam meditatio: ad famam verbum. Per silentium seminas agrum tuum: per verbum seminas agrum proximi tui. Cum in tui edificatione proficis, metis agrum tuum: cum de profectu alieno meditaris, metis agrum proximi tui. In tempore otij primam lectio cognoscende veritatis & exercende virtutis materiam tribuit: deinde meditatio formam apponit. In tempore laboris primam opus exempli tribuit, postea verbum doctrinae proponit, sicut scriptum est. Quae Actus. 17. cepit lesus facere & docere. Ideo prius tempus otij: postea tempus laboris.

¶ De duplici vetustate. Titu. XCIII.
Duo homines veteres in nobis erant, posterior per iniquitatem, exterior per mortalitatem. Christus autem carnem cum mortalitate assumpsit: animam sine iniquitate. Verustatem autem carnis suae per crucem hoc ordine disposuit: primum

ligatus est, postea crucifixus. Sic & nos vetustatem interioris hominis, hoc est iniquitatem hoc ordine destruere debemus: primum eam foris per disciplinam ligando, ut operari non possit: deinde interius omnino crucifigendo & interficiendo, ut iam prorsus non sit. Sic prius studio nostro, cooperante gratia dei, in nobis destruenda est iniquitas: ut per eandem gratiam postea in nobis sine nostra cooperatione, & ipsa destruat mortalitas.

¶ De tribus locis filiorum Israel, Aegypto, deserto, & terra promissionis. Titu. XCV.

Quod Psal. 105. **I**n exitu Israel de Aegypto domus Iacob de populo barbaro. Tria sunt loca, Aegyptus, desertum, & terra promissionis. In Aegypto sumus serui & miseri. In deserto sumus miseri. In terra promissionis liberi & beati. In Aegypto saturamur & cedimus. In deserto esurimus, non tamen flagellamur. In terra promissionis non flagellamur & saturamur. Sed nobilis interior animus eligi magis inopiam cum libertate quam in seruitute abundantiam. In Aegypto peccamus, in deserto laboramus, in terra promissionis requiescimus. In Aegypto est peccatio, in deserto exercitatio, in terra promissionis sabbatizatio. In principio mundi primum creauit deus confusio nem. Postea operatus est dispositionem. Deinde suscepit requietionem. Populus antiquus in Aegypto operatus est iniquitatem. In deserto accepit exercitacionem. In terra promissionis inuenit requiem. In vita seculari confusio est, in conuersatione spiritali exercitatio est, in vita caelestis requietio. In carne peccatum, in spiritu exercitium, in deo sabbatum. Aegyptus est vita secularis, desertum vita spiritalis, terra promissionis vita caelestis. Aegyptus caro, desertum animus, terra promissionis deus. Aegyptus Hierico, desertum stabulum, terra promissionis Hierusalem. Aegyptus mundus, desertum ecclesia, terra promissionis vita aeterna. In Aegypto seruimus Pharaoni, id est diabolo, qui Pharaonem interpretatur: negans eum, scilicet dominum, qui dixit: dominum non cognoui, & Israel non dimittam. Huic seruimus in Aegypto, in luto & palea. Lutum est concupiscentia carnis. Palea est pompa secularis. Illa per immunditiam inquinat. Hec per mutabilitatem & instabilitatem transuolat. Propterea exeuntes ab Aegypto, & per mare rubrum, id est baptismum sanguine Christi rubricatum ad libertatem transituri, abdicamus seruitium Pharaonis abrenunciantes diabolo & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius. In luto operibus, & in palea pompis. Exeuntes ab Aegypto in desertum relinquimus mala ut non contemnamus. Exeuntes a deserto in terram promissionis euadimus mala ut non sentiamus. In Aegypto est pugna sine victoria, vel seruitus sine pugna. In deserto est pugna sine victoria vel victoria cum pugna. In terra promissionis est sine pugna victoria. In Aegypto sunt delectationes male & multae: non tamen solae. In deserto sunt delectationes bonae & paucae, non tamen nullae. In terra promissionis sunt delectationes & bonae & multae & solae.

¶ De duobus discipulis currentibus ad monumentum domini responso epistolari. Titu. XCVI.
Quod Ioan. 20. **Q**uod scriptum est de duobus discipulis currentibus ad monumentum, Ioanne & Petro videlicet: quod qui prius venit posterior intrauit. Scriptum est enim. Currentibus duo simul, & ille alius discipulus praecurrit citius Petro: & venit prior ad monumentum: & cum se inclinasset vidit lintheamina posita, non tamen introiit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiit in monumentum, & vidit lintheamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non enim lintheaminibus positum: sed separatim inuolutum in vnus locum. Tunc ergo introiit & ille discipulus qui venerat prior ad monumentum. Potest ergo conuenienter per Ioannem qui prior venit, posterior intrauit, synagoga: per Petrum autem qui posterior venit, sed prius intrauit, ecclesia gentium designari: quia & illa prius in lege mysterium incarnationis ac passionis dominicam accepit: sed in mortuum creatorem dei & hominum, & cognouit carne mortuum & viuentem credidit deum.

Exodi. 5.

T Bene autem postq̄ Petrus intrauerat, tūc etiam Ioannes intrasse dicitur: quia cum plenitudo gentium intrauerit, tūc & Iudea in reliquiis suis ad fidem colligetur. Prius ergo Ioannes lintheamina vidit, postea intrauit: quia synagoga prius, sicut dictum est, in scripturis prophetiā de v̄turo accepit, quem tamen venisse vsq̄ ad circa finem seculi credere renuit. Petrus autem prius intrat, postea lintheamina conspicit: quia ecclesia gentiū non per prophetas ad fidē Christi, sed per fidem Christi ad intelligentiam prophetarum pertuenit. Hac frater breuiter explanata ad presens tibi sufficere crederem, nisi aliud aliquid adhuc quod ad reformationem morum pertineat querere te in huius facti figura non dubitarem: maxime quia opus tibi non fuerat hanc expositionem a me querere quam poteras sine mea doctrina in explanationibus patrum alibi sufficienter inuenire. Dicam ergo quid mihi in hoc facto moraliter figurari videtur. Duo isti electi discipuli qui audita resurrectione domini simul ad monumentum currunt, sed non simul perueniunt: duas animæ affectiones mihi figurare videtur, desiderium videlicet & consilium. Nam quid est aliud q̄ discipuli audita resurrectione ad monumentum currunt, nisi q̄ animus cum gloriā resurrectionis audit, imitari passionem appetit? Et quid est q̄ ille alter discipulus precucurrit citius Petro, nisi q̄ amore salutis succensit plus per desiderium cupimus, q̄ per consilium præsumamus? Præcurrit ergo desiderium rationem consilii, quia qui omnia per caritatem vellet pro amore redemptoris perpeti: per considerationem infirmitatis suæ quodammodo tardatur, vt nō audeat temere de suis viribus gloriari. Prius ergo per desiderium ad monumentum venimus, sed visis lintheaminibus ante consilium intrare non præsumimus: quia licet mens nostra se per caritatem spontaneam ad passiones offerat, considerata tamen difficultate earūdem passionum, quantum impar sit nostra infirmitas ad illarū tolerantiam videmus. Hoc est enim quodammodo visis lintheaminibus subsistere: visis difficultatibus

passionū, imparem se ad eas sustinendas iudicare. Sed postq̄ consilium posterius veniens prius intrauerit: tunc & desiderium sequitur, quia postq̄ mens deliberat in illo considerandum esse qui prior vicit, tunc amor in omnibus per spem diuini adiutorii ad tolerantiam animatur. Iamq̄ in trepidus monumentum ingreditur: quia vitam presentem libenter pro deo despiciens, tūc se ad mortem offert paratius, quanto certius didicit per resurrectionem sui capitis ingressum vitę esse mortē carnis. Q̄ autem ingressi monumentum sudarium quod erat super caput Iesu a ceteris lintheaminibus separatim inueniunt, quid aliud significat nisi q̄ nos, qui peccatores sumus, si etiam mortem pro eius amore valemus perpeti, cognoscimus tamen q̄ nostra mors morti eius non valet digne coæquari: qui sine peccato passus est? Hoc paschale ferculum frater charissime missum tibi benigne suscipe, & ora pro me misericordiam dñi: quatinus eius gratia largiente in his paschalibus festis vetus in me homo moriatur, & nouus resurgat. Amen.

De duobus discipulis currentibus
ad monumentum altera epistola,

Titu. XC VII.

Si tu frater negligentē scriptorem habere non vis æquum tibi videtur, vt ego diligam timidum lectorem? Festiuitatem modo celebramus: libet parumper suspensis interim seriis, tibi iocundari, sermōe colludere, & simul te vt euigiles expulsi. Causaris ergo q̄ ego cum de duobus discipulis ad monumentum currentibus, Ioanne videlicet & Petro sermonem facerem: & quid in illorū facto nobis faciendum ostenderetur, tuā petitioni satisfacere volens, explanarem: per illum quidē qui ad monumentum prius venit, & posterius intrauit, hoc est Ioannem, desiderium: & per illum qui posterius venit, sed prius monumentum intrauit, hoc est Petrum, consilium mentis significari asserui: & tamen causam cur vel ille potius q̄ iste desiderium, vel iste potius q̄ ille consilium significaret, vt asseris, non ostendi. Hoc igitur est q̄ cum significationem exponerem, causam significationis tacere nō

deuissimam, libens accipio: q̄ hac tua causatio, dum vnū ammonet vtrosq̄ docere: in primis me, ne dicenda prætereā, vt esse studeā in scribendo sollicitus: deinde etiā te ne minus dicta intelligas, vt sis in audiendo attentus. Ne tamen querela tua prorsus sibi iusta videatur, ostendam tibi quomodo ipsam quam quaris causam ibidem vbi significatio eius explicata est, poteras inuenisse. Nā cum dictum sit ibi per Ioannem qui præcurrit prior ad monumentum venit, significari desiderium animi: per Petrum, qui posterius venit consilium: nōne ex ipsa eorum actione manifesta causa colligitur, cur in illo desiderium, in isto consilium significetur? Si enim quaras cur Ioannes desiderium significet, causa manifesta est: quia præcessit. Et si interrogas, cur Petrus consilium: & hoc patet, quia posterius venit. Ex diuersitate igitur actionis manifeste ostenditur, quia significationis diuersitas in personarū discretione teneatur. Q̄ si fortassis existimas vim significationis non solū ex qualitate actionum, sed etiam ex discretione personarum colligendam esse: nec hoc quidem ego refutandum iudico, quia satis conuenienter alacritas & feruor amoris per Ioannem iuniorem exprimitur: grauitas autem & mora consilii per Petrum senem & tardū figuratur. Istud quod dicit Petrum amplius amasse, & ideo iustum tibi videri vt per illum potius desiderium siue amor significari debuisset, ad presentem causam nihil attinet: quia in presentia tractatione nō agitur qualis Petrus in mente fuerit, sed quam nobis exteriori specie vel actione significationem presentiauit: maxime cū hoc vbiq̄ obseruandum sit, vt vnde aliquid per significationem trahimus istud quidem non in occulto, sed in manifesto querere debeamus. Signum enim occultum esse non debet, sed manifestum: quia quod per se occultum est occultum pandere nō potest. Ociosum me vt certis inuenerunt tabule tue, qui nemine laesente mecum litigo: & quasi qui hostem non habeā, vires in ventum effundo.

De Petri & Ioannis dilectione.
Titu. XC VIII.

Scio quidem questionem vt nonnulli A
Topetofam
ita recompensatio videatur vt Petrus qui amplius Christum dilexit, minus a Christo dilectus sit, & Ioannes plus dilectus sit qui minus dilexit. Ego autem cum euan gelium vnde fons huius questionis manare videtur inspicerem non inueni quidem vel q̄ Petrus amplius dilexerit, vel q̄ Ioannes amplius dilectus sit. Nam quod dominus post resurrectionem suā Petrum an se amaret interrogans ait. Si mon Ioannis diligis me plus his? Nō asserendo sed interrogando hoc dixit. Sed neq̄ ipse Petrus dicere ausus fuit cū interrogaretur: Domine, tu scis quia amo te plus his? Sed ait, Domine tu scis quia amo te. Ioannes quoq̄ de semetipso loquens sic ait. Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus. Et non dixit, quem diligebat Iesus. Neq̄ igitur Petrus se amasse amplius, neq̄ Ioannes amplius amatum esse præsumpsit, sed alter se non præ ceteris sed cū ceteris amasse: & alter non præ ceteris sed cum ceteris amatum esse asseruit. Sed esto vt Petrus plus dilexerit, & tñ minus dilectus sit: nunquid idcirco vllam iniuriam passus est, si tñ tantū dilectus est, quantum meruit? Nome ista est querela illorū qui in euāgelio contra patresfamilias murmurabant dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerūt, & pares eos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus! Sed quid paterfamilias vni illorū, & in vno omnibus responderit audiuimus. Amice nō facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est & vade. Volo & huic facere sicut & tibi. Non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequā est quia ego bonus sum? Ponamus igitur nunc vt Petrus querelam in medium deferat, & de iniuria dilectionis suę in Christū causetur & dicat: Domine Iesu iniuriam mihi facere videris, cum ego te plus diligam: tu vero minus me diligis. Nunquid non recte dominus ista dicenti respondere posset & diceret? Amice, non facio tibi iniuriam: tantū diligeris quātum diligis: tantum diligeris, quantum mereris. Tolle quod tuum est

Ioan. 21.

B

Matt. 20.

Ioan. 20.

& vade. Volo huic facere plusq̄ tibi. Nū quid nō licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Neq̄ enim iniuriam pateris, si minus illo accipis, sed iniuriā pateris si minus accipis q̄ mereris. Quod si totum habes qd cōquereris? Ita frater ratiocinatē suscipe vt scias mentem tuam in nullam affirmationē præcipitem inclinare. Sunt tamen qui clementius hanc quæstionem soluere nituntur. Dicit namq̄ q̄ Petrus & amplius dilexerit & amplius dilectus fuerit. Ioānes vero propter castitatē qua pollebat solummodo Christo dño in conuersatione familiarior cæteris omnibus fuerit. Petrus vero quātum ad effectum pertinet caritatis, amplius a Christo diligebatur. Ioannes vero quātum ad aulum familiaritatis amabilius in conuersatione suscipiebatur Petrus carior, Ioannes familiarior: q̄ & in Petro remunerabatur caritas: & in Ioanne castitas laudabatur. Ioannes tenerius, & Petrus constā tius diligebat.

De gratitudine beneficiorū dei, & de iudicio de se & proximo faciēdo. Titu. XCIX.

D Opule meus memento quaso quid cogitauerit Balach rex Moab: & quod responderit ei Balaam filius Beor de Sethim vsq̄ Galgalim, vt cognosceres iustitiam domini. Balach rex Moab merce de conduxit Balaam ariolum vt malediceret filiis Israel. Sed ille non est permisus a domino maledicere populo suo: cui benedictio in hereditatem fuerat reposita. Et quis hominis maledictio nocere non posset illi cui benedixerat deus: cum tamen prophetae maledictio in benedictionem vertitur: quid nunc spiritualiter dei gratia in electis suis agat manifeste monstratur. Dicit namq̄ Apostolus. Scimus quoniam diligentibus deū omnia cooperantur in bonum, his qui scdm̄ propositū vocati sunt sancti. Propheta ergo ini quis maledicere volens populo dei, ad benediciendum (licet inuitus) compellitur: quia mala quæ reprobis bonis inferunt, illorum salutē domino disponente cooperantur. Loquitur ergo de populo suo nunc per Prophetā dominus: & prius

ra beneficia ei ad memoriā reuocat dicens. Popule meus memento quaso quid cogitauerit Balach rex Moab: & quid responderit ei Balaam filius Beor de Sethim vsq̄ Galgalim, vt cognosceres iustitiam domini. Erubescere miser homo. Tu nunq̄ obliuisci debueras q̄ tantū dilectus es a deo, vt tibi maledictionē inimicorū tuorum non tantūmodo nocere nō permitteret, sed eam quoq̄ tibi in benedictionē commutaret: verū nunc cum ipse bonorū largitor te horū reminisci rogat, quid aliud q̄ te post tāta beneficia accepta ingratum adhuc atq̄ immemorē permansisse demonstrat? Qz si Iudæus ingratus beneficiorum dei reminisci noluit: caue saltem tu christiane, ne vnq̄ eorum quæ tibi impensa sunt bonorum obliuiscaris. Caue inquā, & tanto magis caue, quanto deterius est si tu ingratus persisteres: qui maiora illo beneficia a deo accepisse comprobaris. Habes enim & tu Balach hostem tuum, qui te indefinenter persequitur: & contra te omni tēpore consilia maligna meditatatur. Qui etiam metuens ne forte suis virib⁹ ad subuersionem tuam nō sufficiat, iniquū Prophetam & auarū ad te maledicendum proposita mercede inuocat. Balach namq̄ qui interpretatur elidēs, Ipse est Sathanas aduersarius noster, & hostis pessimus: a quo prostratos atq̄ elisos ille sanat & erigit: de quo in Psalmo canitur. Dominus erigit elisos, dominus diligit iustos. Iste Balach rex est Moab: quod interpretatur ex patre, illorū scilicet quibus dominus in euangelio dicit. Vos ex patre diabolo estis. Hic contra nos malignū cogitat, sicut de ipso Apostolus Paulus ad quosdā discipulos suos loquitur dicens. Vt non circūueniamur a Sathana. Nō enim ignoramus cogitationes eius. Huic autem cogitanti cōtra nos & consilium subuersionis querenti, respondet Balaam, qui interpretatur populus vanus, videlicet iniquorū omnium: respondet scilicet eius voluntati obtemperans, & in nostra subuersione atq̄ ruina vnanimiter sequenti concordans. Qui Balaam, hoc est populus vanus, est filius Beor, quod sonat in pelle, vt subaudiatur habitantis, id est eiusdem diaboli

per imitationem filius, nos cum eo opprimēdo, & odio iniquo plequēdo. Qui diabolus in pelle habitat, hoc est in corde carnali: quia in eis tantūmodo requiem inuenit quos concupiscentia carnalis affectus a constantia atq̄ rigore virtutum resoluens, per turpia desideria emollit. Vbi autem Balaam filius Beor in quo Balach de nostra perditione cogitanti respondeat ostenditur, cum subinfertur. De Sethim vsq̄ ad Galgalim: subauditur gyrans & circūueniens, & locum maledictionis exquirens. Sethim interpretatur spina. Galgalim volutabrum dicitur. Hac est ergo via populi vani, & circuitus erroris, spina vbi delicta & volutabrum, id est cura & voluptas. Cura per quā ad huius mundi trāsitoria adipiscenda desudat, voluptas vero per quā acquisitis immoderate atq̄ illicite vtendo se maculat. De Sethim ergo vsq̄ Galgalim, vanus populus maligno regi respondēdo fideles persequitur: quia oēs iniqui & per auaritiā bona temporalia acquirendo, & per incōtinentiam acquisitis vtēdo, diabolo seruiētes: in persecutionem bonorū excitantur. Ideo autem permittitur mali cōtra bonos fauere, vt ostendatur nō posse p̄ficere: & ipsa eorū malignitas quōto inuicior ostenditur, tanto dei gratia & misericordia erga nos euidentior efficiatur. Hoc est enim quod sequitur, vt cognosceres iustitiā siue misericordiam dñi. Ac si diceret. Ideo ex parte relaxati sunt, vt agnosceres periculum: ideo prohibiti sunt, vt intelligeres unde esset tibi præsidium. Tantis ergo beneficiis acceptis quid tibi iam restat, nisi vt gratias agas & saluatori tuo atq̄ protectori recompensatione digna respondeas. Nam si populus vanus suo regi perditionem bonorū machinanti responderet: quid populus fidelis atq̄ electus, nonne multo magis suo regi bonos liberati atq̄ saluanti obcedendo & seruiendo respondere debet? Sed dices fortassis. Quid dignum offeram domino? Curabo genudum excelsis? Nūquid offeram ei holocausta & vitulos anniculos? Nunquid placari potest deus in milibus arietū, aut in multis milibus hyrcorū pinguiū? Hac enī oīa a me aliena sunt: & ideo pro mea salute digna recompensatio esse nō pos-

sunt. Sed fortasse satisfaciā si dederō primogenitum meū pro scelere meo: fructū ventris mei pro peccato animę meę. Hęc tamen extra me sunt, quis ex me profecerunt: & qui me ipsum abstuli etiā si totum præter me dederō, nondū plene debitum restitui. Quid ergo faciam? quid dabo? quid reddam? quid retribuā domino pro omnibus quæ tribuit mihi? Indica tibi homo quid sit bonum, & quid deus querat a te. Vtq̄ facere iudicium, diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum deo tuo. Tria hæc sunt quæ offerre debes: quia & deus, qui trinitas est, non nisi trino sacrificio digne placari potest. Offer ergo iudiciū filio iudici. Offer misericordiam spiritui factō caritati. Offer sollicitudinem paternitati. Ad sapientiā pertinet discretio: ad caritatem pietas: ad paternitatem sollicitudo. Sic tamen offer, vt neq̄ in discretione munerum vnitatem trinitatis diuidas, neq̄ in participatione donorum, trinitatem vnitatis cōfundas: sed singulis sua, & simul vni singula exhibeas. Si iuste iudicas, iustum iudicem honoras. Si misericordiam diligis, eum qui pius est acceptabili sacrificio veneraris. Si sollicitus in timore dei semper ambulas, placas tibi celestem patrem, quem pro peccatis tuis offensum habebas. Nūc ergo ausculta quale sit iudicium quod facere iuberis. Primum est tibi iudicium faciendum de teipso: deinde inter te & proximum tuum: postremo de proximo tuo. In eo iudicio quo iudicas teipsum esse debes districtus. In eo iudicio quo iudicas inter te & proximum tuum, debes esse iustus. In eo iudicio quo iudicas proximum tuum, debes esse pius. Teipsum iudicare debes hoc modo. Considera diligenter quid facis, & quid non facis: quid facere debes, quid facere non debes: postea hæc ad inuicem conferendo perpende, an idem est quod facis & quod debes: & an idem quod non facis, & quod non debes. Quod si ita inueneris, gaude. Si autem idem esse perspexeris quod facis, & quod non debes: aut quod non facis, & quod debes, time. Inter te & proximum tuum hoc modo iudicare debes. Vide quod facias proximo tuo, & quid tibi faciat proximus tuus. Si ille tibi bonum

Eruditiones Theologicę.

facit: & tu illi bonū reddis, malus nō es. Si ille tibi malū facit: & tu illi malū reddis, bonus nō es. Si ille tibi bonum facit: & tu illi malū reddis, malus es. Si ille tibi malū facit, & tu illi bonum reddis, bonus es.

L De proximo tuo hoc modo iudicare debes. Vide quicquid facit, an certū bonū, an dubiū bonum, an certū malum, an dubiū malum. Si certum bonū est: paruum, magnū: magnū, maius existimes. Si dubiū bonū est, verum puta. Si certū malum est: magnū parū, parū minus iudica. Si dubiū malum est, bonum puta. Hoc est iudiciū verū, iudiciū bonum, iudiciū deo placitum. Quod si tu illi non solum discernendo, sed etiā faciēdo in sacrificiū obtuleris, placabis iram, & gratiā cōsequeris. Deinde sequitur diligere miserī cordiā. Non solū facere, sed etiā diligere: quia magis facit q̄ affectu pietatis cōpartitur, q̄ qui ex debito p̄ceptionis miseretur. Oportet ergo te primū facere iudiciū vt qd̄ recte discernis, opere cōpleas. Deinde diligere misericordiā: vt bonum quod agis non ex timore, sed ex amore facias. Postremo sollicitum incedere, ne vel bonū quod necdū habes nō merearis accipere, vel bonū quod habes amittas. Porro in his trib⁹ trinitati i te operari cooperaris. Sapientia em̄ te ad agnitiōē veritatis illuminat: caritas te ad desiderii bonitatis inflāmat: paternitas in te custodit quod creauit, ne pereat. Per illuminantē ergo sapientiam, tibi colludentem rectum discernis: per inflāmātem caritatē, tibi coardentē miseris: per providentē paternitatem, tibi cōtuetē temetipsum custodis. Per trinitatem itaq; cooperando trinitati, trinitatis imago efficeris: verūq; tunc sacrificiū te ipsum deo offers, cū ad eius similitudinē reformaris. Quod & c. Amē.

M De apparitione Christi duob⁹ discipulis euntib⁹ in castellum quod dicitur Hemaus. Titu. C.

N Iesus in via ambulātib⁹ faciem suam abscondit ostentur⁹ eā in patria. Propterea in fine vię cū discipulib⁹ cōcessissent, fregit Iesus panem, vt interiora eius patecerent, & ibi eū agnouerūt: quia post vitē huius cursum in regno cælorum cum Abraham & Ysaac & Iacob discumbentes, & super mensam eius edentes & bibētes in eterno cōiunio Iesu claritatem videbūt. Nunc autē interim in via peregrinus apparet, vt exiliū nostrū agnoscam⁹: & q̄ alia est patria nostra. Et colloquendo corda ad amorem inflāmat: sed oculos ad cōtemplationem adhuc nō reuelat. Qui ergo in via ex sermonibus Iesu ignē amoris corde concipiunt, in fine vię claritatē eius videbūt. Sunt itaq; ligę igneę quę veniunt ad nos: & verba flāmātia quorū die Christum nobis loquētem audimus. Quia spiritū Christi nō habet qui verba Christi auiciēdo non ardet. Spiritus em̄ sanctus sup̄ discipulos Christi in linguis igneis apparuit: & ipse Christus ambulātiū in via loquēdo corda inflāmauit: quibus non quasi a capite, sed quasi a latere se sociāuit: quia eum nobis non natura, sed gratia in hui⁹ vitē via comitē dedit.

O De Christo oue & pastore bono. Titu. CI.

Luce. 24. Iesus in via ambulātib⁹ faciem suam abscondit ostentur⁹ eā in patria. Propterea in fine vię cū discipulib⁹ cōcessissent, fregit Iesus panem, vt interiora eius patecerent, & ibi eū agnouerūt: quia post vitē huius cursum in regno cælorum cum Abraham & Ysaac & Iacob discumbentes, & super mensam eius edentes & bibētes in eterno cōiunio Iesu claritatem videbūt. Nunc autē interim in via peregrinus apparet, vt exiliū nostrū agnoscam⁹: & q̄ alia est patria nostra. Et colloquendo corda ad amorem inflāmat: sed oculos ad cōtemplationem adhuc nō reuelat. Qui ergo in via ex sermonibus Iesu ignē amoris corde concipiunt, in fine vię claritatē eius videbūt. Sunt itaq; ligę igneę quę veniunt ad nos: & verba flāmātia quorū die Christum nobis loquētem audimus. Quia spiritū Christi nō habet qui verba Christi auiciēdo non ardet. Spiritus em̄ sanctus sup̄ discipulos Christi in linguis igneis apparuit: & ipse Christus ambulātiū in via loquēdo corda inflāmauit: quibus non quasi a capite, sed quasi a latere se sociāuit: quia eum nobis non natura, sed gratia in hui⁹ vitē via comitē dedit.

De Christo oue & pastore bono. Titu. CI.
Christus pri⁹ ouis fuit: postea pastor factus est. Ovis animal est mansuetū & mundū. In mansuetudine humilitas, in munditia castitas significatur. Humilitas duplex est. Prima, qua p̄esse nō appetas. Secūda, qua subesse diligas. Multi em̄ sūt qui p̄esse nolunt, fugientes laborem nō honorē: qui tñ subesse dedignantur. Qui quādo in p̄cepto obediētię murmurāt, quasi ad passionem ducti recalcitrāt. Hi p̄fecto oues nō sunt nec imitatores illi⁹, qui sicut eius ad occisionē duct⁹ est, & nō aperuit os suum. Similiter castitas duplex est. Alia foris per munditiā corporis, alia intus per munditiā cordis. Munditia corporis est abstinere a malo opere. Munditia cordis sincerū esse a mala delectatione. Qui ergo munditiā & mansuetudinē habet, ouis est. Et qui ouis bona est, sic tandem pastor fieri potest, qui pri⁹ in sua subiectiōe didicit, quomodo aliis p̄esse possit. Quidā em̄ sunt pastores, quidā mercenarii, quidā lupi. Pastores sunt qui oues diligunt: mercenarii qui lanam & lac accipiūt. Lupi q̄ carnes comedunt. Pastores custodiūt in prosperitate, & defendunt in aduersitate. Mercenarii custodiunt in prosperitate, sed non defendunt in aduersitate. Lupi nō custodiunt in prosperitate, & occidūt in aduersitate. Pastores salutem querunt, mercenarii lucrum

De Christo oue & pastore bono. Titu. CI.

Christus pri⁹ ouis fuit: postea pastor factus est. Ovis animal est mansuetū & mundū. In mansuetudine humilitas, in munditia castitas significatur. Humilitas duplex est. Prima, qua p̄esse nō appetas. Secūda, qua subesse diligas. Multi em̄ sūt qui p̄esse nolunt, fugientes laborem nō honorē: qui tñ subesse dedignantur. Qui quādo in p̄cepto obediētię murmurāt, quasi ad passionem ducti recalcitrāt. Hi p̄fecto oues nō sunt nec imitatores illi⁹, qui sicut eius ad occisionē duct⁹ est, & nō aperuit os suum. Similiter castitas duplex est. Alia foris per munditiā corporis, alia intus per munditiā cordis. Munditia corporis est abstinere a malo opere. Munditia cordis sincerū esse a mala delectatione. Qui ergo munditiā & mansuetudinē habet, ouis est. Et qui ouis bona est, sic tandem pastor fieri potest, qui pri⁹ in sua subiectiōe didicit, quomodo aliis p̄esse possit. Quidā em̄ sunt pastores, quidā mercenarii, quidā lupi. Pastores sunt qui oues diligunt: mercenarii qui lanam & lac accipiūt. Lupi q̄ carnes comedunt. Pastores custodiūt in prosperitate, & defendunt in aduersitate. Mercenarii custodiunt in prosperitate, sed non defendunt in aduersitate. Lupi nō custodiunt in prosperitate, & occidūt in aduersitate. Pastores salutem querunt, mercenarii lucrum

Bia. 53.

appetunt. Lupi peccati materiā vel licentia ouibus dantes, occidūt. Primi sunt diligētes, secūdi negligētes, tertii pestilētes. De eo quod scriptū est, Nisi ego abiero paraclitus nō veniet. Ti. CII.

Ioan. 16. Nisi ego abiero paraclitus nō veniet, Christus discipulis corporalē p̄sentia subtrahit: vt eū spiritaliter amare discerent. Brat quippe & ipse prius scdm eandem corporalem p̄sentiam paraclitus id est cōsolator: & hæc cōsolatio qua si lac erat de carne manans paruulis. Propterea subtrahit est lac, vt ad perfectionē spiritalis amoris cōualescerent. Ascendit in cælum vt corda post se traheret, & dilectio p̄geret post dilectum. Vsq; hodie Christus amicos suos in scriptura sacra & sacramentis ecclesie atq; aliis visibilibus virtutum exercitiis quasi quadā corporali p̄sentia consolatur: quorū vsus dum aliquādo dispensatione subtrahit, quasi quadā humanitatem suā ab oculis mentium subducit, vt spiritalis amoris dulcedinem tāto purius percipiāt quo minus foris habent etiā de opere virtutis ad quod mentem suam per intēritio nem effundant.

De spiritu dei & spiritu mūdi p̄ quē cōsummata sunt omnia. Ti. CIII.

R Sap. 11. Spiritus domini repleuit orbem terrarū. Quid mirum si spiritus dñi implere potuit corda hominū qui implet orbē terrarū? Nūc ergo impletū est quod dñs Iesus Christus in passione sua p̄dixerat: cōsummātū est. Anteq; spiritus sanct⁹ venit ad corda hominū non potuit dici, cōsummātū est. Propter hoc enim omnia facta sunt, a quo facta sunt, vel in natiuitate, vel in passione, vel in resurrectione, vel in ascensione Iesu Christi, siue in ceteris omnibus: quæ verbum incarnatum visibiliter operatū est ad reparationem hominū, vt hoc bonum suum reciperet homo: ad quod conditus fuerat: siue quo nihil profuit, cum quo nihil defuit. Et p̄pterea in hoc cōsummata sunt omnia quæ p̄pter hoc facta sunt omnia. Bonus em̄ carnis portatus fuerat ad torcular crucis: & expressiōe facta fluere cepit mustū diuinitatis, & voluit vt vasa cordiū p̄parent vt dū vinū nouū fundetur in vres novos, primū mūdaretur

ne infusum pollueretur: postea ligaretur ne effusum amitteret. Mūdaretur a gaudio iniquitatis, ligaretur contra gaudium vanitatis. Non enim bonum gaudium venire potuit, nisi prius recederet malum. Malum gaudium est gaudium iniquitatis: & malum gaudium est gaudium vanitatis. Gaudium iniquitatis polluit: gaudium vanitatis effundit. Gaudium iniquitatis reddit vas sordidū: gaudium vanitatis reddit vas rimosum. Gaudium iniquitatis quando diligitur: gaudium vanitatis quando transtoria amantur. Eūce ergo quod malum est, vt quod bonū est percipere possis. Effunde amaritudinē, vt dulcedine implearis. Spiritus sanctus gaudium est, & spiritus sanctus amor est. Eūce spiritū mundi dei, spiritū diaboli, vt accipias spiritū mundi operatur: gaudium iniquitatis: & spiritus mundi operatur gaudium vanitatis. Et sunt mala gaudia ista: quoniam alterū culpam habet, alterū occasionem culpe. Venit autē spiritus dei, cū eieci fuerint spiritus mali: & intrat habitaculū cordis, & operatur gaudium suum, & amorem suum: non sicut spiritus diaboli, neq; sicut spiritus mūdi: sed gaudium bonum & amorem bonū. Primi gaudii veritatis, in quo iustitia diligitur, postea gaudii felicitatis i quo de p̄mio iustitię p̄cepto exultatur. Gaudii veritatis contra gaudium iniquitatis. Gaudium felicitatis contra gaudium vanitatis. Et expellunt bona gaudia, gaudia mala. Et cum ipsa cor implere cōperint, tñc primū agnoscit homo, q̄ prima vera non fuerunt: quoniam nec plena esse potuerūt in gaudio iniquitatis, nec permanentia in gaudio vanitatis. Nunc autem vera gaudia adueniūt plena & æterna, sicut Saluator promisit, vt gaudium vestrū sit plenum, & gaudium vestrū nemo tollat a vobis. Ipsum ergo gaudium amor est, & operatur spiritus idem & gaudium & amorē. Amorem quādo requirimus, gaudium quādo possidemus. Tamen ipsum desiderii sine gaudio esse non potest: nec ipsa adeptio sine amore. Itaq; gaudium ipm amor est, & ipse amor gaudium est: quoniam in eo quod amamus gaudem⁹: & id de quo gaudemus diligimus: & est gaudium bonum & amor bonus, & gaudium malum

S Gaudium duplex.

T Spirit⁹ triplex.

V Gaudii a spūcto.

Ioan. 16.

X & amor malus similiter. Est enim amor dei, & est amor mundi, & amor peccati. Quidam enim solum deum amant. Quidam aliud præter deum cum deo amant, nihil tamen contra deum. Alii contra deum quædam amant, & hi deum non amant.

1. Corin. 3. Qui solum deum amant, ædificant super fundamentum aurum, argentum, & lapides preciosos. In auro intellectum, in argento eloquii, in lapidibus preciosis opus incorruptum. Qui præter deum aliud amant, & tamen deum plus amant, ædificant super fundamentum lignum, scenum, stipulam. In lignis affectum cognitionis, in sceno affectum possessionis, in stipula affectum familiaritatis. In quibus omnibus & si peccatum non est, occasio tamen peccati constat. Qui contra deum aliud amant, si super fundamentum non ædificant, sed destruunt fundamentum: quia amor dei in corde esse non potest ubi non est vel solus, sicut in iis qui solum deum amant: vel summus, sicut in iis qui cum deo aliud amant, nec tamen contra deum. In eo autem amore quo cum deo aliud amatur gaudium est vanitatis. In eo amore quo contra deum aliquid amatur, gaudium iniquitatis. Illic amor mundi inficitur: hic amor peccati polluit. Et transit mundus, & concupiscentia eius: verbum autem domini manet in æternum. Er qui credit in verbo eius & habet spiritum eius, hic manet in æternum, sicut ipse in æternum manet. Qui enim instabilis est per gaudium iniquitatis, vel qui instabilis adhæret per gaudium vanitatis: hic non potest manere in æternum, nec gaudium verum habere, quod falsum est per iniquitatem, & transitorium per vanitatem. Qui autem spiritum dei manentem habet, gaudium habet verum & plenum & æternum, quia permanens diligit, & stabili adhæret: & possidet consummatum bonum. Hoc enim totum bonum est hominis cognoscere & amare creatorem suum. Propterea linguæ igneæ Apostolis datæ sunt: ut in linguis sit cognitio veritatis, in igne amor virtutis. In lingua enim verbum est, in igne flamma. Et verbum quidem ad cognitionem pertinet, ignis vero ad dilectionem. Et ideo verbum cum igne venit, sapientia cum dilectione: ut alterum illuminaret, alterum

inflammaret. Alterum contra ignorantiam, alterum contra concupiscentiam. Hæc vero dona non nisi in vnum congregatis, & ad superiora subleuatis venire poterunt. Congregatis per consensum, subleuatis per desiderium. Congregatis per dilectionem proximi, subleuatis per dilectionem dei. Et nos ergo si talia dona percipere volumus, tales simus. Quod &c. Amen.

De sacramento & re sacramenti poenitentia. Titu. CIII.

Sacramentum poenitentia est exterior exhibitio operis. Res sacramenti, vera contritio cordis. Si sacramentum suscipis: opera poenitentia facias: habe rem sacramenti in vera contritione, ne frustra speciem sine veritate ostendas. Tanta est poenitentia tua quanta est contritio tua, quanta est deuotio tua. Contritio pro malo quod fecisti: deuotio pro bono recuperando quod amisisti. Noli igitur dicere, tantum ieiunavi, tantum vigilaui, tanta opera misericordie feci. Tantum in his omnibus fecisti, quantum in his omnibus profecisti. Noli numerare folia, sed fructum. Noli pensare paleam, sed grana. Opus sine contritione, flos est sine fructu. Contritio sine opere, fructus est sine maturitate.

De virtute poenitentia. Titu. CV.

Vis scire homo quanta est virtus poenitentia? Attende, dicam quod possum. Totum aufert quod minatur damnatio: totum confert quod promittit salus. Quantum putas est hoc? Bene considera: mala æterna aufert, bona æterna confert. Talis ac tantus est fructus poenitentia. Hunc fructum confert poenitentia. Si fructum feceris in ea, fructum capies ex ea. Fructus, quem facis in ea, meritorium est. Fructus, quem capies ex ea, premium est. Si facis in ea fructus dignos in merito, capies ex ea fructus æternos in premio. Quid est poenitentia? Dolor peccati. Quid est dignus fructus poenitentia? Satisfactio delicti. Agite dignos fructus poenitentia. Tria ista considera. Poenitentia, fructum, dignum. Si de errato doles, hoc est poenitentia. Per fructum ostende dolorem. Si mutasti voluntatem, persequere iniquitatem. Post poenitentiam dolorem cordis, fructus sequatur maceratio carnis.

Poenitentia.

De tribus quæ sunt in poenitentia. Titu. CVI.

Tria sunt in poenitentia. Dolor preteriti, custodia futuri, satisfactio delicti. Ne poenitens in futuro damnetur, facit custodiam futuri. Ne puniatur, facit satisfactio delicti. Si ergo securus vis esse, caue futura, corrige præterita. Dolor culpam placat. Satisfactio vitium sanat. Custodia sanitatem seruat. In his custodia futuri primum locum tenet, dolor præteriti secundum, nouissimum satisfactio delicti: quæ prima tantum proficit, quantum cetera duo efficit. Ideo saluator solam hanc, id est custodiam futuri, quasi præcipuam & in qua omnis poenitentia fructus consistat sibi confitentibus iniecit. Vade & amplius noli peccare, & vade in pace. Et iterum, Vide ne quid tibi deterius contingat. Hæc tria sic pensanda sunt, ut sit dolor plenius, custodia perfecta, satisfactio condigna.

Ioan. 8. Mar. 5. Ioan. 5.

De sapientia in faciendo bono: & de patientia in tolerando malo. Titu. CVII.

In duobus seruitur deo, faciendo bonum, & patiendo malum. In confessionibus remuneratur bona actio, in martyribus passio. Ad agendum bonum necessaria est sapientia: ad tolerandum malum necessaria est patientia. Sapientia ut bonum bene fiat: patientia, ne malum patiens malus fiat. Qui enim bonum facit in bona materia operatur, sed si bonum bene non facit: per malam formam bona materia deformatur. Bona est forma ubi nec plus nec minus iusto est. Si plus iusto fit, peccatum est: si minus iusto fit, delictum. Igitur qui bonum bene facit, quasi bonæ materiae bonam formam imprimit. Ad tolerantiam autem mali patientia necessaria est: quia qui malo per impatientiam cedit, a bono recedit. Sicut enim malum quod est culpa faciendum non est, sic malum quod est poena patiendum est. Poena autem dolor est, dolor vero aliud non est nisi cum amittitur quod amatur: vel in abrenuntiatione culpa, cum peccatum quod prius delectabat relinquatur: vel in abrenuntiatione possessionis propria: cum terrena substantia que foris possidebatur, deseritur: vel in ab-

Abrenuntiatione triplex.

renuntiatione delectationis mundanæ cum carnalium sensuum lasciuia mortificatur. In omnibus his labor est, nec sine dolore quicquam horum fieri potest. Hæc igitur est patientia sanctorum. Qui sustinentiam deserunt, apostatant. Post ultimam abrenuntiationem, primo per vanitatem, quia mundanam iocunditatem ad voluptatem repetunt. Post secundam secundo per cupiditatem, quia postpositas diuitias mundi ad superfluitatem ambiunt. Post primam tertio per iniquitatem, quia anteacta peccata, & dimissa iterare præsumunt. Itaque patientia ad tolerantiam necessaria est, ne abeat homo per vanitatem in consilio impiorum, nec stet per cupiditatem in via peccatorum: nec sedeat per iniquitatem in cathedra pestilentie. Iob ad mundi iocunditatem minime respexerat, qui dicebat. Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare ordine suo. Post diuitias mundi apostatate Dauid nos prohibet dicens. Noli amulari in eo qui prosperatur in via sua. Post peccata dimissa apostata re ipse dominus prohibet dicens. Vade & amplius noli peccare. Et propheta. Obseruabo me ab iniquitate mea. Igitur homo accedens ad seruitutem dei stet in loco suo per patientiam ut non cedat nec recedat. Operetur bonum pro adimplendo primo debito. Patientur malum pro expiando primo delicto. Nam ut faciat bonum factus est homo: ut patiatur malum, fecit homo. Pro eo igitur qui factus est facit bonum, pro eo quod fecit patitur malum. Primus enim homo sic factus est ut proficeret de bono innocentie, per bonum obedientie, ad bonum gloriæ. Sed mutans locum & innocentiam deserens, deficere coepit: & ire de malo iniquitatis per malum mortalitatis ad malum damnationis. Venit autem saluator, & monstrauit aliam viam, quæ ad patriam reuertatur homo, per bonum iustitiæ & malum poenæ, ad bonum gloriæ.

Iob. 31.

Psal. 36.

Ioan. 8. Psal. 17.

Quomodo se debeat quisque deo in cibum preparare.

Titu. CVIII.

Ad mensam magnam sedistis: considerate quæ vobis apponuntur: & scitote quia oportet vos similia preparare.

F Eccl. 31.

Exo di. 12.

Ecce dominus prandium parauit vobis fratres per exempla sanctorū suorū, modo reficiens vos ad meritū, donec postea coram paret in gaudio sanctorum, satians vos per primum. Tauros suos & altitia sua occidit, vt ad actionem & contemplationem pascamini per eos quorum in terra caro iugū portauit in labore boni operis: & ad calū mens subleuata fuerat per volatum contemplationis. Has carnes in mensa dei editis, vt per carnalia refecti ad spiritualia proficiatis. Verū tamen scire debetis quod elixas carnes id est aqua coctas mensa dei nō recipit. Audistis enim qualiter agnus paschalis nō aqua coquit sed assari praecipitur: & post resurrectionem a Christo piscis assus cum sauo melis manducatur. Aqua enim carnes in se coctas emollit, & ideo forte quia deus molles carnes non amat & dissolutas, assata commendatur. Mollis enim caro est quae dicitur, ferre non possum, tolerare non valeo, dissoluor, deficio. Hāc carnem non amat deus, sed igne passionis torridam & tribulationis tolerantia solidatam. Si ergo carne reficimini reficite in carne. Si festa vobis deus facit, facite vos & illi festa. Si vos ille gaudere de se & de suis tribuit, facite illi gaudiū de vobis, hoc est enim si milia preparare.

De fuga Heliae a facie Iezabel.

Titu. CIX.

3 Reg. 19.

Helias impiam Iezabel fugiens in spelunca absconditur: quia nonnulli animus pro vitanda carnis turpitudine declinat: nondum tamen ad deserendam eiusdem carnis mansionem animatur. Iezabel quippe quod interpretatur sterquiliniū terrae, carnis concupiscentiam significat: cuius persecutionem seruus dei fugiens, in spelunca latitat: quia licet ad calcandam spurcitiam animatus sit, nondum tamen ad tolerantiam passionum roboratus. Unde & illi diuina voce per increpationem dicitur. Quid hic facis Helias? Non enim ad hoc factus es vt sub latebra carnis moram tibi facias exeundi ad contemplandam faciem creatoris. Surge ergo & sta in ostio speluncae tuae. Surge, ad superiora erigere. Surge, ne totus terrae inhaereas. Surge, appetens quae sursum sunt.

Sta in ostio speluncae tuae: sta perseverantia, sta patientia. Perseuerantia, vt non ab eas retrorsum. Patientia vt ante tempus ad exitum non festines. Sta, expecta donec nec voceris. Sta paratus per desiderium exeundi. Sta fixus per obediētiam sustinendi. Sta in ostio speluncae, vt nec ingrediaris per concupiscentiam, nec egrediaris per impatientiam. Sta in ostio speluncae tuae, & ecce pertransibit dominus. Quo modo homo per concupiscentiam carni inhaerens deum videre poterit, cum ille etiam qui toto desiderio ad exitum carnis inhiat, in hac corruptione adhuc positus non nisi transeuntem videre queat? In hac ergo mortalitatis caligine aduentus dei ad animam in transitu fit: quia quod hic de ipsius dulcedine mutabiliter viuentibus ostenditur, ab ipso animo quis illuminato ad suae corruptiois tenebras rursus relabente nequaquam diu retinetur. Ecce pertransibit dominus. Spiritus grandis & fortis subuertens montes & conterens petras: non in spiritu dominus. Post spiritum commotio: non in commotione dominus. Post commotionem ignis: non in igne dominus. Post ignem sibilus aurae lenis. Ecce praebulos dei, spiritum, commotionem & ignem. Non venit dominus ad te nisi prius isti veniant. Spiritus est terror iudicii aeterni, qui si in cor peccatoris impegit: & montes superbiae dei acit, & petras duritiae dissoluit. Sed hic nequaquam deus esse dicitur: quia anima quam adhuc timor perditionis afficit, nondum perfecte caritatis dulcedinem sentit. Post spiritum commotio sequitur: quia terrore iudicii concussa mens mox a sua stabilitate mouetur. Post commotionem vero ignis sequitur: quia post anxietatem futuri seculi aduersum se sequens animus ardore compunctionis inflammat. Postremo igni sibilus aurae lenis succedit: quia post longa compunctionis incendia purgata mens, afflata spiritu, consolationis refrigerium sentit. Vbi notandum quod cum in praecedentibus non esse dominus dicitur, in sibilu aurae lenis nequaquam esse negatur: quia nimirum illa solum mens eius dulcedinem percipit, quae post laborem poenitentiae & anxietatem, consolationis

refrigerio percepto in spe propitiationis diuinae requiescit.

De duobus nunciis ad nos missis Titu. CX.

Ioan. 4.

Fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioannes. Duos nuncios misit deus in hunc mundum: seruum & filium. Prius seruum vt comminaretur, postea filium vt consolaretur. Seruus attulit timorem, filius amorem. Seruus nunciavit, quod timeremus: filius reuelauit quod amaremus. Duo enim fratres charissimi abscondita erant ab oculis hominis, aeterna mala & aeterna bona: & non prauidit homo vel mala illa vt caueret, vel bona vt requireret. Ad sola praesentia oculos apertos habebat: & ideo quia non videbat homo vbi magis oportuit, indicanda erant illi quae nesciebat. Venit Ioannes clamans. Genimina viperarū quis vobis monstrabit fugere a ventura ira? Agite fructus dignos poenitentiae. Nunciat periculum, suadet cautelam, ostendit consilium. Bonus seruus, bonus nuncius: pie faciens, persequendo misericors, percutit seruus, vt sanet dominus. Videte duos nuncios. Venit Ioannes non manducans nec bibens: exemplum poenitentiae. Venit filius hominis manducans & bibens, exemplum misericordiae. Alterum propter mala hominis: alterum propter bona dei.

De deserto quod est cor hominis: de virgula fumi & de pigmentario & aromatibus.

Titu. CXI.

Canti. 3.

Quod est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae & thuris & vniuersi pulueris pigmentarii. Dormit & ascendit: quia foris requiescit & intus surgit. Desertum est mundus propter abundantiam mali & inopiam boni. Desertum est cor malum, quia cultum non est, & germinat noxia: & in eo bestiae habitant. Quia enim in eo agricola Christus non est, & pater eius non seminat ibi verbum suum, surgunt germina vitiorum, vitiaque concupiscentiae, & spinae sollicitudinis, & alia talia: & requiescunt ibi daemonia: quia non est qui extirparet. Desertum est item cor bonum, quia longe est a strepitu & tumultu: & non com-

culcatur frequentia terrenarum cogitationum, sed virens permanet & floridum, & gemina virtutum producit: & canit ibi turrur spiritus sanctus: & non audit vox hominis neque ad hominem pertinentis. Virgula recta est & gracilis in longum porrecta. Quia tamen sursum tendit recta esse debet: & quia arcta est via, gracilis, & quae longa, porrecta. Item non est virgula ligni mensibilis & duris, sed fumi qui speciem habet, substantiam non habet. Cum enim cenitur aliquid esse videtur: cum manus apponitur, nihil inuenitur. Sic bonus quisque hic esse videtur per carnis speciem: sed hic non est per dilectionem. Item fumus de igne ascendit: quia desiderium ex amore venit. Et qualis fumus: ex aromatibus myrrhae & thuris & vniuersi pulueris pigmentarii. Pigmentarius est Christus: pigmenta aromata & virtutes, myrrha carnis mortificatio, thus mentis deuotio. Vniuersus puluis pigmentarii virtutum omnium multitudo: sicut in vitis, ita & in virtutibus inuenitur. Dicitur in libro Iob. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum & vultum exercitus. Habet enim vitiorum multitudo regem seu reginam, habet & duces, habet & populos, & exercitus. Regina est superbia, duces vitia capitalia, exercitus est vniuersa mala subsequencia. Primum ergo duces vitiorum quasi in pugna exhortationem faciunt: quia hominem in ratione faciendi decipiunt: exercitus autem postea quasi cum vultu irruit: quia post primam suggestionem susceptam, turba vitiorum sequens in deceptam mentem cum violentia & tumultu imperum facit. Sic & virtutibus regina est humilitas: duces, principales virtutes: exercitus bonorum: vniuersitas. Et postquam primae virtutes ab homine cum quadam ratione suscipiuntur, mox vniuersitas bonorum sponte subsequitur. Ideo hic primum duces posuit myrrham & thus: post exercitum, vniuersum pigmentarii puluerem.

De tribus festis virginum, confessorum, & martyrum: & de bono confessionis.

Titu. CXII.

Festum est gaudium. Magnum gaudium, magnum festum. Bonum gaudium, bonum festum. Tria sunt festa. Festa virginum, festum confessorum, festum martyrum. Festum virginū facit qui obseruantia castitatis conscientiam exhilarat. Festum cōfessorum facit, qui etsi gloriari non potest de integritate virginitatis, consolatur tamen in puritate confessionis. Qui etsi bonū non fecit vnde gaudeat, accusauit tamē & improbauit malū quod fecit, vt cōsolationem inueniat. Festum martyrum facit qui sub pressura tribulationis gaudet in spe retributionis. Considerate fratres conscientias vestras. Magnum festum facit qui gaudet de puritate. Nec ille excluditur qui consolatur in humilitate. Puritas ad virginitatē pertinet: humilitas ad confessionē. Propterea qui non tenuistis virginitatem, amplectimini humilitatē. Magna virtus est humilitatis. Audacter dico quod nec ipsa virginitas sine humilitate placet. Humilitate ergo & recognosce quod es. Habet qui dem confessio criminis poenā praecedentem in erubescētia: Sed sequitur festum gaudii & cōsolationis in bona conscientia. Bona recompensatio posita est tibi. Dicis hominī peccatum tuū, vt deus taceat. Iudicas tu vt non iudicet ille. Coram vno homine confiteris vt iustificeris: ne coram caelo & terra, coram omnibus angelis dei arguaris & dāneris. Propterea leterur qui cōfiterur ne dānetur.

De festis sanctorum recolendis.

Titu. CXIII

Rex magna fratres charissimi saluatoris nostri pietate agitur, quod nobis merita sanctorum festiua iocunditate recolenda indicuntur: quia in eo nos deus noster & exhortatur ad imitationem virtutū, & admittit ad participationē gaudiorum. Propter hoc ad imitationem virtutum, vt corrigatur malitia nostra. Propter hoc ad participationem gaudiorū, vt cōsolatur miseria nostra. Duo hęc mala nostra sunt: alterum quod fecimus, alterum quod patimur. Alterū malum in anima ad corruptionem per culpam: alterum malum in corpore ad correptionem per poenam. Contra vtrumque malum sal-

uator noster remediū praestat, memoriam sanctorum suorum. Dum enim cogitamus quod fecerunt, excitamur ad imitationem bonorum operum. Dum vero cōsideramus quod perceperūt, cōsolamur per participationem gaudiorum. Prima eruditio est cum per patientiam illorum ad tolerantiam roboramur. Secūda, cum per tentationem eorum ad cautelam instruimur. Tertia cum in correctione illorum post culpā ad spem erigimur. Quia enim eos post lapsum criminis per poenitentiam resurrexisse, & nunc cum domino deo in gloriam tantam assumptos videm⁹, nobis quoque licet in peccata grauiā lapsis, nequaquā de dei misericordia desperandam esse agnoscimus. Et quia rursus antiquum hostem, etiam contra electos dei aliquid praesumpsisse legimus, quanta cautela aduersus eius insidias vigilandum sit non dubitamus. Postremo dū eos qui bona operati sunt, tanta propter deū mala pertulisse recolimus: aperte nobis ostenditur quantum nos qui mala fecimus, in aduersis patientes esse debeamus. Est & alius fructus quem memoria sanctorum deuotis mentibus profert. Nam dum ipsorum gaudia per congratulationē aspiciamus ipsi quoque in nostra miseria ex hac quam caritas in nobis parturit laticia cōsolamur. Primum siquidem gaudeamus pro illis, vt postmodum etiam gaudeamus cum illis. Primum pro illis gaudeamus per caritatem proximī, in qua positum est meritum nostrum: deinde cū illis gaudebimus in caritate dei, vbi seruatur praemium nostrum. Dignum enim est (vt praefati sumus) vt qui nunc gaudeamus pro illis, postmodum etiam gaudeamus cum illis. Vt primum gaudium cōsolatio sit in via, secundum gaudium plena exultatio sit in patria. Hoc igitur gaudium festum nostrū est in quo post laborem & dolorem nostrorum operum respiramus nūc ex parte post interualla quadam temporis, donec illud percipiamus in plenitudine aternitatis. Hic quorundam sanctorum memoriam certis temporibus recolimus: ibi visum omnium sanctorum sine interuallo temporis semper habebimus. Hic quasi

paruulis nutriticis per partes instillatur cōsolatio, quādo festa singulorum sanctorum per temporum interualla distingui mus: ibi perfectis tora simul instuet plenitudo, quādo praesentibus cunctis erit deus omnia in omnibus. Prouidete itaque fratres, vt sicut deus vos reficere dignatur per exempla sanctorum ita & vos ipsum reficiatis per imitationem sanctorum. Quod ipse prestare dignetur &c.

Co. finis legis Christi⁹ est, & de bono finis. Titu. CXIII.

Rom. 10. **F**ratres finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti. Qui autem ad finem non peruenit nondum consummatus est. Quicquid enim est quod ad finem non est, nondum totum est. Currus viam: quantum vis pergas, si ante finem subsistis non peruenis. Facis opus: si non finis, non perficis. Ergo finis consummatio est: finis perfectio est: finis peruentio est: & nihil pleni sine fine. Nihil ergo tibi sufficiat ante finem: nihil sufficiat praeter Christum, quoniam Christus est finis. Donec Christum habeas non requiescas: non deficias donec ad Christum peruenias. Christus veritas est: & Christus sapientia est. Si habueris virtutis & similitudinē foris assumpsisti, coepisti. Si veritatem intus habes, perfecisti: & habes finem Christum quia Christus veritas est. Si vere sapias, & quod sciendum est sapias: Christum habes & sapientiam habes, quoniam Christus sapientia est: & ad finem peruenisti: quoniam Christum inuenisti. Christus enim lumen tuum est, quo illuminaris ad virtutem diligendam, & ad veritatem cognoscendam. Non est autem vera sapientia aliena inuestigare, sua ignorare. Et propterea nec sapientia mundi, nec prudentia seculi, veram sapientiam contingit: quoniam illa aliena inquirunt, ista non profutura colligit: quod non probat veritas Christi nec docet sapientia Christi. Propterea fratres illam sapientiam querite, quae vera est: vt ea sciat, quae ad salutem vestram pertinet: quoniam in illa Christus est, & illa in Christo est: & qui habet illam, Christum habet. Studete ergo veritatem habere, & sapientiam veram habere: & habebitis Christum finem vestrum in quo vos consummari oportet. Totum bonum vestrum Christus

est, ipse virtus vestra, ipse sapientia vestra, ipse exemplum, ipse adiutorium, ipse victoria, ipse corona. Ipsum diligite, ipsum considerate, ipsum amplectimini animo dilectionis, & recompensate vicem retributionis. Quānticūque feceritis minus erit quod ipse pro vobis sustinuit. Nondum enim restitistis vsque ad sanguinem. Recordamini passionis eius, recordamini patientiae eius, recordamini mansuetudinis & humilitatis eius. Cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non criminabatur: cum laudabatur non gloriabatur: cum cōturbabatur, non indignabatur. Haec ergo considerate fratres, & si non potestis equare, studete imitari. Firmate animum vestrum ad patientiam. Magnum est patienti cū Christo, & gloriosum pati pro Christo. Audite quid promittat patientibus pro se. Vos estis (inquit) qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Has igitur fratres promissiones ante oculos habete, quoties graue aliquid vel molestū patimini: quoties aliqua vos tentatio sollicitat: quotiens aliqua molestia grauat, vt non deficiatis animo in tribulatione: quia si nunc permanetis cum Christo in tentatione, eritis cum Christo postea in glorificatione. Quod &c. Amen.

De duplici quiete & inquietudine. Titu. CXV.

Est quies quies, & est quies inquieta: & est inquietudo quies, & est inquietudo inquieta. Quies est vacatio ab exterioribus: inquietudo occupatio in exterioribus. Quies quies est, quādo & exterius vacamus ab opere, & interius quiescimus a strepitu cogitationū. Quies quies est, quando homo exterius inquietus est ab opere, & interius perstrepat cogitatione. Inquietudo quies est, quando exterius occupatur in opere, & tamen intus apud se in tranquillitatis sinu quiescit. Inquietudo inquieta est, quando & exterius occupatur opere, & intus perstrepat cogitatione.

De eo quod scriptum est, Fauus distillans labia mea.

Titu. CXVI.

Canti. 4. **F**Auus distillās labia tua. Fauus verbum caro factū in virgine: distillans redundātiā signat. De hoc solo quā plenus gratia fuit, dici nō potuit. Plui super ciuitatem vnā, & super alteram nō plui. Pars vna compluta est, & pars quae compluta nō est, aruit. Ipse em̄ totus redūdās & gratiā fundens: quia quod fecit & dixit doctrina fuit: quod fuit medicina. Alterū exemplū, alterū remediū, & de plenitudine eius omnes accepimus: ideo distillans, quia vnicuique scdm̄ mensurā gratiā infundens.

Ioan. 4. De duplici gloria verī Salomonis Christi, a patre & a matre. Titu. CXVII.

Canti. 3. **Z**Egredimini filiē Sion & videte regē Salomonē in diademate quo coronauit eū mater sua. Egredimini filiē Sion. Egredimini & ingredimini, & videte regē Salomonē. Egredimini & videte in eo quod mater dedit. In ingredimini & videte in eo quod pater dedit. Quod enim mater dedit foris est: quod pater dedit intus est. Mater dedit infirmitatē: pater dedit maiestatem. Mater dedit dedit substantiā carnis: pater dedit cōsortiū maiestatis. Mater dedit in quo vicit: pater dedit in quo regnauit. Mater dedit in quo victor coronat: pater dedit in quo regnās adoratur. In eo quod a patre habet de superis proftrauit superbū: in eo quod a matre habet, in inferis spoliāuit auarum. Ibi victor ab angelis collaudatur: hic vincēs & triūphans ab hominibus glorificatur. Egredimini ergo filiē Sion & videte Salomonem. Egredimini & videte quod foris est, & laudate. In ingredimini & videte quod intus est, & adorare. Egredimini per cōpassionē: ingredimini per contēplationē. Egredimini visitates patiētē: ingredimini admirātes gloriātē. Egredimini & fouete in mēbris suis adhuc infirmū: ingredimini & videte in seipso excelsū. Si pios senserit hūilis: piū se exhibebit sublimis.

Q generalis prēdicatio deū deceat: particularis homines, atque ita quomodo deus vbiq; est, & de argutiis dialecticis. Titu. CXVIII.

A Localis. **L**ogicalis dicit. Sequere cursum sermonis. Quid vbiq; est hic est. Deus est vbiq;. Si vbiq; est, quid dicā? Inferā quod nō deceat: Ecce locus, fordidū quiddā habet.

bēs, & dixit mihi cogitatio mea. Si deus vbiq; est, illic est. Itē si vbiq; nō est deus, & alicubi est: est vbi est, & est vbi nō est. Si autē locus est vbi est deus, & locus vbi nō est: localis est deus. Quod em̄ nunq; sic quis dicat? Iterū aliud. Vult deus oē bonū: ducere autē vxorē bonū est, localis infert. Ergo vult deus vxorē ducere. Tales sunt ineptiā stultorū qui ad sonos vocū pendēt. Iterū aliud. Amat deus oēm creaturā suā (Dicit hoc scriptura. Nihil odisti eorū quae fecisti dñe) ergo amat hanc creaturā suā deus. Sed videte ex hoc quāta inferri possint nō decētia. Sic videtur his qui sonos vocū sine sensu diiudicāt. Ebriosi inquit amāt fortia vīna, & cetera hmoi. Multa sunt talia quae dici possent ad hunc modū. Quid ergo? An totū negamus, an totū cōstemur? Alterū cōtra veritatē: alterū contra puritatē esse videtur. Si totū negatur, aliquid deo subtrahitur quod suū est. Si totū asseritur, aliquid deo imponitur quod suū nō est. Sed videte discretionē. Generalis possessio ad deū pertinet. propterea generalis prēdicatio ipsum decet. Hoibus autē quibus partes datę sunt, particulares loquutiones cōueniunt. Propter hoc de creatore oīm recte dico amat totū. De te autē cuius dilectio ad partē trahit, cuius possessio parti dēbetur, recte dico: hoc aut illud amas. si aut rū amas, argenti amas, pecuniā amas. Quare hoc de deo similiter non dico? Propter te. Ego quidē hoc recte dicere possem. Si tu hoc sane intelligere posses. Tu hoc dictū de te intelligere cōsueuisti. Propterea de deo hoc nō dico propter te, ne tu hoc audiēs idipm̄ de illo dici putes, quod dictū est de te. Propterea tibi parco & discerno loquutionē ne rē cōem existimes. Aliud est amor tuus, aliud amor illius. Idcirco cū dixero tu hoc amas, caueo dicere ille amat hoc: ne sic putes ipsum amare, sicut amas tu. Ego autē dicere possem recte si tu intelligere non posses praue. Sic dico vbiq; est, & tñ dicere parco de quibusdā locis, illic est: ne sic est illic esse putes, quē admodum est quod scdm̄ te est: & nō decēte deū modo est. Sic dico oē bonū vult: & tñ de quodā de quo dico bonū est, hoc dicere parco, hoc vult, propter te: ne existimes eū sic velle sicut tu vis: & ad hoc velle ad quod tu vis.

C Quomodo debitorum non fumus carni &c. Tit. CXIX.

Fratres, debitorum fumus non carni: ut scdm̄ carnem viuamus. Spiritus hominis medio quodā loco constitutus, supra se creatorē suū habet, cui subiectus esse debet: sub se carnem suam, cui debet esse praelatus. Aliud ergo debet creatori propter subiectionem: aliud carni propter praelationem. Creatori propter subiectionem debet, ut nunq; prater voluntatem eius se moueat. Carni propter praelationem debet, ut eam secundū arbitrium rationis diuinitus illuminare disponat. In stitia em̄ voluntatis humanae est volūta ti diuinae per omnia conformari: & quod illa stando habet, motu & appetitu boni desiderii adipisci: ut nec extra illā effluat praesumens ea quae non debet: nec infra illam subsistat, torpens ab iis quae debet. Hoc est ergo debitum spiritus ad creatorem: ut per omnia secundum ipsius voluntatem moueatur. Debitum autem ad carnem ut illi appetitum: nec extra suū iudicium effluere, nec infra subsistere patiat. Quia em̄ spiritus sessor est, & caro iumentum, frenum ei debet, ut praecipit a malo cohibeat: & calcaria, ut pigrā ad bonum excitādo exerceat: & pabulū, ut eius infirmitatē sustentet ne deficiat. In stabulo pabulum, in via calcaria & frenum: hoc est in quiete nutrimentum: in exercitatione cohibitionem & incitamentum. Frena est timor, calcaria, amor. Cū enim ad delectationem praecipit impellit desiderii culpa: cohibet a delectatione timorem prouidentia poenae. In hoc em̄ quod cernit quod post culpam poena sequitur, siue in correctione, siue in dānatione: refrenat a culpa siue in opere, siue in delectatione. Timor ergo frenum, ipse timor cohibet & stringit effluentē animū, & sistit eum ad tolerantiam: ostendens facilius malam concupiscentiam vincere, quā malā cōscientiam tolerare: & eligit durū ut durus euadat. Deinde venit amor, & stimulat excitando pigrum ad exercitium boni operis: demonstrans alacriter tolerantiam laborem operis, pro recompensatione tantae retributionis. Nam quod facim? transitorium est, & finem habet: quod autem expectamus, eternum est, & finem non

habet. Merces est vita sine morte, gaudium sine moerore, iocunditas sine dolore. Si ergo hac vita quae morte finitur, tantū diligitur, ut pro eius amore quicquid pro ipsa desiderari potest libenter despiciatur, ne sola ipsa amittatur: quo desiderio illuc festinare debemus, vbi nec vita morte terminatur, nec gaudium ylo moerore corrumpitur, nec iocunditas dolore afficitur. Haec itaque consideratio animum per desiderium amoris alacriter currere facit ad tolerantiam passionis: ut grauius non sint quae cūq; finiri possunt in tempore: cum post ipsa sequutura sunt quae plena consistent, & perfecta bona in aternitate. Hoc est ergo quod dicitur: Fratres debitorum fumus non carni. Debitorum, enim fumus carni: ut eam cohibeamus ab iniquitate, & exerceamus in virtute, & sustentemus in infirmitate. Sed debitorum non fumus ei, ut secundum illam viuamus. Hoc est enim scdm̄ illā viuere, videlicet secundum concupiscentias & desideria illius: ut quod illa horret fugiamus, & quod diligit appetamus. Quod si faceremus, nec a malo declinaremus, nec bonum faceremus.

De duplici & item triplici contēplatione dei. Tit. CXX.

Moris pia inquit contēplatione creatoris sui reficitur, & quāto magis eius bonitatem cogitat, tāto amplius ei amore inflammat: Mixatur pietatem quae tantam maiestatem ad nostram cōpassionem inflectit: miratur maiestatem, quae tantam pietatem nostri cōpassione & prouidentia affici & perturbari nō finit. Si enim tanta bonitas esset, & tanta maiestas non esset: mala nostra ad deū redundarent. Si autē tanta maiestas esset, & tanta bonitas nō esset: bona ei ad nos non descenderent. Congratulamur ergo bonitati de tāta maiestate propter ipsum, ne pro nobis afficiatur: congratulamur immensitati de, tanta bonitate propter nos, ut nobis cōpatiatur. Et in his omnibus ammiratio magna est & stupor mentis, quando non dedignatur deus humilia & infirma nostra. Et quia illi pietas facit se non indignū: quod nobis miseria, necessarium reddit. Quomāmodū materna pietas sordētē puerū nō obhorret, sed

quodammodo delectat contractans & deoscularans, nec ignominiosum putat indigna sustinere, quia dilectio pulchrum facit, quicquid dilecti necessitas exposcit. Sic ergo pia mens deum suum contempletur, & ipsa sua contemplatione suaviter reficitur: & dulce illi est semper ad considerandum quod ad amandum & laudandum semper est suave. Tripliciter autem animus deum contempletur: in seipso, in operibus suis, & in iudiciis suis. In seipso, bonum, in operibus suis, magnum: in iudiciis suis, iustum. In seipso amabile, in operibus suis mirabilem, in iudiciis suis metuendum.

Quia omnia hominem excruciant & exercet in hac vita. Tit. CXXI.

Homo in miseria & ad miseriam natus est, quod non esset si homo non peccasset. Primum enim in magna iocunditate fuit, & ab illa in summam felicitatem pervenire debuit: sed quia obediencia non tenuit, nec retinere potuit quod habuit, nec adipisci quod habiturus fuit: igitur ad miseriam deiectus & ad miseriam referuatus cepit in eodem cruciari & exerceri. Cruciari, ut culpam agnosceret: exerceri, ut ad misericordiam reparari posset. Ut in dolore sentiret bonum quod perdidit in exercitatioe proficeret ad bonum quod habiturus fuit. Totum ergo ad cruciatum versus est, quod creatum fuerat ad iocunditatem: ut in omnibus dolorem & laborum inveniat, ut in sui afflictione & praesentem miseriam, & amissam felicitatem agnoscat.

Quia verbum dei solum bonum est anima. Tit. CXXII.

EX duabus substantiis constat homo, anima & carne: & utraque bonum suum habet. Bonum carnis est mundus cum abundantia iocunditatis suae. Bonum animae est deus cum affluentia dulcedinis suae. Si ergo bona carnis tanta sunt: bona animae quanta esse putanda sunt? Quanto enim anima carne melior est: tanto bonum animae bono carnis melius esse necesse est. Omnia autem quae visibiliter bona sunt, bona tamen ut dictum est carnis sunt, & ad bonum animae pertinere nullatenus possunt: Quicquid dulce est ad gustum, quicquid redolens ad olfactum, quicquid

plausibile ad auditum, quicquid lene ad tactum, quicquid pulchrum ad visum, carni blauditur, & iocundum est ad carnem, & non est animae bonum in his omnibus. Primum considera ipsum visibile lumen, quod visibilibus omnibus iocundum est, sine quo nihil est visibile. Ipsum ergo magnum bonum est, & inter caetera bona visibilia magis bonum & iocundius bonum est: & tamen bonum animae esse non potest. Illuminat enim lumen istud, sed oculos carnis tamen: quia si oculos animae illuminaret, in hoc lumine positus omnis verum agnosceret. Nunc autem sine isto lumine veritas videtur. Ac per hoc istud lumen non illuminat oculos per quos videtur. Sicut ergo visibile lumen oculos mentis illuminare non potest: sic cibus carnis mentis famem saturare non potest. Sed sunt extra, omnia haec & foris adhaerentia, quasi paleae cibus iumentorum: illa autem quae intrinsicae sunt bona, quasi ex adipe frumenti panis, cibus hominum. Propterea filii Hierusalem paleas non manducant: sed adipe frumenti satiantur: quia omnes qui in aeternam dulcedinem gustare coeperunt, quicquid extrinsecus transitorie delectat & secundum carnem dulce videtur, despiciunt. Habet ergo caro cibum suum, quo reficitur: habet & anima cibum suum, quo faginat. Ipse autem cibus animae verbum dei est, & ipsum verbum idem lumen est quo illuminatur, & cibus quo reficit: lumen quo clarescit ad cognitionem veritatis: cibus quo pinguescit & hilarescit ad amorem bonitatis. Ipsum ergo verbum dei primo se effundit, deinde se infundit: effundit ut videatur: infundit ut percipiatur. Si enim se non effunderet, non cognoscere: si se non infunderet non gustaretur. Primo ergo se effundit & perceptibile fecit per creaturam: Secundo per carnem assumptam: Tertio adhuc quotidie se effundit per vocem humanam. Post primam effusionem infusum est & conceptum per visum. Post secundam infusionem infusum est & conceptum per fidem. Post tertiam effusionem infunditur & concipitur per cognitionem: & pascit ubique & reficit. Primum ad manifestationem, Secundo ad salutem, Tertio ad instructionem. Primum ne mali excusentur, Secundo ut praedestina-

ti saluentur, Tertio ut eruditi informentur.

Quia scientia & cura dupliciter deo attribuitur. Tit. CXXIII.

Cognitio vel scientia alia dicitur secundum contemplationem, alia secundum insinuationem. Similiter cura dei alia secundum providentiam, alia secundum praedestinationem. Secundum contemplationem scit numerum omnium rerum. Secundum insinuationem nescire dicitur: quia scientiam non tribuit. Similiter secundum providentiam cura est ei de omnibus: secundum scripturam & praedestinationem, non est cura illi de bobus.

De duabus partibus concupiscentiae mundanae. Tit. CXXIII.

Concupiscentia mundi duas partes habet, honestatem & utilitatem. Quae duo cum pariter insunt magis moderata sunt, quia vicissim se temperant: & qui ab altero se restringunt ad alterum immoderatius se effundunt. Alii honesta appetunt, quia laudabiles apparere volunt: Alii honesta appetunt, quia despicabiles videri erubescant. Alii honesta fugiunt, propter humilitatem: Alii honesta fugiunt propter simulationem. Utilitas ita appetenda est, ut natura foueatur, & culpa extingatur.

De tribus gradibus abstinentiae. Tit. CXXV.

Primus gradus abstinentiae est contentum esse iis quae dantur. Secundus se in his temperare. Tertius ex his aliquid excipere.

Quia multi sola curiositate veritatem quaerunt. Tit. CXXVI.

Petrus interrogavit Iesum. Quid est veritas? & statim egressus est in praetorium. Fecit ergo quaestionem, & non expetavit responsum. Sic multi transitorio fervore ad deum conuersi vera bona desiderare incipiunt: sed eadem mentis mutabilitate iterum ad transitoria effusi, in mentis proposito non persistunt. Quaerunt ergo conuersi per desiderium veritatis, sed non expectant responsum auersi per appetitum vanitatis.

De duplici superbia. Tit. CXXVII.

Duo sunt genera elationis. Alterius per superbiam, Alterius foris per typum elationis. Superbia enim intus est, iactantia foris. Superbia alia est, qua in sui consideratione animus intus mescit, alia qua in sui comparatione caeteros despicit. Similiter iactantia foris alia est qua in sui ostentatione homo blandum se simulat, alia qua se crudelem & metuendum demonstrat. In prima place re nititur: in secunda placere dedignatur. Ex primo igitur genere superbiae in quo homo sibi placet, primum nascitur genus iactantiae: in quo caeteris placere desiderat: & ex secundo genere superbiae in quo alios despicit: secundum nascitur genus iactantiae, quo se aliis non amabilem, sed metuendum monstrare laborat.

De duplici humilitate. Tit. CXXVIII.

Duo sunt genera humilitatis. Primum ad se, secundum ad alios. Humilitas ad se est, qua quisque de semetipso parua existimat. Humilitas ad alios est qua bona aliorum, homo sine invidia & liuore commendat. Per primam humilitatem praesentem non cupit: per secundam subesse non conuenit. Humilitas facit ut mala sua homo non excuset. Pietas facit, ut mala aliena non aggrauet. Item humilitas facit, ut quae in se latent secundum veritatem iudicet: pietas facit ut quae in aliis non patent ad meliorem partem inclinet. Hinc est quod sancti viri semetipsos tam districte diiudicant, & cunctos sibi merito anteposendos putant. Vident enim sua & quae manifesta sunt, & quae occulta: aliorum autem manifesta tamen. Cum itaque de alienis occultis iudicare non presumant, nisi quantum pietate mouente, bona esse existimant: plura sunt quae in se mala vident ubi & manifesta & occulta vident, quae in aliis ubi manifesta tamen vident. Nam & si quando quaedam occulta aliena ex manifestis deprehendunt, sua tamen districte per veritatem iudicant: illa autem per pietatem excusando, iudicare non praesumunt. Hinc ergo fit ut inferiores se cunctis existimant: & hoc illis sentire dulce sit, quod sua mala aggrauare, & aliorum alleuare possit.

Quid vere sit homo.
Tit. CXXXIX.

Q Num est in homine cui soli iudicium est cum deo: hoc autem est consensus rationis, & hoc vere ipse est homo: cetera hominis & in homine. Hoc solum si bonum est, non est ad malum quicquid in homine est, siue sit bonum siue sit malum: & hoc solum si malum est, non est ad bonum quicquid in homine est, siue sit malum, siue sit bonum. Sciendum etiam quod sicut in bonis post propositum bonum quedam affectiones malorum sunt non ad culpam, & tamen aliquando occasio culpæ, sic & in malis cum proposito malo, sunt affectiones quedam bonorum non ad meritum, quæ tamen sæpe sunt occasio peccati.

De tribus spiritibus.
Titu. CXXX.

S Tres sunt spiritus. Spiritus dei, spiritus hominis, spiritus diaboli. Spiritus dei & spiritus diaboli immobiles sunt, alter in bono, alter in malo. Spiritus hominis nunc huc, nunc illuc fluctatur: & cui se sociat aliquando est seruus, aliquando socius. Scriptum est enim. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et de altero. Scitis quia cum gentes essetis ad simulacra muta prout dicebamini euntes. Si spiritus hominis aliquando ducitur, aliquando trahitur: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebatur.

De dilectore & dilecto duplici.
Titu. CXXXI.

T Indica mihi quem diligit anima mea. Alter est dilectus anime & dilector anime. Alter dilectus carnis & dilector carnis. Christus dilectus anime est & dilector. Mundus dilectus carnis est & dilector. Dilector qui diligit: dilectus qui diligitur. In hoc probatur quod Christus dilector anime est, quia in oculis eius nihil interest qualis species carnis, ubi anima pulchra est. Dilectus autem anime ideo ipse est: quia in perfruendo ipso anima delectatur. Tale etenim bonum est sapientia, quo perfrui nisi rationalis natura non potest. Sicut caro mundo perfruitur & delectatur: & oculus carnis hoc diligit quod capit: & qui amat speciem: amat & illa quod speciem commendat.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Ti. CXXXII. V

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. Labore fatigati, onere grauati, sedia macerati, venite ad me. Qualis ad qualem? Claudi ad ostium: egroti, ad medicum: naufragi, ad portum. Ad ostium luminis, ad portum quietis, ad medicum salutis. Ad ostium, ut egressi veritatem videatis: Ad medicum, ut curati ad sanitatem conualescat. Ad portum, ut collecti post laborem quiescat. Vacui ut lumine veritatis impleamini: onerati ut pondere peccatorum alleuemini: laborantes ut quiete adepta consolemini.

De mortis duabus portis.
Tit. CXXXIII.

Q Vi cupiditate peccant sumat David. Quid exemplum ut resurgant. Qui timore peccant sumat Petrum exemplum: ut resurgant. Vterque cecidit, & uterque resurrexit: quia Christus vterque respexit, alterum per se, alterum per prophetam suum. Istæ sunt duæ portæ mortis: cupiditas & timor: quæ si cui claudunt non erit quo mundus ingrediatur.

Quomodo malus bono viuat & quod esse bonum & in eo perseuerare non sit ab homine. Ti. CXXXIII.

Omnis rei exemplum sub caelo. Sicut mali qui nunquam boni sunt. Sunt boni qui semper in bono consistunt. Illi nunquam surgunt, isti nunquam cadunt. Alii qui cum ceciderint non resurgunt: alii cadunt & resurgunt. Qui nunquam surgunt vel nunquam cadunt vel cum ceciderint resurgunt, boni sunt. Sic duo sunt genera malorum, & duo honorum: & ubique malus bono viuat. Qui nunquam boni sunt exemplum sunt bonis ut intelligant non esse ex se quod boni sunt, quia si boni essent ex homine essent, omnis homo bonus esset. Iterum qui a bono cadunt & non resurgunt: exemplum sunt bonis ut sciant gratiam esse non solum quod bonum acceperunt, sed etiam quod in bono perseuerauerunt. Si enim perseuerare hominis esset, nullus caderet.

De duplici fine & medio.
Titu. CXXXV.

Vita mortalis medio loco constituta est & habet ad dexteram suam vitam aternam: ad sinistram autem suam mortem perpetuam. Et ex vita quidem æterna habet quod vita est. Ex morte autem æterna habet quod mortalis est. Via autem qua ad dexteram itur est iustitia. Via vero qua itur ad sinistram, culpa. Et flexit ista vita mortalis siue mors vitalis aliquando per culpam ad mortem: aliquando per iustitiam ad vitam. Et quæ ad vitam peruenit, amplius non cadit sicut quæ ad mortem peruenit amplius non refurgit. Finitis enim vterque immobilis est: medii mobile & fluctuat donec stabilis. In qua ceterum enim partem ceciderat lignum, ibi manebit: siue ad austrum siue ad aquilonem.

Ecclesi.

De duplici iudicio superbiorum.
Tit. CXXXVI.

Ad montibus surgunt nubes, quia corda tumida a lumine veritatis caligant. Rursum fulmina montes feriunt, quia potentes maius iudicium sumunt.

Societatem vitæ præsentis instabilem esse: & separationem tristem.
Titu. CXXXVII.

Hoc est vnum de magnis malis vitæ præsentis, quod diuiduntur ab inuicem & simul esse non possunt, qui & vnus habent ortum & animum. In hoc ergo tanto magis laudabilis inuenitur in coniunctione societas, quanto magis leditur in separatione caritas.

De laude compassionis.
Tit. CXXXVIII.

C Beata anima quæ compassionem habere potest. Omnes patiuntur, pauci compatiuntur. Quanto autem laudabilius est compati quod patitur: Pati siquidem possunt impii: compati autem non nisi pii.

Quare bestia cruciatur quæ culpam non habet. Ti. CXXXIX.

Si poena culpæ debetur, qui non peccauerunt, quare patiuntur? Poena hominis iusta est, quia peccauit. Cetera quare puniuntur, quæ non peccauerunt? Sed quod propter hominem facta sunt, propter hominem puniuntur. Amplius adhuc: quia si non peccasset homo, laboraret propter hominem, quæ propter hominem facta sunt: ut sciat homo quanti est apud deum salus sua: pro

quo omnia laborant ne solus ipse laboret: & ut discat poenam timere, poenam videns laborantium in poena.

Quomodo homo a deo & a se recessit & quomodo redit. Ti. CXL.

Homo primum per superbiam recessit a deo: postea per concupiscentiam recessit a semetipso. Per superbiam factus est diabolus. Per concupiscentiam factus est sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Nunc per humilitatem reuertitur ad deum, per munditiam reuertitur ad semetipsum. Per humilitatem meretur gloriam: per munditiam meretur incorruptionem: gloriam deitatis, incorruptionem immortalitatis.

Quo homo se & sua male diligit.
Titu. CXXI.

Est quidam amor hominis ad se & ad sua, ad vitam suam & ad concupiscentiam suam. Ad vitam suam qua vult hic esse: ad concupiscentiam suam qua vult hic esse cum istis. Ad vitam suam, qua diligit mundum: ad concupiscentiam suam qua diligit ea quæ in mundo sunt. Ad vitam suam, qua negligit deum. Ad concupiscentiam suam, qua obliuiscitur deum. Ad vitam suam, qua refugit aduersa. Ad concupiscentiam suam qua appetit prospera. Refugit timore, appetit cupiditate: & viuunt membra hominis quæ non sunt mortificata super terram. Viuunt & sentiunt. Viuunt discretionem, sentiunt delectationem. Discretionem in bono & malo: delectationem in solo bono. Discretionem in iis quæ odiunt & diligunt. Delectationem in iis quæ diligunt. Et blandiuntur oculi ad species illecebrosas, ut aperiantur ad videndum. Blandiuntur aures ad cantica sonora, ad verba preciosa ut aperiantur ad audiendum. Blandiuntur nares ad odorem suauem, ut aperiantur ad olfaciendum. Blandiuntur fauces ad saporibus dulces, ut aperiantur ad gustandum. Blandiuntur manus ad tactus molles, ut porrigant ad tangendum: & luxuriat tota massa nature fermeto malitiae & nequitiae. Malitiae in opere, nequitiae in cogitatione. Malitiae carnis sine veritate: nequitiae carnis veritate. Et amat homo peruersæ se & sua, & nutrit gemina &

exhibet mala mēbra sua arma iniquitatis, abiciens disciplinam & bonitatē odiēs, ne cōtristet mēbra sua, laxat frena oculis & auribus, vt intrent & exeat ad delectationes suas, & cum delectationibus suis: & ad omnes sensus vt gaudeant & confruantur gaudiis suis futuros dolores non prospiciens, primum per negligentiam postea per contemptum.

De itinere trium dierū & triū noctium: & de accessu ad deum & recessu ab eo. Tit. CXLI.

H Exo. 3. **I** Bimus viam trium dierum in deserto vt sacrificemus deo nostro. Est quidam accessus & recessus animæ ad deū suæ a deo. Accessus ad deum recessus a deo. Abeunt iter est per noctem: redeunt iter est per diem. Quot noctibus recedit, tot diebus redit. Abeunt primæ noctis iter est per superbiam: quæ deum deſerit. Secundæ noctis iter est per concupiscentiam, quæ alia præter deum appetit.

Tertiae noctis iter est per obstinantiā, quæ in alienis extra deum requiescit. In superbia est vanitas: in concupiscentia delectatio: in obstinantiā consensus. Per vanitatē igitur abit, per delectationē stat. Per cōsensum sedet. Per superbiam a deo recedens vadit ad se vt requiescat in se. Per concupiscentiam descendit sub se vt requiescat in carne. Per obstinantiā trahitur extra se, vt requiescat in carne visibilium specie, & permaneat in delectatione. Primum vadit de virtute sua gloria: secundo vadit in vitiis suis delectari: tertio vadit in transitoriis consolari. Primo, Maledictus homo qui confidit in homine. Secundo, Qui ponit carnē brachiū suum. Tertio, Qui sperauit in multitudine diuitiarum suarū, & præualuit in vanitate sua. Reuertente autem primæ diei iter est quando intentionem suam cōuertit ab eo quod extra ipsum est ad id quod ipsa est. Secundæ diei iter est quando ab eo quod est, animo ducitur ad id quod esse debet. Tertiae diei iter est quando a perceptione illuminationis rapitur ad fontem luminis. Prima reuersio est ab alienis ad propria. Secunda est a malis ad bona. Tertia est a studio virtutis ad perceptionem internæ & æternæ dulcedinis.

Hiere. 17.
Ibidem.
Psal. 51.

Quomodo deus & cibus dicitur per cognitionē, & potus per dilectionem. Ti. CXLI.

Deus noster & cibus & potus est. Cibus quando sumitur per cognitionem: potus quando per dilectionem. Duplici hoc sensu beata anima deo fruatur, scilicet cognitione & dilectione, quia cognoscendo viuunt & diligendo. In cognitione aliqd laboris esse videt i qua quasi cibus nisi prius māsus nō fumitur. Sic, n. scrutationis labore peruenit ad gustū cognitionis. Dilectionis potus difficultatem nō habet, & facilius intrat in animā boni dilectio, q̄ occultū cognitio.

De trina refectione animæ. Tit. CXLI.

Trina refectione deus animam fideliem pascit: per verbum, per sacramentum, per spiritum. Quando nos per verba sua & sacramenta reficit fauim nobis edendum proponit. Quādo vero intrus per spiritū suum nos reficit: mel nobis gustandum effundit.

Quæ dei sunt incōparabilia esse. Titu. CXLI.

Diuina natura excellētia ita omnimodam infarim incomprehensibilis probatur, q̄ nec eius æternitatem æquare potest tempus: nec immensitatem loci: nec potestatem opus: nec sapiētiam sensus.

Quæ & sua & aliena ordinat deus. Tit. CXLI.

Dispositio diuina in omnibus operationis suæ virtutem ostendit. In bonis quidem dupliciter, in quibus vtrūq̄ facit: & vt sint & vt ordinata sint. In malis autem simpliciter in quibus non facit quidem vt sint, sed tm vt ordinata sint.

Septem modis suscepit deus homines. Tit. CXLVII.

Sepem modis suscepit deus homines. Primo ad spōsionem, secundo ad protectionem, tertio ad sustentationem, quarto ad reconciliationem, quinto ad approbationem, sexto ad consolationem, septimo ad remunerationem. Primum pugnat contra diabolum suscepit in causa, vt q̄si spōdeat p̄ eis q̄si confidit i eis: quæ ad modū causā b̄ti Iob q̄si cuiusdā agoniste sui contra diabolum defendendā suscepit,

Quosdam autē quasi timidos & inertes a pugna fugiētes suscepit ad protectionem ne labantur, alios in pugna ruentes suscepit ad sustentationem ne conerantur, alios post ruinam surgentes suscepit ad reconciliationem vt restituātur, alios iam bene agētes suscipit per approbationem vt remunerentur, alios post bonam operationem suscipit per remunerationē, vt glorificentur, alios inter operandum fessos suscipit per internam aspirationē, vt refocillentur & consolentur.

De exercitationibus & profectibus hominū. Ti. CXLVIII.

Alii sunt laborantes & non proficētes. Alii non laborantes & proficētes. Laborantes & non proficētes sunt miserādi. Laborantes & proficētes sunt laudādi. Proficētes & non laborantes sunt beatificādi. Qui pro mundi gloria laborāt, laborem habent, profectum non habent. Qui pro vita æterna laborāt, labore quidem habent: sed in labore suo etiam fructum habent. Qui gratis dona virtutum suscipiunt, ii profectum habent vbi laborem non habent.

De triplici fructu lectionis. Tit. CXLI.

Primus fructus lectiōis est, vt ad veritatem cognoscendā erudiaris. Secundus vt ad virtutem amandam exciteris. Tertius vt intentione legendi occupatus corde nō vageris.

De duplici fructu ieiunij, laboris, & orationis. Titu. CL.

Primus fructus ieiunij est mortificatio carnalis delectationis. Secundus vt per afflictionem carnis corde compungaris.

Laboris. Primus fructus laboris est occupatio. Secundus exercitatio.

Orationis. Primus fructus orationis est petitionis impetratio. Secundus deuotionis exercitatio.

Quare dānentur qui non peccauerunt. Titu. CLI.

Quare inquis dānantur qui nō peccauerunt? Ostende iustitiam quare pœnam sustinet qui culpam non perpetravit? Quis ille? Puer aīs qui recēs natus moritur, & ideo dānari dicitur, quia

renasci non potuit. Iste inquis culpā non fecit, & sustinet pœnam. Nō ergo potuit stī dicere culpā nō habet. Habet em̄ culpā q̄uis nō fecerit culpā: culpā em̄ nascendo contraxit quā faciēdo non perpetravit. Itaq; pro culpa puniit quā habet: quæ & ipsi est, quia eā habet: & aliena est, quia aliunde habet. Tamē oīno pro culpa sua puniit quā nasci cōtulit, renasci nō abstulit. Sed aīa, inquis ipsa, quæ nec p cōditio nē, quia mūda creata est: nec per natiuitatē: quia ex traduce non est: nec per operationē, quia necdū bonū aut malū facere potens est, culpam habet: quare rea iudicatur, & pro reatu condānatur? Sic igit in stas vt probes pœnam esse sine culpa, ac per hoc ipsam pœnam iustā non esse, quæ sine culpa infertur. Hoc ergo dicit quasi nulla pœna iusta esse possit nisi pro culpa illata fuerit. Dic ergo. Bruta animālia quare puniuntur, quæ non peccauerunt: cum solus homo peccauerit, quare cetera cruciantur? Omnia laborāt ne solus ipse laboret qui potius solus labore re debuit: quia solus ipse peccauit. Si nō potest creator secundum beneplacitum omnipotentis voluntatis suæ seruitio creaturæ suæ vt, etiā cū labore & pœna illi ad implendam dispensationem suam: dic quomodo iniustū non est vt ista puniat quæ non peccauerunt? Sed debet creatori suo factura laborem suū etiā sine culpa, si illi placuerit: cum ratio exposculet, ad implendā dispensationem ipsius. Nec iniustū est cū illi placet, cui nihil iniustū placet. Sicut enim totum illi debet quod est: sic etiam totū illi debet quod potest, vt quātum ipse vult ex eo illi seruiat & quomodo vult. Secundum hoc quoq; iustitiæ moderamen vti deus labore creaturæ suæ ad seruitium hominis: vt ex eo ipso intelligat homo quantum sibi collatum sit, & quantum ipse deo debeat pro quo laborat omnia, ne solus ipse laboraret. Sed aliud est, inquis, de pœna brutorum animalium agere: aliud de pœna rationalium quibus solis, sicut datum est benefacere vt glorificentur, ita iustum nullatenus est vt puniantur nisi si male fecerint. Quid ergo? Nunq̄ homo punitus est sine culpa? Dic igitur. Cæcus ille a natiuitate quid fecit?

Ioan.9.

Iob.17.

vt cecus nasceretur. De quo scriptum est. Neq; hic peccauit neq; parentes eius, sed vt manifestaretur opus dei in illo. Iob qua culpa flagellum meruit, qui dicit: Non peccauit, & in amaritudinibus morat oculus meus. Quia ergo & iustus aliquando poenam sustinet quam peccando non meruit: qui non meruit vt sustineat, sed sustinet potius vt mereatur: quare in his qui preter originale nihil commiserunt, tanto studio deum iniustitiae arguere volumus, quia poenam cernimus, & culpam actualem non inuenimus! Maxime quia dictum est mirissimam esse poenam illorum qui praeter originale nihil commiserunt. Si ergo deus ad demonstrandam gloriam suam in vasa misericordiae, vult quosdam quosdam qui actualiter peccauerunt cruciari in poena: alios autem qui originaliter tantum rei tenentur excludi a gloria: vt electis suis in illis quidem offendat quantum miseriam euaserunt: in istis autem, quantum gloriam consequuti sunt: Quis ei dicere potest, cur ita facis? Qui cum vult sine culpa iuste poenam inferre potest, sicut culpanti ne poenam inferat iuste ignoscere potest. Sed forte non illa sola putetur esse poena eorum: qui pro originali tantum culpa damnati sunt, quia gloria beatitudinis excluduntur: nisi etiam tormentorum cruciatibus afficiantur. Sed si alia est, quae vel qualis sit nescio. Vnum scio, quod haec magna poena & magna miseria est, non habere bonum illud sine quo nulli bene esse potest: qui sic ab illo accepit esse, vt in illo haberet beatum esse.

Quomodo sapientia vincit malitiam.

Luc.11.

A Cvm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius in gubem committentur. Atrium est cor, fortis armatus malitia, fortior superueniens, sapientia, arma membra. Sapientia primum malitiam capit, per cognitionem eam deprehendens: postea ligat ab opere cohibens. Deinde flagellat: quia prauus affectus quasi duris quibusdam flagellis caeditur, quando per studium disciplinae ab eo quod appetit refrenatur. Nouissime quasi membris in crucem extendis, & diuisis a se clavis confi-

gitur: quando diuisis a se vitii timore dei animus penetrat. Quando simul sunt omnia vitia fortia sunt, quia mutuo se mutant, vt gula luxuriam, pompa superbia, & caetera. Diuide ergo illa & ab inuicem distinge: & sic confige timore dei carnes tuas, vt malitia in te moriatur. Non autem mireris si sapientia malitiae facit, quod a malitia prius ipsa sustinuit. Prius malitia crucifixit sapientiam, postea sapientia praeualens crucifigit malitiam.

De dispensatione. Tit. CLIII.

Quod sine culpa fieri non potest sciendum non est: & si aliquando conceditur, ipsum malum non est. Indulgentia eget, quia non sine malo est. Propter hoc clamat Apostolus. Post peccatum: bonum est homini mulierem non tangere, quod quidem peccatum non esset, sine peccato fieri posset. Nunc ergo quia sine culpa fieri non potest, si non sit, meritum est, si sit indulgentia eget. Ita non correcto corrigendi potestas negatur. Arguere vis peccantem fratrem tuum, vide si potes sine culpa. Quid est sine culpa: pure, pacifice, sine malitia, sine ira. Alioquin si irasceris cum irascentem reprehendis, cadis in vitium quod damnas: & testis efficeris contra te. Si talis es, dimitte, noli tangere. Ne tibi dicatur: medice, cura te ipsum. Et quod si ne peccato est, mittat in eam lapidem. Ille quod quidem increpandus est, si a te non est. Si adulteram lapidare vis, audi quod dictum est. Si quis sine peccato est, mittat in eam lapidem. Illam iudicandam non nego, sed te iudicem nolo. Propterea semper time ne festines ad arguendum.

Quod deus prius temporale esse dat, & postea aeternum. Tit. CLIII.

Voluit creator ante aeternitatem tempus esse vt in tempore primum quasi aliquod esse inciperet, postea in aeternitate melius perficeretur. Propterea prius creaturae suae temporale esse dedit, postea daturus aeternum.

Quod scriptura aliquando ostendit, & aliquando tribuit mores bonos & virtutes. Titu. CLV.

Quod vera sunt scripturae quae bonos mores ostendunt, quaedam vero sunt quae bonos mores tribuunt. Ille mentem

ad cognitionem virtutis erudiunt docendo ista ad effectum virtutis compungunt exhortando.

De duplici perfectione charitatis. Tit. CLVI.

Dvobis modis caritas perfecta dicitur. Constantia & deuotione. Constantia perfecta est caritas, quando fortis est ad omnia aduersa toleranda. Deuotione perfecta est quando plene successa est ad ea quae recta sunt appetenda. Constantia perfecta est, quando sic viget vt non possit superari. Deuotione perfecta est quae sic ardet vt amplius non debeat inflammari. Prima perfectio aliquando huic vitae conceditur. Secunda vero ad futuram reseruatur. Constantia in Petro, ardor in Ioanne. Constanti dicitur, Confirma fratres tuos. Tenero autem. Sic enim volo manere donec veniam.

De terrore & blandimento dei. Tit. CLVII.

Sapientia dei aliquando nobis in eloquio diuino minatur vt timeamus maiestatem: aliquando blanditur vt diligamus pietatem. Terror in Ioanne, blandimentum in Christo. Timor per seruum, amor per filium.

Quid significet quod scriptum est Melior est iniquitas viri, quam mulier, &c.

Tit. CLVIII.

Melior est iniquitas viri quam beneficietas mulier. Si per sensualitatem mystice mulierem intelligere volumus: & per rationem virum contrarium fortassis erit, quod dicit scriptura, quia primo homini recens plasmato cum adiutorium quare retur in omnibus animantibus simile inueniri non potuit. Propter quod & mulier postea ei facta est in adiutorium illius, utriusque similitudinis, quae in ceteris omnibus inuenta non fuerat: vt autem eandem similitudinem haberet cum ipso facta est de ipso. Quia omnis similitudo aut emanatio est, aut origo. Quapropter queraus duo similia, prius vnum in vno, postea duo ex vno. Quando solus vir erat & adhuc in viro mulier erat: quasi duo in vno erant & duo vnum erant. Quando autem mulier de viro facta est, vnum quodammodo duo factum est: & diuisit se vnitas, vt vna similitudo in duobus constaret. Itaque quarta

mus duo in vno: vel potius duo ex vno in similitudine vna. In quo vno masculus & femina vnum sunt in Christo Iesu. Quid ergo illud vnum est in quo & ex quo duo sunt in similitudine vna? Respiciamus ad interiore hominem: illic quiddam est ad caelestia & superna intendens & hoc sapientia dicitur: & rursum quiddam ad transitoria & caduca respiciens, & prudentia vocatur: & haec duo ex ratione vna sunt & in ratione vna consistunt, & diuisit se ratio in duo: sursum & deorsum, sursum in sapientia, deorsum in prudentia. Sursum in masculinum, deorsum in femininum: vt masculus superior sit & regat, femina inferior & regatur. Caput mulieris viri: caput viri Christus, caput Christi deus. Prudentia sapientiam regit. Sapientia vero verbum dei, Verbum autem dei ab ipso est cuius est. Prudentia quasi mulier curam domus agens, circa ea quae carnis sunt stringitur. Sapientia vero quasi vir in longinqua sagacitatem suam extendens, per amplitudinem spiritualis contemplationis euagatur. Hinc est quod mulier illa fornicaria quae propter absentiam disciplinae simul & continentiae modestiam postposuerat virum suum peregre profectum asserit, domusque ac cubile amatoribus suis pietatis tapetibus in blandimenta voluptatis se strauisse testatur: quia nimirum prudentia in terrenis & transitoris praesentia, cum per praesentiam sapientiae superioris non regitur, desiderium carnis suae quasi quibusdam amatoribus per illecebras species rerum visibilibus ad illicitam delectationem famularatur. Fortis autem illa mulier quam sapientia commendat, quia bene domum suam disposuit, laudata est a viro suo, fructum capiens ex operibus manuum suarum. Haec est ergo beneficietas mulier, quae tamen iniquitati viri comparari non potest, vt in hoc manifeste demonstratur quantum distet ab aequitate illius malefaciens: si nec beneficietas iniquitati eius potest coequari. Considerate modo quaedam mulier benefacit, & in quo benefacit. Quando facit quod facere debet, benefacit. Quid facere debet? Prudentia dicitur quia providere debet, ea scilicet quae necessaria sunt & comoda carnis suae: quoniam ipsi commissa est cura illius. Vir autem

1. Corin. 11. Ephe. 5.

Prouerb. 7.

Prouerb. 31.

quando benefacit, & in quo benefacit? Quando sapientia sursum intendit appetens, & desiderans ea solum quae beneplacita sunt deo, tunc vir benefacit. Vir ergo benefacit quando sapientia ad superius sui amore & desiderio intendit. Mulier autem benefacit, quando prudentia inferiori suo infirmari curam ac solitudinem inpendit. Vidistis hominem comoda carnis suae studiose ac callide perquirentem, & pro ipsius delectatione complenda studio atque intentione assidua insistentem: hic mulier erat benefacens. Vidistis rursus hominem gustu internae saporis roboratum, carnem suam affligentem & pro intuitu superne remunerationis non solum superflua, sed etiam necessaria subtrahentem: hic erat vir inique agens. Si enim aequitas est cum carni quod suum est tribuis, non immerito iniquitas vocatur, quando quod debitum est illi non impendis. Sed tamen melior est iniquitas viri quam benefacens mulier: quia melior est qui per caeleste desiderium accensus carnem suam necessaria etiam subtrahendo affligit, quam qui per carnalem affectum resolutus desideris ipsius per omnia quae comoda sunt illi, satisfacere contendit. Mulier malefacit, quando per imprudenciam vel per pigritiam ligata, carnem suam negligit, vel per sollicitudinem vanam distracta ad superflua quaerenda se effundit.

K Quando ergo benefacit mulier virtus non est, sed quando malefacit culpa. Iniquitas autem viri desiderium est iustitiae: bonitas autem perceptio gloriae. Si ergo vir iniquus est ad iustitiam, mulier autem bona ad naturam, melior profecto est iniquitas viri quam benefacens mulier, quia si natura bona est in conditione, iustitia melior est in retributione.

De filii dei generatione eterna.
Titu. CLIX.

L Quando pater coeternum sibi verbum genuit, tunc dixit, Filius meus es tu. In verbo dixit, & filius meus es tu, genuit. Quia vero generatio transitoria non est, dicitur hodie: & quia perfecta: genuit. Ideo enim per praeteritum dicitur ne putetur imperfecta: & ideo per hodie quod est praesens, ne transacta.

De tribus quae sunt in sermone dei.
Titu. CLX.

Tria sunt in sermone dei. Elementa, exordia, & completiones. In elementis expressio vocis: sed intelligentia non est. In exordio sermonis intelligentia est: sed perfecta non est. In completionem sermonis perfecta intelligentia est. Figurae veteris testamenti elementa fuerunt sermone dei: praecepta decalogi exordium fuerunt sermonis dei. Praecepta novi testamenti completionem sunt sermonis dei. Prohibitio porciniae carnis, elementum fuit sermonis dei. Prohibitio mechiae carnalis, exordium, prohibitio spiritualis mechiae, completio. In veteri testamento iterum quando dictum est: Carnem cum sanguine non comedetis, elementum fuit. Quando dictum est: Non occides: exordium. Quando dictum est: Si quis irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio: completio. In veteri testamento vox fuit: in nouo intellectus. In vita aeterna, res. In veteri testamento via fuit. In nouo veritas, in aeternitate vita. Vnde dicitur. Ego sum via, veritas, & vita. Idem enim & ibi via fuit, & hic veritas est: & illic vita erit.

De duplici cibo & potu scripturarum.
Ti. CLXI.

In refectione duo sunt: potus & cibus. Potus facile sumitur sicut est. Cibum sumi non potest nisi cum labore quodam masticetur. Ea quae in scripturis inueniuntur facilia ad intelligendum, potus sunt: quae difficilia & obscura, cibum. Quae facilia sunt ad intelligendum & suauia ad faciendum, lac sunt, id est potus dulcis. Quae facilia sunt ad intelligendum, & grauius ad faciendum, vinum sunt, id est potus austerus. Quae difficilia sunt ad intelligendum, & grauius ad faciendum, sunt panis doloris. Quae difficilia sunt ad intelligendum, & dulcia ad faciendum, panis exultationis. Quatuor igitur sunt quae reficiunt: potus dulcis & potus amarus: & cibus amarus & cibus dulcis. Item quatuor sunt genera reficiendorum. Alii qui solo lacte nutriuntur, alii quibus cibus frangitur & masticatur, alii quibus non masticatur sed frangitur, alii quibus nec masticatur nec frangitur. Qui in praecipis dei ea tantum quae facilia sunt ad intelligendum libenter au-

diunt, & quae leuia sunt ad faciendum obedienter agunt: ii quasi lacte nutriuntur. Alii autem ad solidum cibum habiles sunt, quia in praecipis dei & fortia agere & obscura intelligere possunt. Si tantum obscura per expositionem fracta aperiantur: & dura per exhortationem & consolationem masticata emolliantur. Praecepta enim fortia per rationem faciendi franguntur, & per blandimenta & consolationes masticantur, ut firmitates quosque nutrire possint. Alii sunt qui non indigent cibo masticato sed fracto, quia voluntate parati sunt ubi rationem faciendi agnoscunt. Alii autem in praecipio obedienciae rationem faciendi quaerere indignum existimant: quia pro solo praecipito, obedientiam debere se putant. Isti cibum verbum dei & frangunt & masticant, quia fortes fide nec in occultis rationem importune exigunt, & caritate seruentes in difficilibus exhortationem non exposcunt. Infantibus lac datur. Pueris cibus frangitur & masticatur. Iuuenibus non masticatur sed frangitur. Viris nec masticatur nec frangitur. Qui exercitatos habet sensus ut possint uti solido cibo.

De duplici sensu animae, de intelligentia & sapientia.
Titulus. CLXII.

Duplex est sensus animae. Sensus, n. anima sunt intelligentia & sapientia. Sensus intelligentiae ad cognitionem pertinet: sensus sapientiae ad virtutem. Sensus intelligentiae foris exercetur per lectionem, intus per meditationem. Sensus sapientiae foris exercetur per operationem, intus per tentationem. Sensus intelligentiae est bonum cognoscere, sensus sapientiae est bonum amare. Quidam interiorius sensu intelligentiae viuunt, & sensu sapientiae mortui sunt. Quidam interiorius sensu sapientiae viuunt: & necdum sensu intelligentiae plene viuificati sunt. Alii nec intelligentiae nec sapientiae sensum percipiunt. Alii & intelligentiae & sapientiae sensu viuunt. Sensus sapientiae & intelligentiae in quibusdam usu exercitatus acuitur, in quibusdam vero ipso exercitationis suae usu amplius hebetatur. Hinc est quod quibusdam ex frequenti auditu obtusius verbum dei in fastidium vertitur. Alii

ex quotidiana audicione amplius ad amorem verbi inflamantur. Sic filii israel in deserto visu manna fastidiunt: & duo discipuli in via loquentis Iesu sermonibus corde inardescunt. Ita machera cotis corum fricatione acuitur: & culter assidua sollicitudine hebetatur. Vomer sulco attritus splendescit: & cacabus assidua flamma labentis adustione obscuratur. Sed vana gloria de bono deteriores sunt.

De duplici permissione & prohibitione diuina.
Ti. CLXIII.

Dvobis modis aliquid deus permittit, vel non opponens. Item duobus modis prohibere: scilicet vel obstaculum non auferendo vel opponendo.

Deus tribus modis cor emollit.
Ti. CLXIII.

Tribus modis deus cor emollit. Primum per inspirationem bonam voluntate creando. Postea per aspirationem excitando. Deinde per occasionem foris adhibitam quasi viam aperiens ad perfectionem prouocando. Per inspirationem ponit, per aspirationem impellit, per occasionem trahit. Ponit ad volendum, impellit ad appetendum, trahit ad perficiendum. In cordibus autem malorum deus prauas voluntates nec inspirando creat, nec aspirando excitat. Tantummodo secundum dispensationem suam aliquando manifestam, aliam quando occultam, semper autem iustam, occasionem aliquando foris adhibendo iusto iudicio praecipit. Ergo in cordibus bonorum voluntates rectas, primum intus ipse facit, & deinde easdem foras ubi voluerit & quantum voluerit ad effectum dirigit. Prauas autem voluntates ipse intus non efficit, sed a semetipsis interiorius corruptas secundum suae voluntatis arbitrium ad dispensationis intimae ordinem complendum insecit. Bonas igitur voluntates deus operatur: malas vero non operatur, tamen & per bonas & per malas voluntates non malum sed bonum operatur. Igitur vtriusque non praebet originem ut sint, sed vtriusque viam aperit: ut perfici possint: & idcirco etiam si voluntas mala est, potestas mala esse non potest: quia cum a nobis est quod volumus, ab ipso est ut voluntatem implete possimus. Ergo nec per inspirationem,

Psal. 104.

nec per aspirationem deus corda malorum obdurat. Sed solum per adhibitam foris occasionem. Sic Pharaonem & aegyptios obdurasse dicitur: quemadmodum scriptum est. Conuertit cor eorum ut odiret populum eius &c. Non peruertendo voluntates eorum ut male esset, sed inclinatis ad prauitatem foris, viam aperiendo ut reuerent. Nam cum populum suum filios videlicet israel in oculis eorum & numero auxit: & diuitiis sublimauit: tunc nimirum corda aduersariorum prosperitati suorum inuidentium liuoris tabe atrinxit. Unde ergo extulit inde illos obdurauit. Non quidem intus aspirans augmentum malitiae, sed foris prouocans intuitu amulationis peruerse. Adhuc etiam quotidie cum mentibus humanis congrua internis motibus suis extrinsecus occasio opponitur, ut qui in fordibus sunt amplius foras descant: & iusti amplius iustificentur.

De libertate & seruitute caritatis.
Titu. CLXV.

Galat. 5.

Per caritatem spiritus seruite inuicem. Nota utriusque in caritate, & seruitute & libertatem. Tunc quasi libera est caritas cum sine acceptione mandati sponte se exercet, in priuatis quibusdam operibus caritatis. Tunc autem quasi seruilis, cum propriis voluntatibus postpositis omnimodo se accommodat voluntatibus proximorum implendis: & cohibens se circa propria, dilatat & exercet se circa aliena. Sed multo magis haec libera est, quia hoc ipsum facit eam liberam, quod se libere omnium subiicit seruituti.

De illo Pauli, Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.
Titu. CLXVI.

Galat. 6.

Per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Alii sunt quibus mundus crucifixus est, ipsi vero non sunt mundo crucifixi. Alii qui mundo sunt crucifixi, sed mundo eis crucifixus non est. Alii qui & mundo crucifixi sunt, & mundo eis crucifixus est. Illis enim mundus crucifixus est, qui despecti habentur mundo, nec sequitur eos mundus: Illi sunt mundo crucifixi, qui affixi tenentur nec sequuntur mundum, sed prorsus eum abiecerunt. Aplus autem prorsus abiecerat mundum, & mundus ipsum. Ideoque dicit. Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo.

De essentia & forma anime.
Titu. CLXVII.

Deo sunt in anima, essentia & iusti X. Deum quae forma est illius. Secundum formam creatur, sed secundum essentiam innouatur. Forma enim omnino potest perire: essentia non omnino perit, sed deformatur amissa forma. Vnde est illud. Spiritum innoua in visceribus meis. Et de iustitia creanda. Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum &c.

De triplici acceptione naturae.
Titu. CLXVIII.

Tribus modis accipit natura in sancta scriptura. Accipit pro illo optio Y. statu primae conditionis in quo primus homo conditus est: secundum quod dicitur omnia naturaliter esse bona. Accipitur & pro reliquo illius statu, quod post lapsum superest, & viget in mente hominis: secundum quod habetur in epistola ad Romanos. Iudicabit id quod ex natura est spiritum legem conformans te qui per literam & circumcisionem prauaricator es legis. Quod est dicere, Generi Z. les qui implent legem per vim rationis sibi innatam, quae est in appetitu boni, illi tales iudicabunt iudaeos. Accipit in tertia acceptione pro corruptionis statu in quo omnes nascimur. Vnde Apostolus. Natura sumus filii irae.

Quia pater non iudicat quemlibet: sed omne iudicium dedit filio. Titu. CLXIX.

Pater non iudicat quemlibet, sed omne iudicium dedit filio. Huius sententiae contrarium esse videtur quod ipse filius de se dicit. Ego non iudico quemlibet. Sed nos oportet verba diuina ita intelligere, ut non discrepent testimonia veritatis. Quapropter discernamus paulisper qualitates iudiciorum, ne forte interpretatio confusa intelligentiam nostram coarctet. Quatuor ergo sunt iudicia: secundum praescientiam, secundum causam, secundum operationem, secundum retributionem. Secundum praescientiam iudicari suum antequam essemus. Secundum causam iudicamur ex quo boni vel mali esse incipimus. Quid est enim iudicium nisi discretio? Quos igitur prius discreuit praescientia illos postmodum discernit causa. Sed nos de filio dicere non possumus: quod ipse vel solus sine patre & spiritu sancto, praescientiam futurorum habeat, vel solus causas hominum occultas discernat. Et ideo

cum dicitur. Pater non iudicat quemlibet, sed omne iudicium dedit filio: de his iudiciis intelligere non possumus quae patri simul & filio & spiritui sancto communia esse scimus. In his ergo quae supersunt duobus sententiam quaramus. Haec enim duo id est iudicium secundum operationem, & iudicium secundum retributionem ad solum filium referuntur: quorum alterum id est iudicium secundum operationem dispensatur, nunc per ministeria hominum: alterum vero, id est iudicium secundum retributionem postmodum exhibebit per semetipsum. Iudicium enim secundum operationem est quando iudicantur opera hominum, non homines. Iudicium autem secundum retributionem quando pro operibus suis iudicabuntur homines. Alterum ad praesens tempus pertinet, alterum ad futurum. Alterum a deo concessum est hominibus seruis dei, per eos & in eis iudicante deo: Alterum per semetipsum implebit praesentibus & attestantibus seruis suis, homo deus. Opera namque hominum sub deo iudicare homo potest homines autem pro operibus suis iudicare non hominis sed dei est. Potest enim homo pro modo suo & ordine opus proximi, si tamen manifestum est, & iudicio subiaceret, vel probare si bonum, vel improbare si malum est: sic tamen ut eos quorum opera vel probat vel improbat, iudicare non presumat, quia & si quos aliquando peruersa agere conspiciamus in bono consummari videmus: & saepe qui bona multa in conspectu hominum faciunt conuersi tandem retrorsum infausto sine vitam claudunt. Propterea (ut dixi) homines qui futura prauidere nequeunt, de praesentibus tantum iudicare possunt: ut eos etiam quorum facta danabilia reputant, danare ausu temerario non presumant. Hoc est iudicium quod Christus Petro, & cum Petro omnibus vice sua fingentibus concessit dicens: Tibi dabo: claves regni caelorum. Et quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in caelis. De iudicio autem retributionis ait apostolus. Tu quis es qui alienum seruum iudicas? Suo domo stat aut cadit: videlicet ostendens quod ille solus potestatem habet, siue ad mortem siue ad vitam iudicare homines, & suae seruituti subiicere, quod

Matt. 16

Ibidem

Rom. 14

pro eis precium sui sanguinis dedit, & eos a seruitute diaboli redemit. Omne ergo iudicium pater dedit filio, ut ipse in praesenti per seruos suos vice sua fungentes iudicet facta hominum in futuro autem homines pro factis suis iudicet per semetipsum. In iudicio ita quod praescientiae & causae pater simul & filius & spiritus sanctus iudicant & examinant iustitiam. In iudicio operationis & retributionis solus filius siue per se siue per seruos suos, quos ipse ad hoc ordinare voluit iudicium profert sententiam. Solus ergo iudicat filius qui solus omne iudicium dispensatur, siue, ut diximus, in praesenti quando per vicarios suos causas aequitatis peragit, siue in futuro, quando ipse ad iudicandum secundum formam humanitatis visibiliter se manifestabit. Ex his satis colligi potest quomodo filius omne iudicium acceperit & tamen neminem iudicet: quia sicut in forma hominis accepit in omni iudicio solus proferre sententiam ex forma hominis non habet, sed ex maiestate diuinitatis ut non solus, sed simul cum patre & spiritu sancto dicit iustitiam. Propterea in alio loco secundum formam susceptam humanitatis loquens ait. Ego sicut audio iudico. Ipse enim sicut audit iudicat, quia ex interna dispositione trahit omne iudicium quod foris dispensatur. Sed est adhuc aliud quod in his verbis considerare possumus. Pater non iudicat quemlibet: sed omne iudicium dedit filio. Habuit enim deus pater iudicium cum homine quem creauerat ut contempserit peccatam exigere. Habuit iudicium cum diabolo, ut inuasionis & rapinae quae fecerat hominem seducendo, causam redderet: sed quia solus filius per incarnationis mysterium & diabolum, vicem & hominem a potestate eius eripuit, quasi a patre acceptum iudicium solus expleuit. Omne autem iudicium a patre accepisse dicitur: quia & primum pro homine, postea de homine, ac deinde hominem iudicare mittebatur. Pro homine iudicauit quoniam eum a potestate diaboli eripuit. Vnde ait. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi ei iudicatur foras. Nunc autem de homine dicitur, quosdam per gratiam vocatis, quosdam vero per iustitiam reprobatis: & in ipsis vocatis alios incrementum virtutum, promouens, alios autem a gratia decidentes relinquens. In futuro

D

Ioan. 6.

E

Ioan. 12.

autem hominem iudicabit: quoniam unicuique secundum opera sua reddens, ad gloriam alios destinabit, ad poenam alios.

De eo quod scriptum est: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Tit. CLXX.

Matt. 6. **D**imitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Minus est debita dimittere quam inimicos diligere. Christiano autem ad perfectionem virtutis dicitur ut non solum non odiat, sed etiam ut diligat inimicos. Sed quia ad huius precepti eminentiam non omnes ascendere possunt, ne futuri orationum imperfectiores perdant, quibus fortasse non odisse inimicos sufficere potest, ipsa orationis conditio sic temperata est. Sed cauendum summopere est iis qui in suis precibus exaudiri desiderant, vti necdum affectum caritatis inimicis impendere preueant, saltem fraterni odii nihil in corde residere permittant: ut fiducialiter dicere possint. Dimitte nobis debita nostra &c. Nam ex conditionis ratione si non perfecte dimittunt, ipsi se sua oratione magis constringunt. Sunt namque qui sic dimittunt ut vindictam quidem iniuriarum non exigant, & tamen ab animo odium inimici non excludant. Quod si nos tali modo debita nostra dimitti petimus, quod aliud petere conuincimur, nisi ut nos odiat, & non puniat deus: Omnis ergo amaritudo & rancor necesse est ab animo excludatur: ut pura conscientia precibus citius effectum tribuat, si in animo nostro nihil resederit quod eum, quem fallere non possumus, offendant.

Quia amor dei sit vita cordis, Tit. CLXXI.

GIta cordis amor est, & ideo omnino impossibile est ut sine amore sit cor quod viuere cupit. Quid hinc sequatur considera. Si enim humana mens sine amore esse non potest, aut seipsam aut certe aliud aliquid a se diligat necesse est. Quia vero in seipsa perfectum bonum non inuenit, si se solum diligeret felix amor non esset. Oportet ergo si feliciter amare desiderat, aliud aliquid praeter se quod amet inquirat. Si autem imperfectum aliquid extra se amare coeperit, amorem quidem

suum irrat, sed miseriam non excludit. Feliciter ergo non diligit, donec ad verum & summum bonum per amoris desiderium se conuertit. Quia vero summum & verum bonum deus est: solus ille feliciter amat, qui deum amat: & tanto felicius quanto amplius. Haec est igitur vera cordis nostri requies, cum in amore dei per desiderium figitur, nec ultra quicquam appetit, sed in eo, quod tenet, quadam felici securitate delectatur. Quia enim illud nec appetit ultra protrahit, nec timor repellit quodammodo in id ipsum iocunditatis sine vexatione requiescit. Sed quia humana mentis infirmitas, ut non dicam, semper non, sed vix aliquando in illam diuinam contemplationis dulcedinem figi potest, quodam interim studio ad illam ad quam necdum pertingere sufficit, stabilitatem assuefacienda est. id est si deum semper cogitare non possumus, saltem cor nostrum ab illicitis & vanis cogitationibus restringendo in consideratione operum dei & mirabilium eius illud teneamus: ut dum semper minus instabiles esse satagimus, tamen aliquando donante deo vere stabiles fieri valeamus. Ut autem promotionis huius aliquod tibi exemplum subiiciam, vniuersus iste mundus quasi quoddam diluuium est: quia omnia quae in hoc mundo sunt ad similitudinem aquae incertis euentibus fluctuando decurrunt. Vera autem fides quae non transitoria sed aeterna promittit, quasi a quibusdam fluctibus sic a mundi huius cupiditate in superna animum attollit, & portari quidem ab aquis potest, sed mergi omnino non potest: quia ad necessitatem hoc mundo vitatur, sed eius desiderium per affectum non implicatur. Quisquis ergo aeterna non credens, sola quae transiit appetit, hunc quasi sine nauis laborantem in fluctibus impetus aquae decurrentis secum trahit. Qui vero aeterna credens transitoria diligit, hic iuxta nauem naufragium facit. Qui autem aeterna bona & credit & diligit: hic in nauis positus fluctuantis maris undas securus pertransit. Et quia per desiderium fidei nauem non transgreditur, iam quodammodo in fluctibus, terrae stabilitate imitatur,

KPrimum ergo si hoc mare magnum illud si pertransire volumus, fabricemus nauem ut fidem integram habeamus. Deinde nauem fidei inhabitemus per caritatem, ut & credamus quod diligere debemus, & diligamus quod credimus. Sicque & lex dei in corde nostro sit per recte fidei cognitionem: & cor nostrum in lege dei sit per dilectionem. Sed ut facilius cognoscas quomodo vel vade hanc quae dixi nauem siue arcam in corde tuo edificare debeas: per quam huius diluuii naufragio e ductus, ad portum quietis peruenias: duo opera dei considera, videlicet opus conditionis & opus restorationis. Opus autem conditionis est creatio caeli & terrae & omnium quae in eis continentur: quae sex diebus facta sunt. Opus vero restorationis incarnationis verbi, & omnia quae a principio mundi usque ad finem vel ad ipsam praenunciandam praecesserunt, vel ad ipsam confirmandam, secutura sunt. Quae omnia sex aetatibus sunt: sed opera restorationis magis pertinent ad fidem catholicam, quae ideo sancti amplius diligunt, quia in eis suae salutis remedia agnoscunt. Haec autem partim per homines, partim per angelos, partim per semetipsum operatus est deus: ut in arca spiritali prima sit manus opera hominum, secunda opera angelorum, tertia opera dei. Supremus cubitus author vniuersorum deus.

De duobus modis humilitatem impugnari. Tit. CLXXII.

LDe vobis modis diabolus humilitatem in vobis oppugnat: per iniuriam videlicet, & per reuerentiam. Alia quando enim instigat homines ut iniuriam nobis inferant, ac per hoc ad indignationem: & ad impatientiam nos pertrahere nititur. Aliquando facit illos nobis reuerentiam exhibere, & sic ad vanam gloriam, & inanem laetitiam nos inclinare conatur. Nos vero si contra haec bella inimici humilitatem nostram illasam custodire volumus, mala nostra iugiter ante oculos habere studeamus. Mala autem dico non solum interiora, quae ad iniquitatem & culpam pertinent sed etiam exteriora, quae pertinent ad vilitatem: sicut est ignobilitas generis, inopia

ego iustitias iudicabo. In tertia glorioſus quia gloria & honore coronauit eum do minus. In prima uisione illuminauit caecos. In secunda uoluit soluere cōpeditos. In tertia dirigit iustos. In his est amabilis, terribilis, admirabilis. Prima uisio generat spem: ne deſiciamus aduersis. Secunda timorem, ne erigamur prosperis. Tertia caritatem, ut uideam⁹ facie ad faciē. In prima uisione fuit corrector morum: in secunda erit discretor meritorum: in tertia largitor p̄miorum. Secundū istas tres uisiones tria ipsi cōueniunt nomina: Salomon, Ecclesiastes, Ydida. Salomon pacific⁹: qđ uere fuit in prima. Ecclesiastes concionator, qđ erit in secunda, quādo ad uocabit cælum desursum & terram: dicitur⁹ malis. Ite maledicti in ignem eter num. bonis: Venite benedicti &c. Ydida, id est dilectus domini, quod erit in tertia uisione in patria qñ erit omnib⁹ omnia. In prima uisione uiderunt eum boni & mali sed non omnes. In secunda uidebūt eum boni & mali & omnes. In tertia oēs boni, & soli. Ad primam autē uisionem in qua mansuetus expectat, peccantes scriptura inuitat dicēs. Egređimini & uide te regem Salomonem: pacis p̄cepta dicantem, ut uinitatē spūs seruetis in uinculo pacis. Uide dico non in quo coronauit eū nouerca sed mater sua. Corona uit. n. eū nouerca, pater & mater. Nouerca synagoga: mater uirgo: pater ei⁹ de⁹. Nouerca coronauit eum corona spinea & miseria: mater corona iustitię: pater corona glorię. Spinea corona materialiter punxit eū exterius, sp̄s aliter interius non pro suis sed pro nostris criminibus: ut nos pro sp̄is n̄ris ei nō dedignemur cōpungi. Matris corona quatuor preciosis lapidibus eum ornauit. Isti sunt principales quatuor animi affectiones, gaudium, amor, tristitia, timor. Istę affectiones sicut dicit beatus Augustinus, ordiatae iustitię sunt: inordinatae iniustitię. Quia itaq; sibi ordiatae eas Salomon no ster assumpsit de uirgine: ipsa p̄dicta corona iustitię coronauit. Ut autē ad plenariā cognitionē tertiū diadematis quo eū de⁹ pater gloria & honore coronauit puenire possitis: egredimini a uitiis: uide te fide & operatiōe & imitatiōe eū coro

natū corona qua coronauit eū mat sua: ut ordinatas eius exemplo p̄dictas affectiones habeatis, ipso p̄stante. Qui &c.

De triplici loquutione dei. Tit. L. A

Ad uiam qđ loquat in me dñs deus. Psal. 84.

Tribus modis homini loquit de⁹. Lege scripta, lege naturali, inspiratiōe occulta. Lex scripta, & uetus & nouū testamētum. Lex naturalis: quod tibi factum uelis, id alii feceris: & qđ tibi nō fieri uelis: alii ne feceris. Lex scripta pponit auri bus: naturalis inserit cordib⁹: neutra ad salutē obseruat operib⁹: nisi tertio modo loquat hōi de⁹: inspiratiōe, scilicet occulta. Hęc est tertia loquutio dei, nō loquax sed efficiax: nō exterius sonās sed interius docēs & penetrās. Abigit muscas Ægypti q̄ se B quunt sacrificates in deserto. Prima musca est carnis mollities: hęc cōtaminat sacrificiū mortificate carnis. Secda ē curiositas mūdi: & hęc maculat sacrificiū cordis cōtriti. Tertia musca est malignitas diaboli: & hęc foedat. Totidē autē sunt rana: Ægypti loq̄ces. Has ranas extinguit diuine inspiratiōis loquutio, dum a uoce carnaliū delectationū, a strepitu mūdanę curiositatis, & a uoce male suggerentis diaboli facit q̄scere. Hęc itē locutio est C q̄ int⁹ loquit pacē. Pax autē duplex est: temporalis, q̄ a uitiis facit q̄scere: & eterna, q̄ in gl̄ia donat durare, de utraq; dicit p̄pheta. Sabbatū ex sabbato dabit uobis. i. Efa. 66. requiē eternā p̄ tpali. Pacē p̄dictā loquit de⁹ i plebē suā, sup̄ sctōs suos & eos q̄ cōuertūt ad cor. In his tres i eccl̄ia notant ordines. cōiugati p̄ plebē: plati p̄ sctōs: cōtinētes p̄ eosq; cōuertūt ad cor. v. tres ordines claustralium: icipiētes q̄ adhuc cōtra carnalia desideria pugnat: p̄fecti qui soli deo adherent: p̄lati qui sibi & aliis p̄uident: qui etſi ad aliorum curam recedunt, per propria ad cor suum redeunt. De ascēsiōis cordis ad deū gradib⁹ Ti. 51 E

Ascensionem in corde suo disposuit. Psal. 83.

Ascēsor iste scripturā sacra aliqñ dī ois p̄dita: aliqñ fili⁹ p̄dig⁹, recedēs a p̄e. Recessit. n. a suo pastore & p̄e in desertū hui⁹ mūdi: qđ regio est a deo lōgin qua tribus descensionum gradibus. Primus fuit a dei magistra uoluntate recedere: & suam sibi propria magistrā cōstituere, diuine uoluntati suā p̄ferendo.

Secūdo fuit a sua uolūtate in carnis uoluptates descendere, carnis curā in desiderii faciendo. Tertius uero a seipso sub se in terrena effluere, mundum & ea que in mūdo sunt querendo. Primum recessit a deo tro ad se: secūdo ab intus extra iuxta se: tertio extra se. Prima diera remotū, secūda remotiorē, tertia eum fecit remotissimū. Prima est uoluntatis p̄uersio, secūda carnalis delectatio, tertia terrenū ambitio. His gradib⁹ ad desertum ad regionem longinquā usq; ad Babylōnem descendit. Sed quia iuxta prophetā etiā ibi aliquādo liberatur, attendendum quomodo per trinam ascensionem ab hac trina descensione ad deum redeat: q̄a inde incipit ascendere, ubi descendēdo p̄uenit. Primus ascensionis gradus est terrena cōtemnere, paupertatem illam appetendo qua pauper in cella ditior fit in cōscientia. Secundus est carnis delectatiōes ex toto contere: carnalia desideria uigiliis iesunis & orationibus domādo. Tertius uoluntatē suam deo & p̄latis suis supponere: humilitatē in corde, patientiā in ore, p̄seuerantiā exhibendo in opere. Nā hęc tria uere obediētię sunt necessaria: exēplo illius qui factus est obediēs patri, mitis & humilis corde: & tāq; ois ad uictimam ductus non aperuit os suum p̄seuerans usq; ad mortē crucis.

Philp. 2
Matt. 23
Efa. 53
Philp. 2

Sabbata que derideantur. Ti. LII. Viderūt eā hostes & deriserunt sabbata eius. Hostes deridere sabbata est etiā ad uitiis ipsa uacationis opera & ocia, ad illicitas cogitatiōes pertrahere.

Quid sit, Pones eos ut clibanum ignis. Titu. LIII.

H Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui &c. Clibanus intus ardet, ignis carnes exterius urit. In tempore igit uult⁹ dñi, & intus iustus ardet cōscientia: & foris carnē cruciat gehēna.

De nominis Hierusalem interpretatione scdm quadruplicē sensum. Titu. LIII.

I Hierusalem que edificatur ut ciuitas. Hierusalem quatuor accipitur modis: historice terrena ista ciuitas: allegorice sancta ecclesia: tropologicę quęq; fidelis anima: anagogice eterna felicitas. De primadici tur. Hierusalē Hierusalem

Psal. 121
Luc. 13

quę occidis prophetas &c. De secūda & tertia. Surge illuminare Hierusalem &c. Efa. 60. De quarta. Hierusalem que sursum est libera est, que est mater nostra. Cui dicit. Lauda Hierusalem dñm. Hęc est ut canit ecclesia, y rbs quedam beata, scilicet Hierusalem, dicta pacis uisio, iuxta nominis interpretationē: que cōstruitur in montibus, quia in calis, uisus ex lapidib⁹ id est angelis & hominibus, preparata ab origine mūdi, ut sponsata per prophetas in tempore, copulatur tandem dño in eternitate. Que edificatur ut ciuitas, uisus & rōnabilib⁹ aedificiis, angelicis ordinib⁹ quasi si mōnib⁹, apostolicis fortitudinib⁹ quasi propugnaculis, martyri cōfessionib⁹ tāq; muris, continētium castimonis tanq; honestis domibus, cōiugatorū officii quasi plateis negociorū exercitatis, Huiusmodi aedificiis edificatur donec cōsummata dedicetur. Diebus septem aedificatur: octauo dedicatur. Hęc autē non est ciuitas, sed aedificatur ut ciuitas: nō ratione nominis, sed similitudinē ratione. In edificatione em̄ tria cōcurrūt. Primo uolenter extrahūt lapides malleis & uerbib⁹ ferreis eum multo labore. Secundo celte, bipenni, regula politur, eruderantur, & quadrantur. Tertio per manū artificis in suis locis disponitur p̄māsurū. Ad hęc modū in edificatione patrię celestis tria considerātur, separatio, politio, positio. Separatio est uolenta, politio purgatoria, positio eterna. Primū est in angustia & afflictione. Secundū in patientia & expectatione. Tertium in gloria & exultatione. Per primū cribatur homo sicut triticū: in secūdo examinatur sicut argentum: in tertio ponitur in thesaurū. Siquidē uisus lapides sunt, quos p̄uidit deus fieri cōformes filii claritatis sue. Hi dum sūt in corpore, quasi in lapide massa sunt. Moses em̄ corporis tenacissime premit & arctat: quia corpus quod corrūpuit aggrauat animā &c. Ab hac desiderabat abstrahi qui dicebat: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Multis cōcussionib⁹ necesse est nos agitari, ut inde extrahamur idonei. Per multas em̄ tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. De quibus experto credite dicēti. In uigiliis multus, in laborib⁹ supra modum: in fame &

Efa. 60
Gala. 4.
Psal. 147.

Et

Sap. 9.

Rom. 7.

Actu. 14.

2. Corin. 11.

Psal.114. fiti &c. De molestia autē separationis au dite Psalmistā. Circūdederūt me gemit⁹ mortis. Q^o intolerabilis sit ista separatio, quādo physicales nodi solvuntur, & ppor- rionalia vincula: in libro experientiē legi- tur, qui ab Antonio noluit fuscitari: cum oporteret iterū mori. Post hanc separatio nē qui statim fueniatur idonei (sicut bea- tus Benedictus: cui via ad caelos visa est, quod rarū est) subleuatur. Qui vero cum ligno, sceno, & stipula trāseunt, in purga- torio poliuntur. Vnde, Si cuius opus ar- serit quod superārdificauit, mercedē ac- cipiet. Post politionē autē suffollūt, suisq; aptantur locis per manū artificis. d. p. i. e. Sane hac tria singulis annis representat ecclesia. In vigilia oīm sanctōz separatio nēi festiuitate positionē: i memoria mor- tuorū politionē. Dies em̄ ieiuniorū dies est afflictionis. Vnde, Prima die septimi mēsis affligetis aīas vestras. Dies vero so- lennis quae sequitur, plenitudinem gau- dii significat: i quo sancti dño scenophe- gizar. Tertio memoria mortuorū agitur vt ii qui in purgatorio poliuntur, poenae consequatur absolutionem, vel poenae mi- rigationem. Et sic tria representat eccle- sia circa spem beatorum: Vnde transeūt, & qua transeunt, & quo transeunt. Vnde transeunt, quia ab hac miseria: qua trās- eunt, quia per poenam & purgatoriu: & quo, quia ad caelestem Hierusalem: cuius participatio .i. habitatio est in idipsum, id est inuariabile. Omniū enim sub sole di- uersum esse est: habitatio vero ecclesie ce- lestis est in eo qd est idipsum. In cui⁹ &c.

Leui.23. **De nominibus filiarum dei & dia- boli: & egressu earum ad regē suū.**

Titulus.LV.

N Sicut peruersa anima dicitur filia ma- ris, filia Tyri, filia Sidonis, filia Baby- lonis, exposita vanitati, voluptati, curio- sitati, & omnibus vitiis: sic fidelis dicitur filia Iuda, filia Sion, filia Hierusalem. Ex humilitate compunctionis, ex sublimitate contemplationis, & ex felicitate super- nae visionis his filiabus dicitur. Egredia- mini ad creatorem vestrum: quia videnti creatorem angusta est omnis creatura. Egredimini ad saluatorem, quia ipse di- cit, ecce noua facio omnia. Egredimini ad glorificationē, quia dicitur: Satiabor

cum apparuerit gloria tua. Sequitur. Et videte: oculo rationis, creatoris vestri po- tentiam: oculo fidei, redemptoris vestri clementiam: oculo cōtemplationis caele- stis sponi gloriam: Regem scilicet natu- rē, ne tempora in nihilū redigantur: gra- tiē, vt ordinate succedāt munera gratia: gloriē, vt hic vel ad modicum prelibetur, alibi ad plenū consummetur. Regem in mundo, regem in inferno, regem in caelo. In inferno tormēta disponit, in mūdo me- rita distribuit, in cēlo p̄mia reddit. Vi- dete ergo filiē Sion regis vestri apud in- feros terrorem, in mūdo ipsius amorem, in caelo honorem. Apud inferos impios premit eius iustitia: in mundo poeniten- tes regit misericordia: in caelo diligentes felicitat gloria.

De expositione sacre scripturae.
Titu.LVI.

Si intraueris fegetem proximi tui: fran- ges spicas & manu conteres: falce au- tem non metes. Hoc est euelles sentētias manu intelligentia: conteres granum ab arista, spiritū secernens a litera: Falce autē non metes, qd est facile & subito librum transcurrere. Sufficit paucos manipulos per dies colligere. Sunt qui falce metūt: q- torū subito librū legētes nihil intelligūt.

Ingressus vineā proximi tui. i. scriptu- rā dei tui, comedas vuas, id est sentētias quātū tibi placuerit: foras autem nō effe- ras tecū, quia nō est dandū sanctū canib⁹ neq; ponendae margaritae ante porcos.

Frumento vino & oleo stabiliui eū. Di- uina scriptura in quibusdam locis quasi panis difficile editur: in quibusdā sicut vinum facile sorbetur: in omnibus quasi medicamētū & oleum animę dum sumi- tur medetur.

Primogenita diuersis modis esse dei & sacerdotū. **Ti.LVII.**

Omnia primogenita in lege sunt sa- cerdotū: imūda redimūtur, munda nō, sed offerūtur: quoz sanguis sup alta- re fundit: pectusculū & arm⁹ est sacerdo- tū. Quia fides sacerdotū ministerio deo offert. Aliter em̄ nemo baptizat nisi pri⁹ fides quę est primogenitū sacerdotib⁹ of- ferat. Immūdū redimitur, qm̄ aīa violata poenitētię precio restaurat. Mūda nō redi- mūtur: qd liberū est redēptione nō in-

diget. Sanguis super altare funditur. Pec- tusculū & armus sunt sacerdotum, quo- niā sic ad eos pertinet ipsoꝝ vitas p̄dici- care, vt cōsilia dare & onera portare susce- p̄tiant.

De leuitarū purificatione & officiis in typum cleri christiani. **Tit.LVIII.**

Recipiuntur leuitę tolli de medio fi- liorum Israel, purificari, aqua lustra- tionis aspergi, omnes pilos corporis rade- re. Significatur autē per hoc nostrorū le- uitarū & clericorū vitam debere a laicali vita secerni, ab omni vitiōꝝ forde purifi- cari & lauari: & a superflua cogitatione mūdari. Vnde addit. Ponentq; filii Israel manus suas super eos: vt intelligāt quan- to oneri subdantur, quos pro omnibus la- borare oportet, quorum manus ferunt: & quod omniū manus in tabernaculo face- re debuerant illi soli faciant, qui omnium manus in se susceperūt. Leuitę autem su- per duorum bouum capita manus pone- bant, intelligentes se corpus & animam suam debere domare: quoz domitor erat qui dicebat. Castigo corpus meū, & in ser- uitudinem redigo. Si sic domiti fuerint: tūc Moyse id est saluator alterū bouum pro peccato, alterum in holocaustū offert: vt vno peccata soluantur, altero dei gratia suscipiatur. Ita purificati in tabernaculū intrant ministraturi, quoniā tales eccle- się & celi tabernaculo digni sunt.

De boue & asino. i. stolido & rusti- co cum ceciderint subleuandis.
Titu.LIX.

Si videris asinū frarris tui aut bouem cecidisse in viā: non despicias sed sub- leuabis eum. Sumus in viā mandatorum dei, in qua Psalmistā inde fatigatus dice- bat: Viam mādatorū tuorū cucurri. Fra- ter noster Christus est, & quilibet homo. Certū em̄ est qd vnus patris filii sumus. Huius asinus est aliqs stultus, piger, luxu- riosus. Bos est qui in ei⁹ agro laborare de- bet. Tales si in viā peccādo cecidisse vide- mus subleuare debem⁹. Adiuuem⁹ ergo, vt & nos adiuuemur. Intra nos est horr⁹ in quo sepulchrū est dñi: in quod si cadē- mus suscitatur, vt corpus a latronculis delatū timore persequentū in sepulchrū Helisei dñi cadit, viuis resurgit, sed lapis ne intremus sepe est ostio oppositus: verū

si sanctę mulieres. i. bonę cogitationes fre- quētāt sepulchrū, angelus lapidem amo- uet, & frātes, etiā si mortui fuerit, viuūt.

De diligētib⁹ & timētib⁹ deū: & de cōstētibus deo. **Titu.LX.**

Recti diligunt re. Homini alii sunt iacētes, alii curui, alii recti, iacētes sunt qui nec timent nec diligunt deum: Curui qui timent & non diligunt: Recti qui timent & diligunt. Quidā sunt qui cōfitentur deo: quia eos bene pascit. Vnde in psalmo. Confitebitur tibi cum bene feceris ei. Isti iacētes in luto peccati deū nec timent nec diligunt. Alii sunt qui cō- fitentur deo quoniā sciunt esse potētem ponere corpus & animā in gehennā: isti timent & nō diligunt. Alii deo confiten- tur propter ipsū: quia solus bonus est, dulcis & magne misericordię: nō timore, nō cupiditate, sed cōfitentur qm̄ bonus. Primi sunt mercenarii, secūdi serui, tertii filii. Mercenarius cupit sibi, seruus timet sibi, filius diligit. Vnusquisq; habet legē suam. Mercenarius cupiditatē, qua con- stringitur: seruus timorem, quo arctatur: filius caritatem, quam complectitur.

De triplici cella in quam introdu- cimur. **Titu.LXI.**

Introduxit me rex i cellaria sua. In mo- rali disciplina tres sunt cellae: quasi in vero cellario. Vnde pluraliter dicit cella- ria. Prima est discipline, secunda nature, tertia gratie. In prima discis iherior esse, in secunda par, in tertia superior: scilicet subesse, coesse, praesse. Primo igit discas esse discipulus, secūdo socius, tertio magi- ster. In prima mali mores domentur: in secunda boni assumantur: in tertia in aliis doceantur domari & assumi.

Curus de interpretatione Hie- rusalem. **Titu.LXII.**

Letare Hierusalē & conuētū facite. V- Hierusalē quatuor modis dī. Histo- rice, allegorice, moraliter, anagorice. Hi- storice ciuitas est cōstituta sup montem Sion i area Omē Ierubei, vbi rex Dauid nebulosam construxit turrim. Allegorice est vrbs i mōte Christo cōstituta: ei⁹ fun- damētū i mōtib⁹ sanctis: vbi Christus re- gnat in eternū. Moraliter fidelis aīa cōtē- plationi dedita: quae in virtutū eminētia sternit fundamētū. Hac inhabitat verbū

Apoc.21. Psal.10.

Canti.1. S Psal.48.

Canti.1.

V

de corde patris eructatū. Verbum enim dei sumus in illo. Analogica supercelsis illa curia, archagelica turba, que quotidie fatiatur dum eis apparer gloria: quia in speculatione eterne iocunditatis iugiter creditur constituta. Letatur autem Hierusalem urbs terrena pro terrenis. Letatur Hierusalem ecclesia per multiplicibus donis. Letatur Hierusalem fidelis anima, pro diuersis meritis. Letatur Hierusalem diuina curia pro diuersis premiis. Letitia qua iocundat ecclesia duplex est: peccatorum remissio & donorum assequutio. Pro his ergo acceptis beneficiis inuitat eam spiritus sanctus ad exultationem. Letare Hierusalem & conuentum facite. Conueniat virtutes ut resistat vitiis. Conueniat predicatorum ut resistat hereticis. Conueniat martyres ut resistat tyrannis: Quonia cogitauerunt vnanimiter, simul aduersus eam testamentum disposuerunt tabernacula Idumeorum & Hismaelite.

Pfal. 82.

De custodia vite hominis in locutione: & de non diuulgandis mysteriis. Titu. LXIII.

Via hominis in custodia sermonis non solum seruat, sed etiam corrigit. In quo enim corrigit adolefcentior via sua: In custodia dicens, ingit sermones suos. Hi sermones quia aliquando sunt tacendi, subditur. In corde meo abscondi eloquia tua: (propter porcos & canes) ut non peccem tibi: qui dicitis. Nolite sanctum dare canibus. Vitium est secreta mysterii indignis vulgare: quod fit vel adulatione, ut placeat cui vulgare: vel auaritia, ut inde lucretur: vel iactantia, ut multa scire videatur. quia vero sunt aliquando perferendi ostendit, dicens: In labiis meis (cordi consonis) pronunciaui (aliis cui tepus vidi) iudicia tua. Non dico omnia: sed oris tui: que per apostolos & alios mihi manifestasti: iudicia quibus nunc & in futuro iudicatur mundus: que sunt abyssus multa.

Pfal. 103.

Matth. 7.

Esa. 7.

Butyrum & mel comedet &c. LXIII. Vtyrum & mel qui nobis puer factus bestia comedat in nobis, cum nos comedere facit: quia cum in nos spiritus sanctus gratiam fundit, melle nos pariter & butyro replet. Mel enim desuper cadit: butyrum ex boue uaccarum lacte colligit. Mel itaque ex aere, butyrum est ex carne. Summi autem patris vniuersi genitum cum sit deus super omnia: homo factus est inter omnia. Qui cum nos dulcedine diuinitatis

suę & mysterio incarnationis repleuit nos melle pariter & butyro nutriuit: ut sciat, id est scire nos faciat, reprobare mare malum, vitiorum & peccatorum: & eligere bonum, virtutum & premiorum.

De quinque ciuitatibus Aegypti loquentibus lingua Chanaanica. Tit. LXV. Z

In illa die erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaanica, non Aegyptia nec Hebraea. Quis ciuitates sunt quinque sensus corporis. Aegyptus, mundus. In Aegypto loquuntur ciuitates lingua Aegypti: dum quinque sensus in mundo quod mundi sunt appetunt. Chanaanica loquuntur in Aegypto: dum moti a vitiis ad virtutem in mundo mundana non querunt. Chanaanica enim interpretatur comoriorum. Lingua vero hebraea que transitus sonat, nullus in Aegypto huius mundi loquitur, sed in vita illa ad quam de morte fit transitus. Hic autem Chanaanica, que inter Aegyptiam & Hebraeam est affinis, ille loquitur: qui de vitiis ad virtutes commouetur, licet omnino non transeat. Sequitur. Er iurantes per dominum exercituum dei non hominem recordantes. Ad dicitur. Ciuitas Solis vocabitur vna. hec est visus, per quam lumen accipitur iustitie ut ciuitas videatur.

Esa. 19.

Quo loquatur deus ad cor hominis. Tit. LXVI. A

Loquar ad cor eius. Loquitur deus ad cor hominis gratia sua ipsum illustrando. Loquitur homo ad cor suum, in libro cordis sui opera sua diligenter legendo. Liber iste duo folia habet. In vno legitur peccatores: in alio poenitentes. Peccator hoc legit. Hec ego egi: recordor & delector. In contrario folio poenitens. Ego egi hac, recordor & doleo. Legamus in folio poenitentium: ne forte solamus nouissimum quadrat. i. puniamur per his que de terra praximus. Duo enim sunt quadrates: vnum dei, alter seculi. Quadrates dei amor ex toto corde, ex toto animo, ex totis viribus. Quadrates seculi est voluptas, curiositas, inanis gloria. Omnis enim quadrates ex tribus consistit. Primum soluitur, & gloria accipitur: secundus recipitur, & poena tribuitur.

Osee. 2.

De nouissimis & antiquis ad verbi incarnationem applicatis. Tit. LXVII. C

Cognouisti omnia nouissima & antiqua. Nouissimum verbum est caro facta: Antiquum, in principio erat verbum. Hec sunt noua ad vetera, & veterum vetustissima: de quibus in Leuitico. Verustissima vete

Pfal. 138.

Ioan. 1.

Leu. 26.

rum comedetis: & nouis supuenietibus, vetera proicietis. Vetera sunt promissiones legum & prophetarum de vetero Christo. Noua sunt promissionum impletio, veritatis exhibitio. Vetustissima, que ad diuinitatis eternitatem pertinet. Nouis ergo supuenietibus, vetera sunt proicienda, & vetustissima seruanda: quia exhibitio veritate diuinitatis aduentus figura & promissio cessare debet: nouisq; incarnationis & vetustissimi eternitatis verbi credendo & colendo tenendum.

Vnde tres in Natali missa celebrantur. Prima de aeterna genitura: Dominus dixit ad me. Secunda de promissione aduentus: Lux fulgebit. Tertia de impletione promissionis: Puer natus est nobis. Et quia ille idem qui est dei filius, factus est hominis filius: ideo in illius missae officio ubi cantatur de aeterna Christi genitura: Dominus dixit ad me: legisset euangelium de temporalis Christi natiuitate. Liber generationis Iesu Christi, & in missa ubi cantatur de temporalis natiuitate, Puer natus est nobis: legit euangelium de eterna generatione. In principio erat verbum. Et quia veritate exhibitio figura cessant: non officium quod pertinet ad promissionem, sed quod ad impletionem sequentibus diebus repetitur, scilicet Puer natus est nobis. Hec nouissima & antiqua que pater nouit, & cui filius voluerit reuelare.

De dimidiatis diebus suis & non dimidiatis: & de loco mortis eorum. Titu. LXVIII.

Educes eos in puteum interitum: quia viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos: ut si quos egerit in malo, reliquos consummarit in bono. Sunt enim qui non incipiunt dies, sed continue perseuerant in malis. Alii dimidiat dies, alii implent dies bonos: quia alii moriuntur in Aegypto: alii in deserto: alii in terra sancta. In Aegypto moriuntur qui in tenebris vitiorum usque in fine vite perdurant. In deserto, qui de confessione peccati exeutes per poenitentiam emendantur. In terra sancta implent dies, qui sine crimine in ope iustitie usque in fine persistunt. Hec tria genera hominum inueniuntur in volumine illo in quo scripta sunt carmen, lamentum & veh. Carmen cantat qui peccati lapsum non senserit: Lamentum qui peccati per lamentum poenitentie surgit: Veh qui peccat & non poenitent. Hi non dimidiat dies suos.

Pfal. 54.

De duabus tubis argenteis & earum usu ad Petrum & Paulum applicatis. LXIX. F

Fles, quarum varietate vocis populus congregat ad presulum preparatum: & in festiuitate ceteret. Hec tubę argenteę sunt Petrus & Paulus: qui sunt argentei nitore eloquii, dulcibus sup incudę cordis spiritus sancti maleo fabricata. His ad ecclesiam nos populi circumsionis & gentium congregamur: contra hostes vitiorum & demonum dimicare, & eos superare docemur: ac discimus bene viuendo, mores conponendo, & in via mandatorum currendo: qualiter deo hostias laudis & iubilationis immolemus. grati deo festi celebrates. His aliter ad congregandum, aliter ad pugnam incitamus: quia triplici modo iam explicato.

Num. 10.

De duplici labore, seculi. s. & dei, & vtrorum triplici. Tit. LXX. G

Honestatit illi in laboribus suis. Labor seculi triplex. Vnum gratum & delectabilis: sicut hortorum, viuariorum, & similitum. Alius stultus & inutilis: sicut palestre, theatri, choreę, in cursibus equorum & saltibus pedum. Alius scelestus & grauissimus: sicut furtorum, homicidiorum, & similitum. Hi omnes stultorum. Labor autem qui habet in dei seruitio similitudinem triplex. Durus sed fructuosus: sicut manu per salute anime & ex obedientia, qui habet sudore plenus. Alius honestus & virtutum gratia plenus: ut in hymnis & canticis, consonantia mortis, sed & vocis dei laude exerceri. Alius dulcis & iocundus que non nouit nisi expertus: sicut qui mens ceterplatione quadam deo seruicillime adheret, & mirabilibus lachrymis pascescit: qui Iob aquę niuis vocatur. quod licet in experto labores videatur: experto tamen est super mel dulce.

Sap. 10.

H

De sine quo consumit & consummat. Et de mandato quod est latum nimis. Tit. LXXI. I

Omnis consummationis vici sine. Laborum summationis est plenitudo dilectionis. Finis qui consumit & consummat. Consumit tria: iniquitatem vitiorum metis & peccatorum carnem carnem mundum: & calamitatem carnem. Consummat tribus: perfectam puritatem, angelicam parilitatem, eternam felicitatem. Hoc mandatum latum est nimis: quia ex quo interiorē possidet hominem, nec cogitat

Pfal. 103.

tionem agitat vanitas, nec affectione impuritas maculat, nec intentione iniquitas angustat: sic deus operat a nobis amari. Dilige, inquit, dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: ut sit cogitatio sana, affectio pura, intentio recta. Diliges primo quia te condidit, secundo quia redemit, tertio quia glorificabit: ex operibus scilicet conditionis, redemptionis, glorificationis. In primo te creavit ex nihilo & ratione praedit fecit. In secundo liberavit a maledicto, & a concupiscentia sanavit. In tertio te angelorum sociavit consortio, & limpidissimae memoriae patrauit.

De triplici statu in corpore quem habet anima diligens deum. Tit. LXXII.
Comedite (inquit sponsum in carnis) Camici mei, & bibite, & inebriamini. Tres sunt diligenti anima status corporis: infirmi, mortui, suscitati. Primus valet animae ad fructum poenitentiae, secundus ad requiem, tertius ad consummationem. In primo corpus animam onerat: In secundo non iuvat sed onerat: In tertio iuvat & non onerat. Primus stat laboriosus est, sed fructuosus: secundus onerosus & fastidiosus: tertius gloriosus. Laborantes igitur in corpore ad cibum vocat: iam posito corpore quiescentes ad potum iuvant: resumetes corpora ut inebrientur iuvant: quos & vocat carissimos nimirum caritate plenos. Vnde & in aliis differentia est: nam ubi qui in carne adhuc grauati erant, cari habentur pro caritate quam habent. Qui vero iam soluti copede carnis sunt, eo sunt cariore, quo propinquiores & expeditiores ad amandum. Porro praeter utrumque dicitur carissimi qui recepta secunda stola eo in dei amore feruntur liberiores, quod de primo nihil habet quod eos sollicitet vel tardet. Primo ergo fidelis anima in carne pane cibatur doloris: secundo soluta a carne vino potatur amoris: tertio ad ferculum Salomonis admissa pigmento inebriatur amoris. Hoc triplex conuiuium ex una caritate celebrat sapientia: cibas laborantes, potas quiescentes, & inebriat regnantes. Hic primo ante mortem in carne mortali labores manuum nostrarum manducamus: post mortem in vita spirituali, bibemus in suavissima requie: post carnis resurrectionem inebriabimur amplissima quadam felicitate.

te. Comedite igitur ante mortem: bibite post mortem: inebriamini post resurrectionem.
De triplici benedictione, duplici manu, & utriusque digiti, & de obediencia triplici. Titu. LXXIII. L
Beati oes qui timet dominum: ambulat in viis eius. Labores manuum tuarum manducabis: beatus es &c. Finis huius psalmi benedictio est. Triplex est autem benedictio: Materialis, spiritualis, intellectualis. Materialis est corporaliu. Vnde. Frumento vino & oleo stabiluit eum. Spiritualis incorporaliu. Vnde. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illi. Oes qui videt tale cognoscet quia est sanctum cui benedixit dominus. Intellectualis caelestium. Vnde. Conuocatis Iesus duodecim discipulis suis dedit illis virtutem super omnia demonia & ut languores curaret. In prima ergo humana natura sustentatur ope & fructu naturae. In secunda reparatur muneribus & ope gratiae. In tertia sublimatur opibus & donis gloriae. De spirituali in praeterito psalmo loquitur. Sed nota quod sit qui benedictio meretur, qui timet, ambulat, laborat, manducatur. In primo obediencia nota. In secundo poenitentia. In tertio constantia. In quarto patientia. Vera namque poenitentia sepe est timida, & cauet a peccatis, deuota obediencia, dilatata corde ambulat in mandatis: virilis constantia laborat in tentatione ne cadat: humilis patientia gaudet in tribulatione dum triumphat. Vnde. Omne gaudium existimate &c. Hic, Labores manuum manducabis. Prima manus & sinistra, est actio. Secunda & dextera, est contemplatio. Sinistrae digiti sunt hi. Primus abstinentia, amputat libidinem & ministrat castitatem. Secundus silentium, tollit falsitatem & dat veritatem. Tertius psalmodia, remouet curiositatem, & donat carnis, oris & mentis puritatem. Quartus labor vigilantiu, aufert ignorantiae cecitatem & confert scientiae claritatem. Quintus exercitium operum: admittit vanitatem & largitur gratiam libertatem. Dexterae digiti sunt isti. Primus est lectio. Secundus meditatio. Tertius copulatio. Quartus deuotio. Quintus oratio. Lectio spoliatur quae rit. Meditatio quaesita inuenit. Compulatio inuenit abluit. Deuotio abluta induit & ornat. Oratio ornatam subarrat. Querit in diuinis eloquiis, inuenit in scripturae patrum institutionibus, abluit salubri fonte lachrymarum, induit vario calore virtutum, subarrat fide & voto

N stabilitate & proposito. Huius vxor est regularis & perfecta obediencia, sicut vitis abundans: de qua vinum exprimitur, quod triplicem vim habere dinoscitur: calefacit, letificat, sebrat. Triplex quoque est species obedienciae. Prima stabilitum praecceptorum, secunda inuolabilium, tertia incommutabilium. Prima est humanae dispositionis, & accendit: Secunda diuinae institutionis, & latificat: Tertia caelestis eruditionis, & inebriat. Accendit prima feruore iustitiae: letificat secunda puritate conscientiae: inebriat tertia plenitudine gratiae. Praefata igitur diuinitis vxor est sicut vitis abundans: quia eius obediencia accendit ad iustitiam & virtutem: letificat ad gratiam & quietem: inebriat ad gloriam & salutem. In lateribus domus tunc conscientia, timor, & spes. In lateribus domus vxor abundat: quia aliter vitae perfectio non potest apprehendi, nisi cum timore inferius sollicitat: spes sursum erigit. Inter haec duo latera virtutum exultat familia: quia & timor circumspicitur seipsum sepe vias fatagat ne aspiraret vitia: & spes sursum prouehit, ne premia certaminum videatur: timor obstat ne ritualis introeat: spes blanditur ut sponse placeat. Huius filii id est opera sunt sicut nouellae oliuarum. Oleum pascit, vngit & lucet. Vngit per opera misericordiae, pascit per opera iustitiae, lucet per opera gratiae. Nouellae oliuarum dicuntur electissime, sicut perfecta opera dicuntur opera operum.

De premiis arefactae & mortificationis carnis per religiosam obedienciam. Titu. LXXIII.
Ossa arida audite verbum dei. Haec dicit dominus, Ecce introducam in vos spiritum & viuicetis &c. His verbis loquitur ad eos spiritus sanctus: quibus ait filius. Vos estis qui permanistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis regnum &c. Laudat in eis rigorem mortificationis per contemptum peccati, mundi, & sui. Laudat decorem fortitudinis per amorem recti, patris, & dei: aqua iusti, honesti. Ne vero eorum vacillet constantia, spem erigit ex dilectionis resurrectionis, dicens ossa, propter dilectionis fortitudinem: arida, propter mortificationis exilitatem. Audite verbum domini &c. In his tota pulchritudo anime consistit. In vno

quicquid indecens est & inutile tollitur. In altero quicquid est pulchrum & honestum preparatur. In tertio quicquid salubre est statuitur. In vno quiescit peruersae agere. In altero discit bene agere. In tertio inquirere pacem & habere. Tales erant quibus dicebat Apostolus. Mortui estis (Ecce arida) & vita vestra abscondita est cum Christo in deo (Ecce ossa) Cum Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ecce resurrectionem. De huiusmodi dicit in psalmo. Myrrha & gutta & casia a vestimentis tuis &c. Et alibi, In terra deserta inuina & inaquosa sic in sancto apparuit tibi &c. Tria sunt genera mortificationis. Primum iniquitatis per poenitentiam. Secundum carnis per abstinentiam. Tertium voluntatis per obedienciam. Poenitentia namque mortificatur iniquitas: abstinentia caro: obediencia, propria voluntas. Prima virtus exprimit malitiam: secunda incontinentiam libidinis & gulae excoquit: tertia illicita & incommoda voluntatis propria. Fit ergo terra deserta per poenitentiam: inuina per abstinentiam: inaquosa per spiritualem obedienciam. In prima inuenitur myrrha quae virtus eicit iniquitatis. In secunda gutta quae sanguinem abicit immunde voluntatis. In tertia casia quae naturalem virorem exprimit iuste necessitatis. Hic Psalmista. Ossa mea sicut cremum aruerunt. Cremum triplici de causa. Primo ex gratia salis: secundo ex industria hominis: tertio ex natura sanguinis. Ista membra Christi, sponsa agni, cohaeres vniuersi: carnem siccant ab actu peccati, consistendo iniquitatem: sensum ligat a causa vagandi, excludendo curiositatem: mentem seruat ab affectu peccandi, eliminando vanitatem. Primo igitur sicca sunt ab iniquitate per confessionem: secundo exilia per parcimoniam rigoris: tertio arida per spiritalem subiectionem. Haec est sponsa quae primo ascendit quasi aurora consurgens: secundo per desertum sicut virgula fumi: tertio deliciis affluens. Aurora a tenebris vitiorum eleuata per confessionem agnitione veritatis, per desertum abstinentiae occasione recisa curiositatis, affluens diuitiis, id est spiritualibus exercitiis sub obedienciae puritate. Sic arida sed ossa, fortitudinem

Deute. 6.

Canti. 5.

Psal. 27.

Gen. 27.

Eccli. 45.

Luc. 9.

Iaco. 1.

Oleum.

Ezech. 37.

Luc. 22.

Colo. 3.

Psal. 44.

Psal. 62.

Q

Psal. 107.

R

S

T habent quadruplicem. Primo cōtra impetum vitiorū: secundo cōtra prosperitatē mūdānorū: tertio cōtra turbines eorum: quarto contra astutias diaboli. Ossa ergo veritatis sunt amici, saluatoris discipuli, cōtempus mundi, peccati, sui, diaboli. Vnde, Omnia ossa mea dicent, Dñe q̄s similis tibi? In corpore em̄ ecclesiæ cutis sunt carnales, caro animales, ossa spirituales. Sic timore exsiccatis, dolore arefactis, auctor pietatis præmiū p̄mittit laboris in gloria resurrectionis. Vnde sequitur. Dabo super vos nervos, carnem, & cutē. In cute significatur corporis immortalitas, in carne aiē felicitas, in nervis virtus q̄ aternitas. Magna igitur sunt afflictio nis solatia, preciosa mōroris gaudia, gloriosa certaminis præmia. Mira commutatio. Vnde propheta. Er̄it vobis in illa die corona pro cinere, oleū gaudiū pro luctu, palliū laudis pro spiritu mōroris. In vltimo corporis immortalitas. In medio animæ felicitas. In primo virtusq̄ notat̄ eternitas. Hinc Apostolus. Quod momentaneū & leue est tribulationis supra modū pondus glorię operatur in nobis: nō aspicientibus quæ temporalia, sed quæ eterna. Virilis ergo compunctio mētis, afflictio carnis, constātia in tentatione, patientia in tribulatione: quoniā de cōpūctioe delectatio, & de afflictioe gaudiū, de cōsūctū victoria, de pugna possidet̄ corona.

¶ Quō deus exaltet̄ in nobis: & de altitudine cordis nostri. Ti. LXXXV

X **A**ccedet homo ad cor altū, & exaltabitur deus. Trib⁹ modis exaltatur deus per id quod habet de nobis: naturę scilicet humanæ conditionē in qua exaltatus est super caelos cælorū: scđm q̄ habitat in nobis per fidem videlicet & dilectionē: q̄ amplius diligit, amplius diligendus inuenitur. scđm quoq̄ q̄ capitur a nobis per cognitionē: quia quanto crescit in nobis eius scientia, tātō maior inuenitur eius em̄nētia: Instar mōris, a quo quāro magis te elōgaueris tanto minor apparet: quanto magis appropinquaueris tātō maior & altior videretur. Est autē cor profundū & latum & altū: profundū de speratione, latū dilectione, altū contēplatione. Si vis ergo vt deus qui in se exaltari nō potest in te exaltet̄: a profundo cor-

dis accede ad latū per fidem & dilectionem, & de lato ad altū per cognitionē: & exaltabitur deus in nobis: quia quātum humani cordis affectio ab inferiorū suspēsa desiderio, in amorem aternorū promouetur: tātū caritas dei ex magnis maior, ex sūmis altior virtutibus apud ip̄m exaltatur.

¶ De triplici disciplina. Ti. LXXXVI. Z

Apprehendite disciplinā. Triplex est disciplina: correctionis, institutionis, conuersationis. Prima & secunda ad magistrum, tertia ad discipulū. De prima & secunda dicit Propheta. Disciplina tua corripuit me ī finē: disciplina tua ipsa me docebit. De tertia liber Sapientię. Spiritus sanctus disciplinę effugiet fictiū. Duobus modis fit disciplina correctionis, mōris & flagellis: duobus traditur disciplina institutionis, præceptis & exēplis: duobus agit̄ disciplina conuersationis, mōribus & studiis.

¶ De quatuor agonibus Christianorum. Tit. LXXXVII. A

Persequatur inimicus animā meam. Quatuor sunt agones militię Christianę, plaga, fuga, impetus, triūphus. Aliquādo em̄ persequitur inimicus hominē & cōprehēdit, & percutit̄ plaga magna. Aliquādo persequitur & cōprehēdit: sed elabitur fuga. Aliquādo versauice persequitur homo & non cōprehēdit inimicū: quia īdiscretus est impetus. Aliquādo persequitur & cōprehēdit: & hic est triūphus. Persequar, inq̄r, inimicos meos, & comprehendam illos. Q̄diu distenditur homo in seculo, persequitur eū inimicus & cōprehēdit: quādo fugit de seculo, persequitur eū & nō comprehendit: qm̄ feruore nouitio pro redimēdis vitiis īdiscrete corpus auertit, tūc versauice persequitur homo inimicū, sed nō cōprehēdit: quādo p̄fecto sensu sic vitiū iugulat vt nec indulgeat, persequitur & comprehendit. De primo Propheta. Plaga inimici percussit te. De secundo dñs. Videte ne fiat fuga ī hyeme vel sabbato. De tertio. Prouer. Qui festin⁹ est offendit pedib⁹. De quarto. Resistite diabolo: & fugiet a vobis. Nā resistisse in tentationib⁹, vicisse est.

¶ De ira, facie, & presentia dei: de fumo, flāma & carbonib⁹. LXXXVIII.

B **A**scendit fumus in ira ei⁹: & ignis a facie ei⁹ exarsit, & carbones succēsi sunt ab eo. Aliud in deo ira, aliud facies, aliud presentia. Ira, iudicii recordationē: facies cognitionē: presentia ponit̄ perfruitionē. Bona est recordatio, melior cognitio, optima perfructio. Ceterum aliud fumus, aliud flāma, aliud carbones significant. Fumus est amaritudo pœnitentię, flāma ardor dilectionis, carbones holocaustum consummationis. Tunc inquit acceptabis sacrificium iustitię oblationis & holocausta. Recordatio igitur iudicii excitat compunctionem: dum timorē incurrit, & ex timore ad pœnitentiā adducit. Consiige timore tuo carnes meas: a iudiciis em̄ tuis timui. Quia post mortē inde afficitur amore. Cognitio exardescere facit affectionē: quia q̄tō magis cognoscitur deus: tanto plus amatur. Vnde in presentia non plene diligitur, quia non plene cognoscitur. Perfructio vero donat̄ consummationē: quia dū post mortem dabitur frui gloria p̄maiestatem contemplationis, consummabit̄ plenitudo dilectionis. sed dū ex recordatione iudicii excitatur compunctio, tunc ex ira dei fumus ascendit: dū ex cogitatione calefit̄ dilectio, a facie ei⁹ ignis exardescit: dū ex perfruitione presentia datur cognitio, carbones succenduntur ab eo. Primo fumū, secundo flammam, tertio ponit̄ carbones. Ignis cū rudē & humidā tangit materiā, non statim flāmas excutit, aut totū in carbones absumit. humidā & rudis materiā, peccatorum est conscientia, fluxu carnis & vitiis carnalibus quasi fucis quibusdam infecta. In hac autē materiā deus spālī diuine indignationis a corde ad oculos vsq̄ accēdit, & effluit p̄ lachrymas fumo cōpūctioe. Excitata autē materiā corporis p̄ abstinentiā contritionem & pœnitentiā a diuersis tenebris ignorantię, lucere p̄ cognitionē, & ardere incipit p̄ dilectionē, tātōq̄ fit caritas ardērior, q̄tō sapiētia dei fuerit p̄spiciatior.

D Vel inde a facie eius ignis exardescit, qm̄ ex eius cognitione caritas ignescit, inflāmare potēs cor hūanū dū hic viuatur. sed vt totā materiā in carbones ab-

sumat vel cōsumat, nūq̄ pōt in p̄rii q̄ diu corp⁹ qd̄ corrūpit̄ aggrauat hoies. tanq̄ em̄ aliqd̄ habens adhuc humoris materiā flāmas dilectionis habere pōt: in carbones nūq̄ conuertit̄ pōt donec veniat qd̄ perfectū est: euacuato qd̄ est ex parte: vt ignis caritatis totū in se conuertat hominē, & vt iterū in carbones redigat: vt nihil vlterioris obstat̄ carni: vtq̄ ampli⁹ luctari non habeat amoris incendii. Fecit q̄ppe cū illuc peruertū est, de fumo flāma, de flāma carbones. Sicq̄ post ignem q̄ ardet in sion, carbonū succensōriū camin⁹ est in hierusalē, Venit, inq̄t propheta, dñs, cuius ignis in sion & caminus in Hierusalē. Sion speculario, Hierusalē visio pacis dicit̄. Hic est laboris speculario: ibi pacis visio. In speculatione igit̄ ignis est: sed in visione caminus. Quia hic a facie ignis exardet: ibi in camino carbones succēsi sunt ab eo.

De triplici loco dei. Tit. LXXXIX. F

Factus est in pace locus ei⁹. Locus dei triplex, Mūdus, ecclesia, fidelis aīa. In mūdō est vt imperator in regno. In ecclesia vt paterfamilias ī domo. In aīa vt sp̄s in thalamo. In mundo est creādo & regnādo. In ecclesia, ad sacramētorū participationē & fidei p̄ceptio nem vocādo. In aīa p̄ caritatem inhabitando. Si in domo dei q̄ dom⁹ dei esse cœpisti, vt intres & habites vbi pax est & habitare digne, cuius locus in pace factus est. Quē locū vel domū fac arcā diluuii, tabernaculū militię, arcā testamenti. In domo veneret̄ filius patrē. In diluuiō ploret̄ naufrag⁹ gubernationē, In tabernaculo honoret̄ miles regē, In testamento auscultet̄ assecla p̄ceptorē.

De fonte patente & occulto, christo scilicet dño nostro. Ti. LXXX.

In die illa erit̄ fons patēs domū Dauid & habitātib⁹ Hierusalē: ablu-tionē p̄dōris & mēstruatē. Fons occultus vnigenitus est p̄is inuisibilis. Fōs

idem patēs deus incarnatus: q̄ fons patēs domui Dauid dicit: quia ex Dauid genere ad nos redēptor p̄cessit. In Hie rusalem habitauit: q̄a in visione pacis intime. Mentē autē peccatricē significat p̄cōr & menstruata: vel peccator eū q̄ delinqt opere: menstruata mentē q̄ labitur praua cogitatione. Nā sicut menstruata est polluta, q̄ aliena carne nō tā gitur, & sua inquinatur: Sic anima etsi malū opus non pagit, polluta tñ immūda cogitatione sordescit. Vnde. Oēs q̄ querunt eā nō deficiēt, in mēstruis ei? inuenient eā. Quia maligni spūs in illa bonē cogitationis rectitudine repellūtur: cū in pollutis cogitationib⁹ positā facile ad puerfam cogitationē trahāt. In die igitur illa &c. q̄a apertus est iam nobis fons mīe redemptor noster qui ī domo Dauid incarnatus p̄cōrē lauat a puerfo opere: & menstruata mentem diluit a sēda cogitatione. Patet igitur fons, curramus eū lachrymis: lauēmur hoc fonte pietatis. In hoc fonte Dauid lotus p̄p̄nitentiam a graui macula culpe, querebat hunc eū diceret. Redde mihi letiriā salutaris tui. i. Iesu. In hoc fōte mīe lota est maria Magdalene, Petrus & Latio. Cur ergo pigri sum⁹? Cur torpentes & frigidi remanemus: qui in hoc fonte pietatis tantos se lauisse cognoscimus? Ergo ne de mūdatione n̄ri desperem⁹, qui tot exēpla mīe in pigno re tenemus? Querere mīe fontē debemus, si clausus esset: nūc vero patet, & negligimus. Mittamus oculos fidei in mundū vniuersum, cōsideremus q̄ multi hodie in hoc fonte lauentur, q̄ multi post lachrymas ad mūditiā redeant. Curramus eū talibus ad aquā vitę: cōsideremus quantū peccauimus: atq̄ vt appareamus mūdī: cor nostrū illi lauemus in holocaustū: adiuuante nos ad hęc eadē gratia redēptoris dñi nostri: qui viuūt & regnat &c.

De humilitatione triplici.
Titu. LXXXI.

H Onū mihi q̄a humiliasti me. Non Boēs sunt humiles q̄ humiliātur: q̄a alii cū rancore, alii patienter, alii libenter humiliātur. Primi sunt rei, secundi innoxii, tertii iusti. Quia licet innocen-

tia portio sit iustitię, tñ consummatio eius est apud humilem. Non em̄ intus murmurāti: nō minus murmurāti: q̄a nō hūiliatis sed hūilib⁹ dat de⁹ grām.

De turpi mutatione hoīs. Ti. lxxxii. I
Homo cū in honore esset nō intellexit: comparatus est iumētis insipientibus, & similis factus est illis. Turpis mutatio, vt cuius erat ante, celos meditatione penetrare: mēte supernas mansiones circūire: deuotione patres & apostolos salutare: choros prophetarum, martyrum admirari triūphos: stupere pulcherrimos ordines angelorū: modo turpi se mancipet corporis feruituti ad obediendū carnī, ad satissationem gulę & ventri: vt caro ancilla quasi dñā imperet spūi domīo. Exitus aquarū deducant oculi super huiusce modi animā, scilicet quę cū nutrire in croceis nūc amplextur stercorea. Pascit sterile quę non parit: & viduę bene nō facit. Homo cū in honore esset nō intellexit. Ecce Adā quasi vnus ex nobis factus est. Cū in honore esset non intellexit, inq̄t. In quo habitabat? In paradiso in loco voluptatis: gloria & honore coronatus: & cōstitutus super opera manuum plasmatoris, cuius societas cum plebe angelorū, & omni militia celestis exercitus. sed mutauit istā gloriā in similitudinē vituli comedētis fœnum. Inde panis angelorū factus est fœnum positū in p̄sepio: & appositū est nobis tanq̄ iumētis. Hoc fœnū carnis Christi non est desiccātū, q̄ est pro mundi vita. Illius vtiq̄ fœni carnis n̄re qd̄ desiccāt, & cecidit flos, nō ille qui de radice iesse & virga ascēdit. Cibus hoīs mutauit se in pabulū pecoris, hoīe mutato ī pec⁹. En tristis mutatio & lachrymosa: hō incola paradisi, terrę dñs, cuius cœli, domestico dñi sabaoth sup̄ beatorū spūū agmina: repētina mutatione iacet pec⁹ in stabulo, idiget fœno. Agnosce o bos possessorē tuū, & o asine p̄sepe dñi tui. Cognosce pecus quę cognouisti homo, adora in stabulo quem fugiebas de paradiso: & comede fœnum, quia panē angelorū fastidisti: quia cū ī honore esses non intellexisti: nec deum creatorem tuum: nec te beatum esse creatum.

I
Psal. 48.

Gen. 3.

Duplex ista ignorantia damnabilis. Prima facit iumētis parem: Secūda potest steriorem. Vnde si ignoras te: abi post gregē sodalitū tuorum. Vere post: quia reprobi homines igni tradūtur perpetuo: non pecudes. Melius fuisset ei si natus non fuisset homo, sed pec⁹. Propter primā ignorantia pecudes habebat sodales: factus est similis illis in p̄fructibus bonis terrę. Propter secundā nō est cū illis sed post illas in perferendis tormentis gehennę. Est em̄ hic sp̄s bestias bestialior, ratione vicens & ratione nō viuens.

De claustrī agro, in quo sunt vuc, rose, lilia, violę, & oliuę. Ti. LXXXIII. I
E Cce odor filii mei sicut odor agrī pleni cui benedixit dñs. Ager est mūdus, vel quilibet conuentus. In his redolet vua, rosa, lilium, viola, & oliua. Vua diuini amoris: quę calcata in torculari tribulatiōis recondit in apotheca eternitatis & iubilatiōis. Rosa ex cruore martyrii redolet. Lilium, ex incorruptione virginitatis candens. Viola ex humilitate locū minimū tenens: & celestis regni purpurā in mente habēs. Oliua operę misericordię more olei refouens & lucens.

De virore calami & iunci. Titulus. LXXXIII. M
Orietur in ea viror calami & iunci. Calamo scribitur & iūco. Prim⁹ est p̄dicator: secūds auditor. vterq̄ ex eadem aqua proficit, quia & doctrina & p̄fectus audiētię est ex deo. Horū viriditas operū ex aqua sapientię: q̄ ex ore altissimi p̄cedit, in ecclesia nascit. Sancti ergo spūs est gratia: quę & doctoris os aperit: & auditoris mentē ad p̄fectum intus inspirat & illuminat. Q̄ dulcedo hominis vermes sint.

Titu. LXXXV. N
D Vcedo hominis vermis: sc̄z terrarum. Quisq̄ in hoc mūdo appetit ceteros excedere rebus, & honoribus tumere: huic nimirū cura secularis est in delectatione: quies in labore. Quia igitur natura vermium est mortis singulis moueri & rodere: per vermes ingetudo mentis & cōsumptio notatur cogitationū, quibus homo in-

cessabiliter se pascit & depascitur. Vel vermīs nomine caro signatur. Luxurio si ergo carnis voluptatibus dediti quāta sit cecitas monstrat cū dicitur. Dulcedo illius vermīs. Quid nōq̄ caro nisi putredo & vermīs est? Qui carnalibus desideriis anhelat, quid aliud nisi vermē amat? Quę em̄ sit carnis substantia restantur sepulcra. Quis parentis ḡtūis dilecti vermibus scaturientem carnē tangere possit? Cū caro cōcupiscit, p̄ferur quid sit quādo est exanimis: & intelligitur quid ametur. Multū valet ad domandū desiderū, qui viuū diligit: pensare quid futurū sit mortuum.

Oleū de capite non deficere. Titu. LXXXVI. P
Oleum de capite tuo non deficiet. & a capite oleū deficit cū a mente caritas recedit. A pilis ergo tondemus caput, ne abiciant oleum: id est malas cogitationes a mēte, quibus perdit caritas. Vt speciē suam visitet quisq̄.

Titu. LXXXVII. P
Vistans speciem tuā nō peccabis. Species hominis est sicut homo. Specie ergo suā visitat quisq̄ ad eū quē similit̄ sibi per naturam conspiciat, passibus amoris rēdit: & in altero sua considerans, ex seipso colligit, qualiter infirmanti alii descendat, qui vt in se alterum reficiat, se in altero pensat. Vnde Moyses. Tulit terra lignū habēs sementem sc̄dm̄ speciem suam. Terra inquā benedicta, ante peccata: nā post maledicta spinas dat & tribulos.

Quid sit sacerdotes caput nō radere nec tñ comā nutrire. Ti. lxxxviii. Q
Sacerdotes caput suum non radant. Nec comā nutriant: sed tondeant. Sacerdotes sunt: qui vt sacrum ductum p̄beant p̄sentunt. Capilli in capite exteriori sunt cogitationes in mēte. Quia igitur de vita subditorū sollicitudines habere debent: nec tamen eis vehementer incumbere: caput prohibentur radere & comā nutrire: vt illos nec funditus amputent, nec rursus ad crescēdum nimis relaxent: ḡtū necesse est p̄deant. & tamen recidantur citius, ne immoderatus crescant: seruē q̄q̄. ii.

Hiere. 2.

Psal. 70.

Eccles. 9.

Iob. 5.

Gen. 2.

Ezech. 44.

tur in capite sacerdotis vt aurę opiat: resecenť vt oculos non claudant.

De sacculo pertuso & integro.

Titulus.LXXXIX.

Agg.1. **Q**ui mercedes cōgregauit, in sacculum eas misit prufum: de quo aliunde exit qđ aliunde immittit. Is enim est sacculus prufus: qđ irrefpēfibilitē viuēs odiū in corde portat. Considerat qđ sit mūdus in opē: nīqđ crudelis in mēte: qđ mercedē quā reponit ex bono ope, perdit ex odio, qđ intrat p foramē boni operis exit p pertusum dāni supnē dilectionis. Tu inqđ homo integer sacculus esto, ad conseruāda bona: prufus & scissus p cōtritionē poenitētię ad efficiēda mala vt circūde pueri letitia. Vnde Psal.29. Concidisti saccum meum & circūde disti me letitia.

Oculi sapiētis in capite eius.

Titulus.XC.

Ecc.1.2. **O**culi sapiētis in capite ei⁹ sūt. Stultus in tenebris ambulat. Quia sapiens in capite xpō p imitationē oculos mētis figit: & stultus in interioribus extra se studiū intētionis ponens, quasi sine luce in tenebris ambulat.

De abscondēte frumēta. Tit.XCI.

Prou.11. **Q**ui abscondit frumēta maledicti tur in pplis. Frumēta abscondere est pdicationis verba apud se retinere. In populis maledicti talis, qđ i sola sciētia pro multis quos corrigere non potuit: culpa dānat. Vnde Maledictus qui phiber gladium suum a sanguine: id est pdicationis verba a carnalis vitę interfecione.

De proximi vitis perimēdis.

Titulus.XCII.

Exo.32. **S**i quis dñs est iungatur mihi. Ponat vir gladium suum supra femur suū: ite redite de porta vsqđ ad portam per medium castrorū, & occidat vnusqđqđ fratrem & amicū & proximum suum. Proximus est hominis homo, conditio ne originis. Item est amicus dilectione & frater in spiritu vel carne. Qui istos ita delinquentes gladio vult increpationis in vitis occidere: gladium prius supra femur suū ponat, id est illicitas prius in se suggestiones studeat edomare: & tunc de porta eat ad portam,

id est a vitio vsqđ ad vitium p quod ad mentem mors ingredit: increpando discurret per mediu castrorū cum tāta equalitate, vt in culpā delinqueritū nullius edio vel fauore declinet.

De adulatione perniciofa.

Titu.XCIII.

X **V**eh qui cōsūt puluillos sub oī cubito man⁹: & faciūt ceruicalia sub capite vnuerse etatis ad capiēdas animas. Puluillus & ceruical vt melius quiescat ponuntur. Quisquis autē male agentibus adulat, sub capite & manu alterius cōsūt puluillos. Hinc rursus ipse edificabat parietē, & alii liniebant. Paries pcti duritia. Hūc edificat q contra se pcti obstaculum construit: hunc linīt, q pctā perpetranti adulatur.

De diuitiarum contemptu.

Titulus.XCIII.

Y **D**ives cū dormierit nihil fecit auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Cum em pctōr dormit in morte, videt & cognoscit qđ nihil fuit quod vidit in vita: qđ rapit ad mortē de vita. Vnde subdit, Tolle eū vētus vrens, i. malignus spūs, q viuētē trahit ad vitia, morientem trahit ad tormenta. Hic succēdit amor cōcupiscētię: ibi cruciat flāma gehēnę. Hic vento & flatu malę suggestiōnis ad terrena desideria succēdit corda iniquorū teste Hieremia. Olam succēsam ego video: id est cor humanū vitiorum ardorib⁹ feruens: & faciē eius a facie aquilonis. Ab illius em suggestionib⁹ inflāmabatur qui dixit. Sedebo in montē testamenti: in lateribus aquilonis. Ab huius vrentis ardore promittunt prophete in aduentu Christi iustos liberari a domo. Pro saluica inquit abies, pro vrtica crescet myrtus. Pro abiectione terrene cogitationis, altitudo terrene contemplationis: & pro pruriginē & ardore vitiorum, virtutum crescet temperies & tranquillitas mentis. Hoc desideriu Marię pmittitur: Virtus altissimi obūbrabit tibi. Quis hoc vocabulo Christi notetur incarnatio: Vmbra enim a lumine formatur ex torpore. In materia autem lumen diuinitatis corpus recipit humanitatis.

Qđ iust⁹ vt palma floreat. Ti.XCV.

Z **I**ustus vt palma floreat. Tripliciter Palma em tarde proficit: sed diu in viriditate subsistit. Inferius tactu aspera, aridis corticibus obuoluitur: Superius visu & fructib⁹ pulchra. Ceterę arbores iuxta terram vastę: superius subtiliores reddūt. Palma ab imis subtilior, vastior a summo succrescit. Talis est iustus. Primo cū multis difficultatibus ad fidei statum quasi tarde pficit: sed in fidei gloria diutius subsistit. Inferius multis tribulationum corticibus ad fructu retributionis gloriosus, & cum ceterę arbores idest mali homines, inferius sint fortiores, pro inferioribus multos labores tolerantes: superius debiles, quia vnus horę momento dño seruientes lassant: sola palma idest soli iusti, in celestibus fortiores, in terrenis sunt infirmiores: vt qđtum ceteri in terrenis, tantum ipsi in celestibus clareant: vt sicut exhibuerunt membra sua seruire iniquitati, exhibeant eadem seruire iustitię, qui non vt ceterę arbores in choatione fortiora pponūt, & per augmentum temporis debilia terminant, Nā iusti conuersio tanqđ palma: plus finiēdo peragit qđ in choando proponit.

A De triplici habitacōe dei. Ti.XCVI

Gen.28. **N**on est hic aliud nisi domus dei. Trias deus inhabitat: mūdū, ecclesiam, fidelem animā. In mūdo est vt imperator in regno per essentiam & potētiā. In ecclesia vt paterfamilias in domo per pntem iustitiam: quia ipse est qui iustificat eam: de cuius plenitudine omnes accepimus. Creat, recreat, cōseruat in anima per spirituale gratiam.

De igni in altari semper ardente.

Titu.XCVII.

B **I**gnis in altari semper ardebit: quē nutritiet sacerdos, subiciens ligna per singulos dies. Ignem in altari semper ardere, est caritatis flāmam indefinenter ad deū accendere, ligna ne deficiat subicere, est exempla pcedentiū patrū quasi quedā fomenta in exercitacione caritatis subministrare. Et qđ in terra nouitas quōtidie ipsa hui⁹ vitę cōuersatione veterascit: ignis carita

tis pcedit lignis nutriti debet & res uiuiscere. Hoc fit mane: quia non nisi in nocte caritas exstinguitur.

De pane subcinericio. Ti.XCVIII.

C **F**actus est Effraim panis subcinericio: quē non reuertatur. Ex natura bene condita inest hōi intentio qua surgat in deū. Ex intentione voluptas syncera quę pmat seculum inferius. Panis subcinericius ex inferiori mundior, ex superiori cinerem portat. Qui ergo intentionem qua deū querere debuit negligit: & mundiorē partē inferius premit, & curam seculi libenter tolerans quasi congestum superius cinerem portat, sed reuertatur si desideriorū cinerem abiiciens: intentionē bonam quam opprimūt superius ostendit.

De sentētię supremi iudiciū ad parturientem comparatione. Ti.XCIX.

D **S**icut parturientem loquar. Parturientem scđ dolore eicit quod diu in absconditis cum pondere portauit. Ita deus qui apud se nūc tacitus tolerat, i vltione iudiciū quasi cum longo dolore post longū silentium manifestat.

Descendere in infernum cū armis.

Titulus.C.

E **D**escendūt in infernū cum armis suis. Arma peccantiū sunt membra corporis quibus praua desideria q concipiunt exequūtur: cū quibus tolerāt eterna tormenta cū principe spōrū diabolo. Vnde ibi Assur & oīs multitudo eius: in circuitu ei⁹ sepulchra eius. Assur diabolus, multitudo eius, angeli spiritus quos ad culpā traxit: q mortem pertulit, cum sui conditoris vitam reliquit. Huius tanqđ mortui vnt sepulchra qui in suis cordib⁹ illum p desideria praua sepeliūt. Qui erūt i circuitu eius: quia tunc sepulchra cum mortuis ardebūt vbi ignis qui obscuratur, mors sine morte, finis sine fine, defect⁹ sine defectu: ignis tenebescit: mors viuir: finis semper incipit: defectus defecere nescit.

Ferro poenam duram sed transitoria, are signari eternam. Ti.CI.

F **V**giet arma ferrea, & irruet in arcum etrem. Quia necessitas inops vitam mcerotis vulnere cruciat: per

Psal. 104. ferrum notatur. Vnde de Ioseph vendito: Ferrum pertransiit animam eius. Iudicium fraternum quod ab auari mēte non attenditur: per arcum innuitur. Si ergo in istis armis ferreis necessitate non perfruitur, sed illa fugiendo multa per avaritiam rapit: hunc extremi & oculi iudicii arcus districtus ferit. Et nota quod greus dicitur, ut ferro durabilior: quia poena quam fugit transitoria est, quam incurrit eterna.

Necessaria huius vite non esse abominanda. Titu. CII.

Deut. 23. **G** Non abomaberis egyptium vel Idu meum. id est quis relinquenda egyptiaca, pristina scilicet conuersatio de superfluis non cogitando: non tamen profus abominanda, ut de necessariis non cogitemus.

Vna trutina nos & proximos metiamur. Titu. CIII.

Deut. 23. **H** Non sit pondus tibi maius & minus, ut aliter tibi, aliter proximo metiaris: imponens grauiam que nec digito velis mouere.

3. Reg. 4. **I** Disputare a Cedro ad Hissopum. CIIII
Disputauit Salomon super lignis, a Cedro que est in Libano, usque ad hissopum que egreditur de pariete. Salomon christus: cedri nomine, celsitudo glorie in electis, hissopi que herba humilis est petre adherens, humilitas christi accipit. A cedro usque ad hissopum Salomon disputauit: quando ab alta gloria celestium usque ad carnis humilitate descendens christus peruenit. Cedri quoque nomine prauorum elatio designatur. Vnde, Vox domini confringentis cedros. A cedro ergo christus usque ad hissopum disputat: quia superbos & humiles ipse diiudicat. Super ligna autem disputat, quia in cruce dependens clamat scabream ad humilitate deduxit dum eos ad humilitatem crucis & stultitiam per contempnibile sermonem fidei inclinauit. Verbum enim crucis percutit stultitia: creditur virtus dei est in salutem.

Psal. 28. **K** De abscondite Helie in Carith. Ti. CV.
3. Reg. 17. **A**bsconditus est Helias in torrente Carith, quod interpretatur caluus, & ibi de torrente bibit: & coruus pascebat eum mane & vespere, pane & carne.

Helias qui interpretatur deus fortis, christus est qui in Caluariæ loco ubi abscondita est gloria eius, de torrente immortalitatis nostre bibit, pascebat mane & vespere, id est ab exordio gratie usque ad finem mundi: a coruo, id est genere humano peccatis nigro, pane fidei, & carne resurrectionis. Quasi enim coruus christus carnem & panem offert nostram salutem silenti: dum peccator vitam suam per fidem componit, & carnem per poenitentiam domitam deo in sacrificio tribuit spe resurrectionis.

De spiritu duplici que ab Helia petiit Heliseus: & de largitate Christi.

Titu. CVI.

4. Reg. 2. **L** Dicens etiam Helie, Post ula quod vis, respondit Heliseus. Obsecro fiat spiritus tuus duplex in me. Helias caput, Heliseus corpus quod est ecclesia, notat. Helias noster dat locum petenti, cum dicit, Petite & accipietis. hac fiducia heliseus, id est christianus petit ut spiritus eius duplex fiat in assumptione virtutum, & remissione peccatorum. Spiritus ista conferens simplex fuit in christo: qui peccata non habuit, & ideo remissionem peccatorum non exigit. Opera autem virtutum fecit in spiritu. Bene ergo ecclesia spiritum duplicem petit: quia & remissione peccatorum indiget qua non indignus christus: & collatione virtutum, quas ex plenitudine sua tribuit christus, qui sua in eo spiritu ponit. Hinc helias dicit ad Heliseum, Si videris me quando tollar a te, fiet: si non, non erit. Quia nisi quis oculos fidei in illum figat credens resurrectionem, ascensionem & cetera credenda: petitionis fructum non recipiet. Helias pallio flumen percussit: quia christus per incarnationem qua tanquam indumento se induit: fluum nostre mortalitatis destruxit, & ipse transiit, & nobis ad vitam transitum dedit. Heliseus vero eodem pallio flumen percussit: & non diuidit. Item dicit, ubi est nunc deus helie? & tunc diuidit, quia ecclesia nisi ad inuocationem christi virtutes nullas potest facere, ipso dicente: Sine me nihil potestis facere. Nihil enim humanum studium potest: nisi adsit diuinum adiutorium.

Quid sit a canibus & auibus comedi.

Titulus. CVII.

4. Reg. 4. **M** Vi mortui fuerint de Hieroboam in ciuitate comedent eos canes: qui in agro, vorabunt eos aues celi. Quia & qui fide tenuis positus est in ecclesia, si mortalibus peccatis moritur, a canibus qui circueunt ciuitatem, id est sanctorum sententiis increpatur, arguitur & damnatur. Hi sunt qui infideles vel fures abiiciunt foras, abigunt, & ouilia sancta custodiunt. Qui autem extra ecclesiam vitis moritur: ille volucres que se men secus via sparsum comedunt eum deuorant, id est ad eternum iterum peccatis onustus seculi ducunt incorporatos.

De filio vidue ab Heliseo suscitato. Titulus. CVIII.

4. Reg. 4. **N** Filius vidue qui egrotauerat & mortuus est in sinu eius, ut suscitaret Helias tollit de sinu eius in cenaculum: ponitque in lectum: ubi ter se corpore suo mensus per orationem suscitatur. Filius moritur in sinu matris, dum spiritus moritur in delectatione prauæ conuersationis. Vnde & in sinu vxoris Sason cecatur. Hic ut viuat prius remouetur a sua vana conuersatione: quia prius est relinquitur malum: idem portauit in cenaculum ecclesie, id est monasterii ubi habitat deus, ibi in lecto contemplationis positus super se ter deum sentit mentiri: dum mēte, ore, & opere, deum recipit: nulla cogitans, loquens, aut operans, nisi que dei sunt: ut iam viuat in virtutibus, & quecat non in agro, non in molendino, sed in lecto illius pacis que hic incipit, in futuro consummatur. Item sciendum quod vidua hec animam significat, de qua dicit: Pauit sterile & vidue non benefecit. Quod est carne a fructu boni operis sterile nutrire: & anime non puidere: cuius maritus christus est mortuus. Huius vidue sinus est caro, filius operis est. Qui moritur in sinu, id est in carnis delectatione: sed predicto modo eum suscitatur Helias.

Iob. 24. **O** De mysterio altaris ab Helia constructi & actorum ab eo circa ipsum, Titu. CIX.

3. Reg. 18. **P** Helias edificauit altare de duodecim lapidibus: in circuitu altaris fecit aqueductum quasi duas arenuculas. Supponit ligna: & bouem super ligna diuisit: & fecit primo, secundo, & tertio aquam

superinfundi: quousque impletes aqueductus circuitu altare. Altare fideles sunt vel quilibet congregatio ex his que fide sequuntur duodecim apostolorum. Aqueductus duarum arenucularum flumina lachrymarum ex corde contrito pro timore gehenne & desiderio vite eterne. In altari componuntur ligna: sanctorum scilicet dicta & facta in exemplis creditibus. Bos quoque supponitur, id est christus, qui super omnes actus suos in exemplis proponitur, super utrumque aqua ter effunditur: dum quis imitatur christum & sanctos: & aqua conuersionis, verba, cogitationes, & opera mundat: nec cessat donec fossa prima & secunda, id est per mortem presentem & gaudium futurum compleat. Tunc ignis dei holocausta & ligna vorat, dum dicta & facta examinans in eterna eum recipit vita. Discutiamus ergo nos fratres si ad altare dei sumus doctrinam apostolicam sequendo. Habeamus in circuitu nostro & timorem gehenne, & desiderium patrie, quasi duas fossas quibus copuncti abstinemus a malo, timore poene, & faciamus bonum, amore patrie. Supponam nobis exempla, sanctorum tanquam quidam ligna quibus primamur ne excedamus: & ipsius christi actus & verba tandem imitemur. Mundem primo cogitata, deinde dicta, post opera nostra aqua poenitentiae: ut ubi ab igne diuino mereamur assumi, quidam comburitur consumendo vitia: & illuminat claritatem dando eternam. Post tale sacrificium sequitur pluuia diuine gratie ad orationem Helie super terram que fuerat arida tribus annis & mensibus sex: quato tempore Christus predicauit: dum ex euangelica predicatione in lachrymas conuersionis & desideriorum eterne consolationis resoluitur.

De incarnatione verbi figurata per vas nouum in quod Helie sal misit. Ti. CX.
4. Reg. 2. **A**que Hierico pessime erant & terra sterilis. Rogat ergo Heliseus eas sanare misit sal in vas nouum fictile, & demersit illud in flumen: & sanate sunt aque pessime, & terra sterilis. Hierico sunt populi mali & a fructu boni operis aridi. Vas nouum fictile: vel sancta virgo que fuit vas nouum

per virginitatem: & sterile, quia terrenum. Vel vas noui xpi caro est noua, q̄ sine pctō noua generatione creata est idest de matre sine patre: quę est quarta & noua generatio: & st̄ilis quia mortal̄is. Sal aut̄ est sapientia: verbum sc̄ili cet patris. Sal iste dum mittitur a deo patre in vas nouum, idest in vterū virginis vel in carnem assumptā de virgine, vbi latuit diuinitas tanq̄ in vase: facta nate sunt aque, idest gentes quę ceperunt vas in quo est sal, idest xpm in quo est diuinitas. Nam sal in vase, diuinitas in carne est. Vas habens sal in aqua est xps deus & homo in gente. In nouis quoq; sunt vitia & peccata aque amare: quę terram nostram, idest animam faciunt sterilem, & submergunt in inferni profundum. Vt ergo sanentur aque nostre, opera videlicet nostra et terra efficiatur vitę fructū idonea: exuamus veterem hominē cum actib; suis: & induti nouum, effectiq; vas nouum a vitis mundemur: recipiamus sal verę sapientię a qua sumus conditi: & in nouo homine q non moritur, conseruemur intacti.

De platorū in sagittadis & perimendis vitis officio. Tit. CXI.

T Rege Isrl̄ tenente arcū superposuit 4. Reg. 13. Heliseus manus suas manibus ei; & precepit vt per fenestram orientalem iaceret sagittam: & cum iecisset ait. Sagitta salutis domini contra assyrios. In loa rege officiū regendi populum habente, q̄ officium habet regēdi animas norantur. Hi assumunt arcū & iaciunt sagittas idest scripturā & scripturę sententias: & verba proferunt ad vulnerandas in vicia animas contra diaboli. In arcu em̄ de cornu durities veteris testamenti per chordam noui tenditur, ad spiritualem intellectum flectitur, & sagittas salutis contra antiquū hostē dirigit. Vnde de sanctis doctoribus gestilitatem ingredientibus dicitur. Cum sagittis & arcu ingredientē illuc. Dum scripturę sacrę dicta pensamus, arcum redimus: dū verba doctrine damus, sagittas emittim;. Hoc aut̄ vt fiat, Heliseus manus suas sup manus regis ponit: quia exēplis suis & gratia, actiones

rectorum dñs dirigit & protegit. Et notandum q̄ per fenestram orientalem sagitta salutis, idest predicatio sancta ei mandatur: quia lumen sciētę & doctrine primum debent recipere, qui iacula verborū debent emittere. Iterum iubet iaculo terrā percutere, qd̄ cum trib; v; cibis fecisset, & stetit: iratus est contra eum q̄ nō quinquies vel sexies vel septies percussisset. Quia carnales non solum fide trinitatis sunt imbuēdi, sed vt gnq; sensibus imperent, & bonis operibus quę per fenarium expriment, fructum impendat, ac sepriformis spiritus sciētia meditetur sunt edocēdi. Fides em̄ sine istis mortua est.

De virtute patientię p aduersa monstra, & ad granum Sinapis comparanda. Tit. CXII.

V Ngueta nisi comora, aromata nisi scensa aut trita lati; nescit redolere. Ita sancti q̄ virtutib; redolēt tribulationibus innotescūt: vnde fides eorum grano Sinapis comparatur, q̄ vim suam nisi contrita nescit demonstrare. Si ergo tu aduersis moueris: si tribulationibus incēderis: tūc quod intus calor̄is p caritatem gerebas & sapiebas, foris per opera ostendis. Si em̄ fides nostra fuerit similis grano sinapis: & dixeris monti, trāffer te: transferetur.

De duplici pace. Tit. CXIII.

E St pax inchoata, est & plena. In Ychoatam discipulis veritas dedit Ioā. 14. dicens. Pacem meā do vobis, plenā Symeon poscebat. Nunc dimittis seruum Luc. 2. tuum dñe, scdm̄ verbū tuū in pace. Prima est a vitis nō a poenis: Secūda a vitis & a poenis. Pax igit̄ desiderio creatoris inchoatur: ex manifesta eius visio ne perficitur.

De pctōris captione & excecatione. Titulus. CXIII.

O cedit rex Babylonis filios Sede 4. Re. 25. chiq; Regis in oculis eius: & post eidē oculos eruit: vt in Babylonē descēdat & Babylonem non videat. Sic diabolus bona opera quę proles sunt operantis interimit, vt hęc se amittere q̄ captus est dolens cernat, peccati tamē delectatione vict; bona q̄ genuit amēs volēs & videns perdit. Sed dñs videns

percutitur, ne contra regem Babylonis leuet brachium virtutis, extinctis mox cunctis filiis oculos amittit: q̄ hac ipsa intelligentia luminis subtracta, deinde in Babylone vitiorum ipsam sui consensionem non videt.

De hypocrisi & simulatione virtutis. Titu. CXV.

A Non induas vestem lana linoq; contextam. Lana innocentia: Lini subtilitas. Malitię vestis ex iis linum interius celat, lanā monstrat exterius. Ex lana ergo & lino vestem induit, qui intus subtilitatem malitię operit: & simplicitatem innocentia foris ostendit.

De murmure vitando & concordia seruāda presertim in claustris. Titulus. CXVI.

P Ræcordia fatui sicut rota carræ. Carrus portat scemum & murmurat: sicut fratres sunt solo corpore habitantes in vnum, quod bonum & iocū dū ē: Sicut vnguentum vnitatis qd̄ est in capite Christo, a quo in barbam vsq; id est in maiores & fortiores descendit. Quę vtiq; barba Aarō est, id est veri sacerdotis Christi. quando non inueniēs aliam dignam hostiam seipsum obtulit factus hostia & sacerdos, a barba venit ioram vestimentū. Vestimentum ecclesiæ tensa in cruce: vt non habeat peccati maculam vel duplicitatē rugā. Ora accipitur pro sine seu perfectione. descēdit ergo in oram: quia ecclesia peperit monasteria. per hanc oram caput intrat: quia Christus per fraternam caritatem.

De ecclesiæ ad vitem comparatione. Tit. CXVII.

V Itris ad imitationem vitæ nostræ ipsam defigit radicem: propagine oneratur, brachiis quicquid comprehendit stringēs, se erigit: ex qua aliaamenta inciduntur: alia ne reflectant ligantur. Sic radicator ecclesiæ: radicator in fide, carnis propagine oneratur. hæc est mulier quæ morbo sc̄linata sursum non potest respicere. Sed respexit eā lesus: & terrena eius disposuit onera, vt brachiis caritatis sursum se erigat, proximos per caritatem amplectatur, & vsq; in arboris cacumen se erigēs cęlo se in-

ferat. Sterilia vitiorum reciduntur, cetera preceptis & exemplis ligantur.

De Noe & Christo a suis irrifis. Titulus. CXVIII. D

Noe plantauit vineam. Christus iudaicum populum. Vinea enim domini sabaorth dom; israel est. Cuius vinum bibit in calice mortis. tali calice iebriatus obdormiuit quoniam tradidit spiritum. Quod irridendo Cham, id est iudaicus popul; vidit: q̄ sc̄ilicet p crucis ignominiam mortuum ita turpiter crucifixum nos vt deū adoramus: hoc etiam hodie obicitur nobis. Hanc autē ignominiam duo fratres fideles, grecus & latinus, testimoniis prophetarū operiunt. Euigilans itaq; Noe, id est a mortuis resurgens Christus, illum maledixit, & hos benedixit.

De Christo & fide eius i David perstragem Golię & arma eius figuratis. Titulus. CXIX. E

G oliath David, diabolus Christi, superbia prouocauit humilitatē, contra Goliath David, id est Christus i ducitur armis, circuncissōe sc̄ilicet, templi figuris, & multiplicibus sacrificiis. sed quia arma prementia non adiuuantia erant deponuntur. Lapidēs quiq; accipiuntur, depōitur lex & accipitur lex. Depōitur lex figuratiua, accipit figurata: dimittitur quod velatur: nam in morte domini velum templi sc̄issum ē: & quod velabatur accipitur. Accipiuntur quinq; lapides, id est libri de sumine prioris populi: vbi vacabāt & inutilēs erant semper: quos fluuius transgressionē transibat. mittuntur in peram pastorem, id est in caulam boni pastoris Christi: vbi lacte gratiæ abundant oues. Nam sine gratia lex intelligi & impleri non poterat. Hoc lac mat ecclesia satagit dare: sed infidelis non querit accipere: dolet illa si cui det non inuenit. Lapidibus quinq; torrentis gratiæ armatus vno strauit: quia quinq; libri aperti sunt, sed in eis vnitas caritatis vincit. In quinq; enim porticib; multi iacebāt languidi: sed vnus sanabatur. nam nisi caritas, ex qua lex & propheta, vincere non potest. Deinde proprio illi gladio caput abscedit. Gladi; enī diaboli sunt

mali: scilicet membra eius quibus contra deum & eius membra pugnat. Hinc de vagina diaboli extrahit Dauid noster, cum de potestate malorum Christus membra sua diripit. Sed per illud diaboli caput abscondit, quando ipsum per euangelii praedicationem a suis membris eiicit.

De rubo quem vidit Moyses incombustum. Titu. CXX.

Mittens deus Moysen ad gentem quam praecedebat nunquam igne caritatis arsuram: ostendit ei flammam in rubo, a qua non comburebatur rubus. Flamma in rubo: lex in illo populo peccatorum spinis pleno. Rubus non est combustus quia verbo dei non sunt peccata in illis consumpta. Flamma rubum inflammans non comburens: persecutio ecclesiam purgans non consumens. In quo tempore Moysi id est solis credentibus loquitur: ad quam accedere prohibetur, nisi tollat calciamenta prius de pedibus, id est nisi abiciat prius vitia de affectionibus: quibus tanquam pedibus itur vel ad bonum ardo: ris vel ad malum. Et tu ergo homo rubus conceptus es & natus: rubus inquam invitis & in peccatis conceptus & natus, spinas quotidie germinans vitiorum quae tumcunque etiam proficias: quia nec per unius diei sine peccato. Fiat autem in te flamma verbi dei, quae in te rubeat & consumat spinas peccati. Non sis rubus qui non consumitur. Est enim rubus alius bonus, alius malus: uterque habens flammam. Nam & bonus & malus aure corporis percipit verbum dei: sed malum in malitia nequaquam consumit. Flamma quoque persecutionis est in bono & malo rubo. Malum consumit qui in tempore temptationis recedit. Bonus non consumit, sed purgatur: qui probatus qualis fuerit tribulationibus innotescit. Fornax enim ligna cremat, aurum purgat: quia tribulatio & boni efficit purioris & malum ostendit deteriore. Ad rubum virtutis si vis accedere per imitationem, solve calciamentum de pedibus. Est autem aliud calciamentum quod soluit accedens ut audiat & exaudiat deum in rubo loquentem: aliud quod soluit recedens dum non exaudit pro fuscitando

fratris semine vicinū monere. Primum sunt vitia quae dimittit ad iustum ac sanctum accedens: secundum praedicationis officium quod amittit proximi curam relinquens. Est etiam tertium calciamentum, quo Christus venit in mundum: dispensatio in carnationis suae. Ad primum ergo calciamentum relinquendum omni conatu te prepara. Ad secundum procreandum omni sollicitudine stude. Ad tertium coram rigiam soluendam te indignum cum Iohanne ne iudica: Ut & vitia deponas, & curam proximi habeas, & mysterium incarnationis Christi temere discutere non audeas.

De ferculo Salomons. Titu. CXXI. Cantu. 3.
Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis libani: columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum: ascensum purpureum: Media caritate construit propter filias Hierusalem. Salomon Christus Pax nostra quae fecit utraque unum: Ferculum: ecclesia vel quilibet sanctorum congregatio ad aeternum conuicti animas ferens. Columnae argenteae: qui fortitudine operis alios exemplo portant: & luce praedicationis illuminant. Reclinatorium aureum, aeternae felicitatis fulgor: in qua reclinatur & ab omni labore quiescit. Ascensus purpureus est, quia ad claritatem illius quietis non nisi per tribulationem venit. Quid ergo nos miseri acturi sumus? In hoc seculo columnae nos esse non possumus, in quibus nec fortitudo operis nec lumina emicat praedicationis. Reclinatorium aureum non habemus: quia spirituales regem necdum mente aspicimus. Ascensus purpureus non sumus: quia pro Christo effundere sanguinem non possumus. Sed ad haec est certa consolatio: amemus deum, diligamus proximum, & simul nos ad dei ferculum pertingemus: quia scriptum est. Media caritate construit propter filias Hierusalem. Per sexum enim foeminarum sermo diuinus infirma vocauit mentium. Inter columnas ergo argenteas, inter reclinatorium aureum, & ascensum purpureum, media caritas esse dicitur: quia si habes caritatem, eo sine dubio peruenis, ubi columna erigitur, & ascensus purpureus tenet, & re-

clinatorium aureum inuenitur. Hinc in propheta. Inter thalamos quoque sunt cubiti: quia inter perfectos sunt minores qui quinque sensibus corporis adhuc depresso de seculo aliqua cogitare coguntur. Rex itaque noster fecit ferculum sibi quia congregauit ecclesiam de lignis libani quae sunt cedrina: id est de patribus fortibus, mente impuitribilibus: & hoc sibi, quia ad glorificandum seipsum.

De mutatione vestis sacerdotalis. Titu. CXXII.

Mum mutare ordinem sacerdotum valde est necessarium. Vnde per prophetam dicitur ut cum sacerdos intus ministrat, vestibus lineis utatur: cum egreditur ad populum, reponantur ei in gazophylacio sanctuarii. Cum enim sacerdos intro ingreditur, subtilioribus contemplationis operibus quasi lineo indumento utatur: At cum ad populum egreditur grossioribus utatur: quia pro utilitate etiam ad terrena portanda mores suos componere debet.

Tintinnabula cur pedebat olim ad vestem sacerdotis, & in eis mala punica. Titu. CXXIII.

N Vestimentis sacerdotis tintinnabula adhibentur, ne si de eo sonitus ingrediens & egrediens non audiret moriatur: quia vitam cum praedicationis sonitu opera sacerdotis clamare debent, & illis qui intus in districtiori vita spem habent, & iis qui extra, in habitu seculari: ne contra se iram dei prouocant moriatur. Tintinnabulis quoque mala punica iunguntur. In malo puniceo, in quo sub vno exteriori cortice multa grana continentur, fidei unitas notatur: quia ecclesiae sic multos unitas fidei foris contegit, ut intus diuersitas meritum teneat. Ut ergo operibus verba iungantur, vestimentis tintinnabula adhibentur, ut per omne quod dicunt unitatem eius custodiant. Tintinnabulis mala punica iunguntur.

De aqua spirituali & naturalis. Titu. CXXIII.

Aqua spiritualis inferuit ei qui de die in diem renouatur spiritu mentis. Aquam visus est ad laudandum, ad potandum, ad

cibos coquendos: Sicque aqua spiritualis & immundum a sordibus purgat criminum: & si fieri salutem, fit sors aquae salientis in vitam aeternam, quam qui biberit non sitiet aeternum. Diuinum etiam eloquium igne spiritus sancti coquit cibos mentis, & in sensus spirituales conuertit.

De reginis, concubinis & adolescentulis mysticis veteri Salomonis. Titu. CXXV.

Veteri Salomonis multae sunt reginae multae concubinae, adolescentulae non est numerus. Quia multae sunt mansiones apud sponsum: alium regina, aliam concubina, alium adolescentula locum tenet, terminumque pro meritis accipit quousque procedens liceat ei intrare in gaudium domini sui & dulcia secreta sponsi rimari. Nam mulier concepta ad pedes locum inuenit, iusta ad caput, pia in toto corpore. Thomas in latere fidei Ioannes in pectore latae caritatis: Petrus in sinu patris, id est luce veritatis: Paulus in tertio caelo, hoc est in intimo sapientiae secreto, huius gratiam sunt assequuti. Iacens in miseria & luto fecis peccator homo plorat & clamat plamatori & saluatori suo supplicans, Eripe me de luto fecis. Et quia in peccatorum suorum stercore computruerat, ut laudus erigatur, & dum abluatur ne cadens inquinet inquit: statue supra pedes meos. Isti pedes sunt fides & operatio. Istis qui lotus est, ambulat, stat & eleuat. Triam ista necessaria tibi noueris quaeque conuertit & ad deum reuertit desideras, ut scilicet ambules, stes, & eleuatis. Primum debes proximo, secundum tibi, tertium deo. Ambulandum ut subuenias proximo: In templo standum ne recidas in lutum, vnde ereptus es: ut tandem eleueris ad caelum, vnde es electus. Docendum est proximo, quod est ambulare, a se, scilicet ad alium transiendum facere, non tantum verbo sed etiam exemplo: ut quae docueris non negligas facere, quod est stare: a tui videlicet cura non recedere: ut per hoc iam tertio in caelum debeas eleuari: quod est ad deum pro meritum mercede ascendere. Hinc sancta animalia leguntur ambulare, stare, eleuari, pariterque leguntur rotare ea sequi.

Cum angelo luctari Iacob. Titu. CXXVI.

S Iacob cum ad parentes rediret, in via cum angelo luctatur, quem dum tenet in femore tenetur & tãgitur ac claudicat. Parentes nostri angeli sancti sunt & sancti viri in vita & patria caelesti positi. Angelus deus, Iacob quilibet iustus ab hoc exilio ad patriam parentum tendens. In hac via cum angelo luctatur: quia dum cõtemplari deum nititur, velut in quodam certamine positus more pugnantium modo superat, cum de deo aliquid intelligẽdo degustat: modo succumbit, dum penetrare lumen incircũscriptum non sufficiens deficit quasi temere ausus. Vincitur angelus dum intellectum intimo apprehẽditur deus: sed victus vincens in vno pede claudum efficit. Pes vnus amor dei, alter est amor seculi. Qui ergo prius duobus pedibus ambulabat dum deum videbatur querere & seculum tenere: cum angelum tenet, vno pede claudicat: quia post suauitatem diuine agnitionis crescit in homine fortitudo amoris dei, infirmatur in homine fortitudo amoris carnis: Vnus sanus remanet: alter claudicat. Quia debilitato amore seculi, solus conualescit amor dei. In ipso solo stat, quia pedem amoris seculi quem in terra ponere cõsueuerat a terra suspensum portat. Et nos si ad patriam redire voluerimus, in via presentis vite angelum teneamus apprehendẽdo deum: vt pede amoris seculi a terra suspensio, solo pede amoris dei ducamur. Quod non fit nisi rege superbo extincto. Vnde Esaias. Anno iquit in quo mortuus est Ozias vidit dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & plena erat domus a maiestate eius. &c. Quia cum diabolus a desiderio mentis occiditur: mens dei gloriã cõtemplat.

T Penitentiam agere in cinere & cilicio. Titu. CXXXVII. Penitentiam egissent in cinere & cilicio. In cilicio nota est aspitas pãni & pũctio: In cinere puluis mortuorum, vtrũque hoc adhiberi ad penitentiam solet vt in pũctioe cilicii cognoscamus quid per culpã fecimus: in cinere quid per iudicium futuri sumus. Cõsideremus in cilicio pũgentia incitamenta vitiorum: in cinere subsequentem poenam. In asperitate ci-

licii videat homo superbiendo quid fecit: In cinere, quo peccando peruenit.

C De malorum cogitationũ & peccatorum ortu & defensione. Titu. CXXXVIII.

O rientur in domibus eius spinæ & vrtice, & palurus in munitionibus eius &c. Vrtice cogitationum prurigo: spinæ peccati pũctio. In domo igitur babylonis & desideria cogitationum surgunt quę exasperant, & peccata hominum quę pungunt, sed hæc agere nequiores habent defensores. Vnde subditur. Palurus in munitionibus. quanta spinarum circundatione defescit vt præ asperitate vix tangi possit. Inter igitur vrticæ & spinę nascuntur: sed vtręque exterius per palurum munitur: quæ minores iniqui mala faciunt: sed nequissimi maiores eos tuentur. Vnde Iob, Protegunt vmbre vmbra eius: quia peccatores in quo ipsi sibi consciũ sunt alios defendunt.

C De triplici osculo. Titu. CXXXIX.

Tria sunt oscula: ad pedes, ad manus, ad os. Pedes sunt misericordia & iudicium. Ex misericordia spes: ex iudicio nascitur timor. hic timor inicitus, spes pfectione, cõsummationem sibi vendicat caritas. Si iudicium timore compungeris, pedes iudicii labia impressisti: si timorem spe misericordiam raueris, misericordiam pedem amplexus es. Aliquando alterum sine altero osculari nõ expedit: quia recordatio solius iudicii desperatio est: & solius misericordiam securitatem vanam gignet. **C** Manus sunt latitudo & fortitudo: eo quod tribuat affluenter, & defendat potenter quod dederit, vtrũque osculatur non ingratus, largitorem deum consistens & conseruatorum. Os vero est ipsa diuinitas: Caput enim Christi deus, hoc osculatur cui aeterna visio & trinitatis donatur cognitio. In primo osculo offerimus poenitentiam cordis contriti & humiliati: & reportamus remissionem peccatorum, cum audimus dimissa sunt tibi peccata multa. In secundo offerimus cum gratiarũ actione condignos poenitentiam fructus: reportamus perseuerantiam honorũ: & dicitur. Qui perseuerauerit vsque in finem: saluus erit. In tertio presentamus consummationem, & accipimus gloriam: & audimus,

Psal. 33. Gustate & videte quoniam suavis est Dominus. Hoc osculo patrem osculatur filius: quia nemo nouit patrem nisi si filius. Ego in patre & pater in me est. Osculum autem spiritus sancti non bis datum est: quia & nobis reuelauit deus per spiritum sanctum, ait apostolus. Quibus autem reuelat lucet & accendit: lucet ad cognitionem, accendit ad amorem. Caritas enim diffusa est in cordibus per spiritum sanctum qui nobis instat apertam & melportantis accendit lumen scientiæ, & infundit saporem gratiæ.

De laude & vtilitate psalmodiæ. Titul. CXXX.

H Eliseus cum ei spiritus prophetiæ deesset: psalterem sibi applicari precepit: vt per laudem psalmodiæ ad eum spiritus prophetiæ descenderet. Vox psalmodiæ cum per intentionem cordis agitur omnipotenti deo, ad cor iter paratur, vt intentę menti vel prophetiæ vel compunctiõis gratia infundatur. Vnde, Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei. In sacrificio igitur laudis fit Iesu iter ostensionis. Iesus enim saluator dicitur. In psalmodia igitur deuotæ menti semper gratia infunditur cælitus.

MISCELLANEARUM ERUDITIONUM CODICIS SECUNDI LIB. II.

C De aũficiatiõne & incarnatiõne verbi: de paradiso spũali & quæ in eo sũt. Titu. I.

R euertere virgo israel, reuertere ad ciuitates tuas. vsque ad delicias dissolueris filia vaga! Quia creauit dñs nouũ super terrã. Mulier circumdabit virũ. Quasi dicitur: Misericordiam dñi plena est terra, quia veritas de terra orta est. Christus de virgine Maria natus est. Terra prius maledicta in peccatis primi hominis, nunc benedicta in gratia secundi hominis: tandem beata in gloria dei patris. Vnde, Benedixisti domine terram tuam. Prius germinabat spinas & tribulos: hodie quia dominus dedit benignitatem,

terra dedit fructum suum. O quanta benignitas quæ missus gabriel ait virgini. Ave gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. et Elizabeth. Ibidem. Benedictus fructus ventris tui. Vere dominus dedit multam benignitatem angelicæ salutationis & diuine benedictionis: quia item terra nostra dedit fructum suum, id est Maria protulit Christum filium suum: non iam sicut prius spinas & tribulos: sicut scriptũ est deum Adam inobediẽti dixisse. Quia obediisti voci vxoris tuæ: plusquam me: maledicta terra in opere tuo. Cum operatus eam fueris nõ dabit fructum suum, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Vsq; hodie obediit Adam voci vxoris suæ. Maledicitur terra, germinat spinas & tribulos. Habet vnusquisque in paradiso iuxta se & in se septem, Euam, Adam, & terram, paradysum dei & cetera. Paradysus est quęlibet congregatio. Serpens diabolus. Eua vox, carnis delectatio. Adam spiritus. Terra est ipsa caro. Ad suggestio nem serpentis Adam obediit voci suæ vxoris, dum ad immisionem diaboli consentit spiritus delectationi carnis suæ. Tunc maledicitur terra carnis nostræ, nec profert fructum vite æternæ, fructum gloriæ sempiternæ: sed spinas culparum & tribulos poenarũ. Sũt autem duo genera spinarum: vnũ carnis, alterum spiritus. Spinæ carnis sunt peccata: quæ per carnem geruntur, & per eam transiguntur: vt luxuria, gula. Spinæ spiritus: quæ per spiritum committuntur vitia: vt ira, inuidia. Istæ sunt spinæ, quæ iuxta prophetam producant rhamnum. Ex his spinis non recipiuntur fructus vite, sed duo tribuli poenarũ. Vnus tribulus est ignis carnem exuperans: qui nunquam extinguitur. Secundus tribulus, animalium corrodens vermis qui nunquam moritur. Nobis itaque fratres valde metuendum est ne forte serpens qui in paradiso congregationis circuit querens quem deuoret, Eua nostram ita decipiat vt Adã obediat voci vxoris suæ, id est spũs noster cõsentiat delectationi carnis nostræ, carnis curã faciens in

Esa. 6.

Matth. 11.

V Esa. 34.

Iob. 49.

X

Y

Z 4. Re. 3.

Psal. 49.

A Hic. 31.

Psal. 84.

Luc. 1.

Ibidem.

B

Gene. 3.

C

D

Psal. 77.

desideriis. Clamat enim quotidie in nobis Eua ad Adam: cui si consentit maledicitur & germinat spinas culpae & tribulos poenarum. Ergo priusquam spinas nostrae producant rhamnū, scrutemur viam nostram ne per viam spinarū generemur nobis tribulos poenarum: & reuertamur ad Dominum per prophetā nos reuocantem vbi dicit. Reuertere israel virgo. Virgo est anima a deo pura creata & integra. Virginum autem alia prudens, alia fatua. fatua quae accipit lampadibus non sumpsit oleum secum: Prudens quae sumpsit oleum in vas suis cum lampadibus. Lampas est caro quae accipit prudens & fatua virgo, sed prudens in sua lampade oleum sumpsit, id est misericordiam. Sicut enim oleum ceteris liquoribus, sic misericordia praestat aliis caritatis operibus. Hac primum seipsum debet vngere omnis homo tripliciter, deinde proximum. Tripliciter seipsum prius vngat miserando animae suae per cordis contritionem, oris confessionem & operis satisfactionem. De hac prima prius sibi inferenda misericordia dicitur. Miserere anima tua placens deo. In proximo condonando, si legitur: docendo, si deliquit: necessaria ministrando, si indiget. Hoc triplex oleum misericordiae sibi & proximo fatua virgo non sumit: & ideo cum venerit & pulsauerit excludetur & trudetur in tenebras exteriores. Ideo ianua vitae dominus reuocat eam a via sua praua dicens. Reuertere reuertere virgo israel: quasi dicat. O virgo fatua si vis esse virgo sapiens, sis virgo israel, quae scilicet videas deum: sic enim interpretatur israel. Reuertere & iterum reuertere: quia duppliciter eam reuocat: prius a malo ad bonum, a vitiis ad virtutes: Secundo a bono ad premium. Malum a quo eam reuocat est locus miseriae & iurum fecis. In quo iacens peccator homo plorare debet & supplicare. Ambulet igitur quicumque dominus est proximum docendo, stet seipsum corripiendo, eleuetur mercedem operum a deo expectando & recipiendo. Hinc sancta aialia rotas sequentes in Ezechiele leguntur ambulasse, steterisse, eleuata esse: quia sancti doctores, rotas id est scripturas sanctas sequentes ambulant docen-

Math. 25.

Ecclesi. 30.

Ezech. 1.

do, stant se castigando, eleuatur ad deum tendendo. His itaque pedibus spiritualibus fratres carissimi reuertatur vnusquisque nostrum ad deum, ipso nos ad se vocante. Reuertere reuertere &c. Primo vt reuertamur de egypto ad desertum, vt ibi in via trium dierum sacrissemus deo nostro. Secundo vt de deserto reuertamur ad terram promissionis. Iam aegyptum huius mundi dimisimus: & peruenimus ad desertum monasticam professionis. Est enim claustrum solitudo & desertum, vbi deseruimus non solum nostra sed etiam nos ipsos. in quo omnino caueamus ne mente redeamus ad egyptum & suspiremus ad ollas carniū aegypti. Prosciscendum autem nouerimus ad terram viuentium non per latam viam quae ducit ad mortem: sed per angustam quae ducit ad vitam. Hinc praecipit dominus filiis israel: Per terram Seon regem amorreorum transibitis: & cetera superius dicta vsque ad regem diabolium qui nos querit concludere ad tres ciuitates citra & ultra iordanem positas dum ad terram lactis & mellis redimus reuertamur. hoc est enim quod sequitur, reuertere &c. Vbi ad ciuitates tuas inquit. Tres sunt ciuitates spirituales ad quas reuocamur. prima est mens, secunda ecclesia terrestris, tertia caelestis. In ciuitate ecclesiae congregantur boni & mali: in ciuitatem celestem soli boni recipiuntur. In singulis singula dantur bona. In prima fides spes, caritas, sol bonis. In secunda sacramenta, vt baptismus, bonis & malis. In tertia gloria solis beatiss. De prima dicitur. In matutino interficiebam omnes peccatores terrae: vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem: id est vt destruerem omnes a mente immundos spiritus, qui operantur in ea vitia & peccata. De secunda, Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri &c. Hac est ecclesia quae in monte sancto constituta est: in qua magnus dominus peccata dimittendo: nimis laudabilis premia promittendo. De ciuitate celesti dicitur Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Hac est ciuitas de qua

F

G

Psal. 100.

Psal. 47.

Psal. 80.

vere gloriosa dicuntur, & in qua dantur: Quia quod oculus non vidit &c. vbi lux sine nube, vita sine fine, satietas sine fastidio, gloria sine termino. O quam gloriosum est choris angelicis, patriarcharum coetibus, apostolorum senatibus, turmis martyrum, confessorum & virginum interesse societatibus, & cum eis deum laudando regnare! Nos itaque vt ad ciuitatem istam perueniamus, reuertamur in praesenti ad ciuitatem mentis & ecclesiae: sed quia non est volentis, sed nec currentis, sed miserentis dei: creauit dominus nouum super terram. quasi dicat: Reuertere virgo israel, quia in auxilium tuum fecit incarnari filium suum deus pater qui creauit nouum super terram. Quod nouum? Mulier circumdabit virum. Maria virgo concipiet et in vtero christum. Vere hoc est nouum, noua generatione procreatum. Tres aliae generationes praecesserunt. nam quatuor sunt. Prima sine patre & matre. Secunda de patre & sine matre. Tertia de patre & matre. Quarta de matre sine patre. Prima generatione Adā venie in mundum: secunda producitur Eua: tertia homo nascitur: quarta inaudita est & noua, quia Christus venit in mundum, natus est & mundum redemit. valde creauit dominus nouum super terram. Hoc est illud nouum quo Heliseus aquam Hierico amarā sanauit. Mulier igitur circumdabit virum. Vir iste dicitur circumdatus a muliere, quia Moses circumscriptus dicitur a fessella scirpea. haec autem est virgo beata, quae virgo concepit & virgo peperit saluatorem, vt latius in alio dicemus loco. De scripturae statura, altitudine & aspectu horribili. Titul. III. **S**tatura erat rotis & altitudo & horribilis aspectus. Statura est bonae vitae operatio: altitudo, caelestis regni promissio: horribilis aspectus, terror gehennae. Statura est in rectitudine praecipitōis: Altitudo in celsitudine supra promissionis. Horribilis aspectus in supplicii sequentis minis & terroribus. Scriptura ergo sacra, quae est quasi rota dicitur ab inferiori historiae voluit ad superius allegorie, habet staturā: quia mores ad standum dirigit, vt

H

I Ezech. 1.

mentes audientes ad inferiora non scruentur. Habet altitudinem, quia vitae aeternae gaudia promittit: horribilem aspectum: quia reprobis supplicia nunciat gehennae. Stat recta in praecipitōis cui dicitur. Declina a malo & fac bonum. Et Paulus, Mortificate membra vestra quae sunt super terram. Alta est in promissionibus cui dicitur. Erunt vobis mensis ex mense, & sabbati ex sabbato. id est perfectio gratiae ex perfectione vitae, & quae caelestis retributionis cessatione praui operis. Horribilis nimis dicitur: Vermis eorum non morietur & ignis non extinguet. Scriptura ergo sacra & admonēdo recta est, & promittēdo alta, & minādo horribilis. Haec tria breuiter in quatuor comprehēdit apostolus dicens: Vt possitis comprehēdere quae sunt latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Latitudo & longitudo ad staturam pertinent, propter opera caritatis quae extendit vsque ad iudicium, quae est latitudo: & propter perseverantiam, quae est longitudo. Sublimitas ipsa est altitudo aeternae quae nec oculus vidit &c. Profundum horribilis aspectus inastimabile. De lamentationibus, carmine, & vestigio in libro Ezechielis scriptis. Titul. III. **I**n libro prophetiae scriptae erant lamentationes, quia in eo scriptae sunt praesentiae peccatorum: Carmē, quia ibi praenunciantur praemia iustorum & gloria: & vah, quia expressa est illic damnatio reproborum. Vt ergo peccata punias: lege quae in eo scripta sunt lamēta. Scindite corda vestra & cetera. Et iterum: Miseri estote & lugete. Luctus vester in gaudium domini conuertetur, & gaudium in moerorem. Vt de promissione gaudii sequentis hilarescas: cognosce quae in eo scripta sunt aeterna carmina. Ex lapide precioso & mundo omnes plateae sternentur, & per vniuersos vicos eius alleluia cantabitur. Hoc nobis carmen caeleste nunciatur. Hoc nobis carmen alleluia cantabunt: Gloria in excelsis deo. Sed si adhuc mente inhaeres seculo, si in terrenis voluptatibus delectaris, nec amare potes aeterna gaudia quae a uis: cognosce quod tu quod in eo scriptum est, Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium: ibi vobis reproborum scriptum est: Vermis eorum non morietur, & ignis

Psal. 38.

Col. 3.

Esa. 66.

Ibidem.

K

Ephē. 3.

L

Ezech. 2.

Iohel. 2.

Iaco. 4.

Tobie. 13.

M

Mat. 22.

Esa. 66.

Mat. 25.

non extinguetur. Ibi dānatis & repul-
fis dicitur: Ite maledicti in ignem eter-
num. In his omnis eruditio continet.
Peccasti & te poenitet. vis ad poenitētiā
agendam docearis: ibi inuenies lamen-
ta. sꝑ celestium gaudiorū releuari de-
sideras: ibi ad consolationem tuā inue-
nies carmen. Si vero mala perpetrasti,
& ad nullas poenitentię lamentationes
inclinaris, & ad nulla caelestium gau-
diorum: velis nolis inscriptum auditu-
rus es vñ: vt is quē nec timor ad poe-
nitentiam humiliat: nec spes ad supera
na prēmia exultat: in damnationis suae
poenam quam prospicit cadat. Mala er-
go quae egimus per poenitētiā punia-
mus, vt per lamenta compunctionis ad
carmen vitae perueniamus: ne si affligi
nolumus poenitendo: vñ postmodum
sine fine sentiamus.

De arce Noe ad ecclesiā comparatio
ne. Titul. III.

N
Gene. 6.

ARca quae trecentos cubitos in lon-
gitudine, sexaginta in latitudine,
triginta in altitudine habēs, in vno cu-
bito terminatur: est ecclesia quae in se-
culis lata, superius est angusta. lata car-
nalibus tanq̄ a salibus: angusta in pau-
cis spiritalibus ad vnum cubitum col-
ligitur, ad vnum scilicet hominem, qui
est sine peccato. Videmus multos in ec-
clesia carnis voluptate dissolui, iracun-
dię iurgii & odiū distrūpi: quos cū ec-
clesia tolerat vt cōuertat, sic portat vt
in arce latitudine deorsum bestię mo-
rant. Videm⁹ alios p̄p̄riis cōtētos esse,
iniuriā nō facere, odii nō habere: Sed
ga isti iam pauci sunt, angustat arca.
Alios cōspicimus etiā cōcessa cōtēne-
re, inimicos diligere, carnē a cōtētis vo-
luptatibus domare, cōtēplationis pen-
na in altū leuari. Sed ga tales valde ra-
ri sunt, iā arca iuxta cubitū ducit: vbi
hōes & volatilia cōtinent. Hui⁹ vni⁹
cubiti est margo quā p̄pheta vidit añ
thalamos. Margo, fides: thalami, electo-
rū corda in amore dei seruētia. Margo
añ thalamos, fides aē caritatē. Nemo
enī pōt amare q̄ nō credit. Est aut vni⁹
cubiti, nō diuisa p̄ schismata: sed i vni-
tate perdurās, ad thalamum caritatis
& aeternae quietis perducit.

O
Ezech. 4. 6.

Cur candelabro comparetur
Christus. Titul. V.
Facies candelabrū ductile de auro P
purissimo, hastile eius & calamos, Exod. 25
ra mansuetudinis habetis, deum laudat & in eis operari student: obtulistis domino gloriam & honorem. Laudibus enim glorificat deus: operibus honoratur. Propter bonos ergo afferte domino gloriam, afferte deo gloriam & honorem. Propter malos, qui mutari nolunt: nomini eius, ut solum quod reprehendant non inueniant. In bonis ergo domino obrulistis non solum gloriam sed honorem, qui laudando glorificant, operando honorantur: in malis saltem gloriam nomini eius, qui eius disciplinam laudant, quis non custodiant.

Quid sit adorare in atrio domini.

Titulus, XLIII.

N
Psal. 28.

Adorare dominum in atrio sancto eius. Super hostias offerre precipimur: hic intus adorare iubemur. Prius ne intremus vacui: Secundo ne stemus ociosi. Si claustrum cum voto professiois & abrenunciatione cuiuspiam ingressus es: atrium cum hostiis intrasti. si autem ibi instituta regule obseruastis, & subiecti omni humanae creaturae propter deum, non solum bonis & modestis, sed etiam dycolis, non solum maioribus, sed etiam minoribus, per omnia obcedistis: humiliter in atrio domini adoratis. Adorare enim est totum corpus etiam usque ad pedes & infima scilicet membra prosternere. Cum hostiis ergo intrate inchoantes arctam viam & ingredienti angustam portam: Ingressi adorare in habitu religionis, voto professionis, & institutis regulae, in domo disciplinae omnibus obcedite.

De Cedris Libani contractis in bono religioso: & de duplici vitulo.

Titu. XLV.

O
Psal. 28.

Vox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros libani &c. Difficile est & quasi impossibile camelum per foramen acus transire: cor tumidum superbia, obcedentiae angusta penetrare: sed apud homines non apud deum: Qui quicquid voluit fecit non solum in caelo sed etiam in terra: id est non solum in illis quorum cor est intelligentia lucidum, directum in caelum, & mens firma in terra: sed in mari & omnibus abyssis: videlicet qui habet cor amarum & instabile ut mare: animum tenebrosum ut abyssum. fecit quod voluit: quod ad aspectum suum & vocis tonitruum contriuit

omnes montes arrogantiae, incuruauit colles superbiae, & deposuit potentes de sede: quia vox confringentis cedros & etiam cedros libani. Aliae sunt cedri aliorum montium. Libanus decandatio interpretatur. Decandatio autem sanctorum est iustificatio. Vnde Ioannes. Bissimul sunt sanctificationes iustorum. Vnde vox iusti: Super niuem dealabor. Et domini. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealabuntur. Cum talis decandatio creuerit in montem, & attolli coeperit super alios: cum se scilicet quispiam magni putauerit & ceteris sanctorum: nam scias cedrum in libano. Si autem nuper de seculo venisti, & super hoc adhuc pro literis tuis vel pecuniis te iactas & extollis per nobilitatem generis vel pro habiti honoris dignitate: talium elationes cedri quaedam sunt, sed libani non sunt: quia de vanitatis nigredine non de sanctitatis candidatione surgunt. Quod si in principio bonae conuersationis tuae, secularium pompae cedri minuuntur: vox domini est confringentis cedros. Et si forte postmodum (ut fieri solet) post instituta opera, quasi de perfecta institutione surgant quaedam magnarum elationum cedri: addet dominus & illas confringere, quia confringet dominus cedros libani. Idcirco pro illis praesens non futurum ponit dicens, confringentis cedros: dum cedros vero libani, futurum ponit: & confringet cedros libani. Addit: Et conminuet eos ut vitulum libani. Vere haec est mutatio dexterae excelsi: conminuere rigorem cedri ad similitudinem vituli libani: & qualibet tumida corda inclinare ad humilitatis Christi imaginem. Quo modo prius conritus est propter scelera nostra, vitulus ille singularis veniens a libano de monte umbrato & condenso: id est a supremo caelo ubi splendet candor lucis aeternae. Quomodo inquam conminutus est: Qui cum in forma dei esset, humiliatur immensitate attritiois: quia tormento crucis nihil acerbius, morte nihil ignominiosius. Audiat quomodo inclinari debeat quod se ut vitulum libani conminui desiderat. asperrima & vilissima, sponte sua, etiam sine culpa sustineat. Ille venit facere voluntatem patris sui: & tu fac prelati tui. Ecce inuenimus vitulum quem in holocaustum domini

Apoc. 19
Psal. 50.
Esa. 11

mactare debemus: nihil ita fragat dominum quam si mactetur vitulus propriae voluntatis. Sed interest vtrum sit de libano an de carmelo. Vitulum in pascuis carmeli nutriunt: qui in rebus carnalibus voluntatem suam adhuc non deserunt. Vitulum in libani vertice pascit, qui voluntatem suam in rebus spiritualibus sequitur. Is autem qui lautiores cibos & vestem molliorem quam ceteri, petit: vitulum impinguat de foeno carmeli. Qui abstinere a concessis volens, fugit comedere quod ceteri, & usurpat sibi habitum hispidiorem: vitulum suum nutrit in pascuis libani. Vterque pascua quarit vitulo suo, sed vnus de carmelo, alius de monte libano. Quicquid enim propter violentiam mentis vel tenacitatem carnis agitur, ad carmelum pertinet, quia molle vel tenerum interpretatur: quicquid quasi pro sanctitate, supra ordinis institutum vel prelati consilium praesumitur, inter armenta libani annumeratur. Sed vobis qui confiditis in vinculo Samariae, seruientes tanto studio voluntati propriae. In Iudaeam venistis, ubi mactatur domino vitulus propriae voluntatis. Ad quid descendistis ad Samariam, ubi vitulus pro deo adoratur: propriam voluntatem custodientes & descendentes. An nescitis quod Iudaei non contumunt Samaritanis: Prius a seculo venientes propriam voluntatem dannaeratis: nunc queritis de Iudaeis Samaritanis effici. Si in Iudaea es, vitulum deo in sacrificio interficis: si in Samaria, vitulo tuo seruis. Si, carnem curam in desiderijs facis, vitulum de foeno carmeli pascis. Omnis enim caro foenum. Vide autem quomodo lex humiliter vituli carnes conminuat & flammis in cinerem redigat. Prius mactatur, cum obcedentiae amore singularitas abdicatur. In frustra diuiditur, cum quaeque singularitatis opera distinguntur, quousque omnis arrogantiae voluntas sopiatur, solo cogitationis cinere inde remanente, quo conscientia ex recordatione humiliata confundatur magisque vereatur.

De duplici igne, & multiplici puritate per tres pueros figurata. Titu. XLVI.

Vox domini intercedentis flammam ignis: Vox domini concitantis desertum. Alius est ignis quem venit dominus mittere in terram: alius quem venit extinguere, primum de caelo veniens secum attulit: secundum inuenit. Omnis amor ignis sed non omnis bonus. Amor igitur bonus ignis bonus: quem dominus venit mittere in terram ut ardeat. Amor libidinis malus, quem venit extinguere. Vnde per Moysen ignem alienum phibet offerre super altare suum: de suo praecipit ut semper ardeat in altari suo: flammam alieni semper extinguit. Vnde angelus domini descendit & excussit flammam ignis. In pueris autem extinguitur, qui a puritate dicuntur. Est autem alia puritas cordis, alia oris, alia actiois. In corde simplicitas, in ore veritas, in opere sinceritas. Hos tres pueros habemus cum sanctum est quod meditamur, verum quod loquimur, iustum quod operamur. Felix nimium & deo grata horum trium puerorum societas, propter vnā puritatis concordiam, in voluntate, sermone, actione. Videt ergo rex Babylonis & inuideret & eos adorare statuum aerea desiderat, dum eos ex sua sanctitate in superbiam erigi suadet. Statuam enim auream adorare est: super haec studiis operam dare & deseruire, qui cum eos videt despiciere, flammam parat ut quos per gloriam elationis non potest superare, per flammam occidat libidinis. Flamma enim accendit quando caro nostra ardore libidinis inflammatur. Ab angelo autem domini flamma excutitur, & medium fornacis quasi ventum roris spiritum effecit: dum intima cordis flante spiritu sancto caelesti rore perfunditur: & refrigerata conscientia puerorum linguam in laudem creatoris conuertit, quibus liberatis Chaldaeos flamma consumit: quia insidiatas innocentiae, inuidiae ac gehena: ardor exurit.

De proprietatibus cerui imitandis. Titu. XLVII.

T
Psal. 28.

Leui. 10.

Dani. 3.

V

X
Psal. 28.

Vox domini preparantis ceruos: & reuelabit condensa &c. Ceruus animal velox, timidum, serpentibus inimicum. In agilitate pedum, velocitas denotatur actionum. Vis videre ceruum alacri

Pfal. 18. ter currentem? Viam, inquit, mandatorum tuorum cucurri. Vis videre vocem praeparantem ad ceruinam velocitatem? Sic currite vt comprehendatis. Vis audire vocem mentis ad ceruinam formidinem? Beatus homo qui semper est pauidus. Quia sapiens in omnibus metuit. Vis audire vocem mouentis ceruum ad serpentinam interfectionem? Mortificata membra vestra qua sunt super terram: fornicationem, immunditiam &c. Tristia itaque haec ad ceruum videntur pertinere. Viam mandatorum velociter percurrere: demonum insidias suspectas habere: venena vitiorum audaciter destruere. Actio igitur expedita, pauida, & iusta ceruus facit: quia in quantum expedita, velocitatem tribuit: in quantum pauida, vitiliter pauidum quia cautum reddit: in quantum iusta, vitiorum venena extinguit. Multi in eo quod velociter currunt, serpentes non occidunt sed nutriunt: quia in eo quod fortiter agunt, superbia & vana gloria & alii serpentes conualescunt. Alii in bonis operibus bonam intentionem habent, & serpentina vitiorum venena mortificare student: sed dum modum & tempus seruare nesciunt, in daemonum insidias quasi venentium laqueos incidunt. Est ergo vox praeparantis certuos: iuxta illud, filii accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & in timore: & prepara animam tuam ad tentationem. & illud, Seruite domino in timore. Vt igitur ad ceruorum numerum pertineat: oportet eos & velociter currere, & caute timere. Talibus certuis sic praeparatis reuelabit condensa scripturarum, profunda allegoriarum, opaca sacramentorum mysteria, mysteriorum secreta. Dabitque in moribus condensis & vmbrosis requiescere: vbi contra venentium insidias latebras reperient, & contra solis aestus refrigerium accipient. Quanto enim altius scripturarum intelligentiam perceperint, tanto securius & quietius quasi in condensis lateritabunt, & in vmbrosis quiescent.

Quae a dextris & a sinistris dei stetit: & quid sit caritatis varietate vestiri, Titulus. XLVIII.

Astirrit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumamicta varietate. Dominus virtutum (vt ait psalmista)

ipse est rex gloriae. Hinc dicit David. Astirrit regina &c. Merito regina virtutum caritas dicitur creditur: quia virtus virtutis nomen amittit, quae cum caritati non famulatur. A sinistris dei sunt bona reposita: a dextris aeterna. A dextris ergo caritas dicitur stare: quia bonis aeternis non temporalibus munitur. In solis namque illis caritas regnat, quos amor aeternorum inflammatur. Astirrit ergo regina caritas, sed a dextris & in vestitu deaurato. Summi regis oculis vult placere, quae tam preciosas vestes vult habere. Probatio caritatis exhibitio est operis. Opera bona eius vestimenta sunt. In vestitu, inquit, deaurato. In vestitu opera iustitiae, in auro intellige claritatem sapientiae. Vestimenta igitur aurea, opera sunt discreta. Fortassis tu agis omnia fortiter, minime tamen suaviter: quia non sapienter. Ideoque vestimenta quidem habes: claritatem sapientiae non habes: quia sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter: a fine inchoationis, usque ad finem consummationis. Tu fortiter inchoas, tepide consummas. Cur? Quia non disponis omnia suaviter: nec scis operari sapienter. Incipis, curris, festinas, lassaris, deciperis: Non dicam ad finem, sed nec ad medium pertingis. Procedit ergo caritas, immo assistit, quae nunquam a dei dextris recedit, in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Decet sane utpote reginam multiplicem vestem habere: & variam. Tu nescis quis semper vis esse in contemplatione, nescis (vt audio) vestiri varietate. Alius quae rit assidue esse in oratione, nec animaduertit quod caritas ornari vult varietate. Quis quis vno quolibet precioso quo delectatur in opere, sic ornari cupit, vt alium eque vtilem aspernetur: caritatis ornatum non habet, quae vestitur varietate.

De opprobrio & contemptu. Titulus. XLIX. B

Aufer a me opprobrium & contemptum. Psal. 118.

Opprobrium est culpa, contemptus poena. Culpa iniquitas: poena mortalitas. Propter iniquitatem factus sum opprobriabilis: propter mortalitatem contemptibilis. Abominabilem me facit concupiscentia: vilem miseria. Aufer a me opprobrium &c. Si facis me iustum: aufer a me opprobrium, aufer contemptum.

De extremo terra vnde productur nubes, fulgura & pluuia.

Titulus. L.

Produens nubes ab extremo terra, fulgura in pluuiam fecit &c. Terrae nostrae extrema, peccata infima & opera abiecta. A tali extremitate nubes producit: quia ex turpitudinis nostrae recordatione caligo confusio generatur. Nubes huiusmodi dum mentem obnubilat, contra concupiscentiae aestus quasi contra solis ardores refrigerium praestat. Nam qui peccasse se meminit, & se peccasse erubescit: quanto magis de praeterito dolere, tanto de futuro se cautiorem redit. Fulgura in pluuiam fecit. Ante fulgura nubes producit: post fulgura pluuiam sequitur. Nubes caligo confusio: fulgura, terror maiestatis: Pluuia factus compunctionis. Dispensata ergo diuina pietate, prius oculus turpitudinis nostrae memoria reducitur: post recordatione diuini terroris formidine concutitur: tandem inter confusionem & formidinem deprehensa & diuina fatigata in fletu compungitur. Nube super me aspexit, quotiensque confusio faciei meae cooperuit me: fulgura excipio quando terrores domini militant aduersus me: pluuia descendit quotiens potui lecturam meum rigare lachrymis.

De primogenitis Aegypti.

Titulus. LI.

Qui percussit primogenita Aegypti, ab homine usque ad pecus. Primogenita Aegypti sunt diabolicae elationes & humanae praesumptiones. Alii superbiunt de rebus temporalibus, alii intumescunt in rebus spiritualibus. Vere brutus & animalis est sensus, quando ad imaginem dei factus, amens ex his intumescit quae communia sunt cum pecoribus. Alii igitur superbiunt de vanitate: alii de sanctitate. Superbia vanitatis est primogenitum pecoris. Arrogantia sanctitatis est primogenitum hominis. Aegyptus autem erroris tenebrae talia generant primogenita. Flante autem diuini spiritus aura: percussit primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus: quia flante spiritu timoris domini, deicitur omnis tumor elationis.

De vulua, liberis, & vberibus. Titulus. LII.

Vid dabis eis: Da eis vuluam absque liberis & vbera amentia. Vulua est studiositas, semen, veritas, bona volutas. Ad hoc debes legere, propter hoc oportet intelligere, vt studeas adimplere. Vuluam habes: desiderium discendi habes. Si veritatem conceptam amas, & opere perficis: liberos nutris. Qui sunt hi liberi? Affectus boni & ordinati. Quid enim docet diuina scriptura nisi amare religionem, seruare veritatem, habere caritatem? Sed multos video studiosos, paucos religiosos. Amant lectionem non religionem. immo amore lectionis in odium incidunt religionis. In his impletur quod dicitur. Dabo eis vuluam absque liberis. Doctores & praedicatores esse volentes, & primas cathedras & salutationes ambientes in populo: sed datur eis vbera, id est verba, amentia. Sermo debet esse ad hortandum siue ad exponendum obscura lucidus, ad persuadendum vtilis: quae haec sunt quasi vbera duo, vnum expositionis: alterum exhortationis. Haec multi accipiunt tumentiam quidem sed amentia: apprehendunt scientiam quae inflat: carent caritate quae adificat. quorum vbera per scientiam tument sed amentia sunt, quia dulcedinem spiritus non habent. Et videmus hodie permultos habere linguam magniloquam: ratos melliloquam.

De vberibus sponso attributis. Titulus. LIII.

Meliora sunt vbera tua vino. Duo sunt vbera sponso: videlicet ingenium mansuetudinis & longanimitatis: quibus patienter expectat delinquentem, & clementer recipit poenitentem. Gemina est ista dulcedo suauitatis in pectore domini Iesu: longanimitas in expectando, & in donando facilitas. Vis videre longanimitatis vber? Audi apostolum. An diuitias bonitatis & longanimitatis & patientiae eius contemnis? An ignoras quod benignitas eius ad poenitentiam te adducit? Ad hoc siquidem diu suspendit sententiam ultionis in contemnentem, vt quandoque gratiam remissionis infundat poenitenti.

Non vult enim mortem peccatoris, sed vt couertatur & viuat. Accipe exemplū & de altero vberē qđ est remittendū faci-
 Ezech. 18 litas. Legitur enim de ipsa: Quacūq; hora peccator ingemuerit. Legitur etiam
 Esa. 55. Derelinquat, inquit, impius viam suam: & vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius: & ad deū nostrum, quoniam multus est ad ignoscendū. Pulchre David vtrūq; pau-
 Psal. 102. cis comprehendit dicens: Longanimis & multum misericors.

De gratiarū actione pudica & mera ad deū vt ad fontem vnde omnia bona, referenda. Tit. LIII.

H O Rigō fluminū & fontiu, mare virtutum & scientiarum donū? Iesus: quia iuxta Annæ cāticum, deus scientiarum dominus est: dās casta consilia, iusta iudicia, recta desideria. Illius fontis riuuli sunt cordis munditia, carnis continentia, oris puritas. Ex isto fonte manant vt ad locū vnde exeunt flumina gratiarū reuertatur, vt iterum fluat. Remittatur itaq; ad suū principiu caeleste profuuiū. Spirituales riuū proprio fonte sine fraude & sine intermissione reddantur, vt arua mentiu rigare nō desinant, & iterum vberibus refundantur. Qualiter inquis?

Audi apostolum. In omnib; gratias ageres: vt quicquid sapientie, quicquid virtutis habes & gratiarū, totum dei virtuti & dei ascribas sapientiarū. Sed non oīs gratiarum actio deo est accepta, sed quae pudica est & mera. Pudica dixerim, ppter eos qui de malis suis gloriantes cū fur-
 tum vel homicidium vel adulterium fecerint, deo gratias dicere solēt: quasi de more eorum laetetur cum malefecerint, & exultet vt ipsi, in rebus pessimis. Au-

dier q talis est. Existimasti inique q ero tui similis? &c. Mera vero dixerim, ppter hypocritas: qui deū quidē de bonis suis verbotenus glorificantes dolose agunt: in conspectu dei inuenitur iniquitas eorū ad odium. Primi mala sua impie deo: Secundi bona dei fraudulēter intorquet sibi, quorū vox est: Labia nostra a nobis sunt. Sed quid lingua tua nisi calamus scribae? Et hoc ipsum mutuo accepisti a te repetendum cum vsura. Si inuēt⁹ fueris ad opus impiger, ad referendū fidelis:

pro labore mercedem accipies, & audies Euge serue bone & fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis: super multum te consti-
 tuā &c. Sin minus, vocaberis seruus nequā & piger. Nō laus calami est: sed laudabilis est illo bñ exarata scriptura: nec gloria lingue aut labiorum, sermo bon⁹: sed mentis, & qui eam dedit dei.

De funiculo triplici. Titulus. LV.

F Vniculus triplex (qui difficile rum pitur) ad extrahēdas animas de carcere diaboli, & ad regna caelestia post retrahendas: est recte seruire, vtiliter pferre, & efficaciter adimplere.

Oratio funebris & lamentatio de morte prudentis amici & religiosi. Titu. LVI.

M Vltam mœror tristitiam imperat. In statera mea tristitia exuperat, & calamitas quam patior, tanq; ignis, triste pectus adurit. Interiora depascitur clausus dolor, latius serpit, & saeuit acrius. Quid mihi & letitiae, qui in amaritudine sum? Vis doloris omnē abducit lætitiā. Indignatio domini ebibit spiritum meū, subtracto quem diligebat anima mea, simul quia cor meum dereliquit me. Quo mihi auulsus es! quo mihi raptus e manibus, homo vnanimis, homo scdm cor meum! Amarissima separatio, & quā nō posset nisi mors efficere. Op⁹ mortis est tam horrendum diuortium, totius suauitatis inimica mors: vnū rapiēdo, duos furiosa perimit. Mitius enim me priuaret, o austerior mors, vita vsu, q̄ fructu: sine quo ipsa vita grauior q̄ mors est. Nā carnis frater si caros amisit, cariores fuerit. In me transierunt o mors irae tue: super me confirmatus est furor tuus, q̄ elō gasti a me amicū & proximū. Erat amobus grata praesentia, dulce confortiū, suauē colloquium: sed tātas vtriusq; delicias ego perdidi: tu super mutasti & qđ in mutatis retributio multa. ad oēm locum quo emerferit respicio: ad carum vbi consueueram: & non est. Heu quā istic ingemisco, sicut homo sine adiutorio: quem posthac consulā in ambiguis: cui fidā in aduersis! Quis nostra portabit onera? Quis imminētia propulsabit pericula? Porro super niuē multiplicatur

mihi & dolor. Vinā? Quousq; vinā? Et si multum vinā, in amaritudine vinā. In mœrore vinā, in luctu vinā: Nō parca mihi, & iuuabo manū dñi! Etenim man⁹ dñi terigit me, cū succidit illū: nec enī dixit mihi, se succidurā quam plātarat vineam. Ego illic portio misera in luto iacens, trūcata parte sui & meliori. Frustraq; dī mihi, ne fenseris. Sctio enī vel iuitus: qa nec fortitudo lapidū fortitudo mea (neq; ei mihi cornea fibra) nec caro mea cœna est. Sctio p̄sus & doleo: & dolor me⁹ in cōspectu meo semp. In vīrga idignatiōis suę p̄cussit me dominus: digne p̄ meritis, dure p̄ virib⁹. Etenim dextera man⁹ mea, lumen oculorū meorū, pectus meū, lingua mea, truncata sunt. In ipso qđ opabar, puidebā, sentiebā, loq̄bar: qpp̄ cui⁹ os meditabatur sapiētiā: & lingua loq̄bat iudicium. Nunc ille (vti spero) p̄ meritis sempiterna frui gloria: & ego p̄ cōmeritis i hac cōi derelict⁹ sū miseria. Dixi.

De venatore & laq̄o aīax, & de verbo aspero ad monachos. Titu. LVII.

I Pse liberauit me de laq̄o venatiū, & a verbo aspo. Ex quo hō post⁹ i honore nō itellexit: cōpat⁹ ē iumētis isipi entibus & similis factus illis: & tēdit ei venator diaboli⁹ callidissim⁹ & neq̄sim⁹ laq̄os. Et siluestrib⁹ & oīno bestialib⁹ secularib⁹ loco apto satis laq̄os expādit, vt quos facile capiēdos nō dubitat. Vobis autē q̄ tāq; ceruū prudētiores, serpētes necatis, & pfugere desideratis ad fōtē vinū, subtiliores occultat laq̄os. ideo vos o nouellē plātationes, q̄ nondū habetis exercitatos sensus cordis vři, nolite abūdare in sensu vřo: sed hūilliamini sub potenti manu pastoris vři: acq̄escite cōsiliis ei⁹ q̄ meli⁹ nouit versutias venatoris illi⁹: ne versut⁹ venator, vos tāq; rudes & incautos decipiat. Sed venatores iā & bestias nouim⁹: q̄s sit laq̄⁹ audiam⁹. Dic nobis btē Paulē tu q̄ nō ignoras astutias ei⁹: q̄s sit iste laq̄⁹. Qui volūt (iq̄t) diuites fieri, scidūt i tērationē & laq̄ū diaboli: Ergo laq̄⁹ diaboli sūt d' uitiū mūdī. Heu me, q̄ pauci sūt q̄ volūt ab isto laq̄o liberari! Q̄ ml̄ti sūt, q̄ dolēt q̄ paq; sūt irriterit!

Vos autē q̄ reliq̄stis oīa & sequuti estis

eū q̄ nō hēt vbi caput reclinet: exultate & dicite: Ipse liberauit me de laq̄o venatiū, & a verbo aspo. Bestia si non times laq̄um: time malleū: verbū. Ite inq̄t maledicti i ignē eternū. Dux ē pccnitere: vt q̄ audiūt pñiam agite, dicit: dur⁹ ē hic sermo. Sed si hoc verbū aspex̄ recogitauerit, iuciet q̄ iugū dñi suaue, & on⁹ ei⁹ leue. Vos autē pēnati, quos an oculos frustra iacit rete: q̄cqd in vobis ē bestie mactate, coriū detrahit: neq̄ vēator capta bestia clamat, tolle, tolle, sige verub⁹, iher prunis, iher caldariis. Si enī liberati fueritis a laq̄o: nō timebitis a verbo aspo. Preciosiorē igitē habete paupertatē vřam diuitiis hui⁹ seculi, & de labore vřo xpm̄ pascite & vestite: vt in die illa gr̄as agēdo exultetis & dicatis. Ipse liberauit me de laq̄o venatiū, & a verbo aspero.

De q̄tor gñib⁹ ouiu, & de caula earū ac canis custodia q̄druplici. ti. lviii.

N Os popul⁹ pascuē ei⁹: & oues manus ei⁹. Quatuor sunt gña ouiu. Infirmē, fectē, vage, validē. Hē sunt scīpiētes, p̄ficiētes, errātes, perfectē. Vnū q̄q; idiget p̄prio pastu. Scīpiētes eruditioē, vt vltēr⁹ p̄ficiā: p̄ficiētes amōtatioē, vt ad sūmū pueniāt: errātes correctione, vt p̄t̄m abiciāt: Validē exhortatione, vt coronē iheruiāt. His q̄si cauē, q̄dā claustralis debet obseruatio: quodāmodo q̄drāgula ē, sicut claustrū vt singulū p̄prietatis non excludi sint finib⁹ suis cōtēti. In p̄rio late re erit subiectio scholastica, vt nascat hūillitas. In sc̄do, lectio moral: vt aquatur subtilitas. In tertio correctio sp̄sialis: vt euellat iqtas. In quarto meditatio sp̄sialis, vt cognoscat veritas. Demū canis necessarius est, id est vigilātia pastorisq; custodia quadrifida: vt sicut canis latratu lupos & latrones fugat: sic p̄lat⁹ cōminatōe diaboli & vitia p̄pinguare veter, sicut canis p̄pria lingua se sibi medicum p̄stat: sic fit excesserit, siq̄e cōfessioē se curet. sicut canis venat⁹ ferā a longe p̄sentit, ita virtute fidei vitā post mortē sp̄et. & sicut canis dño suo fideliter adheret: sic ab vnitare fidei se vsq; ad mortē nō seget.

De panibus Salomonis, duplici amō III.

re, prauo & bono. Titu. LIX.
P Res sunt panes Salomonis. Cōtē-
 ptus mūdi, & sui, & amor Dei. Pri-
 mū pponit in ecclesiaste, Scdm in para-
 bolis. Tertiu in canticis canticis. Quia
 enī duo sunt mala, q̄ sola maxime mili-
 tant aduersus aīam, vanus. & amor mū-
 di, & superflu⁹ amor sui, pessimi vtriq̄,
 duo isti priores sibi obuiare noscuntur.
 Quia vero vnū solū summū bonū, quo
 frui & qd amplecti desiderat spōsa, de⁹
 scilicet spōsus est: hic ī tertio. i. canticis
 frāgi dīnoscit. In priō igit ad refectio-
 nē nri docemur huius mūdi cōtēnere
 vanitatē: In scdo cognoscere & seq ve-
 ritatē, seq. s. agnū quocūq̄ ierit: In ter-
 tio veritate frui & ad ipm puenire. &
 hic est fruct⁹ aborū priorū. Cū tertium
 istū supserit panē q̄ de via vēit amīc⁹,
 vnde murrurēt nō habebit. Sed q̄s frā-
 ger! Adest paterfamilias cognoscēdus
 dñs in panis fractiōe, paup & inops ad
 eū pulset, q̄ aperit & nemini claudit.
 De triplici vnguēto bonorū. Ti. LX.
Q Rīa sunt vnguētōrū gñā: cōtritiō
 nis, deuotionis, pietatis. primū pū-
 gitiū, dolorē faciēs. Scdm tēperatiū,
 dolorē leniēs: Tertiu sanatiū, morbū
 expellēs. Primū cōfficit aīa multis crimi-
 nib⁹ irretita, q̄n incipit cogitare vias
 suas, vt colligat, cōgerat, & cōterat in
 mortariolo cōsciētīe q̄ multas & va-
 rias spēs pctōrū: & mire est uans pctōris
 olla simul oīa coqt igne quodā doloris
 & poenitētiē, vt possit dicere Cōcaluit
 cor meū intra me, & ī meditatiōe mea
 exardescet ignis. Scdm cōfficit aīa mul-
 tis virtutū bñficiis accēs: cum scā de
 uotio bñficia dei cū letitia & gñarū a-
 ctōe recolit, illa ī vaso pectoris pistil-
 lo crebre meditatiōis conterit, & igne
 scīi desiderii cōcoqt, & deīde oleo leti-
 tiē spīguat, & tūc psallit & intelligit ī
 uia imaclata: vt possit dicere. Mīam &
 iudiciū cātabo tibi dñe. Tertiu sibi cō-
 fficit piā hoīs aīa de necessitatib⁹ pau-
 perū, de pruratiōib⁹ tristitū, de culpīs
 deliquētū: postreō de oīb⁹ hoīm erū-
 nis, & si sint inimici: q̄a iocūd⁹ deo hō
 q̄ miseret & cōmodat: pnus cōpari, sub-
 uēire pat⁹, ignoscere facilis, irasci diffi-
 cilis & vlcisci. Sic oīb⁹ oīa fact⁹, sūt sibi

tāq̄ vas pditū vt ceteris sit p̄sto & iocū-
 currere & succurrere. Mortu⁹ deniq̄ si
 bi, vt viuat, oīb⁹ spēs⁹ seipm ditare cur-
 rat, & spīguare: p̄fūdēs p̄dictas p̄xiōx ī
 opias q̄i quodā aromate, oleo mīa, &
 decoq̄ns caritatis ardore: vt de huius-
 cemodi s̄te, ī cōgregatiōe sc̄tōx digito
 ostēso, dicat: Hic est s̄m amator ppli ī
 rael: hic multū orat p̄ p̄plo, & vniuersa
 sc̄tā cluitate. Priō vnguēto pedes Iesu,
 scdo caput, tertio totū corp⁹ a bōis mu-
 lierib⁹ vngit. Iesus dī caput & spōsus:
 corp⁹ & spōsa dī ecclīa: in q̄ bōi & ma-
 li pct⁹ bōi, pedes mali, corp⁹ bōi & ma-
 li: caput vero de⁹. Mulier igit, ī aīa pec-
 catrix pedes istos vngit, malitiā ī mora-
 tariolo cordis terendo: Aīa iustificata
 caput vngit, de collatis ipsi bñficiis ca-
 piti suo. i. deo nō sibi attribuēs gratias
 agēdo. Ip̄m Iesū. i. totū corp⁹ vngit pia
 mulier, caritatē suā vsq̄ ad s̄micos cor-
 poraliter & spūaliter exercēdo. Primū
 quīs pedibus tanq̄ extremis mēbris of-
 feratur, nō est tñ vile: cum de eo dictū
 sit. Et dom⁹ īpleta est ex odore vnguē-
 ti. Est enī odor vitē ad vitā: quīs poeni-
 tens in ecclesia totum dicitur: vt nō so-
 lum ad terrenam, sed ad caelestem etiā
 ecclesiā attingat odor poenitētis: teste
 enī veritate gaudiū sit iter āgelos sup
 vno pctōre poenitētīā agere. Hui⁹ vnu-
 guēti spēs in p̄priis hortulis īuenim⁹.
 Quīs enī de p̄prio suo ad manū nō ha-
 beat iniquitates & pctā si nō dissimulat?
 Si autē aromata, bñficia. s. dei, p̄cul & de
 vltimis finibus ea accepit: quia oē da-
 tum optimū, & oē donū p̄fectū defur-
 sum est. Hoc vnguentum est sacrificiū
 de quo dicitur: Sacrificiū laudis ho-
 norificabit me. Non est igitur paupes
 ris hoc vnguētū: de quo nimirū q̄a tā-
 gi caput illud venerandū nō ducit in-
 dignū, iudicat honoris esse īsigne. His
 duobus tertiu p̄fert: sanatiū enī est: de
 quo dicat a dño. Bñ misericordes, qm̄
 ipsi misericordiā consequuntur. Vnde eo
 non tantū pedes, nec tantū caput, sed &
 totū vngitur corp⁹. Primū itaq̄ bonū,
 secundum melius, tertium optimum.
 Quia discipulo dicente: Vt quid per-
 ditio hac? dictum est a domino. Quid
 molesti estis huic mulieri? Opus bonū

operata est in me. Potest ramen dici q̄
 hoc vnguentum priora designet. Cum
 enim q̄ prodesse multis posse putat, so-
 li tñ sibi viuūt, & ad pedes ī recordatiōe
 peccatorum sed ens, ad caput in recor-
 datione beneficiorū p̄ficat: vt ceteris p̄
 sit & p̄sit vocatur: quid aliē dicit nisi
 Vt qd perditio hęc? Potuit vnguētum
 istud venditari multo & dari paupib⁹.
 Huiusmodi autē renuente onus, & dño
 cōgaudēte in tali vocatiōe, dicit. Quid
 molesti estis huic mulieri? Opus bonū
 &c. Quasi dicat, Nō vir (vt putatis) q̄
 possit mittere manus ad fortia, sed mu-
 lier, s̄t in hoc bono, donec cōualescat
 ad melius.
 De quatuor vnguētis in quorum
 odore currit sponsa. Titu. LXI.
Z C Vremus in odore vnguentorum
 Cant. 1. tuorū &c. Quatuor sunt vnguētā
 in quorū odore nra sponsa currit. Pri-
 mū sapiētīe, Scdm iustitīe, Tertiu san-
 ctificatiōis, Quartum redēptionis. Hęc
 quatuor factus est a deo spōsus hoī: dī-
 cētē ap̄lo. Qui factus est nobis a deo sa-
 pientia, iustitia, sc̄tificatio, redēptio. Sa-
 pientia in p̄dicatiōe, iustitia in absolu-
 tione peccatorū, Sanctificatio in cōuer-
 satione quā cū pctōrib⁹ habuit, Redem-
 ptio in passiōe quā p̄ pctōrib⁹ sustulit.
 Vides quadrifariā vactionem.
 De quadruplici dei in nos bñficio: il-
 laminationis, iustificationis, doctri-
 nae, & redemptiois. Titu. LXII.
A S Edebas in tenebris & vmbra mortis
 Ignoratiā veritatis vinc⁹ delicto-
 rū cathenis: & descēdit ad te veritatis
 doctor, vmbra q̄ depellit ignoratiē tuē,
 luce sapiētīe suē: Per iustitiā deīde q̄ ē
 ex fide, solūcs funes pctōrū, gratis iusti-
 ficās pctōres, & in his duob⁹ dñs soluit
 cōpeditos, dñs illuminat cecos. Addi-
 dit sc̄tificationē: qua sc̄cte iter pctōres
 viuens tradidit formā vitē, & vitē q̄ hō
 rediret ad patriā. Adiūgit & redēptio-
 nē, cū tradidit in mortem animam suā
 & de proprio latere protulit precium
 sanctificationis, quo patrem placaret:
 vt cognosceres q̄ apud deum est mise-
 ricordia: & copiosa apud eū redēptio.
 De tribus sagittis expetendis.
 Titu. LXIII.

T Res sūt sagittę: timor, sermo dei, B
 & caritas. Primā postulat q̄ dicit: B
 Cōffige timore tuos carnes meas, De se
 cūda ap̄ls. Penetrabilior est omī gladio
 ancipiti p̄tingens vsq̄ ad diuisionē aīa
 & spūs. Tertia vulnerata est q̄ dicebat.
 Stipate me malis qm̄ amore languēo. Cantic. 2.
 Prima sagitta trāssodiūt delectatiōes
 carnis. Secunda interficiunt vitia aīa.
 Tertia excutit oē vitii vel noxium ab
 ipsa aīa: tangit illa pax dei q̄ exuperat
 oēm sensum: quā facit vt iam non de-
 lectet, in quo carnalis sit sensus.
 De quatuor tentatiōibus cōuersi ad
 dominum. Titu. LXIII. C
N On timebis a timore nocturno: a
 Psal. 90.
 Sagitta volāte ī tenebris: a nego-
 cio p̄rabulāte in die: & damonio meri-
 diano. His tangunt quatuor genera tē-
 rationū q̄ sentit & sentit qui cōuersus
 est ad dominum: Timor nocturnus, sa-
 gitta volās in die, negocium p̄rabu-
 lans in tenebris, & demonium meridia-
 num. Nam primordia conuersi prim⁹
 exagitat timor de terrore vitā & au-
 steritate insuetę disciplinę. Vnde dicitur.
 Fili accedēs ad seruitutem dei, sta Eccl. 2.
 in timore: & p̄para animam tuam
 ad tentationē. hic timor dicit noctur-
 nus: v̄ quia nox designare solet aduer-
 sa, vel quoniam propter quod aduersa
 aggredimur nondum reuelatur. Si enī
 dies ille luceret, cuius lumine labores
 & p̄mia viderentur: timor nullus eēt
 laborū p̄ desiderio p̄miorū: quia Non Roma. 8.
 sunt cōdignę passiōes huius t̄pis ad fu-
 turā gloriā q̄ reuelabit ī nobis. Sed q̄a
 nox est, ideo tētamur a timore noctur-
 no p̄ his q̄ vident aduersa, tolerandis.
 Primo igit ītrātib⁹ orādū est & vigi-
 landū cōtra hāc tētationē, ne subito p̄
 occupati a pusillanimitate spūs & tēpe-
 state nocturna, bono cōcepto siliāt. Hac
 autē supata, armādū est cōtra sagittā vo-
 lantē in die: q̄ est inanīs glīa fama: q̄ q̄
 dēvolat, q̄ leuīs: & ideo ī die, q̄a ex opi-
 b⁹ lucis. Sed hęc facile supat tāq̄ īanis
 glīe aura. Tertio a negotio p̄bulāte ī
 tenebris die. i. ab hypocrisi, timēdū ē: &
 idē p̄curādū ei q̄ nō curat laudes, ne ap-
 petat diuitias & dignitates, circūuēt⁹
 a negotio p̄bulāte tā ī die q̄ ī tenebris
 illi.

Luc. vlti.

Psal. 38.

Psal. 100.

2. Mac. 15.

Luc. 7.

Ioan. 12.

Luc. 5.

Iaco. 1.

Mat. 5.

Ioan. 12.

Ibidem.

1. Cor. 1.

Psal. 119.

quod est hypocrisis. hec enim negociat omni tpe, formam retinens pietatis, & ad se occupatam virtutem vendicans ad emendos honores & platuras. hoc negocium pambulat in die, quia speciem habet virtutis & simul virtutem: re autem ipsa est in tenebris: quia in tenebris habitatio eius abscondit quod est, & quod non est meritum. Qui autem superaverit hominum fauores & honores, postremo tentat a demonio meridiano: ab eo qui transfiguratur se in meridianum, id est in angelum lucis, cum sit vere demonium & angelus tenebrarum. hinc dolum suspiciens Iosue non prius amicum angelum suspiciens Iosue non prius amicum nouit. Discipuli quoque dominum super mare ambulante dum pcellerent agitare videtes, domini virtutem & misericordiam per apostri suspicionem deprimunt, putantes eum phantasma. Vnde & scripta vigilia noctis uentis querto loco contra istam tentionem vigilare suades. Tu autem o homo conuersus iuxta prophetam non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negocio pambulare in tenebris, ab securu & demonio meridiano: si veritas domini circumdat te scuto suae protectionis & bonae voluntatis.

Iosue 5. Mar. 6.

Psal. 90.

De duplici imperu, spiritus & carnis. Titul. LXV.

D Luminis imperium latificat ciuitatem dei &c. Duo sunt imperia, vnus spiritus & alter carnis. Primus bonorum: secundus malorum. Imperium carnis ad odium, ad iram, ad exteriorum gloriam & voluptatem animam impellit. Imperium spiritus ad caritatem ad patientiam, ad eternorum fidem, & ad contritionis lachrymas prahit mentem. Vnde necesse est magna cura considerare quod nos impetus ducat a cogitatione nostra. Nam dum per spiritum impellimur amare terrena, vltionem de inimico querere, temporalia non ad necessitatem, sed ad voluptatem & superfluitatem postalare: imperium est carnis. E contra amare celestia, ignoscere nos offendentibus, amare inimicos propter deum, temporalia ad vsum necessitatis querere: spiritus est spiritus. Hic de sanctis aialibus dicitur. vbi erat impetus spiritus gratie dicebant. Et quia sic ad bona tendunt ut ad mala non redeant, recte subdit: non reuertebant dum ambularet: quia ab aegypto egressus, ad olas aegypti metem non debet reuerti. Ab eodem autem propheta dicitur, quod ibat & reuertebatur in similitudinem fulguris cor-

Ezechiel.

ruscantis. Quia duplex est gressus iusti, de malo ad bonum, in quo gressu non debet esse retrogradus: & de bono actiue ad bonum contemplatiue, a qua sit regressus ad actiuam in similitudinem fulguris coruscantis. percutiendo vitia & ad dei amorem inflammando: fulgur enim percutit & incendit.

De tribus filiabus Iob. Titul. LXVI. **S**unt Iob tres filiae: Dies, Cassia, & terra Cornustibii nomine: quae figurant genitricem humanam a Christo conditam, redemptam & assumptam. Fuit enim dies in prima conditio, quia in innocentia creatum est, die autem innocentie per partum finito, & in meroris nocte absconso: secundo in redemptione sit cassia, amara quod est sicut cassia, per confessionem & corporis macerationem a vitio redimi. Ergo ut ad salutem reuocet, amara ei poculum dandum est, sed odoriferum per virtutis fragrantiam ex gratia redemptoris. Quia vero tertio in assumptione carnis per resurrectionem christi, naturam nostram renouatam, in eterna laude assumptam, Cornustibii nomine tertia filia vocatur: in quo nomine latentius carnis exprimitur. Ibi enim conditor noster laudum suarum veraces carnes accipit: quod genitricem humanam condendo die, & redimendo cassiam, & assumendo cornustibii fecit. Qui enim lux & dies fuimus conditi: & sumus Cassia redempti: erimus quoniam Cornustibii in exaltatione aeternae laudis assumpti.

Ezechiel.

E Iob. 42.

De ostio & fenestris atque Noe. Titul. 67. **D**uo sunt exitus arcae Noe. Alter per fenestras, alter per ostium. fenestra significat exitum per cogitationem: Ostium exitum per operationem. Ostium exiitum per operationem. Ostium deorsum, fenestra sursum est: quia actio ad corpus, cogitatio per tinet ad animam. hic & aues emisse sunt per fenestram: homines & bestiae per ostium: quod clausit & aperuit dominus: sed fenestram homo aperuit: quia grauius est ope & cogitatione quam sola cogitatione peccare.

E

De quatuor modis exitus per operationem & totidem per cogitationem. Titul. lxxviii. **Q**uatuor modis exitus per operationem: Primum ad vsum voluptatis: & haec sunt animalia immunda. Secundo ad vsum necessitatis: haec quod animalia sed munda. Tertio ad curam regiminis ex precepto obedientie, & hi sunt filii Noe, quod exiens obrulit sacrificium. Quarto ad eadem ex abitudine ceteros despiciendo, & hi filii erant Chanaan quod peris ve-

C

reda derisit. Quatuor modis per cogitationem. Primum considerando quod ex se sit. Secundum quod ex dono creatoris. Tertio quod deus creaturis vult: tribus his loquens vobis: accipe, redde, fuge. Accipe beneficium, redde debitum, fuge supplicium. Primum vox est famulatus, Secunda monitionis, Tertia minationis. Prima voce dicit terra, aqua, aer, ignis: accipe me in beneficium: Secunda redde per beneficium laudem: Tertia: a me deglutieris, cõbureris, absorberis, submergeris. Qui enim beneficium dei accipit, nec gratias refert, merito haec patietur. Quarto modo per cogitationem exitus, dum cogitat non necessitatis subsidium, sed libidinis oblectamentum, & hi filii sunt Eue, quod vidit lignum quod pulchrum esset &c. & coruorum: quod arca conscientiae non rediit. Primi tres similes sunt columbae, quod praemissa primo rediit, & nihil reportauit: secundo rediit & attulit ramum oliuae: Tertio non rediit ad arcam, sed mansit in loco a deo aquis purgato. Ex prima consideratione adducit conceptum mundi: quia contempto mundo aquis diluuii. voluptatis coopro, ad arcam rediit. Ex secunda laudem dei: quia ramum oliuae in signum pacis attulit. pax autem gloriae dei coniungitur cum ab angelis canit: Gloria in excelsis deo, & in terra pax &c. Ex tertia amore pariter & timore dei: quia ab eo nec voluit nec ausa est amplius discedere. Ex quarta vero si redire contingat inuentium adducit libidinis.

Mat. 5.

Psa. us.

Iob. 31.

De duabus zonis in veteri testamento. Titul. lxxix. **D**uas zonas legimus veteris testamenti: Quae zona pellicea renes cingit, zona aurea mamillas strigit. Helias cinctus zona pellicea circa renes, est timor carnis restringens a libidine. Zona aurea circa mamillas, amor virtutis cor cõpescens a libidinosa voluptate. Zona timoris, quod non veniam dilatat, sed peccata cigit. Zona aurea vbi latet voluptas in corde castrat. Qui viderit inquit mulierem ad concupiscendum eam &c. Zona per cinctus est pellicea, quod crucifigit carnem cum vitis & concupisceris: quod dicit, Cõfitege timore tuo &c. Zona aurea strictus est: cuius cor non polluit cogitatio foedat qui pepigit foedus cum oculis, ut ne cogitet quod de virgine. Vtriusque postulabat quod

dicebat. Vre renes meos & cor meum. Carne a fluxu libidinis, metem a passione voluptatis. Zona pellicea si rumpatur, filo & acu referet: filium in acu elemosyna est, quam in manu exercet cum acu. cum poeni tertia quae pungit.

Psal. 25.

De quatuor montibus. Titul. lxxx. **Q**uatuor sunt genera montium. Montes gelboe: vbi gladius saul repellitur. hi sunt viri fortes in ecclesia, in quibus fides diaboli repellitur. Montes israel quod multum extendunt: hi sunt apostri quorum sonus in omnem terram exitus. Montes samarie quod in aera erigunt: hi sunt heretici, quod ponunt in celum os suum. Quartus montes seculi, de quibus propheta: Contriti sunt montes seculi, sunt diuites & potentes mundi, quorum potentie multis modis conteruntur.

Is

Abac. 3.

De quatuor vinculis Pharaonis: & quatuor vestimentis noxii. Titul. lxxxi. **Q**uatuor sunt vincula Pharaonis quibus alligat animam. Luxuria in furore, inuidia in liuore, auaritia in seruore. Erunt haec mulier non differat a mulieribus aegyptiacis: quatuor ei induit vestes filiiis pyriis. Malum malae intentionis scitamentum, per deliberationem. Malum male operationis offendiculum, per exhibitionem. Malum male consuetudinis ergastulum, per ostensionem. Malum male expectationis piculum, per desipationem. Haec cum spiritus his vinculis cupit lenare, ait: Solue vincula collis tui captiuam filiam Sion. Tunc ad eius vocem si sponsa dicat. Deus in adiutorium meum intende: propter spiritus destruit vincula singula opponens contraria: Puritatem contra poralis immunditatem, contra luxuriam: gratiam spiritus innocentie, contra superbiam: veritatem liberali eloquentie, contra iuidiam: frequentationem operantis iustitiam, contra auaritiam. quod dum liberata est, gratias agit deus. Dirupisti vincula mea: Benedicte deus in donis suis. De vestimentis contra noxias vestes. tit. 72.

L

Esa. 52.

Sponsus per benedictio arrahens vestes aegyptiacas, contrarias adhibet. Primam factum pietatis deuotionis affectum in desiderio, contra malum male intentionis scitamentum. Secundam factum sacrae religionis perfectum in exercitio, contra male operationis offendiculum. Tertiam factum consuetudinem virtutis effectum in iugli studio, contra malum male consuetudinis ergastulum. Quartam factum eternae beatitudinis

Psal. 105.

M

dinis fructum,iure hereditario:contra malū malę expectatiōis piculū. Quibus ornata dicit spōsa : Nō nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Glsa pfi & filio, & spūscō. Mox sponsus tenēs eius dexterā, in cubiculū m̄is suę deduxit eā:& benigne supponēs capiti lauā,dextera amplexatus est dicēs. To ra speciosa sponsa es amica mea & macula non est in re.

Can.4. Pulchra es amica.

De duobus calcaribus. Tit. LXXIII.

N Vo sunt calcaria quib⁹ Balaam ppheta vrget asinam suam. Pundor, ne temporaliter polluat: timor, ne eternaliter crucietur.

De dispositione dom⁹ quadruplicis. Titul. LXXIII.

Esa.38.

D ispone domui tuę, q̄a morte morieris & nō viues. Familiaris fuit hac ammonitio & semel facta Ezechie generalis ē & quotidiana ad quālibet fidelē aīam: spālīs & annua ī hoc tpe quadragesimę. Ezechie supbiētī, & nō egrorātī dicitur, vt dispōat domui suę, puidēdo sibi successorē: q̄a nisi penituerit morte morietur. Generalit ad vnūquęq̄ nostrū clamat spūscō: dispone domui tuę: quia nisi disposueris morte animę morieris, & post mortem aternam non viues, id est denuo ad vitam non reuocaberis. Spālīter aut vni cuiq̄ nostrū dicitur in hoc tēpore quadragesimę. Dispone domui tuę ad recipiendum Christum: ad manducandū carnem eius & sanguinem digne: quia si idigne sumpseris morte morieris, iudicium tibi manducans, hoc enim tempore mundanda & disponenda est domus: qd est pasceue pascha. Sed vidēdum cui patrifamilias, & de qua domo loquatur. Sane quatuor domus leguntur, Domus dāmonis, domus hominis, domus animi, domus dei. Dom⁹ dāmonis sunt filii diffidentia: de qua dicitur. Reuertar in domum meam vni exiui. Sed quia ille paterfamilias induratus tanq̄ lapis est, ad eum nō dirigatur sermo vel ammonitio. Domus autem hoīs est manufacta & visibilis, Domus animi creatura est rōnabilis, Domus dñi regnatura est ī eternū. Domū suā hō inhabitat, anim⁹ dispōat, dñs il

Mar.12.

luminat, de domo hoīs dicitur est, a villi co inigratis. Vt cū amor⁹ fuero a villi catiōe, recipiāt me in domū suā, de huius dispositiōe nō dicit. Dispōe domui tuę: cum poti⁹ dicat. Exi C qd ingr de⁹ ad Abrahā) de terra tua, & de cognatiōe tua, & de domo p̄tis tui. Dom⁹ aut hō ipse, cui credita custodia, mādara ē disciplina: de qua dicit. Tria eiiciūt de domo hoīem: fumus, stillicidiū, mala vxor. Id est peccatū ignorātia, suggestiōis & pprię cōsciētia. huiusmodi in domo sua rationem nō pmittūt dñari, sed cogunt ancillari. Domus autē dei est animus. Vnde: Sapientia edificauit sibi domū. Et ita mirū in modū anim⁹ est domus dei & hominis. Istū vero patremfamilias ammonere de dispositiōe domus suę, superfluum est. Quis enim adiuuit spūscō domini? Animo ergo dicitur, Dispone domui tuę. Quę rat ergo scripturas, & iuenier ad dispositionem deputatos clientes: alios exteriores, & ad exteriora deputatos, alios interiores qui semper assistunt vultui eius. Exteriores sūt qnq̄ sensus corporis. Hortū dispositiōē sepe ī pluribus locis docet scriptura. Auerte inq̄ oculos meos ne videant vanitatem. Prohibe linguam tuam a malo. Obtura aures tuas ne audiant cōtra proximum. Comprime nares ne quęrant peregrinis odoribus delectari. Claude manus ne accipiant munera. Super innocentē iniice pedes in compedes sapientia: ne currāt ad effundēdū sanguinē. Interiores clientes sunt quatuor. Gaudiū, dolor, spes, timor. Pro ianitore dolor, pro dapifero gaudium, pro pincerna spes, pro cubiculario timor. Legitur enī de timore. Initiū sapientia: timor domini. hic custodit duas portas, & ī medio earum est ostiolum: quę claudunt mufcis ad suauitatem vnguenti intro iruere q̄rentibus. Prima porta est careere visione dei: altera ignis qui non exringuitur. Ostiolum vermis cōsciētię qui non moritur. Irruētib⁹ igif hostibus obutet timor & dicat: nequāq̄ terra bitis ne forte ppter vos careat visione dei, & igne cruciet eterno, ne ppria cōscientia teste & accusante preat.

Luc.16.

Gen.12.

Prou.27.

Prou.9.

Q

Psal.18.

Psal.33.

R

Psal.110.

Esa.66.

De duabus tribub⁹ sacerdotalibus. Titu. LXXV.

S Vē sūt trib⁹, Leui & Iudę, ex quib⁹ sacerdotes sumuntur. Aaron & Xps, & eorū successio. Qd q̄rit cōueniat ex noīm itēptatiōe poterit cōiectari.

De q̄druplici sacerdotū offō. ti. lxxvi.

T Q Vadripticū est officiu sacerdotale. Vinā carnishostiā imolare: qd leniticū est. Virtutū charismata deo offerre: qd ē aromata icēdere, & filiorum Aaron est. Cū feruore martyrii cęlū errare: qd est itroire cū sanguine in scā scōrū. Gfarū & p̄cū vota cęlo trāssundere: qd est panem & vinū deo offerre.

De trib⁹ p̄ib⁹ quib⁹ alimur. Ti. lxxvii.

V Anes quibus alimur ī hac vita tres sunt. Purgatori⁹ cū amaritudine, quę mulier sareptana ministrat ī fame. Consolatori⁹ cū dulcedine, quę angelus apponit quęscūcū in vmbra. Solid⁹ cū fortitudie: qd pducit ad mōrē dei Oreb.

De trib⁹ riuus e corpe dñi. Ti. lxxviii.

X Tres riuī salutis fluxerunt a corpore Iesu. Verbum doloris, in quo confessio. Sanguis aspersiōis, in quo asfictio. Aqua emūditiōis, in q̄ cōpūctio.

De tribus piscinis scripturę. ti. lxxix.

Y Illic tres iueniunt in scriptura. Peruultas erroris, q̄ post duos muros. Sensualitas carnis, in quam descēdēbat languidū. Perspicacitas rōnis: q̄ ē in via agrī fullonis. In his adaquantur oues & holocausta lauantur.

De tribus fomentis ignis. Tit. lxxx.

Z Fomenta ignis tria in nobis. Stipula cogitationis imundę: Foenū loquutionis prauę: Lignū operationis illicitę. hęc ad ignē nos nutriūt, nisi superioribus fontibus extingantur.

De tribus contemplantium fenestris. Titul. LXXXI.

A Contemplatiuorū fenestře tres sūt. Originaria: quę est versus orientē. Gubernatrix: quę vergit ad austrū. Cōsummatricia: q̄ respicit ad occidentē.

De quatuor fontib⁹ paradisi. Ti. lxxxii.

B Quatuor fontes irrigant hortum dñi. Reatus pprii deploratio: q̄ circuit terram Æthiopię. Excessiōis fraternę compassio: quę vadit contra Assyrios. Indultę gratia: consideratio:

quę medium interfecat Babylonis. De sideriosa caritatis affectio: quę circuit omnem terram eiulath. Hi fontes habent irriguum inferius atq̄ superius: habentes aquas maris, fontis, & niuis.

De trib⁹ ostiis ad vitam. Tit. lxxxiii.

O tria sunt. Fidei veritas, post quā Sara ridet. Sp̄i firmitas, q̄ est ī latere arce. Caritatis soliditas, quā obseruat cherubin cum flammeo gladio.

De triplici vino ī cypho dñi. ti. lxxxiiii.

T Riporme est vinū ī cypho dñi. Rubicidū ī lōganimitate scōrum: qd letificat Isaac in agritudine. Albū ī remuneratiōe iustorū: quo iebriat Noe. Nigrū & acidū ī dānatione prauorū: qd Iesus gustauit, sed noluit bibere.

De triplici sacerdotū veste. ti. lxxxv.

V Estis quę sacerdos vestī debet triplex est. Exterioris operis grossitudo: quā iduitur Aaron coram pplo. Spiritualis sc̄imonie hūctudo, quā ap̄ se Rebecca abscōdit: & ea vti Aaron ī tabernaculo. Cōtēplatiuę dulcedis pulcritudo: q̄ icōfutilis ē: & ea vti Iesus.

De trib⁹ religiosorū tunicis. ti. lxxxvi.

T Vnicę quib⁹ vestimur tres sūt. Casti gatiua corpis edomatio, q̄ pellicea est: & iduit Adā. Cōstātis p̄ueratiē lōgitudo: q̄ dilectus agnosci Ioseph. Rea m̄eratricię ḡf̄largitudo: q̄ vestit Ies⁹.

De sex alis seraphin. Titu. lxxxvii.

S eraphin sex alę vni sunt. Duę pedales: pudore de p̄teritis, & metus de futuris, laterales duę quibus volat: timor deprimens, & spes sustollens. Capitanę duę: humilitas prouehens, & caritas perficiens.

De duobus solis domini. Titul. LXXXVIII.

S olia duo deus habet. Angelicā substantiam, quę est solium excelsum: & humanam naturam, quę est solium eleuatum.

De quatuor penis animalium. Titu. LXXXIX.

Q uatuor animalibus quatuor sūt penne. Timor & penitētia: quę corpus velant. Amor & spes: quę sibi iunguntur & volant.

De sex alis aīaliū nouę legis. Ti. XC.

ff liiii.

K Animalibus noue legis sex aequae in sunt: Naturalis suggestio, Legalis institutio, prophetalis assertio, euangelica sanctio, apostolica iussio, ecclesiastica consuetudo.

L De duplici domo dei. Titu. XCI. Vnde sunt domus Dei. Exterior re drum ministra curiositas, quae est tabernaculum super quod apparet gloria domini & recedit. Deo vacans & seruies deuota simplicitas: quae replum est, & de eo non mouetur.

Per misericordiam & fidē purgant peccata. Id ait Salomon teneris & delicatis. Si enim lachrymas non habēt, horrent labores, nesciunt ferre tribulationes: quomodo a fide se excusabunt & misericordiam? Quid misericordiam suauis? quid fide incuti dicit? Hęc oleum melius, illa lumen oculis. Hęc yngit affectus, illa sensus illuminat & dirigit gressus, ut eas ad lumen a tenebris: quia misericordia sua inopendens reddita debita: fides etiam gratis sine operibus in dulgeriam impetrat. De misericordia dicitur. Date elemosynam: & ecce oīa munda sunt vobis. De secundo. Vade, fides tua te saluum fecit. Vnde hęc duo meriti iunguntur.

De inenitabili iudicio dei quod sit tremendum, nisi ad misericordiam confugerimus.
Titulus, XLVII.

Oculi domini cōtemplantur bonos & malos in omni loco. Oculos hominum non minimum timuisti, oculos altissimi non ex-pauisti: de quo ppheta, Ecce tu domine, Psal. 138. tu cognouisti omnia nouissima & antiqua. Neque ab oriēte neque ab occidēte neque a desertis montium locus est fugiendi: quoniam deus iudex est: & ita non usurpat sibi iudicium cum sit deus: corrumpi non potest, quia iustus est: ei resisti non potest, quia fortis est: impetuose nō iudicat, quia patiens est. Vidit opera tua & recursum & excursus flagitiorum tuorum, & cōminuit iram suam: celum nō fulminauit, aqua nō submersit, non absorbuīt tellus: & cū oīs terra sit plena gloria dei, in gloriam eius tuā miseriam euoluisti: nec reuerit es presentem deū, & coram tanta misericordia tuā immunditiam exercere. Ipse autem inquit. Ego autem tanquam non videns. Nunquid alii cui ministrorum suorum, qui iudices sunt irae eius in hoc ipsum constituti, reuelauit ignominiam tuā? Ecce videt & tacet nec iudicat. Videt neque iudicat: videt & videre dissimulat. Vocat, & non audis: Pro-mittit, & contēnis: Minatur, nec metuis. Thesaurizas tibi iram in die irae. Licet autem multum sit patiens, nec irascatur per singulos dies oculus eius, sed peccantibus parcat: est tamen iudex iustus & fortis. Nunquid qui ira tacuit semper tacebit? An non legisti quia ad iudicium veniet patientiam abiciens, humilitatē nesciens, ignorans misericordiam? Attendisti patienter tacentem: attende & impatienter loquentem. Sicut (inquit) parturiens loquar. Vidisti dissimulatē: videas & obsequium minima minatē. Vestigia, inquit, pedum meorum dinumerasti. Quis locus erit spei, cum venerit iudex, qui stetit sub iudice, precipitentibus tubis, clamantibus accusatoribus, ardentibus elementis? Ad cuius fugiemus auxilium, cum ignis caelum & terram furialibus miscebit incendis? Veniet iste cum potestate & maiestate, non cum dulcedine & humilitate: quia illic iustitia plena est dextera eius: qui hic misericordiam seminavit & sparsit. Tunc ille misericors oculus non parcat nec miserebitur: sed percussiet & occidet. Peccatores aurem quid?

Videntes, turbabuntur timore horribili sed corrigibili: audientes illud horrendum tonitruum. Ite maledicti in ignem aeternum. Quis ergo es tu qui contēnis diuitias bonitatis & patientie dei? Scias iuxta apostolum quod non euasisti iudicium dei. Aspicere ergo prius abundantiam peccatorum tuorum, secundo negligentiam, tertio in his dei patientiam, quarto ad eius misericordiam oculos attolle. licet peccaueris, neglexeris, & patientiam ad iram prouocaueris: paratus est misereri cum volueris reuerti. Adnitere abolere & regere peccata tua, & proicere in profundum maris: nec erit mora inter confitentem & remittentem: quia benignus & misericors est. Sunt homines faciles ad iram, difficiles ad misericordiam: ad pedibus suis de uolutos non solum loqui, sed vel respicere dedignant. Non sic dominus Iesus: libētius loquitur mecum quam ego cum eo: quem inuenio quotiens quaro. Occurrit cū panibus fugienti: ubique pius, ubique dulcis, ubique cum magna multitudine dulcedinis suae. Nō facit supercilium, oculos nō obliquat: sed occurrit reuertenti: in amplexus ruit: iubet perferri stolam primam, dari in manū anulum, occidere vitulum saginatum in remissionem peccatorum, cum symphoniam reduci ad supna gaudia. Vides quod longa patientia, quod velox in deo misericordia, Longanimis (ait Sanctus) & multum misericors. Absit ergo ut tanta misericordia abutatur ambulando in passione desiderii sui: sicur gentes quae ignorat deum. Vos qui corpus Christi aut consecratis aut ministratis, Christi corpori electi seruire, ut cū imperatore sedeatis: qua mente, qua cōscientia acceditis ad sancta sanctorum, quorum vita notabilis, fama contemptibilis, sermo habetur reprehensibilis? Veritatem si aliquis tale aliquid in cubiculo cōscientie complicauit: displiceat illud, & per confessionem deleat, & per poenitentiam abluat: & ego eidem, nati nobis pueri (si tamen ei natus fuerit, ipsum quod in pelui cordis habentem aquam igne caritatis calidam suscepit) misericordiam repromitto, qua nascetur in eo lux mundi: nec miseris misericordiam negabit, misericorditer natus misericors & miserator dominus.

De oculo lucerna corporis moralis ter. i. de pralato. Tit. XLVIII. **R**
Lucerna corporis tui est oculus tuus. Hic est lumen ecclesiae prelatus. si simplex & sine macula fuerit: totum corpus ecclesiae bene regitur. Si nequam, si fornicator, si auarus: totum corpus tenebrosum erit, non ait nequam sed tenebrosum, quia non omnes eius nequitiam imitantur quamuis tenebris inuoluantur: quia, eorum lucerna extincta est. necesse est ergo ut oculus sacerdos vel episcopus sine macula sit, ut de eius moribus omnia membra illuminentur.

De exitu Christi a patre & reditu ad patrem: & sapientie a corde & ad cor. Ti. XLIX. **S**
Exiui a patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad patrem. Primus exitus sapientiae est a sinu patris ad cor hominis. Secundus dum induta voce per os egreditur & venit ad aurem: ubi se expolians per auditum cordis illabitur, ut iterum mundum relinquens per cordis contemplationem ad patrem reuertatur. In corde radicatur, in homine pululatur, in aure torcularitur, & iterum in cordis apotheca recipitur. Vox est vestimentum sapientiae: vñ scriptum est. Lingua sapientium ornat scientiam, quae non egreditur nisi induta, nec egreditur nisi exuta.

De quatuor in electione apostolorum notandis. Tit. L. **T**
Non vos me elegistis: sed ego vos elegeri ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. His verbis quatuor nota: dignitatem ubi dicit, elegeri vos: officium, ut eatis: cautelam & fructum, afferatis: constantiam, & fructus vester maneat. Est dignitas in electione. Magnum enim est quod elegerit qui non fallitur dum eligit: maximum quod in electos praelegit. Est autem sensus. Nō vos me elegistis, id est nullo gratie electionis elegistis, sed ego vos omni. Sunt enim tres modi eligendi. Primus est electio, quando de multitudine malorum & bonorum eliguntur boni: ut de acerno granum, de torculari oleum: quo gratie electi sunt filii israel ex omni natione in populum pe-

Mat. 25.
Roma. 2.
Psal. 102.
Esa. 42.
Iob. 13.
Luc. 11.
Luc. 8.

Mat. 8.
Ioan. 15.
Prou. 15.

cularem. Secundus sublectio, qua de bonis eliguntur meliores: quo modo elegit filios Leui ad seruitium tabernaculi. Terti^o modus est praelectio, qua de melioribus optimi eliguntur: quo genere elegit Aaron filios in sacerdotes. Ad huc itaque modum, Primo vos elegit per aquam & spiritum ab vberibus infidelitatis. Subelegit cum in sortem sanctorum vocauit, & I ordinem clericatus promouens characteristica quadam tonsura capitis a minoribus fidelibus segregauit. Praelegit autem cum posuit vos super capita hominum dispensatores familiae suae, ut deris illi cibum in tempore suo. Magni itaque quod elegit, Mai^o quod subelegit, Maximi quod praelegit. Quatum enim quod ad eleuationem manuum vestrarum, capita regum inclinatur: Omnes consententur vos patres. Reges & regna munera offerunt: intercessores expectant. Sed vae illis qui cum fuerint lapides sanctuarii, dispersi sunt in capita platearum. Vae piscatoribus animarum, si inter malos pisces foris proiciantur. Vae operariis dominice mellis, si sicut palea sunt arsurum. **¶** Sequitur officium in ambulatione. Posui, inquit, vos ut eatis. Quatuor sunt hominum positiones. Prima iacetium: quorum pars omnis quiescit. Hi sunt mali in mundo iacetes: qui totam spem suam ponunt in incerto diuitiarum: aut quorum deus venter est, nec ponunt deum adiutorem suum: qui dicunt. Anima habet multa bona reposita in annos plurimos: quiesce, comede, bibe, epulare. Qui tales sunt prostrati iacent. Secunda est sedentium: quorum inferiores partes iacent, superiores laborant. Hi sunt boni coniugati: qui bene vtuntur licitis: partimque deo partim seruiunt seculo. Tertia est stantium. Hi sunt contemptiui: quorum omnis pars laborat erigens se, cum naturaliter ad ima referatur: quorum conuersatio in caelis est: cum deo pacem ponunt, in terra pressuras habent: quibus viuere Christ^o est & mori lucrum. Quarta est ambulantium: quibus ex motu augetur labor. Hi sunt plati: quibus incubit inter cetera hominum genera discurre, & nunc his, nunc illis, nunc aliis, in crepationem, exhortationem, concussionem tanquam annonam verbi dei erogare. Ambu-

las Iesus iuxta mare galilee ut daret exelum ait. Ite in orbem &c. Electi ergo estis ut eatis. Ergo vobis periculosum est sedere, peremptorium iacere. Ite ergo excitare iacentes, & dicite: Surge qui dormis &c. ne fur repente veniat & effodiat domum tuam. Si autem graui somno pressus ad manum tangentis non euigilauerit: clama, ne cesses: quia & dominus magna voce fuscitauit mortuum quadriduanum. adhibe minas quarum punctionibus lethargicus excitet. Dura punctio si dicatur: ignis non extinguetur, vermis non morietur: ibi erit fletus & stridor detritum. Ab his transite ad sedentes: exhortates eos ut proficiscantur: & dicite. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui hierusalem. Potrige manum pauperi, ne obliuioni detur dextera tua: si stare non valuerit, nu tantum appone manum & dic. Surgite postquam federitis qui maleducatis panem doloris. Ab his transeundum ad stantes: quibus necessaria consolatio. State (dicatis eis) in viis vestris: viriliter agite & confortetur cor vestrum, & sustinete dominum, qui sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus israel: ambulate nunc in via mandatorum dei: hic est labor officii vestri.

¶ Sequitur de cautela in fructificatione. **A** Et fructum, inquit, afferatis. Tres sunt fructus: trigessimus, sexagesimus, centesimus: subditorum, praelatorum, virginum. Non sufficit prelato bonum esse nisi quantum in ipso est etiam alios bonos faciat. Non sine causa dictum reor: & lucernae ardentes in manibus vestris. Subditis sufficit lucerna vna in manu, quia pro se tantum rationem sunt reddituri. Prelatis non sufficit nisi utraque manu lucernam ferant. Inde cum dominus papa ordinat sacerdotem facit eum qui ordinatur in utraque manu ardentem tenere careum, ordinato praesignans quod de cura sui suoribus summo pastor rationem praestabit.

¶ Sequitur constantia in continuatione. **B** Et fructus (inquit) vester maneat, id est perseueret. Finis enim, i. victoria, non pugna coronat. Vnde preceptum est caudam cum capite offerre. Ad hoc etiam data est sacerdotibus tunica altaris. Ecce quot

graduum culmen ascendistis, tot ratio non vinculis alligati estis. Quis enim tot vinculis alligat quot sacerdos, cum induitur ministraturus? Primo amictu fauces ligat: inde mucis conductis sub axellis pectus stringit. Tertio renes sub cinctorio arctat, ac si dicatur ei, stringe fauces, i. pone custodia ori tuo: stringe pectus, i. cogitationes male non ascendant in corde tuo: stringe renes, i. crucifige carnem tuam cum vitis & concupiscentiis. Orate autem illum sine quo nihil potestis, ut sicut vos elegit, ita iuuet, ut fructum afferatis, & fructus vestri maneat. Am.

C De duplici natiuitate &c. Tit. II.

O mne quod natum est ex deo vincit mundum. Duae sunt natiuitates: vna ex deo, altera ex mundo. In quo quatuor nota, concupiscentiam carnalem, affluentiam temporalem, rationem naturalem, & gratiam spirituales. Concupiscentia carnis concordat cum mundo, sequitur eum & pacem habet cum eo: quoniam duo prima facile simul currunt. Ratio naturalis dissentit, resistit mundo & cum eo pugnat, sed vincitur: & ita fit homo natus, in mundo existendo. cum autem ex deo donatur gratia spiritualis, ratio quae prius sola, duobus non poterat resistere, iuuatur: & vincit mundum, & concupiscentiam refrenat. Gratia autem dei est (iuxta apostolum) per fidem Iesu Christi super omnes qui credunt in eum, potestate filios dei fieri. Qui nati sunt ex deo vincunt mundum, natura repugnat, sed fides vincit, pax regnat. Nunc videndum est qui vincant, duae sunt hominum species, quae mundum trisiphant. Tertia vincit a mundo. Hic sunt Maria, Martha, Lazarus in vna domo. Maria optimam partem elegit: quia nemo tutius, facilius, celerius, mundum vincit quam qui ipsum totum deserit, despicit. Qui autem mundana tractat, pietatisque actione ministrat, & erga plura ma turbatur, sicut Martha, laboriose, periculose, diuque pugnat: sed gloriose trisiphant. Hostem ergo Maria declinat sapienter: Martha aggreditur fortiter. Vincit fuga Maria, Martha pugna. Lazarus vero, qui nec declinat nec pugnat oneratus terrenae affluentiae aggere, in concupiscentia carnis sepelitur: absente virtute, id est Christo. Nam, ut inquit

Martha ad Iesum, Domine si fuisses hic, fratrem meum non fuisset mortuus. Nunc qui Ena vincat & quibus videndum est. Mundum inquit vincit. Mundi nomine tria comprehendit. Priudicium carnis, quae est inimica deo: sapientiam seculi, quae est stultitia apud deum: presumptionem spiritus, quae est apostata a deo. Haec vincuntur castitate, humilitate, caritate. Prudentia carnis animam exhortatur dicens. Anima habes multa bona posita in annos plurimos: quiesce, comede, bibe, epulare. Hanc exuperat temperantia, quae castigat corpus & sub anima in seruitutem redigit & facit membra corporis arma iustitiae deo. Sapientia huius seculi querit quae sua sunt, quod sibi vtile est tantummodo curat. Hanc conculcat caritas: quae non querit sua, sed quae Iesu Christi: non quid sibi, sed quid aliis vtile pensat. Presumptio spiritus, dum aliis querit praesesse, deo dedignatur subesse. Super hanc eleuatur humilitas: quae ut deo melius possit subici, nulli vult praesicci. Omne ergo quod natum est ex deo vincit mundum: id est carnis prudentiam, seculi sapientiam, & spiritus presumptionem: castitate, caritate, humilitate.

De tribus caelis terris & testimoniis in eis, iterum aliter. Titu. III.

Tres sunt qui testimonium dant in caelo. Tres sunt caeli, tres terre, tria testimonia. Primum caeli deus. In hoc plene & summe perfectionis testimonium dat potentia, sapientia, benignitas: pater, filius & spiritus sanctus. & hi tres proprie & principaliter vnum sunt: ex quo omnia, in quo omnia, per quae omnia. Secundum caelum angelum. Vnde Rorante caeli desuper, in quo testimonium dat felicitatis, virtus, veritas, caritas, & hi tres vnum, quoniam ex vno vnum sunt: de potentia dei virtus, de sapientia veritas, de benignitate caritas. Caelum tertium spirituales viri qui enarrant gloriam dei: in quibus dat testimonium iustificationis, fides, spes, caritas, & hi tres ideo vnum, quia ex vno: fides de sapientia illuminat ad veritatem: signis de spiritu sancto inflammat ad caritatem: & per haec duo spem habemus perueniendi ad patrem. **¶** Prima terra est populus poenitens, terra

sancta, in hac testimonium remissionis dant spiritus, aqua, & sanguis: id est cō punctio, confessio, remissio. Spiritus sanctus scrutans corda & renes, dū de peccato, iustitia & iudicio peccatorem arguit, nimirū poenitentia pungit. Ideo spiritus illā significat quā dat. Aqua si gnificat cōfessionem, quā in confessione peccata lauantur: quā sepe manifestant riuū oculorum. Bona est confessio oris, melior oculorū, optima operū. Spiritū ergo compūctionis: aquā intellige cōfessionis. Sequitur sanguis remissionis, sine sanguine enim non fit remissio. Et hi tres vnum, quia ab vno a quo omne datum optimū. Terra autē media, in opere Adē maledicta: quē scinditur vomere cōminationis, perfunditur rore pro missionis, spinas & tribulos germinās: tres habet testes perditionis: concupiscentiam carnis, concupiscentiā oculorum, superbiam vitē. Terra vltima dā nationis eterne, habet testes, ignem inextinguibile, vermē immortalē vel dā natorum carnem icorruptibilem: & ex his desperationem. Quia si substantia lis ignis vel vermīs esset terminabilis: posset quoq; poena esse temporalis.

Esaie. 66.

Iaco. II.

H Titulus. LIII.
Omnē datum optimū & omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. Tria sunt dona dei in homine. Primum nature, quo subsistit. Secundū gratiē, quo eum meretur: Tertium gloriē, quo cū eo glorificatur. Omnia tamē sunt gratiē. Per prima dona nature homines sumus: Per dona gratiē iusti: Per dona gloriē erimus beati. Per prima liberi a peccato creati: Per secūda de peccato liberati: Per tertia, contra peccatum confirmati. Dona nature, memoria, ratio, voluntas: quibus prestamus brutis animalibus. Dona gratiē, fides, spes, caritas: quibus demones superamus. Dona gloriē eterna & vera felicitas, felix & eterna veritas, vera & felix eternitas: quibus angelis equamur. **C** In donis nature & gratiē quēdam sunt minima, quēdam media, quēdam magna. Prima sunt corporis pulchritudo, sanitas & cęta, cum

illis quę ad corpus sustentandum pertinent: quę si non abundant non obest, sed sepe prodest. Secunda sunt animę: sicut ratio, mens, voluntas: quę si vigeant profunt quidem sepe ad salutē, sed nunquā nisi eis bene vtamur. Tertia dona sunt bonus vsus istarū dotiū, quę virtutes dicuntur. Sine primis bene interdū vtimur cęteris: sine secundis raro: nunquā sine tertiis. **C** Omne bonū est a deo: bonis bene vtis virtus, abutitur vitium. Hęc bona vel dona aliquā a deo descendunt ad hoīem, & tunc mēra sunt, aliquā ab hoīe ascendunt ad deū: & tunc merita, aliquā homo ascendit ad dona: & tunc pręmia sunt & fructus laboris. Itaq; dōna sunt, prima, secunda, tertia: munera, merita, pręmia. Munera & merita ascendunt ad p̄mia, & nos ascendimus ad ea: omnia tamen a deo descendunt, quā oīa eius dona sunt, de munere ascendimus ad meritū: de merito ad p̄miū. Munus est simplex donū, meritū donū super donū, descendens a patre luminum. Ex ipso enim donū, ex dono meritum, ex merito pręmiū. & deus ipse per primū venit ad te: in secundo laborat tecum: in tertio requiescis in ipso. Itaq; deus est donū tuum: totiq; bonū tuum est donum eius, descendens a patre luminū. Tu diuisiones accipis, ipse non diuiditur, participas ipsum in te, quā semper integer & idem manet in se. Apud quē non est transmutatio nec vicissitudinis obūbratio. vnde in te variatur, quā in se non mutatur.

K

De triplici forma mūdi: & de triplici vetustate & eius remediis. Tit. LIII.
Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quę sit voluntas dei bona & beneplacita & perfecta. Mūdos triformis est. Prīa forma nobiscōgratū laf flore p̄speritatis p̄ delectationē. Secūda qua nos deosculat honore dignitatis p̄ plationē. Tertia qua nos ample xatur amore potestatis per dominationem. Per primam nos fatigat, p̄ secūda vincit, per tertia victos ligat. Sunt autem oscula mundi similia osculis Iude. Iudas Christum osculo tradidit in manus iudeorum. Mundus sequaces sui

L Rom. 12.

Mat. 26. in potestate demoniorū. Iudas dixit in deis: Quęcūq; osculat⁹ fuero, ipse est: tene te. Mūdos dicit diabolo & angelis ei⁹: quęcūq; osculatus fuero: ipse est damnate est. Salubri ergo consilio monet nos apostolus. Nolite conformari huic seculo, sed cur: quā triformis est: & tribus modis illi cōformamur: per delectationē prosperitatis in luxuriā: p̄ ambitionē dignitatis in superbiā: per abusionem potestatis in violentiā. Prosperitas emollit, dignitas extollit, potētia in ruinā compellit. Hęc sunt vitia quę prius euellit dicens. Nolite conformari huic seculo, q. d. Declinate a malo. Secundo virtutes inserit subiungens. Sed reformamini in nouitate: quasi dicat: & facite bonū. Cū dicit in nouitate, veteritatem notat p̄cessisse: quā triplex est. Prīma est in corde, carnis desideria per cogitationem: Secunda est in ore, arrogāntia p̄ loquutionē: Tertia in opere, flagitia per exhibitionē. Si non esset vetustas in corde, non dixisset: Renouamini in spū mentis vestrę. Si nō esset arrogāntia in ore: nō diceret: Vt omne os obstruatur & subdit⁹ fiat oīs mūdos deo. Si non esset in opere: nō diceret. Exhibuistis mēbra vestra seruire immūditati & iniquitati ad iniquitatē &c. Ecce triformis vetustas in imagine veteris hoīs: quā sicut portauimus, portemus imaginem celestis: quę triformis est: amor equitatis in corde, contra carnis desideria: confessio humilitatis in ore, contra arrogantiam: innocentia simplicitatis in opere, contra flagitia.

Ephe. 4.

Rom. 3.

Rom. 6.

N Ioan. 21.

De triplici pprietate lapidis & amoris, & de bono & malo pastore.
 Titulus. LV.
Dixit dñs Petro. Petre amas me? Tres sūt pprietates lapidis: Sūt ei solidi, asperi, edificatio apti. Solidi eos designant quę non cedunt vitis: asperi eos quę aspere viuunt: edificatio apti eos quę virtutibus proficiunt. Ille ergo Petrus est qui vitis non cedit, aspere viuunt, virtutibus p̄ficit. Tria quoq; considerantur in amore: vt proximū non negligat, seipm diligat, deū in partē. Quā bonus est diligat, proximū diligat, plus quē proximū se, deū plus se. Cui hęc pro-

prietates lapidis & amoris sunt, se esse Petrū vere fateretur. Tertio dicit dñs. Pascite oues meas. Forma pascite, doctrina pascite, oratione sancta pascite. Petrus factus pastor, boni pastoris prosequitur forma tribus modis. pascit seruos correctione in vīrga poenitentię: pascit merenarios cōsolans mercede iustitię: pascit filios erudiens gratia obediētię. Pastores autem mali aliis designantur proprietatibus. Sunt enim lapides durī, sicci, gelidi. Duri crudelitate, carentes spū mansuetudinis: sicci ariditate, nō habētes humorē gratiē: gelidi, igne spū sancti non calentes. Hi dicente ter dño, Amas me: non vere respondere possunt, amo te aut me. Proximū enim talis odit ex malitia, seipsum ob pigritiam negligit, ex auaritia deū non cogit: In proximū nocēs ex despectu: in se pestilens ex defectu: in deum p̄sumens ex contemptu. Hi audiētes, pascite oues meas: pascunt eas peruersę tribus modis. Operis forma, docētes male viuere per transgressionē facti: Verbi doctrina, docentes caute fallere p̄ abusionem facti: Orationis opere, docentes causas agere per contemplationē nūm. Pręlati ergo mali sic pascunt oues Christi p̄ se: immo sic depascūt, vellus abstrahūt, lac bibunt, carnes corrodunt. Cōsiderans autē quę pastor a pascendo dicit, ne sit pastor vel nomine tantū, ex toto negligit gregē: & omī studio pascit ventrē, idq; modis tribus. Suauī ciborū sapore cōdito, vt bene sapiat gustui: delectabili odore aromatico, vt bene redeat odoratus: desiderabili nitore mirifico, vt placeat aspectui. Ecce Nabuzardan coquus Pharaonis: quę muros deiēcit Hierusalē. Gulositas enim corp⁹ animam & mentem, quasi ciuitatem quamdam destruit.

P

Q

R

S

T

De optia parte eligenda. Tit. LVI.
Maria optimā partē elegit. Optimum dicit excessū duorū. Bona est castitas cōiugalitatis: Melior cōiugalitatis vidualis: Optia pudicitia virginalis.
 Quomodo succingi deceat ad viā, accingi ad plūm, & p̄cingi ad mensam: & de zona qua cingamur.
 Titulus. LVII.

Luca. 10.

V **S**int lumbi vestri preceincti. Succingi mur ituri, accingimur prelatiuri, preceinguntur ministraturi. Hec tria tribus debentur in ecclesiasticis disciplinis, vie, pugne, mensu. Vie cursum, pugne conflictum, mensu ministeriu. Via est operum, pugna est hostium, mensa sacramentorum. Succingi ergo debemus ad viam, cingulo patientie; accingi ad pugnam, gladio poenitentie; preceingi ad mensam, lintheo continentie. Spectat quod dicitur Petro, Alio te cinget: ad cingulum patientie. Ad poenitentie pugnam: Qui non habet gladium, vedat tunicam & emat gladium: id est relinquat conuersationem mundi, & assumat poenitentie fructum. Ad lintheum continentie feminalia linea Aaron & filiorum eius. Hec tria, scilicet cursum in via, bellu & ministeriu, Paulus & in se exhibuit & alios docuit. Cucurrit ei dicens. Curro non quasi in incertum: & cursum consummaui, Currere docuit dicens: Sic currite vt comprehedatis. Pugna uis dices. Sic pugno non quasi aerem verberans, & item Bonum certamenceraui &c. Pugnare docuit dicens. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Ministrauit dices, Ministri xpi sunt & ego. Ministrare docuit dicens. Vt non vituperetur ministeriu nostru.

X relinquat conuersationem mundi, & assumat poenitentie fructum. Ad lintheum continentie feminalia linea Aaron & filiorum eius. Hec tria, scilicet cursum in via, bellu & ministeriu, Paulus & in se exhibuit & alios docuit. Cucurrit ei dicens. Curro non quasi in incertum: & cursum consummaui, Currere docuit dicens: Sic currite vt comprehedatis. Pugna uis dices. Sic pugno non quasi aerem verberans, & item Bonum certamenceraui &c. Pugnare docuit dicens. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Ministrauit dices, Ministri xpi sunt & ego. Ministrare docuit dicens. Vt non vituperetur ministeriu nostru.

Y Succincti igitur ad viam a quatuor eius impedimentis caueamus. Est enim via aspera, ruuosa, cluosa, lutoa. Aspera, lapidibus laborum: ruuosa, vallibus defectuum: cluosa, collibus successuum: lutoa, paludibus voluptatum. Lapidibus offendimur: ruinis cadimus: paludibus demergimur. Accede ad pugna & accingere gladio tuo sup femur tuu: Militia est em vita hominis super terram. Pugna hec hostium est superabilium licet immortalium: Hi triplicem contra aciem instruant. Prima est suggestionum, secunda occasionum, tertia occupationum. Suggestionu ipugnat, occasionibus expugnat, occupationibus ligat. Suggestiones turbant affectus, & aduocant in auxilium delectationes & consensum: quibus vincit & non vincitur (nisi occurratur) acies prima. Occasiones sensus impediunt: & consideran

Z tur ex loco, tempore, & persona. Locus solitarius prebet audaciam: tempus nocturnum confidentia: persona luxuriosa & impudica ansam. Hec sunt fugienda vt non vincat acies secunda. Occupationes actus confundunt: & consistunt circa duos actus: scilicet publicos, vt sunt administrationes extrinsece prelati, abbatu & consimilium: & actus priuatos, vt scribere, pingere & huiusmodi. Hec si quis inoffenso pede pertransit, de tertia turma triumphat. Prima acie videlicet suggestionu, victa est turma. Secda, id est occasionu, capta est Dina. Tertia q est occupationu: corrupta est Thamar soror Absalonis ab Ammon. Per via & pugna vocaris ad mensam (q est sacramentoru) cui qm ministratur accedis, sint lumbi tui preceincti lintheo continentie: na per linu munditia carnis, per lumbos luxuria designat. Ad hac librorum restrictione tria hec verba vim suam legimus accommodare: vt iubeamur succingi, accingi & preceingi. Succincti lumbos vestros in veritate: ait apostolus: Er dñs ad Iob. De turbine accinge sicut vir lumbos tuos. Et in euangelio. Sint lumbi vestri preceincti. Hoc lintheu continentie significat lumbare illud lineum pphetu qd primo posuit sup carnem sua: inde tulit & posuit in flumen Euphrate, cuq reuenteretur vt tolleretur computruerat vt nulli vsui aptu esset. Lumbare super carnem, est continetia refrenans eam: ponitur in flumen, qua do relaxatur in fluxa seculi voluptate. In ea coputrescit: quando inter carnales delicias continetia dissoluitur & perit. Nulliq vsui est iam lumbare apru: quia neq deo neq hominib acceptu. Hoc lumbare significat zona pellicea Ioannis & Heliu. Nam vterq zonam pelliceam super lumbos legitur habuisse. Duo sunt lumbi: voluptas permissa & illicita. Permissa in coniugatis: illicita in solutis & deuotis. Preceingendus est lumbus coniugatorum, ne ad aliam accedant: solutofo, ne aliquam tangant nisi ducant, deuotoru ne tangant vel ducant. hi preceingi maxime debent, vt qui seruiunt dñi mensu. Mun

tur ex loco, tempore, & persona. Locus solitarius prebet audaciam: tempus nocturnum confidentia: persona luxuriosa & impudica ansam. Hec sunt fugienda vt non vincat acies secunda. Occupationes actus confundunt: & consistunt circa duos actus: scilicet publicos, vt sunt administrationes extrinsece prelati, abbatu & consimilium: & actus priuatos, vt scribere, pingere & huiusmodi. Hec si quis inoffenso pede pertransit, de tertia turma triumphat. Prima acie videlicet suggestionu, victa est turma. Secda, id est occasionu, capta est Dina. Tertia q est occupationu: corrupta est Thamar soror Absalonis ab Ammon. Per via & pugna vocaris ad mensam (q est sacramentoru) cui qm ministratur accedis, sint lumbi tui preceincti lintheo continentie: na per linu munditia carnis, per lumbos luxuria designat. Ad hac librorum restrictione tria hec verba vim suam legimus accommodare: vt iubeamur succingi, accingi & preceingi. Succincti lumbos vestros in veritate: ait apostolus: Er dñs ad Iob. De turbine accinge sicut vir lumbos tuos. Et in euangelio. Sint lumbi vestri preceincti. Hoc lintheu continentie significat lumbare illud lineum pphetu qd primo posuit sup carnem sua: inde tulit & posuit in flumen Euphrate, cuq reuenteretur vt tolleretur computruerat vt nulli vsui aptu esset. Lumbare super carnem, est continetia refrenans eam: ponitur in flumen, qua do relaxatur in fluxa seculi voluptate. In ea coputrescit: quando inter carnales delicias continetia dissoluitur & perit. Nulliq vsui est iam lumbare apru: quia neq deo neq hominib acceptu. Hoc lumbare significat zona pellicea Ioannis & Heliu. Nam vterq zonam pelliceam super lumbos legitur habuisse. Duo sunt lumbi: voluptas permissa & illicita. Permissa in coniugatis: illicita in solutis & deuotis. Preceingendus est lumbus coniugatorum, ne ad aliam accedant: solutofo, ne aliquam tangant nisi ducant, deuotoru ne tangant vel ducant. hi preceingi maxime debent, vt qui seruiunt dñi mensu. Mun

Gen. 3.
Gen. 34.
2. Re. 13.

A

Eph. 6.

Iob. 40.

B

Here. 13

C

Esaie. 52.

D Huic mensu qui ministrant preceingant se zona Ioannis & Heliu, id est continentia. quam quidam habuerunt & habent, vt virgines perpetuo continetes: quida prius non habuerunt, sed nuc hnt: vt poenitentes: quida nec habuerunt nec habent: vt in luxuria pmanetes. Qui tenet teneat, qa beatus q tenebit: qui non habuit, emat: qui pdidit redimat. Presto est venditor q coriu suum exposuit ad vendendu: & de pprio non de alieno largas in cruce fecit corrigias. Et pciu huius zone modicu erit: duo tantu denarii, oratio & ieiunium. Hoc genus demoniorum (inqt idem veditor) non eicitur nisi in oratione & ieiunio. Hi aut denarii probi non falsi sunt: quia q recitat proba pecunia soluit: non se liberat. Numoru aut probitas in tribus consistit: Materia, podere, figura. Materia est caritas, q auro comparat: pondus spes, q a terrenis subleuat: figura fides, que signum crucis frontibus nostris imprimat. Hanc monetam dicit apls valere dicens. Omnia opera vestra in caritate fiant. Et q extra hanc materia fabricata sit falsa, ostedit dicens. Si distribuero in cibos pauperu oes facultates meas: & si tradidero corpus meu ita vt ardeam: caritate aut non habuero: nihil mihi prodest. Sine figura fidei non est vera. Impossibile est (ait ide apls) sine fide placere deo. Si ergo vnū defuerit a ieiunio & oratione tua, crimen false monete in curris, quod est vituoru exustio. Si enim falsam monetam deo obruleris, ppetuis ignibus concremaberis. Vide ergo vt oratio tua dirigat in conspectu dñi, & ieiunium tuu sit acceptu. Alia est oratio Tullii, alia pharissei, alia publicani. Tullii demulcet, pharissei exacerbat. Non sic (inquit) sicut ceteri hominu &c. Iustis iperarat: que si sit assidua multu valet.

Marci. 9

E

Rom. 16

1. Cor. 13.

Luce. 8.

G

Mat. 10.

Quo separantur quicq a domo: filius a patre, filia a matre, nurus a socru. Secundo aspergenda sale per metu, ne corrumpatur: quia sal vermes fugat, & timor dñi expellit pccatu. Tertio exsiccada sole per desiderium, ne dissoluatur: quia sol exsiccat, & desiderium inflamat. Quarto vngenda oleo per gaudiu, ne frigeat: quia gaudiu conscientie letu & hilarem facit. Gloria (inquit apls) nostra hec est, testimonium conscientie nostre. Quinto radenda ferro per zelu ne fordeat: quia zelus etiam in aliis libidinibus perimit sordes. Sexto coloranda est minio, per bonu testimoniu: quia testimonium bonu fame coloratum & acceptabile hominib facit. Hac ergo zona de corrigia carnis crucifixi, duobus ia dicitis denariis sic empta, si preceingeris lumbos tuos, secute ministrabis in mensa domini.

De surditate, morte, & paupertate triplici. Titulus. LVIII. **S**peres euangelizantur. Surditas tribus modis prouenit, Mors tribus modis inualefcit, Paupertas in tribus consistit. Surditas prouenit ab ineunte a trinitate, ab accidenti infirmitate, a deficiente grata. Hec aut surditas est naturalis. Est alia spualis, que in eo comprobatur q tribus modis loquutus est deo, nec eum audiuimus. Loquutus est legem nature, figura scripturę, verbo rei venturę. Lex nature loquuta est in corde: scripta in opere: verbu rei in hoie. Ab hac triplici surditate dñs nos tripliciter excitat vocatione: ter vociferas venite venite venite. Prima vatio, Venite filii audite me. Secunda, Venite ad me oes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tertia, Venite benedicti patris mei: percipite regnum. Prima vatio surditatis nostre soluit torporu gorem: Tertia audita conseruat per tenorem. Mors tribus inualefcit: necessitate, firmitate, effectitate. naturaliter scilicet per senium: accidentaliter per febrem: crudeliter per venenu & ferru. Similiter mors spiritualis tribus modis inualuit: p affirmatione, p dubitatione, p negationem. Dñs affirmavit dices;

2. Cor. 1.

H

Matt. 2.

Psal. 33.

Matt. 11.

Matt. 13.

1.

1.

Gen. 3. Quasi q̄ hora comederis morte morie-
ris. Mulier dubitavit dicēs, ne forte mo-
riamur. diabol⁹ negavit dicēs, nequa q̄
moriemini. Est igit mors triplex: pravi
consensus, pravi opis, prave consuetu-
dinis. Primę mortis causa est q̄ Adā ab-
iuit in cōsilio impiorū. Scđe q̄ stetit in
via pctōrū. Tertie q̄ sedit in cathedra
pestilentie corrūpēs alios p exemplum.
Dñs ab hac triplici morte trib⁹ modis
nos suscitauit: cōpunctione, cōfessione,
afflictione: vt sit cōpunctio p amaritu-
dinem spūs cōtribulati: confessio in ve-
ritate sermonis plari: afflictio in asperi-
tate corporis macerati. Paupertas ī tri-
bus cōsistit: q̄a alia est simulatoria, alia
necessaria, alia volūtaria. Simulatoria
in hypocritis: Necessaria in egenis: Vo-
luntaria in electis. Prima infert damna-
tionē, Secūda expiationē, Tertia remu-
nerationē. Suffinētes paupertatē necessa-
riam consolāt dñs per prophetā. Noli
(ingr)rimere: nō cōfunderis paupcula
tempestate cōcussa. Vnde patet q̄ eua-
dit damnationē, non tamē meret coro-
nam. Vnde subdit. Excoxi te, sed quasi
non argentū. Voluntaria vero prima
habet coronā. Hęc est in spū. Simulato-
ria est ex voluntate. Sed nō ex veritate:
ideo nec in spū. Voluntas aut sine spū,
est sicut corpus sine aīa, quod cadit, pu-
trescit, soluitur in puluerē. Dū autem
homo hūiliatur in spū suo, vt de se in
nullo p̄sumat: incipit desicere ei⁹ spūs
& deo adheret: & tunc vn⁹ spūs cū eo
efficitur: spūs siquidē volūtatem eius
aspirat & implet. & voluntas sic effecta
spūalis solet dicit spirit⁹: & hęc est pau-
pertas spiritu. i. voluntate spūali. Simi-
liter est possessio triplex: alia pernicio-
sa in auarīs: alia ociosa in conuersis te-
pidera alia onerosa in deuotis. De perni-
ciosa dicit apostolus. Omnes qui vo-
lunt diuites fieri, incidunt in tentatio-
nes diaboli. Ociosa ī illis q̄ nil habētes
exterius, multas sibi interius pponunt
possessions, tāq̄ sōniātes. De onerosa:
Nō potestis deo seruire & māmonē &c.
De tribus tristibus fugiētis aut in
gaudium conuertendis.
Mat. 6. Tristitia vestra vertetur in gau-
dium, Tristitia q̄ vertitur in gau-

dium triplex est. Nam p̄terita pecca-
ta damnat, p̄sentia diiudicat, occurren-
tia vitat. damnat p̄ p̄nitentiā: diiudicat
per discretionē: vitat per prouiden-
tiam. Ex p̄nitentia de p̄teritis assequi-
tur veniā: ex discretionē de p̄sentibus
tutela: ex prouidentia de futuris cau-
telā. P̄terita delent per veniā quasi
non fuerint: p̄sentia vincūtur p̄ displi-
centiā vt nil nocere possint: futura ex-
cludunt p̄ cautelā vt nunq̄ sint.

Cur ter dictū: Pasce oues meas.

Titulus. LIX.

Pasce oues meas. Ter dictū est: qua-
si dicat pasce seruos, pasce merce-
narios, pasce filios. Seruos corriges vir-
ga directionis: mercenarios consolans
mercede iustitię: filios erudiens gratia
obediētię: adiungēs modū in corre-
ctione, abundantia in cōsolatione, sua-
uitatem in persuasione.

De refectioe spūali: & de arbore pa-
radisi & fermēto veteri. Tit. LX.

Expurgate vetus fermentū, vt si-
tis noua cōspersio, sicut estis azy-
mi. Ad epulas diuinas & ad refectioē
asē nos inuitat apls: ad quas inuitata
sponsa dei, vmbra quā desiderauerat
se accepisse gaudens dicebat. Sub vmbra
illius quē desiderauerat sedē: & fru-
ctus eius dulcis gutturi meo. Est em̄ in
medio paradisi arbor vite dans vmbra,
foliū, fructū. Paradisus iste conuentus
est religiosorū, congregatio monachorū.
Sumus & nos, si tamen cōgregatū
sumus corde & nō solo corpore, ad glo-
rificādum deum. Si em̄ dissensio est in
mentibus, nihil prodest corporib⁹ con-
gregari: nam potius dissensio dicendū
sumus q̄ congregatio. Quod si darum
fuerit desuper ab eo qui facit vni⁹ mo-
ris habitare ī domo: illud donum per
q̄ iucundum, quod est habitare scilicet
fratres in vnum, in dilectione, caritate
& vnitatem: tunc vere paradisius. i. hor-
tus voluptatis dei sumus, in quo deus
congaudet & delectatur: tuncq̄ habi-
tat in nobis. In medio talis paradisi est
arbor vite, id est Christus dans vitam:
quod ip̄e promisit. Ecce ego vobiscum
sum omnibus diebus vsq̄ ad consum-
mationē seculi. Quia vbi duoyel tres

N
Ioan. 21.

O
1. Cor. 5.

Cant. 2.

Mat. 28.

Mat. 28.

congregati fuerint in nomine meo, ibi
sum in medio eorum. Arbor ista, id est
Christus, dat vmbra, folium, fructū:
Vmbra protectionis, folium p̄ceptio-
nis, fructum eterne retributionis. Dat
vmbra, nos in circuitu protegendo: a
dorso, peccata p̄terita condonando: a
facie, ab imminētibus malis custodiē-
do: a dextris, protegendo ne nos p̄spe-
ra extollant: a sinistris, ne aduersa con-
turbent. Post vmbra sequitur folium
p̄ceptionis, quia retrahit a malo & tra-
hit ad bonū: quod est, Fac bonum & de-
clina a malo. Post vmbra & foliū est
fructus retributionis: in qua satiabitur
in bonis desiderium nostrū. Sedet igit
sponsa sub dei vmbra diuine protectio-
nis: folium ipsius p̄ceptionis per obedi-
entiam recipiendo, & per spem fru-
ctum eterne retributionis expectando.
Sedet aut super scœnum cum quinq̄ mi-
libus in deserto a dño saturandis. i. su-
per quinq̄ sensus corporis, carnem quę
scœno significatur, domando: aut sedet
super scabellum, quo mūdus notatur,
ipsum & eius desideria comprimendo:
aut cum Rachele super idola Labā, dia-
boli fallacias reprimendo. Isti sunt tres
homines pessimi, vetus fermentū illud
miserę anime conscientes: a quos nos
Apostolus p̄cipit expurgari dicens. Ex-
purgate vetus fermentum. Hoc vetus
fermentum consistit in tribus: in volu-
ptate, vana gloria, supbia. diabolus su-
perbiam dat: mundus apponit vanam
gloriam: caro miscet voluptatem: & si-
mul faciūt vetus fermentū. i. veterem
hominem. Prima pars huius fermenti
est mala: secunda peior: tertia pessima.
Beatus qui abicit superbiam diaboli:
perfectior qui vanam gloriam mundi:
perfectissimus qui carnis domuerit vo-
luptatem. Sanson leonem vicit, & Phi-
listeos debellauit: sed eum vxoris fran-
git mollities. Leo est diabolus, qui cir-
cuit tanq̄ leo rugiens, querens quē de-
uoret. Philistei sunt mundus & secula-
ris vita. Vxor est caro. Sanson leonem
occidit: dum quilibet spiritualis diabo-
lo abrenunciat. Philisteos vincit, qui
mundanam vitam respuit: sed ab vxore
decipitur dum a carne superat. Dor

mit in gremio vxoris, qui carnis curā
facit in desideris. Tunc insurgūt Allo-
phyli, veniuntq̄ spiritus maligni: capil-
los incidunt. i. virtutes tollunt: oculos
eruunt. i. lumen Christi auferunt: & ad-
molam, id est in circuitu rerum laben-
tium ponunt: vt sit inter illos de q̄bus
dicitur. In circuitu impij ambulāt. Psal. 117
Ecce quo deducit prima pars fermenti
voluptas carnis. Videamus quo & alię
duę infectiões, vana gloria & superbia
p̄rahūt. Istę enī duę, sūt duę filię Loth:
q̄ ipsū postq̄ Sodomā exiuit, vxorē re-
liquit, & Segor pusillam ciuitatem in
qua saluari poterat: ad cacumina mon-
tis sequitur, & ipsum inebriat: q̄ ebrī⁹
filios generat qui non inrant in eccle-
siam dei. Loth iste monachum notat, q̄
Sodomę flammis, & vxoris, id est car-
nis quę retrospexit, ac etiam licitam se-
cularium vitam, in qua potuisset salua-
ri, deserit: & ad cacumen perfectiōis mo-
nasticę professionis ascendit. Sed in per-
fectionis statu duę filię de patre quasi
de se generant filios. i. talia opera quę
non intrāt in ecclesiā dei. Ecce quo per-
trahant secūda & tertia pars fermenti.
Nos itaq̄ fratres ne per carnem ocuti-
los & lumen Christi perdamus, per su-
perbiam & vanam gloriā a cęlesti glo-
ria excludamur: expurgemus vet⁹ fer-
mentum, superbiam per humilitatem
domando, & vanam gloriam per puri-
tatem rectę actionis abiciendo, & vo-
luptatem carnis per abstinentiam mor-
tificando: vt simus noua conspersio, no-
uus panis absq̄ fermento: qui darur po-
pulo exēti de egypto: qui apponitur
Helic fugiētī malam Iezabel reginam.
Mala regina est caro, quę carnalibus de-
sideriis dedita, virtutes querit occide-
re & illis dominari. hęc persequitur He-
liam & quēlibet spiritualem qui con-
cupiscit aduersus spiritū. Helias hanc
fugit, concupiscentiam eius relinquen-
do. Venit in Bersabee iuda ad cōfessio-
nem, vbi est puteus gratię septiformis
spiritus: & dimittit ibi puerum suum:
relinquit in confessione puerilem sen-
sum & puerilia opera, cū apostolo eua-
cuas q̄ erant paruuli: abicit in desertū. i.
mundi contemptū: dormit sub vmbra
uuu. iiii.

Psal. 117
S

T

3. Reg. 17.

inuperi. i. gescit a vitiis: sub duris pœnitentię operibus vigilat, & panē subcineritiū māducat: quia dū quiescit a vitiis, duris pmitur pœnitentię spinis: & dū vigilat, dura ei pponitur & aspera. Panis em̄ subcineritius est vita pœnitentię. In pane em̄ vita, in cinere notatur pœnitentiā. Post primū somnū dormit, & iterū vigilans ambulat ad mōre dei Oreb. Prim⁹ somnus est pausa a vitiis, Secundus quo quiescūt sancti a laboribus suis in dño mortui, & pueniūt ad celsitudinē glorię in fortitudine panis subcineritiū. vitę panis, qua se pro pœtis affligūt. Hic panis est pprie monachorum. Ipsi em̄ non indicūtur nisi dura & aspera. Panis pponitur cū cinere. i. vita cū pœnitentiā: qua macerare seipos debent p sacrificiū cordis cōtriti, & sacrificiū carnis mortificare: vt pueniāt ad sacrificiū corporis xp̄i. Quod vt assequant, pcedat sacrificiū humilitatis in mente, afflictionis in carne: vt habeat deuotio in viuī agni immolatione. Etem̄ pascha nostrū immolatus est Christus, qui immolat quia ipse est agnus qui decima die tolli, quattadecima p̄cipitur immolari: q non crudus, non aqua coctus sed igne assus editur. In denario sumit propter decalogū veteris testamēti: & in quaternario ppter quatuor euāgelia. Agnus ergo q tollit peccata mūdi, decima luna tollit: q in veteri testamento v̄turus p̄dicatur: & in quattadecima imolat, q̄a in nouo testamēto crucifiguit. Hic a tribus generibus hominū tripliciter manducatur. Māducatur em̄ crudus, aqua coctus, igni assus. Primum genus hominū infideles sunt: secundū stulti fideles: tertiū boni fideles. Infideles crudum, stulti fideles aqua coctū, boni fideles igni assū. Crudus māducat, dū purus homo creditur: aqua coctus, dū creditur etiam deus: sed quomodo de virgine nasci, & deus homo fieri potuit, per humanā sapientiam discitur. Tunc em̄ coquitur in aqua dū inuestigatur humana sapientia. Igni autē assus comeditur, cū deus & homo passus credit, & igne spūsancti cōceptus & natus. Agnus em̄ assus Christus est passus, infideles em̄ quasi

crudum sine sapore glutit, q̄ Christū purum hominem sentiūt: stulti fideles aqua coctū accipiūt: q̄a humana est sapientia inuestigare p̄sumunt: & boni fideles agnū assum sibi incorporāt, qui Christum deū & hominē spiritus sancti operatione fideliter edentes, corp⁹ ei⁹ et sanguinem deuote suscipiunt.

De triplici trāsmigratione & nube.

Titulus. LXI.

Viri galilei qd stans aspicientes in cœlum: Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cœlū, sic veniet &c. Galileā trāsmigratio interpretatur. Hęc triplex est: alia em̄ in carne alia in pœnitentiā, alia in caritate. Trāsmigratio in carne triplex: a bono statu in delectationē peccati, a delectatione in operationem, ab operatione in consuetudinē. Trāsmigratio quoq̄ in pœnitentiā triplex est: a peccato in cordis contritionem, a contritione in oris cōfessionē, a cōfessione in operis satisfactionē. Trāsmigratio in caritate itidē triplex est. a bono dolore pœnitentię in iocunditatē iustitię: a bono opere iustitię in spem & fidē glorię: a cōtēplatione fidei & spei ad cōtēplationē rei. Bona est q̄dem pœnitentiā: sed q̄diu secū loquitur in amaritudine sua nō est iocunda: cū vero cœperit operari, vt s̄a timor p̄tōrū absumatur a desiderio eternorū: mox a bono doloris trāsmigrat in bonū iocunditatis. Prima igitur trāsmigratio in caritate est a bono pœnitentię in bonū iocūdū iustitię. Scda a bono opere iustitię i cōtēplationē fidei & spei. Tertia a cōtēplatiōe fidei & spei, in cōtēplationē rei. Primi horū oīm trāsmigratores sunt carnales, q̄a i carne sūt & scdm carnē ābulāt. Scdi sūt rōnales, q̄ i carne sūt, sed scdm carnē nō ābulāt. Terrii mere spūales, quorū cōuersatio i cœlis est. Isti duob⁹ posteriorib⁹ trāsmigratorib⁹ dicit. Viri galilei &c. Isti em̄ deum vident ascendente: sed aliter primi, aliter secūdi: q̄a dupliciter ascendit de⁹, in voce tubę & in iubilo. Pœnitentibus ascendit in voce tubę, caritatiuis in iubilo. In tuba ascendit pœnitentibus, quando timore dei horribiliter in tonante peccator respiscit.

A In iubilo ascendit caritatiuis trib⁹ modis. Iubilus enim alius in corde, alius i ore, alius in opere. In corde iubilat q̄ cōceptam lētitiam voce non potest exprimere, nec tamen potest vocē reprimere. In ore iubilat qui subtilia de deo cogitans in ipso anhelat proficere, & cogitur deficere. In opere iubilat qui ad diligendum deum tota virtute suspirat, cum hoc in præsenti plene facere nequit: nam in visione fidei non quantū in visione dei diligitur. Hos modos innuit Psalmista dicens. Iubilare deo omnis terra: cantate, exultate, & psallite. Cantate iubilo oris, exultate iubilo cordis, psallite iubilo operis. In caritate ergo ascendit deus in iubilo ad amplectendum: cum galileus verus aspicit, vt est iubilare faciat, ascendens deus in nube. Nubes alia bona, alia mala. Mala triplex est. Prima voluptatis, secunda iniquitatis, tertia phantasię. Prima est lustrata, quia hominem fœdat. Secunda fumosa, quia vnde voluptates postponit, auaritiā autem & ceteras nequitias tenet, deterior efficitur: & quasi fumus oculum, ita excecat rationem. In tertia vero nube, scilicet phantasiā, si qui nubem voluptatis & iniquitatis euaserit in orationibus perturbantur.

Psal. 97.

B Contra has nubes dominus ascendit in bona nube, & hęc triplex est: alia tonitruū, alia pluuie, alia diei. Prima horrida, secunda humida, tertia lucida. Horrida terret, humida rigat, lucida illuminat, ostendendo quantum sit iustus repositum prēmium, vt perseuerantiam expectet. Contra ergo triplicem malam nubem in triplici nube dominus ascendit. Dum igitur vir galileus trāsmigras in caritate, deum ascendentem contempletur, quia non plene capit euane scētem ab oculo cordis sui, dolet & tristatur. Et ecce duo viri astiterunt i vestibus albis qui caritatem cōsolantur. Hi sunt spes & fides: spes promissorū, fides glorię. qui inquit, o caritas qd hic desperando stas: crede deum velle, scire, & posse quod promisit dare, dicit fides: spera te glorificandam dicit spes. Vere enim ita veniet tibi dare gloriam quęadmodum vidisti eum ascendentem

in cœlum. Nos itaq̄ fratres de mala galileā trāsmigremus ad bonam: relinquentes nubes contrarias, ascendamus ad deum in bonis nubibus, vt cum ille qui ascendit in iudicium aduenerit, eā nobis gloriam tribuat, quam promisit.

De tabula pœnitentię, de alis columbę & corui, labroq̄ eneo quod fecit Moyses de speculis mulierum. Titu. LXII.

Consternimini alterutrum peccata vestra. Hęc est secunda tabula post naufragium, qua per mare huius mundi natam⁹ ne peream⁹. hęc est vna ala (Nam altera est oratio) qua columba ab arca cordis sui volat ad oliuam cordis misericordię dei: & inde reportat ad arcam Noe. i. hominū in periculo constituti, ramum diuinę misericordie. Coruus, cuius vox non est pœnitentię gemitum dare, pro cantu præsenti lētitia, potius cras cras, ab arca alis false spei & adulationis, ad cadaver euolat putrida: voluptatis: nec ad arcam sui cordis reuertit, vt pœniteat & lauetur a putredine cadaveris & carnis mortuę in proposito. Sic labro eneo qd Moyses fecit de speculis mulierum, quę excubabant in ostio tabernaculi, vt sacerdotes ingressuri sancta sanctorum i eo prius lauarentur. Moyses legem designat: labrum aneum est pœnitentiā dura: specula diuina p̄cepta: mulieres excubantes in ostio tabernaculi, sanctę animę sunt: quę q̄diu in hac vita sūt, quia aeternum tabernaculum ingredi nequeunt, amore continuo aditum regni obseruant. Mulieres istę habēt specula mandatorum, in quibus dū se semper aspiciūt, scditatis suę maculas deprehendunt & corrigunt: & quid in se cœlesti viro vel placeat vel displiceat agnoscunt: & quasi remittentes vultus ex reddita imagine componunt. Moyses itaq̄ de speculis mulierum quę excubabant ad ostium tabernaculi faciē labrum sacerdotibus ad lauandum: q̄a lex dei lauacrum peccatorum exhibet: per quod sanctę animę aditum supernę patrię expectantes, per cōsiderationem diuinorum mādatorum, suas maculas & videbant & emēdabant. Dum

ligit, amplius diligendus inuenit. Tertio
per id per qd̄ capit a nobis, vt pote per co
gnitionē: q̄a quāto magis creſcit ī nobis
ei⁹ cognitio: tāto maior inuenit ei⁹ eminē
tia: inſtar mōtis q̄ quāto magis ab eo elō
garis, tāto mīor apparet: quāto vero ma
gis appropinques, tāto maior & altior vi
detur. Eſt autē cor pfundū, & latū & ala
tū. Profundū deſperatiōe: latū dilectiōe:
altū cōrēplatione. Si ergo viſ vt deus qui
in ſe exaltari nō poteſt, in te exaltet: a p̄
fundo cordis accede ad latū per fidem &
dilectionē: & de lato ad altū per cognitio

nē: & exaltabit deus ī nobis: q̄a quāto ma
gis hūani cordis affectio ab inferiorę ſuf
pēſa deſiderio ī amorē eternorę pmouet:
tāto caritas dei de maximis maior, & de
ſūmis altior virtutib⁹ apd̄ ipm̄ exaltat.

De triplici p̄motiōe hoīs. CXXVIII.

Vge ſerue bone & fidelis: q̄a ſupra
pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te
cōtituā. Tres ſunt p̄motiōes. Prima eſt
in virtutib⁹: ſecūda in ammiſtrationib⁹
bus: Tertia in p̄miis. Prima meritorę, ſecū
da ſtipendiōrę, tertia p̄miōrę. Prima meri
toria, ſecūda diſpēſatoria, tertia remunera
toria. Prima interius operat: ſecūda ex
terius: tertia interius & exterius. Prima
quippē bonū facit: ſecūda fidelem cōpro
bat: tertia beatū cōtituit. Prima ſupra ſe
ipſum: ſecūda ſupra p̄ximū: tertia ſupra
hoīem ſimul & angelū. Nescitis (inquit
Ap̄ls) q̄a angelos iudicabimus. Vnde dī,
Euge ſerue bone & fidelis, q̄a ſupra pau
ca fuiſti fidelis &c. Hac prima p̄motio
bona eſt in p̄p̄riis. Hęc ſecūda fidelis in
cōmiſſis: bona in cōſcienā, fidelis in p̄ui
dētia. Quia ſup̄ pauca fuiſti fidelis, ſupra
multa te cōtituam. Hac autē tertia bea
ta eſt in p̄miis: vnde additur. Intra in
gaudium dñi tui.

Elle ex deo, a deo, & de deo. CXXIX

Aliud eſt eſſe ex deo: aliud a deo:
aliud de deo. Ex deo eſſe eſt ex eo habere
exiſtētia: a deo, ipſi cōformari p̄ gratiā &
iuſtitia: de deo, deitatis habere naturam.
Nihil de deo eſt niſi de⁹: nullus a deo niſi
ſi elect⁹. Ex deo tā elect⁹ q̄ reprob⁹: ſed de
deo nihil niſi de⁹. ſolus, n. de⁹ deitatis ha
bet naturā. Electi cōformāt ei p̄ iuſtitia:
ex deo habēt oīa exiſtētia: ex quo & in
quo & p̄ quē oīa ſunt. Vñ nō ſm̄ gratiā
ex deo ſunt oīa, ſed ſcđm̄ exiſtētia: quia
multa q̄ ſunt ex deo per naturā conditio
nis: ex diabolo ſunt p̄ malitiā imitariōis.
Vnde dñs. Vos, inquit, ex patre diabolo
eſtis &c. Qui ergo naturā ſubſiſtēdi &
formā viuēdi ac vincēdi ex deo habent, ū
ex deo oīno ſunt: & ipſi verba dei audiūt
nō ſolo auditu auris ſed & cordis & ope
ris. In auditu autē opis eſt obediētia. Nā
qui audit ſolo auditu auris, audit negli
gēter: qui auditu cordis, intelligēter: qui
auditū operis, obediēter.

V
Matt. 25.

1. Cor. 6.

X
Ioan. 8.

Ioan. 8.

Y
Ioan. 10.

1. Tim. 5.

De paſtoris boni officio. Ti. CXXX
Ego ſum paſtor bonus &c. Qui ha
bet paſtoris nomē, ſic gerat officiū
vt habeat & meritū: vt nō tū ſit bon⁹ nō
mine, ſed bonus actu, bonus & paſtu, ſibi
& gregi. Quos paſcit verbo, informet ex
emplo. Pro qua duplici bonitate, duplici
(ſcđm̄ Aplm̄) habeatur dignus honore.
Poteſt em̄ q̄s eſſe bonus & non paſtor: &
paſtor & nō bonus: & nec bonus nec pa
ſtor: & ſimul bonus & paſtor. Sed bonus
ſit oportet, qui bonus paſtor. hic ergo du
plici bono p̄ditus: altero ſuas oues co
gnoscit: altero a ſuis ouib⁹ cognoscitur.
Nā haud bonus paſtor eſſet, ſi vno abun
daret, & nō altero: vt pote ſi vel non co
gnoceret oues ſuas, vel nō cognoceret
ab eis. Paſtorū ḡp̄tē alii cognoscunt oues
ſuas, ſed nō cognoscunt a ſuis. Alii co
gnoscunt a ſuis, ſed nō cognoscunt ſuas.
Alii neq̄ cognoscunt a ſuis, nec cogno
ſcūt ſuas. Alii & cognoscunt ſuas, & co
gnoscunt a ſuis. Primū ſit, cū p̄latis ſub
ditis neceſſaria exhibēt prouidētia, & de
bitā ab ipſis nō accipiūt obediētia. ſe
cūdu, cū p̄latis debita ſoluūt obediē
tia, nec ab ipſis neceſſaria ſubditis ip̄dēſ
prouidētia. Tertiu, cū nec illi prouidētia
neq̄ iſti largiūt obediētia. Quartū ſit
cū & illi prouidētia, & iſti obediētia ex
ſoluūt debitā. Sic em̄ paſtor ouē cogno
ſcit, ſi eius neceſſitati ſicut notę ſiue com
miſſę diligēter prouidet. Ouis paſtorem
agnoscit, ſi eius voci nō vt alienę ſed vt
domēſticę incūctāter obedit.

MISCEL LANEARU ERUDITIONU SECUDI CODICIS LIB. III.

De quadruplici p̄tate Chriſto data, &
quadruplici ſtatu creaturari. Titu. I.
Data eſt mihi oīs pote
ſtas &c. Magno & inēſti
mabili gaudio mēs no
ſtra pōt hilareſcere, ſi q̄
eminēti grā natura hu
mana de morte trāsla
ta ſit ad gloriā curret atēdere. Duplo em̄
amplius exaltata eſt que cecidit, ſi atten
das de quo ſtatu ceciderit, & ad quē aſcē
derit. Lapsus, n. eſt de aſali & mortali ad

mortuū. Prim⁹ em̄ homo fact⁹ eſt in ani
mā viuētē, id eſt vitā animalē: & ſi anima
lem, etiā mortalem, & corpus mortuū eſt
p̄pter peccata. Reparatio autē facta eſt de
mortuo ad ſmortale & ſp̄ſiale: q̄a ſecūdu
homo in ſp̄m̄ viuificātē, hoc eſt quicquid
mortale inerat ſmortalitate abſorbente.
Tres autē in hoīe grad⁹ cōſtituo: mortale,
mortuū, ſmortale. Mortuū p̄tū deſecit
de medio ad inſimū: grā exēdit de inſimo
ad ſummū, vt nō ſit reſſus de mortuo
ad ſtatu primū hoīs aſalē, ſed magis ſtat
aſcēſus ad vitā ſecūdi ſmortale. Quatuor
autē rōnalis creaturę ſtatus eſſe diſcernū
tur. Primus creaturę miſerę & mortalis:
ſecūdu creaturę beatę ſed mortalis: ter
ti⁹ creaturę miſerę licet ſmortalis: quart⁹
creaturę beatę & ſmortale. In p̄rio cōſiſtit
creatura miſera & mortalis. In ſcdo crea
tura beata & mortalis. In tertio creatura
miſera & ſmortalis. In quarto creatura
beata & ſmortalis. Primus ſtat⁹, creatura
mortalis & miſera, eſt homo iniuſt⁹: pro
pter cōditionē mortalis, p̄pter prauā vo
lūtatē & p̄tū miſerrimus. Nā p̄tū ho
minē facit miſerū: vt merito ei dicat. Mi
ſerere aſę tuę placēs deo. Quasi dicatur,
Miſerere licet miſera eſt, q̄a beata eſſe po
teſt. ſecūdu, creatura beata & mortalis:
homo iuſtus: mortalis ex iure cōditiōis:
beatus ex habitu iuſtitie. David em̄ di
cit beatitudinē eſſe illi⁹ hoīs cui de⁹ acce
pro fert iuſtitia. Nā beatus iuſtus vir cui
nō imputauit dñs iniuſtitia. In hoc em̄
beati ſunt paupes ſp̄s, beati mites & cete
ri. Tertio, creatura miſera & ſmortalis:
apoſtate ſunt angeli habētes miſerā im
mortale velut creatura: quā ſmortaliter
eſt miſerę deputata. Eſt, n. ſmortalis p̄p̄
eū naturę indiſſolubilis: Miſera vero p̄
pter neq̄riā malitię inſolubilis. Tria autē
ſunt que cōcurrūt ad ei⁹ miſerā, crucia
tus iuidie: quo ex alieno ſucceſſu ſcilicet
hoīs iuſti, tabeſcit iuidia: tormētū cōſe
tię, quā acerbiffima diſſectione in ſemet
ipſam cuius culpa talis facta eſt, noua ra
bie graſſatur: Imminentis terror gehē
nē: que ipſos excruciat. Quart⁹ ſtat⁹ eſt B
creatura beata & ſmortalis, angelic⁹ ſp̄s:
que cōrēplatione creatoris beata, p̄renni
tate vitę eſt ſmortalis. In p̄rio ergo ſtatu
creatura miſera & mortalis eſt hō iuſt⁹,

Eccle. 30.

In secundo creatura beata & mortalis, homo iustus. In tertio creatura misera & immortalis, spiritus apostaticus. In quarto creatura beata & immortalis, angelicus spiritus. Homo quoque quadripartita creatura statui congruit. Quadripartita est potestas, quae Christo glorificato data est, accepit. n. potestate iustificandi, quae creaturam mortalem & miseram, beatam faceret: & viuificandi, quae beatam & mortalem, beatam & immortalem constitueret: & iudicandi, quae beatam immortalem a misera & mortali discerneret: & glorificandi, quae discretam iudicio, gloriosam & immortalem efficeret. De prima dicitur.

Matt. 9.
Ioan. 10.
Matt. 10.
Ioan. 17.

Filius habet potestatem dimittendi peccata. De secunda. Potestatem habeo ponendi animam meam. De tertia. Timete cum qui potestatem habet corpus & animam mittere in gehennam. De quarta. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: ut omne quod dedisti ei det illis vitam eternam. Prima quidem a misera & mortali tollit impietatem: Secunda a misera & mortali excludit immortalitatem: Tertia discretam a misera & mortali quae mutari non potest, commutandi in melius donat possibilitatem: Quarta iam assumptam in gloria, lucis inaccessibilis exhibet claritatem. Prima ergo sanat interius, secunda exterius: illa culpam amouens, haec poenam, eam quae ex peccato accidit corporaliter, non illam quae post corpus iminet eternaliter. Nam ab hac tertia quae sequitur potestas iudicariaria discernit alios ad eam per hanc mortalitatis poenam nascendo, alios item ab ea quasi iustitiam pariter eximendo. Optimum ergo & iustum est, ut omnem genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum, in nomine Iesu: quem propter passionem videmus gloria & honore coronatum. Caelestium, propter potestatem glorificandi: Terrestrialium, propter potestatem iustificandi: Infernorum, propter potestatem iudicandi mortuorum & viuorum. Propter potestatem viuificandi, creatura misera vel iniusta & mortalis amplectetur & diligat potestatem iustificandi. Creatura iusta & mortalis praestoleretur fideliter potestatem viuificandi. Creatura misera & immortalis, experietur potestatem iudicandi. Creatura beata & immortalis: perfruatur feliciter potestate glorificandi.

De silentio aetate contemplatiuae. Ti. II.

Factum est silentium in caelo quasi media hora. Est silentium quod est contemplanatio. Caelum est aethera iusti. Unde, Caeli sedes mea est: & caeli enarrant gloriam dei. Cum igitur quis contemplatiuae vitae agit in mente, silentium fit in caelo: quae quia in presenti non est perfecta, non hora sed media hora fieri perhibetur.

De vberem maternae affectionis. Ti. III.

Gaudete cum gaudentibus: flete cum flentibus. Materni breuiter exprimitur affectus: quia nec dolere nec gaudere paruuli absque ea quae genuit possunt. Habet enim duo vbera, ex quibus duplex filius lac porrigit. Primum vber est congratulatio: secundum compassio. Primum lac exhortatio: secundum consolatio. Ex vberem itaque congratulationis pastor bonus producit lac exhortationis proficietibus: ex vberem compassiois porrigit lac consolationis pusillanimis ex vi tentationis concussis. Quamti sunt hodie qui Christi opprobria, spuerunt, clauos, lanceam, crucem, mortem denique in fornace auaritia constant: & precium vniuersitatis in marsupijs suis includere festinant: & cum sint de patrimonio Christi crucifixi nimium incrassati, impinguati, dilatati, non compatitur super contritione Ioseph: Sed quae mater est vbera habet: & non cessat de vberem congratulationis lac exhortationis, & de vberem compassiois lac ex primere consolationis. Gaudere scilicet cum gaudentibus, & flere cum flentibus.

Responsum a triplici spiritu accipi. Ti. III. F

Responsum accepit Symeon a spiritu sancto. Aliquis homo accipit responsum a spiritu sancto: aliquis a spiritu malo: aliquis a spiritu suo. Quis accipit a spiritu malo, semper deluditur: quia a spiritu suo, saepe decipitur: quia a spiritu sancto, nunquam fallitur. Spiritus malus semper deludit: spiritus hominis saepe decipit: spiritus sanctus semper bene docet & instruit. Nam quoties dat responsum, reddit veritati testimonium, sponsoque & testis de seipso facit iudicium. Spiritus (inquit) scrutatur verba dei, 1. Cor. 2. Dat ergo spiritus sanctus responsum per inspirationem quam suggerit: testimonium per gratiam quam infundit: iudicium per discretionem quam tribuit. Quia vero multae sunt suggestiones: & non facile credendum est omni spiritui: gratia cuiusdam optimi saporis bono spiritui testimonium reddit. Ipse (inquit) spiritus testimonium reddit spiritui nostro. Rom. 8.

Apoc. 8.
Esa. 66.
Psal. 18.
Ti. III.
Rom. 12.

Quoniam ipsum gustum a carnis affectionibus, scientia iudicandi discreuit. Spiritus enim omnia iudicat, attingens a fine usque ad finem fortiter. Aspiratio ergo iudicat, gratia commendat, scientia discretiois examinat. Quicunque his fulcitur auctoritatibus & circumstantiis: huic secure assentias.

De infirmo, causa morbi, medico & remedio morbi. Titu. V.

Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Hic quatuor consideranda: infirmus, causa morbi, medicus, & remedium. Medicus deus, infirmus homo, causa morbi amor mundi, remedium amor dei. Horum differentia haec est, amor mundi in principio dulcis, in fine amarum nimis: amor dei ab amaritudine incipit, finitur in dulcedinem magnam. Unde Archiriclinus sponso. Omnis homo primum bonum vinum ponit, sed cum inebriatus fuerit tunc id quod deterius est &c.

De triplici edicto: & de Moyse in fiscella clauso, per allegoriam ad Christum. Tit. VI.

Trium sunt edicta. Primum ad liberationem, secundum ad purgationem, tertium ad saluationem. Primum exiit a sapientia, secundum a potentia, tertium a gloria. Nisi sapientia exiret, potentia non saluaret nos, nec gloria viuificaret. Exiit filius qui diu latuit. Sicut scriptura ait, Moyses latuit tribus mensibus in domo patris: Christus tribus temporibus in sinu patris: ante diluuium, post diluuium, post legem. Ut exeat textur fiscella scirpea. Fiscella est Maria: Scirpea, fragili ex carne sine nodo culpe. Reces in aqua rore gratiae, pice & bitumine linitur ne dissoluetur, neque aqua intret. Duo sunt mala hominis: vnum carnis, alterum spiritus: Luxuria & superbia. Contra luxuriam adhibetur bitumen virginitalis, contra superbiam, pice humilitatis: & ideo aqua libidinibus non potest insuere: quia carne claudit bitumen, nec superbia potest dissolueri, quia pice sigillat mentem. Audi vocem bituminis: Quonia virum non cognosco. Audi pice liquidentem. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. Valida fiscella, interius omne bonum continet:

exteriorius nullum malum accedit. In tali vase venit in Aegyptum huius mundi dominus. De vigiliis, somnis, quando & a quibus surgendum. Ti. VII.

exteriorius nullum malum accedit. In tali vase venit in Aegyptum huius mundi dominus.

De vigiliis, somnis, quando & a quibus surgendum. Ti. VII.

Hora est iam nos de somno surgere. Trium ponitur horam, somnum, & surgere. Fuerunt quasi cuiusdam noctis tenebrosae vigiliae tres. Prima in paradiso: in qua diabolus tribus modis tetat & superat, Per auaritiam, per vanam gloriam, per gulam. Secunda in lege naturali: in quibus sunt tria quibus victus homo desperat. Hostis instantia per suggestionem: malignitas carnis per concupiscentiam & titillationem fragilitatis: mentis ignorantia per alienationem veritatis. Tertia in lege scripta Moysi: in qua tria sunt, per quae moriens homo expirat. Abusio corporalium, quae faciebant in manna, dicitur. Reuertitur ad ossa carnis. Transgressio spiritualium mandatorum, dum facti sunt praericatorum. Obstinatio malorum cordium: saepe etenim correpti peiores sunt facti. Tres similiter sunt species somni. Prima qua dormitat per cogitationem, tribus modis: immunditia, cum res turpes reuoluit: superbia, cum in proximis se erigit: concupiscentia, cum res proximi concupiscit. Secunda qua dormit per loquutionem, tribus modis: sermo superuacuo, detractorio, adulatorio. Tertia qua soporatur per operationem tribus modis: opere simulationis, impio, impudico. Dicit igitur: hora est iam nos de somno surgere. Post tres vigilias noctis sequitur quarta vigilia: quae est ab incarnatione domini usque ad finem saeculi. Post quam nox non est sed dies perpetua. Nox enim praecessit, dies autem appropinquauit. Quarta vigilia noctis qua dominus venit super aquas, tripartita est, tribus principaliter horis distincta. Prima hora tempore martyrum obstrepentibus haereticis: secunda tempore confessorum pullulantibus hypocritis: tertia erit cum refrigescet caritas multorum. In his & in illis sicut per tres vigilias dormitauimus, dormiuimus & soporati sumus: sic quarta vigilia, tribus modis oppositis de somno sursum: trium vigilantiu intentione: qui sunt spiritualis puritas, contra immunditiam: spiritualis paupertas

Rom. 13.
Ro. 13.

contra concupiscentiam: oris custodia contra lingua: virtus: idq; tribus modis: ostiū vt sit circūstantiē, contra sermonem superuacuum: laus ex amore, contra detractionum: veritas in ore, contra adulatoriū. Tribus modis etiam vigilare excitamur in operis exhibitione, per tres monitores: q; sunt veritas actualis, contra opus simulatorium: pietas maternalis, contra impium: sinceritas corporalis, contra impudicum.

De triplici iugo suauis & onere leui, obedientia & inobedientia.

Titulus.VIII.

Iugum meum suauis est, & onus meum leue est, iugum vel onus suauis est triforme. Primum timoris gehennae, secundum regularis disciplinae, tertium dilectionis & gratiae. Primum sustinet, qui tantum timore gehennalis poenae manus suas coercent a praua operatione. Secundum portant, qui timore temporalis poenae & amore presentis commodi, corda sua reseruant a praua cogitatione. Tertium illi qui sola dei dilectione declinant a malo & faciunt bonum. Primi sunt serui: secundi mercenarii: tertii sunt filii. Primum seruos excitat: secundum mercenarios confortat: tertium filios corroborat, quia primi inuolunt, secundum proferunt, tertium perseuerant. Sicut autem obedientia, ita & inobedientia, triforme est iugum. Primum iniquitatis & malitiae, quae est luxuria, in quo Salomon subiugatur. Secundum prosperitatis & abundantiae, in quo diues purpuratur. Tertium afflictionis & miserie, in quo Ochozias postquam cecidit per caecos, consuluit Beelzebub dei Accaron.

De triplici diuinae gratiae operatione.

Tit.IX.

Quid habes quod non accepisti? Crearis, sanaris, saluaris. Qui recte sapiunt, hanc triplicem diuinae gratiae continentur operationem. Prima est formatio: secunda reformatio: tertia consummatio. Primo in deo Christo formamur: Secundo per ipsum reformamur: Tandem per ipsum & cum ipso consummabimur. Si quidem quod non erat in illo creati oportuit: quod erat & deformatum erat, per formam reformari, & membra non nisi a capite plicari, quod erit cum occurremus in virum

perfectum & mensuram etatis plenitudinis Christi. Quando apparebit Christus vita nostra: tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria. Creatio ergo fit sine nobis: Consummatio de nobis: neutra a nobis. Sola reformatio quodammodo fit nobiscum, propter consensum voluntarium. Unde reputatur inter merita: quae sunt ieiunia nostra, vigiliae, opera nostra, & cetera virtutum exercitia: quibus constat nostrum interiorum hominem renouari de die in diem.

De equi boni conditionibus.

Titulus.X.

Equus nobis exactiori diligentia perquiratur, quae ipsa pulchritudine commendet aspectu: post omni vitio mundi inspectio diligentior approbet: feratur per plenum: nec fessorem qualibet inaequalitate concutiat: nec celeritatem retardet equalitatem. Nec pes aliquo reuersus unquam cespitem offendat. Non sit opus eius vel freno cohibere, vel virgine calcari: qui tanta facilitate cuiuslibet mancipetur obsequio, ut omnem fessoris explorare videatur affectum. Denique tanta progressus eius suauitate procedat, ut qui insidet non incedere sed labi videatur: non se tam equo vehi, quam nauicula subuehi arbitretur. Quae omnia corpori, quo tanquam equo vitur anima, applicari moraliter possunt.

Qualis sit rector erga subditos.

Titulus.XI.

Curandum est ut rectorem subditis & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina: & inter haec sollicita circumspectione prouidendum ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa: ut insit & iuste consulens misericordia, & pie sequens disciplina. Hinc semitruo vinum & oleum adhibetur: ut per vitium mordeantur vulnera, per oleum foveantur: & sit in vino morsus seueritatis, & in oleo mollities pietatis: fiatque ex utroque temperamentum quoddam: quo videlicet nec multa asperitate exulcerent subditum, nec nimia lenitate soluantur. Unde in arca foederis cum tabulis virga simul & manna est: quia cum scripturae sacrae scientia in arca pectoris sicut est virga districtio nis, sic & manna dulcedinis. Hinc David Psal.22.

virgae quae feriatur: sit & consolatio baculi, quae sustentetur: sit amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus non imoderate sequens: & pietas non plusquam peditat parcens.

De galli & praedicatoris consimili officio.

Titulus.XII.

Gallus priusquam ceteris, alas excutit & se feriens vigilantior reddit: quia praedicator prius se bonis actionibus exercet, ne in semetipso torpens opere, alios excitet voce, ut quod loquuturi sunt, opere clament & voce, & sic ceteros ad vigilias vocent. Hi profundiori hora noctis valentiores & productiores circa matutinum leniore voce reddunt: quia iniquis alta voce terrores intonant, lucis propinquibus blanda de praemiis proferunt.

De quatuor considerandis.

Titulus.XIII.

Quatuor consideranda occurrunt: ut consideres te, quae sub te, quae circa te, quae supra te. A te tua consideratio inchoet, ne frustra extendaris in alia te neglecto. Quid enim tibi prodest si vniuersum mundum lucraberis, te ipsum perdere? Si sapiens sis, totum tibi conducet ad sapientiam: si tibi non fueris, & noveris omnia mysteria, lata terrae, alta caeli, profunda maris: si te nescieris, eris similis aedificanti sine fundamento: ruina non structuram faciens. Sapiens sibi sapiens erit, & bibit de fonte si dei ipse primus, a te proinde tua consideratio inchoet, & in te finiatur. quocumque euagetur ad te reuocaueris eam cum salutis fructu. Sume exemplum de summo omnium patre verbum suum & emittente & retinente, verbum tuum est consideratio tua: sic exeat ut te non deserat. Et hac tua consideratio in tria diuiditur: vt consideres quid, quis, & qualis sis. Quis benignus & mansuetus & similia. Homo iuxta philosophos est animal rationale & mortale. Haec duo consideranti, si tibi fructus occurrit, ut mortale quod in te est, rationale humiliet: & rursus rationale, mortale confortet: & neutrum neglectum erit bonum. Circumspecte considerato quid sis, natura occurrit qua es homo: percipiantur quis: personae nomen occurrit: quia es vel

monachus simplex, vel pastor, vel episcopus. Quid ad te horum principaliter perinet, siue quod nactus siue quod natus: Hec ergo consideres maxime quod maxime es. Nec modo quod natus sed qualiter natus. Nudus egressus es de utero matris, non quid infularus: Si consideres qualis sis, occurrit homo dolens, quia homo sis, erubescens quod nudus, quod natus sis plorans, murmurans quod sis natus ad laborem non ad honorem. Ita tibi sume formam tam de conditione originis quam de sacramento redemptionis: quia auctor naturae summa imago consociat in sui persona: lumen verbumque temperat. Tu altus sedens, non alta sapiens sis, sed humilia de te sentiens, humilibus consentias. In roinde si consideres quantum sis, cogita & qualis. & maxime monstruosa res est grandissimum animus & infirmus, sed s prima & ima, vana lingua & magniloqua, & manus ociosa: sermo multus, & fructus nullus: vultus grauis, & a leuis: ingenium autoritas, & nutans instabilis. Considerandum ergo quid sis, ut te in te teneas, non ambulans in magnis neque in mirabilibus super te, neque sub te in profundum: quia locus medius est tuus: & virtus est ut qui sis sentiens, non decus tuum sed ministerium datum consideres. Propheta cum similiter eleuaretur audiuit, Ut euellas & destruas, & aedifices & plantes. Rustica res: in sudoris autem schemate quod labor spiritualis non honor expressus est: Ut, rusticum facias opus, propheta sarculo opus est non scepro. Attredas regiminis non imperaturus sed vitia extirpaturus. Illi tempore contentus, curam hereditatis & operam, non gloriam: sed & duritias pro blauditis. Cathedra episcopalis specula est, inde superintendens sonans episcopi nomen, officium significat non dominium. Terria considerationi adiciendum, qualis sis in conditionis iuribus, qualis in vicissitudinis, quod in utroque prouidus loci & modi obseruator: qualis in prosperis, qualis in aduersis: qualiter contans in propriis iniuriis condolens in alienis. Magnus est qui incidens in aduersa, non excidit vel partem sapientia: maior qui cum praesens felicitas sibi arrisit, illi non arrisit. Facilius enim contraria fortuna quam prospera, sapientia retinetur.

Hiere.1
T

De tribus supplicationibus seu
rogationibus principalibus.

Titu. XIII.

V Res sunt principales processiones.
Prima in purificatione beate Marie
cum careis ac lucernis: secunda in ramis
palmarum, cum floribus & palmis: tertia cir-
ca ascensionem domini, cum crucibus &
X vexillis. In duobus autem consistit purifi-
cationis nostre festum. In emundanda con-
scientia propter deum: & fama propter pa-
pulum. Conscientia a manifestis & occultis.
Vnde Amplius laua me dñe ab iniquitate mea &c. Ecce de manifestis. & Ab
occultis meis mundata me, ecce de occultis.
Fama quoque mundata de, protegenda a
vera & falsa infamia. In his opus est lucer-
na, i. prudentia multa quae in secretioribus
& obscuris, peccata quibus ceci facti
sumus quarat, inueniat & purget: vt sic
illuminatus dicat: Lumen ad reuelationem
Y gentium &c. Purificati autem facimur se-
cundam cum floribus & palmis. Arbores
prius folia, deinde flores, & tandem pro-
ducunt fructus, in folio initium boni: in
flore promissio premii: in fructu perceptio.
In floribus peccandus, si bonis initiis spe
premi ad aternitatis fructum tendimus.
Palma non nisi centenaria fructificat: si-
gnificatque palma victoriam. Ceterimus
fructus vitam aternam significat. Palmam
portat in palma, qui in bonis de diabolo
triumphat, & aternae vitae fructum expectat.
Z Sequitur processio in crucibus & ve-
xillis. In cruce carnis afflictio: in vexillis
mentis eleuatio. crucibus vexilla addimur
cum ex carnis maceratione ad cordis ma-
gnificentiam proficimur. Prima processio
fit de domo in templum: Secunda de vi-
co in ciuitatem. Tertia de terra in caelum.
Domus est mansio vobis destinata pro-
priis. Templum domus diuinis dedica-
ta. Conscientia ergo immunda domus est,
munda templum: & ita prima processio ab
immunda incipiens conscientia, in ipsius
munditiam terminatur. Vicus vero habi-
tatio immunita. Secunda ergo processio a
pusillanimitate spiritus & tempestate, modo
eiusdem terminatur securitate. Vltima fit
de terra ad caelum: de loco afflictionis & mi-
seriae ad locum iocunditatis & gloriae. In
prima processione, hinc adit puer & puel-

la: inde senex & vidua. In puero lachry-
me & moeror, in puella pudor, in sene tre-
mor, in vidua notatur dolor. Eget oino
purificationis nostrae festum talibus cul-
toribus ex recordatione peccatorum lachry-
mantibus, erubescens, tremantibus &
dolentibus. Nam ralius est circūducere
processionem cum immolatione in templo vo-
ciferationis. In secunda processione, hinc vi-
dere est discipulorum coetus, inde vtriusque
sexus turbam, quae conuenerat ad diem festum.
Recipit haec pueros, adulescentes, & tate ma-
turos. In primis virtutis inchoatio: in se-
cundis promotio: in tertiis notatur perfe-
ctio. Cum his oportet procedere qui vult
sanctam ingredi ciuitatem. Vltima proces-
sio recipit solos perfectos, hinc viros an-
gelicos descendentes & galilaeos sursum
intendentes: medium Iesum a terra sub-
leuatum, a nube susceptum, & in caelum
assumptum. Primi sunt boni doctores: Se-
cundi boni auditores: Tertii eos qui ex
his & illis in caelum recipiunt designant.
In secunda processione opus est aut tur-
ture aut columbae. vterque gemitum pro ca-
tu habet. In cattu turturis gemitum pro
peccatis: vnde solitudinem amat: In can-
tu colubae notamus gemitum pro dilectio-
ne patriae. vnde congregationem amat.
Hoc opus in processione expiationis. In
secunda pullo & asina, quae sunt minora
subselliorum & clitellatorum genera. In asi-
na humilitas: In pullo humiliatio. Humili-
tas qua quisque intus vilescit sibi in oculo-
lis dei: humiliatio eius effectus, quasi ex-
terius se abiicit in oculis proximorum. multi
enim sunt exteri abiectiones, qui vere humi-
les non sunt. Hi in pullo non in asino sedent.
Alii infirmitatem suam agnoscunt: sed
dum foris humilia erubescunt, asinam non
pulli habent. Dominus non nisi in his sub-
sellis sedet, quia Ad quem respiciam, nisi ad
pauperulum & contritum spiritum, & frementem
sermones meos: In tertia fit processio in tu-
ba & cymbalo. Cymbalum est iubilationis,
Tuba admirationis. Cymbalum a quacunque
parte percutiatur idipsum resonat. Multi-
plex percussio, simplex resonantia: vt & nos
quomodocumque & vbiocumque feriamur, non ni-
si in cymbalis benefonantibus & iubila-
tionis, solam dei laudem resonemus, inten-
dentes in tubam admirationis.

Esa. 66.

Forma exordiendi sermonis.

Titulus. XV.

In auribus tam prudenter tamque vene-
rabilium personarum quolibet mihi ti-
meo usurpare sermonem: qui nihil penes
me nisi conscientiam habeo peccatricem,
minorem scientiam & eloquentiam imp-
feciam: cui opportunus esset silere quam lo-
qui: pasci quam pascere: aures vobis potius ex-
hibere, quam linguam. Sed quis sum qui mada-
ris domini mei audeam obistere? Multa de
me mihi fiducia: verum ad sanctitatem
precipientis & ad merita vestra conuer-
tor: cui necesse est obedire ex regula, id-
que sine mora. Nam os meum obedientiae
necessitas aperit: vt inquam illud merita ve-
stra adimpleant gratia eius, qui ait: Ape-
ri os tuum, & ego implebo illud.

Psal. 80.
Dilata

Ad pastores & praedatos sermo
de officio pastoralis. Ti. XVI.

Videte fratres ministerium vestrum
iudicate iudicium domini, quia in
dices seculi positi estis, non criminum ad
occidendum, sed vulnerum ad sanandum. Vi-
dete languidum in manibus vestris, quem
vobis misericors ille samaritanus comi-
sit: pro quo precium ab eodem accepistis
ne de vestro constet curatio eius. Habe-
tis duos numos in duplici testamento: ve-
teris monet vnum, nouae alterum: vt veteri
emantur medicamenta quae mordet: no-
uo, quae fouet. Prima ad putrida purgan-
da: Secunda ad viuam confirmanda. Hi sunt
duo gladii quos Petrus parat in passioe
domini. Primus est increpatio: Secundus
exhortatio. Vnus quo ab ecclesia putrida
membra refecantur: alter quo sana a vulne-
ribus defensantur. Hos Petrus vobis re-
liquit, vt vitia hominum feriat: sed cum
feruore Petri, heredes eius & imitatores
esse velitis. Christus in oculis vestris cru-
cifigitur, & vos gladium in vagina habe-
tis: Quid Christianus, nisi corpus Chris-
ti: cum ipse dicat. Quod vni ex minimis
istis fecistis, mihi fecistis. Quid pigri? quod
timidi estis? Forte quia non statis sicut Phi-
neus, ira domini non placatis vt cesset quas-
satio. Forte quia discubistis ad osam Pha-
raonis, sagimen diligitis: pigri estis vobis

Mat. 25.

ad bellum surgere. forte quia lac diligitis
& lanam, non oues pascatis, sed vosmet-
iplos: & fugitis veniente lupo, quia de ouibus
non curatis. Saltum si lac ouium cedid-
ris, carnem seruate: Si fructus pro custodia
quaritis, ipsas tamen oues non occidatis.
An non occiditis? Si eis iniquitatem suam
non annunciaris: sanguinem inquit domi-
nus. De manu tua requiram. Bonus pastor
Christus etiam carnem suam ouibus de-
dit edendam, vt eas reficeret: & vos quo-
modo precium pro gratia accipientes &
lupi facti, ipsas oues necatis? Vt pastoribus
malis, qui pascat semetipsum non oues: qui
sicut mercenarii, videntes lupum venien-
tem fugiunt: non mutando locum, sed sub-
trahendo auxilium. Si ergo pastores estis
vigilate super gregem vestrum. Ascendite
ex aduerso, & date vos murum pro domo
israel. Et quasi boni canes, latrate circum
caulas ecclesiae vocibus confidentiae: vt ti-
meant lanatores lupi, & oues secure per-
maneant: & vos pro bona custodia pre-
cium condignum accipere mereamini.

Ezech. 36.

De verbi dei efficacia.

Titulus. XVII.

Viuus est sermo domini & efficax
&c. Sermo domini viuus est & mul-
tiplex: quia loquitur per homines, loqui-
tur & pro se: per hoses multos, per se vnum.
Videamus magnam sacramentum. Ver-
bum dei humana carne vestitum se-
mel visibile apparuit: quotidie idipsum
iterata voce conditum ad nos venit. Hu-
manitatem Christi mali non solum vide-
re sed etiam occidere potuerunt. Quoti-
die sermonem dei mali audunt & coten-
nunt: quemadmodum autem illi non occi-
dissent si cognouissent: ita isti nequaquam
verba dei audita contenerent, si virtute
eorum interno sapore gustarent. Sermo
dei viuus est: quia in eo vita est & cor vi-
uificat. Quod foris est transiit, quod inter-
num mutabilitatem non recipit. Viuus est er-
go, quia non mutatur: efficax, quia non de-
sinit. Non fallitur iudicio promissio eius,
obliuione non moritur, nec intentione
mutatur. Operatio eius difficultate non
vincitur: iudicium ambiguitate non fallit.

Heb. 4.

Veraciter permittit, fortiter facit, subtiliter discernit. Vnius est vt credas: efficax vt speres. Penetrabilis in iudiciis: vnius in praeceptis & prohibitionibus: efficax in promissis & cōminationibus. Penetrabilis in iudiciis & dānationibus: penetrabilior omni gladio ancipiti. Hominis gladius non nisi hoīs corp⁹ incidit, ideoq; anceps non est: dicitur em̄ anceps, q; vtraq; parte secat: quia potest animam & corp⁹ perdere in gehēnam. Siue vtrūq; diuidiat, incidit, & discernit: pertingens vsq; ad diuisionem animae & spiritus: dum sacri eloquium nobis quae inter carnalia de fide repugnantia habeatur ostendit: cōpagum quoq; & medullarū, qd̄ explanatur cum subditur cogitationum & intentionū. Primū est foris super oīa quasi cutis: deinde delectatio quasi caro: inde cogitationes quasi ossa: tandem intentio quasi medulla. Sicut autem cutis carnē tegit, sic opera delectationē: & sicut ossa carnē fulciunt, sic cogitationes desideria pascunt: & sicut medullae ossibus interior res sunt: sic in cogitationibus latent intentiones. Cogitationes compages vocantur: quia sicut compago vinculum est qd̄ medium extrema coniungit: ita cogitationes quia ex desideriis nascuntur, & desideria gignunt, quodāmodo vtraq; hanc nutricio, illa gignendo cōiungit. Et bene post diuisionem animae & spiritus, id est carnalium voluntatum, diuisio compagū, id est cogitationum bonarum & malarū, quasi perplexior & difficilior est posita: postremo quasi discretor intentionū. His omnibus secreta est merito in extremo medullarū diuisio posita. Hic autem sermo dei diiudicando penetrat intus per sapiētiam suam secreta nostra subtiliter intelligendo: foris per doctrinā suam vtiliter nos illuminando, eadem faciendo intelligere. Quia ergo vnius est, credam⁹ etiā vera p̄mittere: quia efficax, speremus eum promissa perficere: quia penetrabilis & falli non potest, offendisse eum doleam⁹, & de reliquo offendere eum caueamus.

De pharisaicis sui admiratoribus⁹, & hypocritis occultis tractoribus. Ti. XVIII.

Pharisaica iactantia cūctos quidam Ghoīes q; superiores se & meliores existimant, despiciūt: veniētes ad eos sub vestimentis ouium, intus autem lupi rapaces sunt: Sed & pulices mordaces, immodice demolentes bonorum vitam, cum palam nō audeāt, in occulto corrodunt: si clamorem inuectionis non possunt, saltem susurriū detractionis emittūt. Quid huiusmodi pdest tāta in suo victu parcitas, & in vestitu asperitas illa, & notabilis vilitas: in vigiliis, in ieiuniis, in totius deniq; vitae suae singularitate quaedam auferior cōuersatio: nisi forte opera sua faciunt vt videantur ab hominibus? Sed dicit Christus. Amen dico vobis, receperūt mercedem suam. Tales iuxta apostolū, in hac vita tm̄ sperantes, miserabiliores sūt omnibus hominibus. In hac vita tm̄ in Christo sperat, q; de Christi seruitio tm̄ tēporalē gloriā querit. Miser talis hominū cio, qui tanto labore & industria studet non esse vel potius non videri sicut ceteri hominum: minus acceptus, immo cruciandus grauius q; quilibet hominū, sic cine nō inueniūt hypocritis via (vt ita dicam) vtrūq; tolerabilior ad infernum: cur saltem illam (qua multi incedūt) viā latam quae ducit ad mortem non eligūt: vt velut de gaudio & nō de luctu ad lucem transirent: O q; felicitas est illis: quoniam non est respectus mortis eorum, & firmiter in plaga eorū: qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus nō flagellabuntur. Qui etiam peccatores, & p̄ temporalibus gaudiis perpetuis cruciatibus addicti, saltem abundantes in seculo obtinuerūt diuitias. Veh̄ portantibus crucē: nō sicut saluator suae: sed sicut Cirenens, aliena. Veh̄ citharē discitharizantibus non velut illi de Apocalypsi in citharis suis: sed vere vt hypocritae in alienis. Veh̄ semel & vā iterū pauperibus superbis, portantibus crucem Christi, nō sequētib; Christū: qui cuius passionibus participantur, humilitatem sectari negligunt. Duplici contritione conteruntur qui huiusmodi sunt. Quia hic pro tēporali gloria se affligunt: & in futuro p̄ in terna superbia ad aeterna supplicia p̄tra hētur. Laborant cum Christo, sed non cū Christo regnabunt: sequūt Christum in

consequēt in gloria. De torrente in via bibūt, sed non exaltabūt caput. In via luget, sed nō cōsolabūtur in patria: & merito. Quid em̄ facit superbia sub pannis humilitatis Christi? Nūquid non habet quo se palliet humana malitia, nisi vnde inuoluta fuit infantia saluatoris? & quomodo inter p̄sepium domini simulans arrogantia se coarctat, & pro vagitibus innocētis malū murmurat detractionis? An non illi superbissimi in psalmo: quoniam prodiit ex adipe iniquitas eorum: multo citius sint redempti ab iniquitate & impietate, q; isti qui latēt sub sanctitate aliena? Certe minus est impius cōstans impietatem q; mentiens sanctitatem: quia mendaciū addens geminat impietatem.

Psal. 72.

De incremento seminis iacti in terram, i. fidei & ceterarū virtutum. Titu. XIX.

Mar. 4.

Sic est regnum dei quemadmodum si homo iaciat semē in terrā, & dormiat & exurgat nocte & die: & semen germinat, & crescat dum nescit ille. Vltro. n. terra fructificat, primum herba, deinde spicam, postea plenum fructū in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis. In cordis ascensione quidā gradus sunt de quibus ait psalmista. Ambulabunt de virtute in virtutem. Vñ Iob. Per singulos gradus meos pronuncio illum. Is quippe per singulos gradus suos pronunciat, qui p̄pter incrementa virtutum quae accipit ei qui dedit laudē reddit. Et non solū de virtute in virtutem gradus sunt: sed vnaquaeque virtus quasi quibusdam gradibus augetur & per incrementa perficitur. Est enim aliud virtutis exordium, aliud perfectio, aliud perfectio. Si ipsa fides quibusdam gradibus ad perfectionem non deducetur, apostoli non dixissent: Adauge in nobis fidem. Est alius an crederet requisitus non respondisset: Credo dñe: adiuua incredulitatem meā. Si enim incredulitatem se habere nouerat, quō crederet? Sed quia fides meritorum gradibus crescit: vno atq; eodem tempore is qui nō plene crediderat, simul & crederet & incredulus erat. Hos itaq; gradus sub messis noīe, Marcus noster describit dicens. Sic est regnum dei &c. Semē homo iacit in terram, cū bonā

Psal. 37.
Iob. 31.Luc. 17
Mar. 9.

intentionē cordi suo inserit. posteaq; dormit, id est in spe boni operis quiescit: nocte exurgit ac die, quia inter prospera & aduersa non deficit semen. germinat & crescit ille: quia & cū adhuc incrementa sua mereri nō valet, virtus semel concepta ad perfectum ducitur: & vltro terra fructificat, quia pueniente se grā mens hoīs sponte ad fructū boni operis surgit. Sed hec eadē terra primum herba, deinde spica, deinde plenum frumentū pducit in spica. Ipsa enim inuocatio boni operis instar herbae teneritudinē habet: & ad spicā peruenit, cū virtus percepta ad perfectum operis pertrahit. Plerūq; frumentum in spica fructificat, cū virtus ad robustū & perfectū opus perficit. Producto fructu oportet deus falcē mittit, & messem suā delectat: quia cū vnusquisq; ad perfectā opera pduxerit tēporalē vitam suā, per emissam sententiā incidit: vt granum suū ad horreū celeste perducatur. Cū igitur desideria bona cōcupimus, semen vitae in terrā mittimus: cū opera recta concipimus, herba sumus: cū ad perfectū boni operis cōficimus, ad spicā peruenimus: cū ipsius operis perfectio solidamur, plenum frumentum in spica proficimus. Petrus herba fuit. Cū autē ancillae verba timuit, viriditas adhuc erat in mente: quia Christū oīm redēptorē crederet, sed flexibilis pede conculcabatur timoris. In spicā suam excreuerat, cum eum quē cōfiteri timuerat in galilea, viuente videbat. Ad plenum granū in spica puenerat, quoniam veniente desuper spiritu ita roboratus est vt vires psequētū casus despiceret & deū inter flagella predicaret. De hydris vacuis & plenis. Tit. XX.

Hydris aliquae sunt vacuae, aliquae plene. Plena autē aliquae veneno, aliquae aqua vel vino. Vacuae sūt cū p̄ inani gloria vel terreno cōmodo sūt. Plene veneno, si cū rācore animi vlt̄ murmure. Aqua cū ex timore: si quidē per aquā quidam timor intelligit. Vñ Salomon. Timor dñi fons vitae. Vino plene sunt, cū timor vertitur in amorē, cū caritas timorem excludit. Vt vacuae, sūt vel veneno plena, nō vult dñs: vt aqua impleantur iubet: vt aqua in vinum vertatur, facit.

De pigro, de lactante & vincete. Titulus, XXI.

Tres sunt: piger, luctans, vincens. De primo dicitur. Abcondit piger manus suas sub axilla. Luctās audit. Viriliter agite. Et vincenti clamat dominus. Prou. 19. Psal. 30. Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso dei mei. Pigo ergo est primo consolandum, secundo condolendum: Pugnanti metuendum: vincenti congaudendum. Primus habet manus ligatas: Secundus exertas: Tertius quietas. Primus infans sine vulnere: Secundus sanus cum vulnere: Tertius sanus ab omni vulnere. Primus dormit sine spe: Secundus vigilat in spe: Tertius gaudet in re. Piger tenet silentium a bono: Secundus a malo: Tertius ab incommodo. Incommodum dico nociuum corpori & animae, id est peccata & peccati poenam. Hoc silentium erit in vita beata, ubi seruus liber erit a domino suo. In hac enim vita non est seruus liber a domino, quia licet per poenitentiam relinquat peccatum peccator, impugnatio tamen peccati adhuc insitit.

De nocte, cursu ac itineribus eius. Titu. XXII.

Nox in suo cursu medium iter habet. Nox ignorantia boni. Cursus noctis est ad defendendum tempus bonitatis. Tria sunt itinera noctis. Primum ex ignorantia boni errare: Secundum post cognitum bonum, errorem diligere: Tertium in errore perseverare. Cum itaque venit Christus, medium silentium tenebant omnia: mox in suo cursu medium iter tenebat: quia homines a bono silebant, & errorem diligebant.

De multiplici acceptione eucharistiae corporis dominici. Titulus. XXIII.

Qui semel datus est mundo in forma carnis, in cunctis diebus aut horis datur fidelibus in specie panis scilicet in esu sacramenti sui: sed sepius & in cunctis horis deuotis datur in gustu spiritus sui. Primum ad redemptionem, secundum ad sanctificationem, tertium ad consolationem. Primum exigit ut fides sit recta, Secundum ut conscientia sit pura, Tertium ut deuotio sit pura & propria. Hoc mentem eleuat, ut gratia occurrat: cor aperit ut excipiat: affectum dilatat ut plurimum inde plus capiat.

De praeparamentis ad purificationem Marię digne celebrandam. Titu. XXIII.

Sunt lumbi vestri praecincti &c. Lumbi nostri sint praecincti, ut purificationem Marię amulemur, ut sint lucernae ardentes in manibus nostris: ut gaudium Simeonis lumen in manibus portantis etiam visibili signo in nobis praesentemus. Simus casto corpore, & mundo corde, ut purificationem virginis expressius colamus. Simus ardentes deuotione, lucentes opere: ut cum Symeone Christum portemus in manibus. Sit lucerna in corde, sit in manu, sit in ore. Lucerna in corde luceat in nobis: in manu alius: in ore, proximo. Lucerna in corde puritas est fidei: Lucerna in manu exemplum operis: Lucerna in ore sermo edificatio. Non solum coram hominibus nos lucere necesse est per operationem: sed etiam coram angelis per orationem, & coram deo per intentionem. Lucerna nostra coram angelis est pura deuotio: cum in conspectu angelorum psallimus sapienter vel oramus ardentem. Lucerna coram deo, simplex intentio: ut ei soli placeamus cui nos probauimus. Quae autem fides lucerna sit, testatur Salomon. Non extinguetur in nocte lucerna eius: id est non deficiet in retentione fides eius. Quae opus bonum lucerna sit, ostendit dominus. Luceat lux vestra &c. Quae dominus sermo lucerna sit ostendit David. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Quae oratio lucerna sit Salomon notat. Lucerna domini spiraculum vite hominis, quae inuestigat omnia secreta ventris. Lumen namque quod nobis orationibus vel psallentibus desuper aperitur spiraculum est vitae, in quo suaviter respiramus. Quae autem dicatur inuestigare secreta ventris, id est mentis, non illud esse putandum quod dominus comminatur scrutaturum esse in lucernis. Istud namque causa cum sit illuminantis, illud iudicium est exquirentis. Nam & aliter inuestigat secreta ventris potio medici, aliter gladius carnificis. De intentione dicitur. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Nobis ergo quibus ardent tor lucerna, cum extincta fuerit lucerna huius vitae: orietur lux inextinguibilis vitae & quasi fulgor meridians confurget nobis ad vespem: & cum nos consumptos putaueris, orietur

Q Prou. 31.

Mat. 5. Psal. 118.

Prou. 20

Mat. 6.

mur ut lucifer, & tenebrae erunt sicut meridies.

De triplici descriptione ad coniugium, ad continentiam, & ad virginitatem. Titu. XXV.

VT describeretur vniuersus orbis &c. Triplex est descriptio. Alii ad coniugium, alii ad continentiam, alii ad virginitatem. In his tribus est tota descriptio Christi, qui non est in aliqua istarum, non est Christi, sed potius ad celsum diaboli pertinet. Coniugium comparatur tapetibus, quae super terram extenduntur. Continentia est cortina dependens in pariete. Virginitas regum mantile supra quod ferula ponuntur. Primum est sub pedibus regis, secundum in conspectu, tertium iuxta regem vel circa. Primum ad usum: secundum ad delectationem: tertium ad dignitatem. Primum in terra terrae puluere obfuscatur: Secundum supra terram coronatur: Tertium caelestia imitatur. In coniugio est vinculum spiritus propter societatem, usus carnis propter prolem: moderatio carnalis consortii, propter suscipiendum corpus Christi, & orationem. Fornicatio est ignis comburens, coniugium ignis calefaciens: virginitas lucēs, & leuitate se ad alta acens ac agens. Nostrum igitur est aut perire incendio, aut euadere remedio.

S

De vocatiōe Lazari in sepulchro, moraliter alludēdo primo ad hoc quod abyssus abyssum inuocat. Deinde de tertia decima mansione Iudeorum in deserto, & qua sequitur. Titu. XXVI.

Lazare veni foras. In hac vocatiōe videndum est quod vocat, quae vocat, & quod vocat. Haec enim tria in omni vocatiōe sunt attendenda: qualitas vocantis, vocati & vocati. i. vocas, vocatus & vocatio. Historialiter Christus lazari materialē de sepulchro vocauit materialē. Spiritually abyssus vocat abyssum: Abyssus dei, abyssus hominis: abyssus sapientiae, abyssus ignorantiae: abyssus misericordiae, abyssus misericordiae. Venit enim sapientia dei ad ignorantiam nostram, venit misericordia dei ad misericordiam nostram, venit Christus sublimis ad limbum nostrum, excelsus ad profundum nostrum, & infusus est in limbo profundum, ut nos erueret de profundis.

T Ioan. 11.

do. Abyssus christus est, quia incomprehensibilis sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Vnde Ego latitudo &c. Abyssus etiam cor hominis prauum & inscrutabile, & quis cognosceret illud? Vnde & Ionas sub persona christi in passione. Abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Abyssus igitur superior vocat inferiorem: christus hominem, dicens: Lazare veni foras, quasi dicat: abyssus malitiae Adam, abyssus ignorantiae, abyssus misericordiae, veni foras. Sed vnde & quo de sepulchro, immo de sepulchris: Omne enim peccatum sepulchrum est: ergo quot peccata, tot sepulchra. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortuus mortuum sepelit, cum peccator peccatore adulationibus pascit. In sepulchris concupiscentiae mortui sunt & sepulti, quibus dedit dominus desideria cordis eorum. Decima tertia mansio in exitu de aegypto miramur ait populus contra dominum suum, & Moysen, reuersi enim sunt corde in Aegyptum ad olas carnis, cepas, allia & pepones. Nam tertiusdecimus numerus primus a duodecimo doctrinae apostolorum transgressionem notat. Inde Christus tertiusdecima transgrediens: tertiusdecima passus est, ad vespem fecit pro nobis sacrificium vespertinum, ut de vespere mortis duceret nos ad matutinum vite. In huiusmodi sepulchris foetebat quatruiduanus. Prima dies mortis natiuitas carnalis: quia homo nascitur ad laborē, repletur multis miseriis, vnde: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Secunda transgressio legis naturalis: Tertia scriptae legis: Quarta datae gratiae. Ecce iam sceret. Huius tamen vocat de abyssis terrae, vnde. De abyssis terrae iterum reduxisti me. Primo in corpore, iterum in anima. Primo de peccato originali: iterum de actuali. Primo in te capite nostro, cum naturam nostram de morte suscitasti: iterum in membris, cum nos morte peccati liberaasti: Semel in spe, iterum in re, de abyssis terrae ad abyssum caeli reduxisti. Tres autem sunt abyssus vite, prima profunda, secunda profundior, tertia profundissima. Peccatum in cogitatione, operatione, consuetudine. Mortuus in domo, in porta, foetens in sepulchris, Ab hac triplici abyssus postu

Roma. 11. Hiero. 17.

Iona. 2.

X

Y

Rom. 7.

Psal. 70.

Z

Psal. 66.

lat liberari propheta. Non me demergat (inquit) tempestas aquae (per iniquam cogitationem) neque absorbeat me profundum (per prauam operationem) neque urgeat super me puteus os suum, per obstinatum consuetudinem. Lazare ueni foras. Quasi me qua ego sum via, quoad me qua ego sum praesentia. Veni per me hominem, ad me deum. Vni uocatur: de peccatis, quia per Christum hominem ad Christum deum. Vocatur igitur abyssum de abyssis, & per abyssum.

Quia multiplici ratione Maria dicitur uirga, & Christus flos eius. Ti. xxvii.

Q **T** Ria recipit desponsata. Monile in pectore, annulũ in digito, dotem in iure hereditario. Monilli pectus munitur, annulo manus ornatur, dote coniugium consummatur. In pectore ratio, cũ qua versatur cogitatio: manu operatio: in dote vtriusq̄ remuneratio. Per monile quod ex auro & gemis cũ labore fabricatur, notatur celestis sapientia que diuersis disciplinis illustratur. Vt em̄ ait scriptura, Sapientia desursum est. primũ q̄dem pudica: deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens. Hęc cum difficultate acquiritur: q̄a disciplinatis tantum mentibus infunditur. Non em̄ in maleuolam animã intrabit sapientia. Hęc ergo acquisita peccat⁹ munit ne secreta sinus aperiant, ne tenebre mame sponse aura adulationis flate ledatur, ne suggestio imitatur, qua ratio obnubiletur, cogitatio casta profituatur: sed rota integra & sigillo sapientie vndiq̄ munita, digna efficit laude sponsi dicentis. Q̄ pulchre sunt mame tue soror mea sponsa. Pulchriora sunt vbera tua vino. Per annulum sine quo nulla desponsatur, sp̄s sancti pign⁹ acci-

pitur, sine quo celestis sponsi amplexibus nemo iugitur: q̄ omnẽ operationẽ q̄ per manus signat, ornat & diligit: vt dicere possit. Manus mee distillauerunt myrrhã probatissimã: digiti mei pleni sunt myrrha. Tatis ornamentis decorata & mueribus pignorata, dote celestis efficitur digna: q̄ est eterna remuneratio. Spe & amore cuius, fidelis anima sp̄ali viro desponsatur: de quo dicit, Vir, oriens nomen eius.

De tribus Christi gestatoribus. Titulus. LXIII.

T Res leguntur principaliter portatores Iesu. beata Maria, concipiens in vtero: Symeon offerens in vlnis: Ioseph portans in humeris. significat tres ordines electorum: Maria predicatorum, Symeon bonos operatores, Ioseph fidei defensores. Qui em̄ verbum dei predicant, quasi xpm in vtero portant: vt cũ aliis vel alios pariant. Vnde Paulus. Filii mei quos iterũ parturio donec xps formetur in vobis. Qui vero porrigit panem esurienti, & cetera facit mie opera, recte videtur Christũ in vlnis portare: quibus dicitur est in iudicio: Qd̄ vni ex minimis istis fecistis, mihi factis. Qui aut laboribus pro xpo fatigatur, qui persecutionẽ propter iusticiã patitur, Iesum in humeris portare dicuntur: vnde. Qui vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suã & sequatur me.

Predicatori tria necessaria. Titulus. LXIII.

T Ria solent in predicatorum requiri: Sanctitas conuersationis, perfectio scientie, eloquentia ad gratia: vt sermo sit sanctus, sit prudens, sit illustris. Sanctitas: q̄a cuius vita despicitur, restat vt eius predicatio conteneatur. Quare inquit dñs) ru enarras iustitias meas: & assumis testamentũ meũ p os tuũ? Perfectio scientie: vt habeat vnde proferat de thesauro suo noua & vetera. Eloquentia, vt habeat scdm scientia quid dicat, scdm eloquentiam quomodo dicat: vt sententiarũ excellentie sermonis elegãtia respondeat, & verborũ dignitas rerum maiestati: & quasi quodam cõcõtu res & verba concurrant: vt sic triplici

& ita omni acceptione sermo eius sit dignus. Vnde: Fidelis sermo & omni acceptione dignus.

De tribus quibus nocet luxuria. Titulus. LXV.

T Ribus luxuria nocet. cutis nitore, vestis decore, exquisito ciborum sapore.

De tribus in quibus confessio. Titulus. LXVI.

I N tribus consistit confessio. In crebris gemitibus, in multis singultibus, in irriguis fletibus, vt sint gemit⁹ in pectore: singult⁹ in gutture: fletus in facie.

De tribus in quibus contritio. Titulus. LXVII.

T Ribus conficit cordis contritio: A pudore, a timore, a dolore. A pudore, q̄a turpiter egit: a dolore, quia deus offendit: a timore, quia sp̄nitum non transibit. Primo pudet deliquisse: scdo dolet offendisse: tertio timet.

De tribus silentiis ante gratia. Titulus. LXVIII.

T Ria gratia precesserunt silentia. Primum fuit cecum & surdũ: secundum surdũ, tertium mutum. Primum ante legẽ, qm̄ nec per se homo videbat mortẽ, nec ab alio audiebat: & ideo remedium nõ querebat. Secundum sub lege, qm̄ videbat morbum per legẽ, nec tũ audiebat p prophetas, nec remediũ flagitabat per gratiam. Tertium in pphetis, qm̄ & videbat morbum & per pphetas audiebat: sed ad venia remediũ non cõfitebat nec postulat. In gratia omne silentium abiit: qm̄ cum summũ silentium tenerent omnia. i. vltimũ silentium esset in oĩbus: & nox. i. diabolus vel nox peccatorũ tenebris, mediu iter perageret, omps sermo veniti in quo qui videbant morbum, audiebant & remedium p̄sens habebant: cõperũt et intus morbum per cognitionẽ cognoscere, & amore cordis audire, & oris cõfessione medico supplicare.

De tribus silentiis a liis. Titulus. LXIX.

T Riplex est silentium: cordis, oris, operis. Corde silet, qui dicenda nunq̄ concipiens, nunq̄ intus in corde loquitur. Ore silet, qui est concipiat, magno

tamẽ silentii vigore extra in ore restrigit. Opere silet, qui licet concipiat, licet pferat, tamen vsq̄ ad effectũ non puenit. Qui praua in corde concipiẽdo silet, bonus est. Qui intus silentium rãpit, licet lingua exteriũ cõprimat, malus. Qui corde rãpit & lingua, deterior: q̄ corde, lingua, & opere, pessim⁹. Hic em̄ effrenate concepta, non solũ effrenati⁹ loquitur: verũ etiã effrenatissime operatur. De illo dicit. Qui dimittit aquã caput est iurgiorũ. Aquã dimittere est fluxũ lingue ad actũ pducere: & caput iurgiorũ: q̄a ibi p̄inat origo discordie. De quatuor vigilis vite nostre.

Titulus. LXX.

Q Vatuor vigilie vite humane tãq̄ cuiusdam noctis tenebre, sunt quatuor status. Prima noctis vigilia in claustris paradisi: Secunda post peccatum in lege naturali: Tertia sub peccato in lege Moyssi: Quarta in Christi lege sub gratia. In his oĩbus contra hominẽ est diabolus. In primo statu diabolus cũ homine pugnat & cum superati: quia homo virtutis arma abiecit. In secundo nulla est pugna, q̄a hõ subiungat⁹ per desperationẽ victus iacet: cũ victori fomes peccati comes accessit. In tertio mories expirat, quia per madata legis mors reuixit. In quarta autem vigilia huius noctis venit dominus ambulans super mare: & sedenti homini in tenebris & in vmbra mortis lux orta est ei: & clamans voce magna in persona Lazari, vnicuiq̄ iacenti in morte ait. Veni foras, Reuixit itaq̄ homo, & cum diabolo iterum pugnat & vincit: quonia libero arbitrio gratia accessit. In primo male pugnat per negligentiam: In secundo repugnat per ignorantiam: In tertio necatur per superbiam: In quarto suscitatur, pugnat, & vincit per gratiam.

De triplici odore vite. Titulus. LXXI.

T Riformis est odor vite, non delinqueris: quod agit timor seruilis. Nolle delinquere, quod operatur filialis. Non posse delinquere, quod cõfert gloria perennis. Primi sunt serui, secundi filii, tertii beati.

Iaco. 3.

Sap. 11.

Cant. 4.

Cant. 5.

Zach. 6.

Gala. 4.

Mat. 26.

Luce. 9.

Psal. 49.

i. Tim. 3.

V

X

Y

Sap. 8.

Z

De tribus gradib⁹ supbię & humili-
tatis Titulus LXXII.

C Tres sunt grad⁹ supbię, & tres gra-
dus hūilitatis. Primus gradus su-
perbię est aliquem existimare quod ha-
bet a se habere. Scds, cum bonum quod
habet suis meritis se accepisse gloriaf.
Tertius, qñ contēptis reliquis, singula-
riter appetit videri, nec se putat parē
posse habere. Primi vox est. Labia nra a
nobis sunt. Secūdi. Gratiās ago tibi, qā
nō sum sicut ceteri hoīes. Tertii vero
Ponā sedem meā in aquilone. Et hic est
summus, quo primus homo noluit deo
subesse, credēs verbis serpētis. Eritis si-
cut dii. Hic autē summus supbię grad⁹:
summo hūilitatis gradu curādus fuit.
Primus enī est suo subdi superiori: &
hic est sufficiens. Secundus, suo sub-
mitri pari & socio: & hic est abundās.
Tertius, suo submitti inferiori: & hic
est omnis & supabūdans, de quo ad Io-
annē Christus: Sic decet nos implere
omnē iustitiā. i. supabundantē hūilita-
tē. Primus hūiliter: scds hūilius: terti⁹
obtinēt hūillime. Quo superiori genere
hūilitatis, deus q est super oīa, fact⁹ est
homo inter oīa: superbię summū hoīs
gradū curauit, vt iuxta morbū morbī
salutis crederet medicīa. Erubescē igitur
tu homo, qui nec tuo cōsentis sup-
poni maiori: cū de⁹ oībus maior suo p-
te non dedignat subici inferiori. O q
dānanda supbia: creature suę creator
subiicitur, & contra creatorē suū crea-
tura superbit. Sed quia oīs qui se exal-
tat, in gehenna hūiliabitur: humiliare
homo sub potenti manu dei, vt te exal-
tet in tempore tribulationis illius vbi
erit ignis q non extinguit & vermīs q
non moritur. Ipso pstante qui &c.

De tribus cinctoriis. Titu. LXXIII.

D Triā sunt cinctoria q nos stringūt
& cohibent: Memoria mortis, de-
cor pudicitię, amor religiofus. Prima
est zona pellicea qua cingebatur Ioan-
nes. Secūda baltheus quo Aarō ad desū
accedens. Tertia zona aurea, quo simi-
lis filio hoīs & vestitus podere p-
cinctus est in Apocalypsi ad mammillas.
Primo cinctorio cincti sūt Eremitę stu-
dentes asperitati: Secundo sacerdotes

studētes castitati: Tertio ciues āgelici
insistētes caritati. Vñ zona dicit aurea

De tribus castris &c. Tit. LXXIII.

Tria sunt castra: pdicantiū, cōtinē-
tium, cōiugatorū. Primi cōtra he-
reticos, Secūdi cōtra seipfos, Tertii pu-
gnant contra ea q mūdus dat: qā mūdi
sunt cogitatores, & ad inuicem sibi pla-
cere coguntur.

De duplici cōpūctione. Tit. LXXV.

Dve sunt cōpūctiones: vna nascit⁹
per timorē, altera per amorē. Pri-
ma timore supplicii: secūda venit amo-
re pmi. Vnde in tabernaculo duo alta-
ria fiunt, vnū exterius, alterū interius.
Vnde in atrio aliud ante arcam, vnū
qd ēre, alterū quod auro vestit. In pri-
mo carnes, In secūdo incensum crema-
tur. Altaria corda sunt in qbus vel ex
timore pctōrū, ignis ardet cōpūctio-
nis, & caro consumit ardore prauī ope-
ris: vel ex amore celestis ab igne carita-
tis ascendit thymia ma ofonis. Multi
em sūt qui dū supplicia metuūt, quorū
die fletibus incendūt vitia igne cōpū-
ctionis. Sūt alii q a peccatis liberi, amo-
ris flāma in lachrymas cōpūctionis in
ardescunt, & cū fraternis ciuibus regē
in decore suo videre cōcupiscunt. Pri-
mū altare est exterius, vt videātur opa

Mat. 5.

bona & glorificet de⁹: Scdm ante arcā
int⁹: vt ab eo solo q intus videt retribu-
tio expectet. Et notandū q inter hoc al-
tare & arcā velū est interpositū. Arca
ille est in quo sunt recōditi oēs thesau-
ri sapiētie & sciētie. Velū est celū. Arca
igit intra velū, redēptor noster est in ce-
lo. Altare autē velum est: qā electorum
corda q per sanctū desiderii amore ar-
dent, adhuc reuelata facie qd desiderāt
videre nequeūt. Quousq ergo in atrio
populi extra sum⁹: in altari cōpūctio-
nis crememus p timorē carnes vitiorū.
Si int⁹ sumus añ velū anteq scilz intre-
mus celū: p cōpūctionis amorē nil ter-
renū flere debem⁹, solus nobis ipse suffi-
ciat q fecit oīa: trāscēdam⁹ p desiderii
oīa: nō tā timore poenę nec memoria
vitiōrū, q amoris flāma succensit: ardea-
mus cū lachrymis in odore virtutum
sicut illa q ascendit p desiderium sicut
virgula fumi ex aromatibus &c.

De triplici hominis acceptione.

Titulus. LXXVI.

G Tribus modis hominē scriptura ap-
pellat. Per naturam: vt Faciam⁹ ho-
minem. Per culpam: vt Vos sicut homines
moriemini. Per infirmitatem: vt Maledi-
ctus qui confidit in homine.

De triplici somni acceptione.

Titulus. LXXVII.

H Tribus modis somnus in scriptura
accipit. Pro morte carnis. Vñ apl's.
Nolo vos ignorare de dormiētibus. Pro
negligentia peccati. vnde idē. Hora est iā
nos de somno surgere. Pro quiete & vitē
desideriis. Pro quo somno dormiuit la-
cob: ponens caput in lapide.

De duplici respectu dei.

Titu. LXXVIII.

I Dplex est dei respect⁹. hic per mi-
sericordiam, quo respicit poenitē-
tes. In futuro per iustitiā, quo reprobos
damnabit. Vnde: Oculi tui in me & nō
subsistam. Et quia ibi non est respect⁹ mi-
sericordia: pmittit: nec aspiciet me visus
hominis: id est Christi. Quia quoq illinc
huc non reuertitur quisq ad emendatio-
nem, idem pramissit: Et non reuertet o-
culus meus vt videat bona. Quia etiā hic
illuc cito transit dicendo, Memento do-
mine quia ventus est vita mea: orat hic
se per misericordiam respici. Sed qā deus
nō parcat si tibi parcat: audi qd Iob idē
dicat: Ego non parcam ori meo. Ori suo
parcat qui confiteri malum erubescit. Iu-
stus autem qui in principio sermonis ac-
cusator est sui, ori suo nō parcat: qā distri-
cti iudicis pueniens verbum, contra se
proprie cōfessiōis verbo sauit: sicut psal-
mista. Præoccupemus, inquit, faciem eius
in confessione.

De quatuor modis peccādi.

Titulus. LXXIX.

Quatuor modis peccata perpetrā-
tur in corde: totidem cōsumman-
tur in opere. In corde suggestionē, per ad-
uersarium: delectatiōē, per carnem: cōsen-
su, per spiritum: defensionis audacia, per
elationem: cū culpa terrere mētē debuit,
extollit. His quatuor ictibus primi homi-
nis rectitudinem antiquus hostis fregit.
Nā serpens suasit, Eua delectata est, Adā
consensit: requisitus vbi esset, culpam cō-

ferri per audaciam noluit. Hoc in homi-
ne quotidie agitur. Diabolus tāq serpēs
tortuosus & lubricus suadet: caro sicut
Eua delectatur: spiritus velut Adam p-
positus consentit per carnis delectatiōē
a sua rectitudine inclinatus: qui tanq re-
quisitus Adam, per audaciam defensionis
nequius obduratur. His quatuor cons-
sumat. In opere prius latens culpa agi-
tur: postmodum sine cōfusione ante ocu-
los hominum aperitur: in consuetudinē
ducitur: ad extremum spe falsa vel despe-
ratione misera nutritur. Hos modos Iob
deplorat dicens, Quare nō in vulua mor-
tuus sum! egressus ex vtero non statim
perii! Quare exceptus genibus! Quare la-
tatus vberibus! Mortuus esset in vulua
si se moriturum in ipsa suggestionē co-
gnosceret, sic de ceteris. Sciendum tñ q
tres primi modi facilliter corriguntur:
quartus nunq. Vnde dominus puellam
in domo: iuuenem extra portam: quatri-
duanum lazarus suscitatur. Puella in do-
mo peccator est in occulto: iuuenis q ex-
tra portam ducitur, est cum peccati culpa
aperitur: sepulture vero aggere pre-
mitur, qui vsu cōsuetudinis pressus gra-
uatur. Hos tamē miseratus dominus ad
vitam per poenitentiam aduocat. Quar-
tus autem a domino nunciatur nō susci-
tatur: quia peccatum desperationis nec
in hoc seculo nec in futuro dimittitur:
immo is qui mortuum nūciat audit. Di-
mitte mortuos sepelire mortuos suos.

De triplici aduentu dei.

Titulus. LXXX.

Tres sunt aduentus dei: ad homines M
in homines, contra homines. Non
sunt tam desiderabiles primus & vltim⁹
q medius: quo sapientia dei in hominē
veniens facit ibi mansionē, ædificans do-
mum, sciendens colūnas septem: vt faciat
sibi sedem. Dom⁹ est homo, sedes anima,
septem columnæ præparamēta sedis. Iu-
stitia (inquit) & iudicium preparatio se-
dis tuæ. Iustitia virt⁹ est cui⁹ quod suffi-
ciat est tribuens: superiori, inferiori, æquali.
Superiori obediētiā & reuerentiā:
quarū altera corporis, altera cordis est.
Æquali consiliū, quo instruat ignorantia,
& auxiliū quo iuuetur infirmi-
tas, nō solum in verbo & officio, sed etiā

exemplo quo puocet ad meliora, & oratione qua iuuetur a domino. Inferiori custodiam, qua cauere possit peccatum futurum: & disciplinam qua puniatur admittitur: & disciplinam qua caueretur admissum. Si ergo superiori reddis deuotionem & obedienciam: equali consilium & auxilium: inferiori subdito custodiam & disciplinam: vel tibi ipsi qui habes corpus tuum subditum, vt non regnet in eo peccata, & faciat fructus dignos poenitentiae: ueniet in te dominus.

De anima cur Christi sit sponsa.
Titulus. LXXXI.

Quatuor sunt propter quae anima dicitur sponsa. Dona gratiarum quibus subarrata est in baptismo: castus amor quo illi sociata in uirginitate: proles uirtutum, quibus fecundata est diuini uerbi dogmate: chorus quies, quo in aeternum esset ei socianda omni procul enigmate. Arratum uero quaedam est communis, quaedam specialis. Communis quadrisarie est, qua nati sumus, sentimus, sopimus, discernimus. Specialis similiter quadrisaria, quae regnatura sumus praueuiente misericordia: remissionem consequuti subsequenti intelligentia: uirtutibus exornati luperabundante gratia: spe certa beati, perseverante constantia.

De quincuperto gulae uitio.
Titulus. LXXXII.

Quinquupartitum est gulae uitium. Aliquando indigentia tempore uenit in aliquibus: & ii similes Ionathae in gustu mellis, aliquando hora non praueenit, sed cibos lautiores quarunt: & ii similes populo iudaico in eremo: quod despecto manna carnes petiit, aliqui quilibet sumenda praeparari accurati: postquam & ii similes filiis Heli, qui carnes non coctas de more, sed crudas accuratius praeparandas extorquent. Aliquando qualitate & tempore congruunt, sed mensuram excedunt. Vnde dicitur, haec fuit iniquitas sororis tuae Sodome: superbia uita, saturitas panis & abundantia. Aliquando abiectus est cibus, & actu desiderii deterius peccatur, & ii similes Esau qui lentis esca primogenita vendidit. Neque enim cibus sed appetitus uitium est. Vnde & hic per leuiculan primatum amisit, & Helias carnes edendo uirtutem corporis seruauit:

& diabolus primum hominem non in carne Gen. 3. ne sed in pomo: & secundum, in pane ten Mat. 4. tavit.

De tribus sacerdotum uitiis.
Titulus. LXXXIII.

Tria sunt uitia quibus frequenter diuere sacerdotes delinquit: Cupiditas, incontinentia, negligentia. Cupiditate peccant qui pro obtinendis temporalibus commodis diuina officia celebrant: in quorum intentione non est amor dei, sed temporalis lucri. His dicit dominus per Amos. 5. Ideo odiui & profeci festiuitates uestras: & non capiam odorem sacrificiorum uestrorum. Quia non possunt esse odorifera & delectabilia sacrificia deo, quae quilibet facit in eis querendo non honorem dei sed sua lucria. Quae si dicat: deo in hoc seruiuo licet commodum consequar: dicitur ei. Nemo potest duobus dominis seruire &c. Non potestis deo seruire & mamone. Tales constituit Dagon iuxta arcam: dum per diuina officia quae faciunt pecuniam congregare intendunt. Talibus & Dagon aufertur, & ipsi percutiuntur in posterioribus: quia & ipsa temporalia subtrahuntur, & poena aeterna multatur. Secundum autem uitium incontinentiae quanto odio insequatur apostolus docendo quod uiolatorem templi dei disperdet deus, notum est. Haec uero duo uitia propter tertium id est negligentiam accidunt: cum ita sunt in subditis & in se negligentibus ut non suscitantur ad custodiam Sion & ad depascendum terram Assur in gladio, sicut dicit dominus per prophetam. Suscitabim super eum septem pastores & octo primates homines, & pascent terram Assur gladio. Per septem pastores & octo primates uniuersi praelati intelliguntur: qui debent esse septem & octo. i. nouo & ueteri testamento instructi. Suscitabo pastores, id est animarum custodes utroque testamento, ut sciant proferre de thesauro suo noua & uetera. Vigileret debet custodire sion, id est ecclesiam: & uiriliter resistere Assur impugnatum populum dei, id est diabolo: quia sicut olim Assur populum dei, ita quotidie nunc diabolus populum persequitur Christianum. Et debent pasceri terram Assur in gladio spiritus, quod est uerbum dei: ut illos qui

sunt subiecti diabolo per amorem terrenorum, pabulo sacrae doctrinae tanquam gladio bis acuto, hinc per timorem gehennae terrendo, illinc amore celestis patriae prouocando, reuocet a malis per terrorem tormentorum, & ad bonum per dulcedinem praemiorum. Tales nos oportet esse Carissimi, prudentes & exercitatos in sacris scripturis, & suscitatos, & accinctos gladio acuminis super gregem nobis commissum: ut refrenata cupiditate ipsius solis celestibus intendamus: seruata continentia carnis, mundi apparentes in conspectu dei: hominum abiecta negligentia diligenter curam adhibeamus ad custodiam non solum aliarum sed & nostrarum animarum: ut non sit uox nostra. Posuerunt me custodem uinea: Vineam meam, id est domum meam non custodiu. recepturi praemia digna pro laboribus nostris: praestare domino qui uiuit & regnat &c.

Canti. 11.

De tribus in quibus consistit salus.
Titulus. LXXXIII.

In tribus salus aeterna consistit. Primum est abrenunciare saeculo & iugere se deo secundum terrena continere & aeterna querere. Tertium uitia calcare, & uirtutibus operam dare. Hoc triduo in holocaustum immolatur uacca trima, aries, taurus. Hoc triduo dominus turme se in eremo sustentis per miseracionem suam miseret. Hoc triduo de uitiis ad uirtutes, de luce ad tenebras transit hebraeus. Primo die deserit Pharaonem conuictus deo: Secundo seruilia opera lutu & lateris, desiderans libertatem. Tertio de Aegypto extens tendit ad terram promissionis. De primo dicitur. Mihi adhaerere deo bonum est. De secundo, Quae sursum sunt querite. De tercio, Educ de custodia animam meam.

Psal. 72.
Colof. 3.
Psal. 141.

De triplici dono ferendo.
Titulus. LXXXV.

Tribus modis donum offertur homini: a demone, a proximo, a carne. Demon insidiatur caritati, proximus possessioni, caro pudicitiae. Quod Esaias breuiter sic colorauit. Ibi habuit foueam ericius, & enutrit catulos suos: congregati sunt milui, cubauit lamia & inuenit sibi

Esa. 34.

requiem. Babylon homo filius confusiois, quem confundit delectatio culpa, amaritudo poenae, singularitas uita. In hoc sunt tria mala Babylonis, tria genera confusiois. Nunc de singulis. Ericius piger, spinosus, inter operculum latens suae pellicis, est diabolus piger in effectu neque curat ad poenitentiam, operatus spinis ne recipiat gloriam vel gratiam: quae latebra perditionis celat, ne ueniat ad misericordiam. Piger est ericius, quia diabolus nullas contra hominem habet vires, nisi se homo ei sponte macipet. Formica est contra leonem resistentem. Contra formicas consentientes Iero. Vis uidere formicam? Domine mitte nos in porcos. Hic domino gladium tribuit, ut occidat: in principio facilis ut repellatur. Si intulerit figens radicem, non extirpatur nisi clamet Iesus: uoce magna. Vnde dum paruus est hostis: caue ne nequitia erigatur in semine. Sed si piger repellitur, spinas submittit. Haec sunt multiplices nocendi machinae. Plantat diabolus radicem peccati: quae nisi mox auellatur, pullulat & nascitur arbor culpa. Per oculos expanditur rami nequitiae: per linguam huius arboris sentit homo, & delectatio colligit fructum in aeternam damnationem. Ericius igitur est pigritia imbecillitatis, spina fallacia, pellicis latebra. Per spinam praecipitat in aperta mala: per pellem in occulta. Hic habet foueam, id est in confusis mentibus massio nem: & nutrit catulos latrantes, id est uitia. Post ericius sunt milui: quia post diabolum est proximi malignitas: quia cum maledicit & malefacit nobis, rostro & unguibus discerpit. Sed si ericius & milui euadimus: sequitur lamia. Lamia humana faciem habet, corpus habet bestiale. Haec est caro, hic est domesticus hostis. Hic primus vincendus, in nobis contra nos habens radices, pugnant blandiendo quasi rationale pro necessariis: & succubendo quasi bestiale pro superfluis. Hic inuenit requiem cum carnis curam facit in desideriis. Haec tria sunt bella Babylonis: tentatio demonis, proximi calunia, carnis fornax. Contra ista increpat uultus dei, & peteunt: blanditur & percutit. Blanditur patienter expectando: increpat correctione flagellando: percutit iuste damnando.

V

Mat. 5.

X

De triplici aduentu domini.
Titulus.LXXXVI.

Primus aduentus in nube: Secundus in rore: Tertius in fulmine. In primo occultus: In secundo manifestus ex parte: In tertio ex toto. In primo venit occultus agnus ad aram: In secundo sponsus ad amicam: In tertio ferrum ad culpam. Hi sunt tres descensus, praesentia, clemencia, vindicta. De primo dicitur: Inclina caelos & descende. De secundo: Descendi in horrum meum. De tertio: Descendam & confundam labia eorum.

Pfal. 7.
Cant. 6.
Genea.

De via carnis & spiritus.
Titulus.LXXXVII.

Duae sunt viae, una carnis, altera spiritus. Una separat a domino, altera reuocat ad dominum. Una visibilis, altera inuisibilis. In prima mundi amatores spatiantur: In secunda mundi contemptores requiescunt. Primi sunt hebrei secundum carnem, qui sic transeunt per bona temporalia vt aeterna mala incurant: Secundi hebrei secundum spiritum, qui per ista transeunt ad aeterna bona.

Sapientiam quinq; modis concupisci. Tit.LXXXVIII.

Quinq; modis sapientia concupiscitur. Quidam discunt vt sciunt: quod est curiositas. Quidam vt scientes appareant: quod est vanitas. Alii vt vendant, & lucrentur: quod est simoniaca prauitas. Alii vt alios aedificent: quod est laudata caritas. Alii vt aedificentur: quod est pia humilitas. Tres superiores sine fructu in concupiscendo abundant. hi colligunt manna, sed putrefcit in ore eorum. Duo posteriores fructum merent.

De tribus cognitionibus.
Titulus.LXXXIX.

Tres cognationes sunt: Natura, gratia, gloria. In prima sumus conditi nobilis dei creatura: In secunda renati, nota in Christo creatura: In tertia translata, perfecta in dno creatura. Per primam, in animalibus excellimus: Per secundam, carnem superamus: Per tertiam, mortem vincimus.

De tribus inobedientiae comitibus, & tribus obedienciae bonis. Ti.XC.

Inobedientia tres comites habet. In prudentiam, quantum ad seipam: irreue-

rentiam quantum ad deum: contumeliam, quantum ad proximum. Vt autem scias dignitatem obedienciae: aduerte quod extra Bethaniam, quae interpretatur domus obedienciae, nec lachryma poenitentis, nec studium bonae operationis, nec otium sanctae contemplationis deo placere inuenit. In Bethania quadriduanus suscitatur: ibidem in domo Simonis Maria ab onere peccatorum exoneratur. Postremo a Bethania in Hierusalem, id est visionem pacis venit: quia per obedienciam ouis centesima humeris patris ad gregem reportatur. Per obedienciam drachma inuenta in thesaurum regis absconditur. Per obedienciam regina Austri ad verum Salomonem ducitur. Per obedienciam Berisabee ad amplexum veri sponsi representatur.

De tribus in cruce animaduertendis.
Titulus.XCI.

Tria notemus in cruce Christiana: E nobilitate, sapientiam, religionem. Vnde titulus literis latinis, graecis & hebraicis inscribitur. In latino notatur nobilitas: qua precedebant romani. In graeco sapientia, quam ipsi requirunt. In hebraica religio: ex qua iudaei, qui petunt signa, procedunt.

De tribus imitatori Christi agendis.
Titulus.XCII.

Imitator Christi tria debet agere. Simpliciter innocencie sensum tenere, vt cum Christo puer efficiatur: abiectum & humilem habitum amare, vt infantiae Christi panis vilibus inuoluatur: In disciplina simpliciter ambulare, vt cum Christo in praesepo positus inueniatur.

De tribus piscinis, diaboli, mundi, & dei, & earum porticibus. XCIII.

Tres sunt piscinae: vna diaboli, altera mundi, tertia dei. Prima confusio dicitur, & cruciat lethaliter: Secunda contritio, & lauat potentialiter: Tertia compunctio, & abluit salubriter. De prima dicit. Mittentur in stagnum ignis ardentis & sulphuris. De secunda. Quid tibi vis in via Aegypti: vt bibas aquam turbidam. De tertia. In die illa erit fons patris domus David. Quid &c. Primum habet quinq; portus poenitentiae tenebras. In primo habet stridorum detentum.

In secunda ignem inextinguibilem: In tertia vermum non moriturum: In quarta frigus nimium: In quinta desperationem. H Secunda quoque piscina quinq; habet porticus. Prima est negligentia: & in ista iacet Saul cum inobediencia: Secunda curiositas mundi: & in hac Iezabel cum curiosis mulieribus: Tertia contemptus proximi: & in hac diues epulo cum omnibus auaris: Quarta profundum malitiae: & in ea Arrius & Caiphas cum aliis malitiosis: Quinta desperatio veniae: in qua Caym & Iudas cum reliquis desperantibus. In prima audiunt: Maledictus qui opera dei facit negligenter. In secunda: Ascendit mors per fenestras nostras. In tertia: Qui non diligit manet in morte. In quarta: In malivolam animam non intrabit sapientia. In quinta: Qui peccauerit in spiritu sancto non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro. Tertia piscina quinq; porticus habet. Prima est timor supplicii: & in ipsa iacent poenitentes: Secunda dolor exilii praesentis: in qua iacent lugentes & iustitiam esurietes: Tertia compassio proximi: in qua misericordes: Quarta amor proximi: in qua pacifici. In his quae habeatur virtutum sanitas: quia tamen tamen in praesenti non habetur ad plenum, multum dicitur iacere languentibus, hi expectant vt descendat angelus: a quo mota aqua compunctionis, langor venialium vel mortalium descendens spiritus sancti gratia tergat, & sanetur ab omni labe vnus: ille scilicet tantum qui caritatis seruat vnitatem.

Hier. 48
Hier. 9.
Ioan. 3.
Sap. 1.
Luc. 12.

Ioan. 5.

De triplici materia gaudii anime
Titu. XCIII.

Triplex est materia gaudii sponsae Christi animae fidelis. Prima est a gloria sponsi: Secunda a desponsationis suae reuerentia: Tertia a dotis magnificentia. Laus autem sponsi multiplex est. A forma speciosus est praeter filium hominum. A genere, quia descendens a patre luminum. A diuinitate: quia domini est terra & plentudo eius &c. A potentia: quia non potest vinci. A sapientia: quia non potest falli. A iustitia: quia non potest corrumpi. A certitudine scientiae: quia non potest vitari. Est admirabilis bonitate vitae: Consilia-

rius vtilitate doctrinae: Deus singularitate potentia: fortis proprietate victoria: Pater futuri saeculi, donis gratiae: Princeps pacis: foelicitate gloriae. Non est similitudo tui in diis domine: & non est secundum opera tua. Primo igitur foelix est sponsa tali coniugio. Sindonem fecit & vendidit & cetera. Reuerentia vero desponsationis triplex. Prima sacramentorum vitae: Secunda mandatorum iustitiae: Tertia consiliorum disciplinae. Primo eam despondit lauando eam sacramentis: Secundo eam despondit induendo praecipis: Tertio eam despondit ornando eam exercitiis. Quae lotam, vestiram, honoratam sponsus recipiet, vt cognoscatur in gentibus eius, iuxta illud, Deus in gentibus eius cognoscetur cum susceperit eam. In gradibus, clericis, laicis, praelatis, subditis, eremitis, mundi contemptoribus. Praelatis debetur sacramentorum reuerentia: Subditis praecipitorum obediencia: Mundi contemptoribus consiliorum exercitia. Ad praelatos pertinent salutis sacramenta, ordinationes & dispensationes mandatorum. Sacerdos igitur debet esse qui facit: ordinatus quoque ordinatus: iustus quoque mandata iustitiae ministrat: discretus & humanus qui vitam alienam librat, & hominum mores dispensat. Taliter sponsata dotis recipit magnificentiam. Merito igitur gaudet sponsa primo per gloriam sponsi foelix: Secundo per dispensationis reuerentiam foelicio: Tertio propter dotis magnificentiam foelicio: vt bene ei dicatur: Letare hierusalem &c.

De tribus florum & animarum dotibus. Tit. XCV.

Tria in flore considerantur: gratus aspectus, suavis tactus, & odor iocundus. Quid autem anima spirituali intellectu purificata gratus videtur: quid spiritualibus amplexibus suauis stringitur: quid odoratu talis animae iocundus sentitur: In qua nihil sibi vendicans superbia tumidum, non offendit aspectum: nihil inuidia rubiginosum inducens, non exasperat tactum: nihil luxuria marcidum immittens, non conturbat olfactum: sed tota viret intus, floret praesentibus, fructificat absentibus: viret intus per bonam conscientiam, floret praesentibus per bonum exemplum, fructificat absentibus per bonam operationem.

De ingressu verbi dei.
Titulus. XCVI.

Quatuor modis sermo diuinus ad humanam animam ingreditur. Intra ad primam indurata & propria malitia cecata, cum virga ut puniatur, rigidus & crudelis: dānans ipsam ac dicēs
Esa. 26. Tollatur ipsi ne videat gloriam dei. Intra ad secundam lapsam & propria conscientia perterritam cum parabola, ut reparetur: terribilis sed salutaris, eam inuitans curādo ac dicēs. Filii ne differas conuertere ad dominum de die in diem. Intra ad tertiā iustificatā & pro sui probatiōe flagellatā, cū sentētia, cōsolatori & amatori: ipsi animę dicēs. Beatus vir q̄ suffert tentationem: quoniam cum probat⁹ fuerit accipiet coronam vitę quā repro misit deus diligentibus se &c. Intra ad quartam emeritam & cælesti remuneratione dignam, cum gratia ut remuneretur. gratus atq̄ festiuus eam inuitās ad p̄m̄ium & dicens. Propterea columba mea, P formosa mea: & veni. In figura hui⁹ mystici sermonis Moyses rigidus verbis, in manu ferens virgam durissimę cōrrectionis, in conspectu obdurati graditur Pharaonis. In figura secundi terribilis sed salutaris, Nathan propheta ad Dauid prostratum & proprię conscientię reatu cōstrictum, cū parabola cōrrectionis ingressus, rephēdēdo deiectū releuauit, & errore relicto, iustitię restituit. In figura tertiā amabilis & consolatori, Esaias ppheta ad regem Ezechiam iustū quidē, sed ad sui probationem corporali debilitate ægrotantem, cum sententiā diuinę cōsolationis ingressus, iam probatum, iam patientia eruditum sanauit: & de manu regis Assur protegere repromisit. In figura quarti grati & festiui Gabriel angel⁹ aspectu iocundus, habitu decorus, sermone placidus, ad Mariam ingressus est, eā venerabiliter salutauit fructūq̄ cælestem quasi suę virginitatē p̄m̄ium repromisit, dicens. Ecce concipies in utero, & paries filium &c.

De tribus donis corpori humano, & toridem spiritui in conditione collatis.
Titu. XCVII.

Tria in conditione inuenimus diuinę dilectionis incētia, corpori collata: panem, solem, aerem: Cibum vescēti, lucem cernenti, flatum spiranti. Porro spiritui tria: dignitatē, scientiā, veritatē. Dignitas geminum possidet donum: naturę pręrogatiuam, & donationis potētiam. Scientia quoq̄ duplex: hanc ipsam sciens dignitatem vel aliam nobis inesse & a nobis non esse. At virtus bifaria est: auctorem quærere, & inuento inseparabiliter inherere. Dignitas siue scientia non proderit: scientia vero etiam obest si virtus non affuerit.

De tribus in redemptione hominis ipsū ad dilectionem dei incitantibus. Tit. XCVIII.

Tria in redemptione sunt dilectiōis incitamenta: Tempus, modus, fruct⁹. In tempore tria considerantur. Corruptio naturę, transgressio legis, plenitudo malitię. In modo quoq̄ tria: quia exinanituit se vsq̄ ad hominem: descendit vsq̄ ad crucem: passus est vsq̄ ad mortem. In fructu item tria: Perfecta veritas, quę ignorantiam abiecit: Consummata caritas, quę concupiscentiam abstulit: Secura æternitatis, quę obliuionem remouit. In tempore igitur est cōsummatio malī: In modo exinanitio dei: In fructu de illo repletio nostri. Quis cōcipere possit quātę miserationis fuit exterminare malitiā, deletere culpam, informare naturā: quātę humanitatis, dominum maiestatis in carne mortem tolerare, in cruce pati: quātę dignationis extiterit, cæcitate rationi p̄fundere plenitudinē lucis, scdatę voluntati multitudinē pacis, turbatę memorię continuationem clare æternitatis!

De quadruplici dilectione.
Titulus. XCIX.

Quatuor sunt genera dilectiōis. In primo amat se homo propter se ipsū. In secundo propter se, deū. In tertio deum propter deum. In quarto se propter deum. Primus mod⁹ carnalis & feruorū est, de quo dicitur: Nemo vnq̄ carnem suam odio habet. Secundus animalis & mercenariorū: de quo: Cōstitibit ei Psal. 48. cū bñfeceris ei, Tertius spūal⁹ & filiorū: de q̄

Psal. 17. Confitemini domino quoniam bonus. Qui domino confiteretur, non solū qm̄ bonus est sibi, sed simpliciter quoniam bonus est, hic vere diligit deum propter deum, non propter se. Quartus intellectualis & angelorum: de quo: Mihi viuere Christ⁹ est & mori lucrum.

De septem gradibus confessionis.
Titulus. C.

Septem sunt gradus confessionis, cōgnitio peccati, pœnitentia, cordis dolor, oris confessio, carnis maceratio, operis correctio, & bonitatis perseverantia. Tres intus, & tres foris: septim⁹ intus & foris prospicit. Ut igitur vera sit & fructuosa confessio, Primo gradu necessaria est cognitio peccati. I qua tria necessaria sunt. vt videas quid egeris: quantis scilicet contumeliis affeceris corpus tuum, possidens vas tuum ad immunditiam & vilitatem, non in sanctificatione & honore: Secūdo quid merueris, cōsiderās ignē scilicet illum qui paratus est diabolo & angelis eius: & cetera mala quę in pœnalibus locis cumulantur & crescunt: Tertio inspicias quid amiseris: bona certe illa quę oculus non vidit &c. Horum consideratione perterritus trāsī ad secundū gradum, qui est pœnitentia, & ipsa trifor mis est: vt pœniteat te q̄ in luto facis & miseria peccati diutius iacuisisti, pœnitentiam agas, corpus conteras, & furibundo carnis a fello incētiuorum semina subtrahens, pœnitenda non admittas amplius: ne vulnus vulnere gemmans frequenter cōstringas ossa animę tuę. Sic cognoscēs & pœnitēs transuola ad tertium gradū qui est dolor cordis. Et hic triplex: acer, acrior, acerrim⁹. Acer dolor: quia creatorē offendisti, cuius legem cum cælestia & terrestria cōseruent: in tanta Republica dei tu solus peregrinus es, imperatorię maiestatis dexterā cōtēns. Acrior, quia cum creatore patrem etiam ad irā prouocasti, qui tibi ministrat fideri curus & fructuum vbertatem. Acerrim⁹ qui pertransat animam, q̄ beneficiū contempseris eius qui dolorem crucis sustinuit, ne dolorem ampli⁹ sustineres inferni. Sic in interiori homine iustitię gene-

rate furculus erumpat in arborem: & qd̄ conscientia tenet, lingua loquat: vt ascēdas ad quartum gradum: qui est oris cōfessio: quę debet tripliciter fieri: pure, humiliter, fideliter. Pure, vt nihil subtriceas, sed omnem putredinem euomas vitioꝝ. Humiliter, vt quod i ore, sit in corde. Nā vtriq̄ reges, Dauid & Saul dixerūt: Peccaui sed Saul audiuit: Trāsī ulit domin⁹ regnum tuum a te, & dabit illud amulo tuo. Dauid autē: Trāstulit domin⁹ peccatum tuū, & non morieris. Quia confessio Saulis, quę in ore fuit, non fuit in corde: & humilitas quę in ore Dauid extitit, in corde radicauit. Fideliter, vt in fide de ecclesię credat sibi peccata dimitti: quia Caym & Iudas pure & humiliter confessi sunt, sed non fideliter: quia alter desperans ad laqueū cucurrerat: alter illud grande scelus euomuit: Maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear. Sequitur quint⁹ gradus. Maceratio carnis: quę ieiuniis & vigiliis attenuada est: ne noua prurigne ad voluptuosam vitam reuollet. hęc quoq̄ tripliciter fiat. licenter: quia qd̄ sit sine licentia, vanę glorię deputabit non mercedi, occulte, vt nesciat finistra tua qd̄ faciat dextera tua. discrete, vt fiat p̄ corporis capacitate. Sic illūina tus procedit ad sextum, qui est correctio operis: vt omnes sensuales motus frenis continentia refrenās, veniat ad septimū gradum, qui est perseverantia bonitatis. Et i hoc septio vocabit te dñs cū Moysē de medio caliginis: & in ipsā diuinitatis turbā interiores oculos infiger. Hęc perseverantiam faciunt expectatio p̄m̄iorum, pœnarum recordatio, primitiæ spiritus, & donum cælestē. Pro hac septemplici confessione in tribus gradibus dicitur, Corde creditur ad iustitiam. In aliis tribus, Oris confessio fit ad salutē. Septimus currit per omnes gradus. Hanc confessionē quatuor impedit. Pudor, quocumque commissimus, erubescimus confiteri. Huic tripliciter obuiandum est, consideratione rationis, quę confiteri monet: reuerentia intuentis dei, quem nil latet: maioris cōfusiōis cōpatione: qm̄ in futuro cūcta crimina oib⁹ patebūt. Scdō timor, q̄ plerosq̄ opprimit ne graui pœna precelantur & eā ferre non possint. Huic simi

Gene. 4. Z

A

B

Rom. 10. C

liter tribus occurrēdū est: cōsiderādo q̄ grauis sit pœna gehēnē, q̄ lōga & infructuosa: ecōtrario q̄ poenitentia p̄sēns leuis, momētanea fructuosa. Vere qui timent pruinam, irruet super eos nix. Tertio spes, quæ multos obruit, dum p̄sēntia cupientes, cōscientias aperire nolunt, ne si quales sunt hominibus apparent, ad nulla p̄sēntia bona cōscēderēt. cōtra quam inculcandum est, bona hui⁹ sc̄culi q̄ incerta & momentanea, futura q̄ sint certa & aeterna. Quarto desperatio multos interimit: q̄a metuunt ne possint cōtinere. Contra hanc vigor cōfessionis, gratia humilitatis, & cōfirmatiōis illius est aperienda constantia.

Iob. 6.

Hodie tripliciter dicitur. Cl. Odie tribus modis dicitur: quia aliud est transitorium. Vnde: Si fecerim quod hodie viret & cras in clibanū mittitur, de⁹ sic vestit &c. Aliud reciproci. Vnde apostolus. Adhortamini inuicem per singulos dies donec hodie cognominatur. Aliud æternum. Vnde: Ego hodie genui te.

Mat. 6.

Heb. 3.

Psal. 2.

De triplici hominum statu, & triplici oblatiōe eidē faciēda Titulus. CII.

Tres sunt status hominis. Prim⁹ poenitentia: Secund⁹ iustitia: Tertius vita aeterna. Et secundum tres istos status tria debem⁹ offerre sacrificia. In primo statu sacrificium cōpunctionis: In secundo bonę opationis: In tertio laudis & iubilationis. Hoc triplici sacrificio offerre nos deo iubemur cum dicitur. Sacrificate sacrificium iustitię, & sperate in domino. Initium enim iustitię est compunctio: profectus eius operatio: bona cōsummatio ipsius, laus vitę aeternę. Vnūq̄q̄ istorum suam habet pinguēdinē. Primū butyrū humilitatis: secundū oleū discretionis: tertium, balsamum caritatis.

Psal. 4.

De tribus testimoniū perhibentibus in cælo, & rotidem in terra, & rotidem in inferno: rursū. Ti. CIII.

I. Ioan. 5.

Esa. 66.

Tres sunt qui testimoniū dant in cælo. Pater & filius & spiritus sanctus. Tres in terra, spūs, aqua, & sanguis. Similiter in inferno: vt in Esaia legitur: Vermis eorū nō morietur: & ignis eorum non exstinguetur. Duo mala sunt

ignis & vermis: altero roditur conscientia, altero concremantur corpora. Tertium additur desperatio: quæ in eo vtiq̄ intelligitur quod dicitur, Nō morietur, & nō exstinguetur. His qui in cælo sunt datur testimoniū beatitudinis: his qui in terra, iustificatiōis: his qui in inferno sunt, dānationis. Primum est glorię: Secundum gratia: Tertium ira.

Quomodo spūs, arguat mundū. Titulus. CIII.

Spiritus sanctus arguet mundū de peccato quod dissimulat: De iustitia quam non ordinat, dum sibi non deo eam dat: De iudicio quod inique vsurpat, dum tā de se q̄ de aliis temere iudicat.

De nomine Christiano &c. Titulus. CV.

Christiani a Christo nomen accipiunt: & opus est, vt sicut hæredes sunt nominis, ita sint imitatores sanctitatis. Tria ergo sunt quæ in Christo nobis expressa plenis viribus exercere debemus, videlicet improbare viuaciter sc̄culi vanitatem: quia & Christus ne rex cōstitueretur a turbis aufugit. Exercere viriliter patientiā: quia & Iesus sicut agn⁹ occisus est. Et veraciter habere geminā caritatem, quia Iesus p̄ inimicis orauit.

De septem gradibus humilitatis. Titulus. CVI.

Septem gradus descensionis habet humilitas: abdicatiōe rerū, exēplo apostolorum: abiectiōe vestium, sicut Helias & Ioannes: Corporis exercitiū, vt habuit Paulus: deiectionem in prosperis ad morē Dauid pauperis & regis: Patiētiā in aduersis, sicut Iob, & Tobias: Et p̄p̄riū obhorrere consilium & proprium voluntatis affectum.

De armis virtutis & nequitie. Titulus. CVII.

Arma virtutis quibus arma nequitie expugnantur, sunt hæc. Plena peccati cognitio: quæ expellit tenebras voluptatis. Poenitentialis afflictio contra venenum iniquitatis. Sufficiēs & digna correctio in mutatione pristinæ voluntatis. Perseuerantię plena successio, vt perfecta subrogetur custodia sanitatis.

De tribus poenitentia necessaria. Titulus. CVIII.

Necessaria sunt poenitentia tria hæc, Abstinentia, per quā carnis superbia edomatur. Lectio, cuius fructu reformandus in vigorem animus saginatur. Oratio, cuius munimine & tutela virtutum examina protegentur.

Humilitatis virtus hæc habet tria Superiori subdit vt ad eius equalitatem nulla ambitione vel inuidia rapiatur. Equali nō p̄ferri: ne illicito appetitu superior velle fieri videat. Minori subdi potius q̄ preponi, vt ex hoc humilitatis gratia comprobetur.

De inequitate gradiētū ad deū. CX.

Non omnes vniformiter gradiuntur ad deum. Quidā lento passu: sicut ii qui terrenorū curis impliciti vix aliquā respirant vt dei recordentur. Quidam modesto incessu: sicut ii qui dñi seruitio mancipati deo quidem seruiūt, & tñ erga seipos indulgētiore existunt. Alii velociter, id est rapido cursu: sicut ii qui super carnem suam intuentes, & sic transitoria cōtemnentes, celeriter proficiuntur ad deum: hoc solummodo cupientes, in pace quiescere in idipsum.

De trib⁹ quę electos manēt. Ti. CXI.

Electos tria in futuro manēt. Interina satietas, aeterna iocunditas, iocunditas voluptas. De his dicitur. Et iusti epulentur, & exultent in conspectu dei, & delectentur in letitia.

De triplici electorū desiderio. CXII.

Tris forme est desiderii electorū. Vnā nimirum habitare in dño. Vnde est, Vnā petiī a dño hanc requiram, vt in habitem in domo dñi omnibus dieb⁹ vitę meę. Victoriā obtinere de mūdo. Vnde est, Quis me liberabit de corpore mortis huius: P̄sentialiter frui deo. Vnde est & illud. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo.

De triplici p̄latorū timore. CXIII.

Tripliciter est p̄latorū timor. Ne audientū aīos exstitor apparatus verbos cōmoueat: ne iterni iudicis oculos imoderator vsus offendat: ne iustitię retributio in p̄senti eis fiat.

De trib⁹ vitulis dño imolādīs. CXIII.

Vituli quos dño immolare debem⁹ tres sunt. Nouę conuersationis affectus, quasi vitulus nouellus, cornua p̄ducens & vngulas. Sacre religionis profectus: qui est vitulus tenerrimus de armento. Consummatę virtutis effectus: qui est vitulus saginatus.

De quadruplici p̄sura hoīs. CXV.

Quadriformis est p̄sura nostra. Sc̄corruptibilis carnis angustie: quę sunt dolores mortis. Temporalis p̄sura rarū molestie: quę sunt torrentes iniquitatis. Occulti hostis latentes insidie: quę sunt dolores inferni. Deceptorie facies mūdane glorię: quę sunt laquei mortis.

De fumo, igne, & caligine respectu dei. Ti. CXVI.

Fumus est ab ira dei: quia in confidēratione irę dei electi compunguntur. Ignis a facie eius: quia per cognitionem & p̄sentiā eius ad amorē accenduntur. Caligo sub pedibus eius, quia per districctum illius examen reprobus desperatio nis nebulis obscuratur.

Quomodo Deus ambulet, volet, & nobiscum habitet. Tit. CXVII.

Ambulat dñs super pennas ventorū: acū electi ei⁹ dulcedinē vel tenuiter attingunt. Volat, cum de incircūscripta eius substātia nihil percipiunt. Vnde est, Fuge dilecti mi. Ponit dñs tenebras profunditatis & altitudinis latibulū suę diuinitatis: si sole manifestatiōis & laboris, tabernaculum suę carnis: in luce puritatis & sanctimonie, habitaculum mansionis suę.

Canti. 8.

De portis mūdi, inferi, cęli. CXVIII.

Portas duas mūdus habet, quib⁹ ingredimur ad eum: quę sunt corrupta sensualitas & incesta cupiditas. Vnde est, Appropinquauerunt vsq̄ ad portas mortis. Portę inferi, cæca desperatio & dura obstinatio. Vnde est, Portę inferi non p̄ualebunt aduersus eam. Portę cęli: humilis patientia, quæ est porta ferrea ducēs ad ciuitatem: & amoris cōcordia, quę est porta orientalis.

Psal. 106.

Matt. 16.

De quadruplici retributiōe. CXIX.

Genera retributionis sunt quatuor. Duo in hoc seculo, & duo in futuro. Retributio prosperitatis & abundantia impiorū. vnde est, Receperūt merce

dem suam. Dánationis & ignominie eorũ. Familiaritatis & gratie iustorum: dulcedinis & amoris & glorie. Duo aut sunt que remuneratur: iustitia operis, & puritas cordis.

De tribus lucernis. Ti.CXX.

Res sunt lucerne. Regula discipline in Christo: que accendit vt dragma perdita inueniat. Forma veritatis in euangelio: que ponitur sup candelabru. Scientie puritas in corde bono, que illuminatur a domino.

De triplici semine. Ti.CXXI.

Riforme est semen. Primũ veritatis & iustitie, quod in terrã iactum facit semen centuplũ. Secundũ iniquitatis & perfidia: quod est genimẽ viperarum. Tertiu erroris & malitia: quod est semen Chanaã & non Iuda.

Q sapietia dei est vt perdix, gallina, & aquila erga pullos. i. auditores. Ti.CXXII.

Sapientia dei quasi perdix fouet filios quos nõ peperit: quasi gallina congregat pullos sub alis: quasi aquila prouocat pullos ad volandum.

De triplici veste bonorũ. Ti.CXXIII

Ripharia est vestis nostra: poenitentialis anxietas, que est vestis viduitatis: religiosa maturitas, que est vestis iocunditatis: sincera integritas, que est vestis virginitatis.

De veste Esau & pelliculis hœdorum. CXXIII.

Vestes Esau: honestas vite & maturitas discipline. Pelliculæ hœdoru abiectio noxie vetustatis, & mortificatio proprie voluntatis. Cibi, hilaris obœdiencia & humilis abstinentia. Pater tãgit filiu, apposita probationis manu: oculatur secreta inspiratiõis instinctu: benedicit, religionis profectu.

De tribus ad puritatem necessariis. Titu.CXXV.

Ria sunt necessaria puritatis: integritas actionis: simplicitas intentionis: tranquillitas deuotionis.

De tribus bonis que cõfert puritas. Titu.CXXVI.

Pvritas tria cõfert. Spiritu libertatis, gaudium sinceritatis, firmitudinem caritatis.

Q reprobis sunt fumus, puluis, cæra. Ti.CXXVII.

Reprobi sũt aliqñ sicut fumus, qã in sua altitudine euanescent: aliqñ sicut puluis, qã nullũ caritatis humore perfertur: aliqñ sicut cæra, qã ad calore. i. impulsu tentationis facile liquefcunt.

De portis triplicib⁹. Ti.CXXVIII.

Porte Sion sunt ecclesie sacramenta: sine quib⁹ ecclesia nõ intram⁹. Porte iustitie sunt virtutes medie, quas rpaliter exercem⁹. Porte eternales sũt p̄cipue virtutes, quas etiã in futuro habituri sim⁹.

Religiosos in trib⁹ obnoxios esse Deo. CXXIX.

Ria sunt i qbus obnoxii sum⁹ deo. Signaculũ nature, q̄ ad similitudinem dei facti sumus. Talentũ fidei, quod per bonũ opus deo integrũ resignare debem⁹. Titulus p̄fessiois, q̄ ad seruicũ deo sponsonis vinculis alligamur.

Tribus modis nos interrogat Deus. Ti.CXXX.

Ribus modis nos interrogat Deus. Promulgatione p̄cepti: vt nostra obœdiencia nota fiat. Inuentione flagelli, vt patientia nostra proximis innotescat. Reuelatiõis secreti, vt se nobis virtus humilitatis aperiat.

De tribus bonis tribulationis. Titu.CXXXI.

Ribulatio tria cõfert. Exercitiũ, ne virtus amoris oculi tempore frigescat. Probationem, vt nostre cõstãtie fortitudo ad exemplũ hominib⁹ innotescat. P̄mium, vt iuxta tribulationis modum immensum glorie pondus accipiat.

De tribus aduersitati opponendis. Titu.CXXXII.

Aduersitati tria sunt opponenda. Elektorũ agones & angustia: quas patiuntur qui pie viuunt. Redemptoris afflictioes & molestie, quas ei seuisissimi p̄cipites intulerũt. Dispositio moderatricis iustitie: cuius altitudinem quasi virge Ioseph summitatem nõn discutere sed adrare debemus. Hæc sunt illa tria: ostia, scilicet, termini, q̄ dñs circumdat mare scilicet.

De triplici exercitatione electorum. Ti.CXXXIII.

Riforme est exercitiũ electoru. Austeritas ieiuniorũ, qua excolitur ter

ra carnis, vt fructum ferat: assiduitas lectionum, qua reficitur animus, vt homo interior piguescat: infatigata orationũ, qua mens ad celestium appetitum assurgit.

De tribus mirabilibus in Maria. Titu.CXXXIII

Author mirabilium deus tria quædam mirabilia operatus est in Maria. Integritate m̄ditie mirabiliter suscitauit: vt arca testamenti auro purissimo tegetetur. Puritatem virginalem potentialiter fecundauit: vt rubus ardens non combureretur. Imã summis ineffabiliter copulauit: vt scala Iacob mediante, terrena caelestibus vniretur.

De bonis fecunditatis Mariæ. Titu.CXXXV.

Ria nobis contulit Mariæ fecunditas. Auertit iugũ captiuitatis antiq̄: remittit irã indignationis diuine: deleuit notam iniquitatis humane.

De tribus que p̄stolatur electi, & de tribus que optant reprobi.

Titu.CXXXVI.

Electi tria p̄stolatur in futuro. qd̄ in eis mortale est a vita: penit⁹ absorberi: perennis glorie cõpensatione ditari: deũ sicuti est, infatigabiliter cõtemplari. Reprobi tria optare dicuntur. Voluptatem corpoream sibi ad sufficientiam cumulari: momentaneam gloriã ad beatitudinẽ suffragari: mores suos & opera nullo posse iudicio reprobari.

Q quadruplices sint expectates desu, & quid ab eo speret: iterũ. CXXXVII.

Omnes deũ expectates debet esse suspensi: qñ veniat dubiu qd̄ eis detur: hilares, deuoti, diligetius adornati. Triã sperates in eo: nuptiale p̄sentia, familiarẽ gratiã, liberalẽ munificentiam.

De tribus nuptiis spiritualibus. Titu.CXXXVIII.

Res sunt species nuptiarũ. Prime reconciliationis per fidẽ: in qbus sunt triã fercula: p̄torũ ablutio, gratiæ consequutio, nature reformatio. Secunda: adoptionis per spem: in quib⁹ eloquiũ diuini est cõsolatio, alimonie caelestis cõmunio, dulcedinis interne p̄alibatio. Tertiã glorificatiõis perfecte per caritatẽ: quarũ fercula sunt eterna incorruptio, vera glorificatio, perennis dei visio.

De ternis fidelium armis. CXXXIX.

Arma fidelium terna sunt. Sapientie plenitudo, que est funda Dauid, de qua sententiarũ lapides emittuntur. Patientie fortitudo, que est baculus, quo luporum rabies repulsatur. Caritatis amplitudo, que est pera Dauid, de qua orationes proferuntur.

De trib⁹ p̄lato necessariis. CXL.

Ria p̄latis necessaria sunt. Viua fidei & doctrinæ sinceritas, vt inhabitet in eadẽ regione. Studiosa bene operandi sedulitas, vt vigilias cũ pastoribus celebrẽt. De salute subditorũ diligens curiositas: vt a lupis gregẽ suũ custodiant.

De poenitentie speciebus & partibus. Titu.CXLI.

Res sunt species poenitentie. Simulacra & infructuosa, cuius exemplũ est in Esau & in Saul. Crudelis & desperata, sicut in Cayn & Iuda. Vtilis & cõsummata, sicut in Magdalena & Zacheo. Cuius partes sunt quinq̄. Cõtritiõ in corde, cõfessio in ore, maceratio in carne, correctio in opere, perseverantia in virtute.

De triplici mutatione. TLXLI.

Ria sunt genera mutationũ. Sublimitas in humilitatẽ, qñ verbũ carnẽ assumpsit: cõtempnibilitas in maiestatem, qñ se homo deus corã discipulis trãfigurauit: mutabilitas in eternitatẽ, qñ resurgens celũ regnaturus ascendit.

De triplici impiorum refugio. Titu.CXLIII.

Riforme est impiorũ refugiu. deceptiis documẽtum fallacie, que est Phiton: secularis munimentũ potestatis, q̄ est Rameffe: simulacricis figura iustitie, que est ciuitas solis. Has iubet Pharo edificari.

De quinq̄ torrentibus.

Quinq̄ sunt torrentes. Crudelitatis & malitie, que est Cifon apud quẽ Iabin occiditur. Philosophalis eloquentie: hic est Cedron vltra quem Iesus egredit. Passiois & angustie: hic est in via, de quo dicitur Iesus bibisse. Celestis sapiencie, apud quẽ Helias pascit. Locunditatis & letitie, quo in caelis potatur electi. Cifon interpretatur eorũ duritia. Cedron. i. cedrorũ, & est genitiuus grecis.

De quadruplici specie terra. CXLIII.

B Species tertia quadriformis est. Flos & viriditas temporalium bonorum, quae irigatur sicut paradysus. Vtilis vita & conuersario electorum, de qua oritur panis vitae. Amoenitas caelestium mansionum, quae fluit lacte & melle. Situs gehennalium locorum, quae est terra miseriarum & tenebrarum.

De quadruplici deserto. Tit. CXLV.

C Quadruplex est genus deserti. Inuidiam mundi exilii solitudo, de qua Dauid: in terra deserta, iuxta & saeuosa. Disciplinae christianae difficilis altitudo, in qua peregrinantur filii Israel. Caelestis Hierusalem delectabilis amplitudo, in qua relinquuntur ones nonaginta nouem. Gehennalis miseriarum terribilis habitudo: quae est desertum solitudinis.

De quadruplici curru. Tit. CXLVI.

D Quatuor sunt species curruum. Elationis & dominii: in quo submergit Pharaon. Humilitatis & studii, in quo sedet eunuchus reginae Candacis. Deotionis & obsequii, in quo sedes Ioseph occurrunt patri. Amoris & desiderii, in quo rapitur Helias.

De triplici ascensu domini. Tit. CXLVII.

E Triplicis ascensus domini. Victoriosus, quo ascendit super occasum. Speciosus, quo ascendit super caelos celorum. Gloriosus, quo ascendit super penas ventorum.

De acquisitione regni caelorum. CXLVIII.

F Regnum caelorum alii violenter rapiunt, ut iniqui faciunt amicos de mammona iniquitatis. Alii furantur, ut mulier quae clam tetigit fimbriam vestimenti domini. Alii compelluntur ipsum intrare, ut pauperes seculi.

De iis qui preciosam faciunt mortem. CXLIX.

G Preciosam mortem aliqui faciunt vita, ut in confessoribus: aliqui causa, ut in martyribus: aliqui vita & causa, ut in pluribus post sanctam vitam coronatis martyrio.

De quadruplici visitatione dei. CL.

H Modis quatuor visitat nos deus. Exhibitione precepti, praecipuum enim aliud carnale, aliud spirituale. Asperitate flagelli: cuius modi sunt quique: ut ab iniquitate corrigatur, ne quis de collata virtute superbiat, ut virtus hominibus innotescat, ut alios eius exemplo comoueat, ut corona cumuletur & crescat. Nouitate miraculi, quod visibile & inuisibile. Inspiratione subtili.

De quatuor virginibus ducendis. CLII.

Quatuor virginibus sunt quas in conuictu iugium sociare debemus. Eloquencia philosophalis, quae est Zepho ancilla Iacob. Sententia iudicialis, quae per Balam designatur. Innocentia actualis, quae per Lya potest dici. Contemplatio spiritualis, quae Rachel intelligitur.

De tribus cadelabris. Tit. CLII.

Candelabra in scripturis reperiuntur tria. Legalis obscuritas, quae sphaerulas habet & lilia. Prophetalis subtilitas, quae habet duas oliuas in cacumine suo. Et euaangelica veritas, quae habet in medio sui similem filio hominis.

De tribus munitionibus aie. Tit. CLIII.

Munitiones quibus aia vallatur tres sunt. Sedula circumspectio, quae est spes. Sanctorum intercessio, quae est vallum firmissimum. Diuina protectio, quae est murus protegens ab incursum hostium.

De tribus spem roborantibus. Tit. CLIII.

Spem nostram triplex ratio discutit & roborat. humilitas collatae sapientiae, quae est ouum in aqua coquere: firmitas constantis sapientiae, quod est ouum igne asfari: virilitas inspirationis occultae: quod est ouum in sartagine frigere.

De tribus quibus deus vincit hostes. Tit. CLV.

Tribus sunt quibus deus exercet vindictam in hostes nostros. Lauacris salutaris remedium, quod velut mare rubrum occidit Aegyptios. Penitentiae condigne exercitium, quae velut sulphur peccatores interimit. Distinctionis extreme iudicium, quod velut ignis ad vocem Helie idololatrias inuoluit.

De triplici lecto aie. Tit. CLVI.

Lectus animae quo pausat tripartitus est. Grauitas debilitatis corporeae, quam sibi languidus sanatus subster nit. Tranquillitas quietae conscientiae, in qua fugiente Dauid, statua ponitur. Hic est cui duae culcitrae supponuntur: de preterito securitatis & fidutiae amplitudo: de futuro remunerationis & premii certitudo. Cernical quod supponitur capiti, diuinae familiaritatis & gratiae largitudo. Lectus tertius humilitas superioris gloriae: quae est lectus floridus, quem sexaginta ta fortes ambiunt.

De tribus vitrinis. Tit. CLVII.

Vitrinae per quas solis radius infunditur, tres sunt. Caritatis integritas, per quam peccati remissio se infundit: humilitatis puritas, per quam Mariae gratia caelestis illapsa est: intellectus subtilitas, per quam radii sapientiae cor illustrat.

De septem lampadibus mentis. Tit. CLVIII.

Septem lampades thronum electe mentis illuminant. Charismata sancti spiritus, quae plenius propheta prosequitur, quae dum oleum gloriae vinumque timoris & infirmitatis caelesti igne consumuntur, men veritatis ineffabiliter ministrant.

De triplici edulio apposito. CLIX.

Rod nobis apponitur ad edendum tripharium est carnis edulium. Hodus de capris in fructu poenitentiae, quem Iacob obtulit patri suo Isaac, ut benediceretur. Vitulus de armento in actu iustitiae, quem Abraham expendit in cibum angelorum. Vitulus saginatus in cumulo gloriae, quem pater recepro filio prodigo dicitur mactasse.

De triplici horro animarum. CLX.

Triplicis est hortus in quo electe animae spantur. Molestia corruptibilibus vite, quae est hortus nucum: in quo Susanna lauitur. Amoenitas incunditatis superne, quae est hortus deliciarum: in quo ponitur Adae ut operetur & ipsum custodiat. Dulcedo & suauitas visiois diuinae, quae est hortus conclusus, in quo Ioseph statuit sibi monumentum in petra excisum. Munda quoque conscientia pro sui diuersitate hos in se suscipit hortos.

De tribus mensis appositis. CLXI.

ESuriei nostre mese tres apponitur: Legis & euangelii sacramentum, in quo sumuntur sapientiae dapes. Catholicae institutionis mysterium: ubi accipit pars piscis assi, & fauus mellis. Aeternae satietatis arcana: quae intra velum est, & continet panes propositionis & vite.

De tribus thesauris faciendis. CLXII.

Thesauri quos thesaurizare debemus tres sunt. desiderium pietatis in corde, qui absconditur in agro ut ematur: doctrina veritatis in ore, quae est thesaurus niuis & gradinis: assiduitas perseuerantis in hoste, qui habet frumentum & hordeum & oleum

& mel. Hi sunt thesauri Magorum, qui aurum, thus & myrrham nato domino obtulerunt.

De quatuor differentiis panis. CLXIII.

Quatuor differentiis panis in scripturis reperitur, quibus diuersa generis humani deplorant miseriarum panis coctus in stercore humano, bouino, cinere, & clibanis: quibus diuersi affectus mentis humane exprimitur.

De voto tribus altaribus imponendo. Tit. CLXIII.

Altaria quibus vota supponere debemus tria sunt. Diuinarum sanctionum expletio, quod fit de lignis Sethim in deserto. Beatorum multiplex aduocatio: quod fit de lapidibus quos ferrum non tergit. Redemptoris humilis incarnatio: quod fit de terra.

De tribus puellis sensum nostrum euertere: de quibus ut de aliis multis prolixius habitum est supra. Tit. CLXV.

Puellae sunt quae auertunt sensum nostrum, tres sunt. Teneritudo carnis nostrae, quae est Dalila, quae Sasonis oculos eruit. Amoenitas mundialis gloriae, quae est Iezabel, quae Nabor occidit. Dissidentia futurae vite, quae est filia Herodias: quae caput prophetae sustulit.

F I N I S.

MISCEL

Lancorum secundae codicis Lib. Quintus.

De ecclesiarum & edulio sanctarum spiritualium ornatu. Tit. I.

Misculus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cyprina. Domus sunt varii fidelium conuentus. Tigna quae ad munitionem valent prelati: quorum verbo & exemplo sustentantur.

Hec sunt cedrina, cuius odor serpentes fugat: quae virtute verbi venenata dogmata, cogitationes, opera solent expellere. Laquearia quae ad decorum terminum pertinent, si sunt quae ecclesiam virtutibus exornate porum nouerunt, qui reformare. Hec tignis debent assignari qui in ecclesia moribus splendere desiderant, summos patrum dictis & exemplis tota mente inhaereant. Sunt cyprina. Cypressi autem venustate comae ventorum impulsu non demittunt, constantiam eorum exprimentes qui sanctam ecclesiam altioribus virtutum ornatibus velut laquearia decorant.

Psal. 62.

Esai. 40.

X

Y

Z

A

Cant. 1.

Cant. 7.

De aedificatione templi siue eccle-
się moralī ex ligno, auro & lapide.
Titu. II.

Templū Salomonis ex triplici mate-
ria: ecclesia ex tribus constat ordi-
nibus. Triplex materia: aurū, ligna, lapides.
Lapis prælatis, aurū cōtemplatiuis, lignū
cōfertur actiuis. Ligni vt pars sursum eri-
gatur, pars deorsum demittit. Actiui vt
caelesti gloria porant, piis actibus in ter-
ra occupātur. Aurū quod inuenit homo
abscondit: & de cōtemplatiuis dicitur,
Abscondes eos in abscondito faciei tuę, a
cōturbatione hominū. In lapide qui scri-
ptus est digito dei, tria sunt. Scriptura,
ignis, duritia. In prælato debent esse do-
ctrina, dilectio, correctio. Scriptura notat
doctrinā, duritia correctionē, ignis dile-
ctionē. Nec dilectio sine correctione, nec
correctio utilis est sine dilectione: vtrūq;
necessariū, plus tamen amandū amari q̄
timeri, qđ mystice Salomon docet in ba-
se tēpli quę prælatis aptatur: vbi cū Che-
rubin bouem pariter sculpsit & leonem.
In Cherubin scientia: in boue mansuetu-
do: in leone terror innuitur. Sciētia perti-
net ad doctrinā, mansuetudo ad caritatē,
terror ad correctionē. Virtutē doctrina
parit, caritas fouet, correctio conseruat.
Doctrina instruit ignē, caritas cōso-
latur pusillanimes, correctio cōprimūt cō-
tumaces. Sic ut templum Salomonis ex
triplici materia: sic ex tribus ordinib⁹ cō-

stat Christi ecclesia. Vnde hæc tria con-
ueniunt prælato, doctrina ne cæcus cæco
ducatum præbeat: caritas, vt cōgaudeat
veritatis: correctio, vt vitiosus non cōsen-
tiant. Prælatus cum Noe regit arcam in
diluuio. Cōtemplatiuus cū Daniele orat
ad fenestram orientalem in cœnaculo.
Actiuis cum Iob vniuersis necessitatem
patientibus pio subuenit auxilio. Præla-
tus est in agro vt seminet verbum dei:
cōtemplatiuus in lecto vt suauitate dei
fruatur: actiuis in pistrino, vt sollicitē

etur & turbetur erga plurima pro amo-
re dei. Et quia horū trium ordinū Chri-
stus erat forma futurus: cui conformarē-
tur seipsum. proposuit: vt ver⁹ magister
regni fecit, postea docuit. Vt deuotus cō-
templator ascendit in montem solus ora-
re: vt sedulus minister nō venit ministra-

ri sed ministrare. Ipse quoq; in tēplo cor-
poris sui triplicem hanc materiam præ-
sentauit. Nō tñ em Salomonis tēplū, tē-
plum ecclesię, sed & corporis Christi tē-
plum signat, de quo ait: Soluite templum Ioan. 2.
hoc &c. Er hoc templum constat, auro, li-
gno, lapide. Vnde legit. Nascitur ibi au-
rum terrę illius optimū, ibiq; inuenitur
bdelliū (quę, vt Plinius ait, arbor est odo-
rifera) & lapis onychinus. Terra illā est
beata virgo: cætera Christi signat, qui
constat deitate, carne, anima. Lapis con-
gruit diuinitati propter imutabilitatē:
aurū animę ppter tribulationē quā susti-
nuit: lignum carni, ppter infirmitatem.
De primo dicitur. Ego sum deus, & non
mutor. De scdo. Tristis est aīa mea vsq;
ad mortē. De tertio. Ego sum vermis, &
non homo. Secundum diuinitatem mira-
cula operatus est: Secundū animam no-
bis compassus est: Secundū carnem tor-
menta passus est. De primo leo, quia for-
tis. De secundo gallina, quia multum mi-
sericors est. De tertio agnus, quia multū
mansuetus & mitis. Horū, scilicet leonis,
gallinę, & agni, id est verbi, carnis, & ani-
mę facta est cōiunctio: qñ deus & homo
cōuenerūt in vnū: vt miro cōmicio fie-
ret excelsus humilis, incognitus visibilis,
& immortalis, immortalis, passibilis
& mortalis.

De templo Salomonis allegori-
cē.
Titu. III.

In templo Salomonis, quod generalem
significat ecclesiam, quæ in cælis & in
terris subsistit: tria notanda occurrunt.
Porticus siue atrium ante templū, ipsum
templum, & oraculum quod dicitur san-
cta sanctorum. Erantq; tria ostia porti-
cus, templi, & oraculi. Porticus ante tem-
plum figuram gerit eorum qui fuerunt
tempore legis ante Christi aduentū. Tem-
plum notat integrū Christū, caput scilicet
& membra ipsum subsequētia. Ora-
culū significat q̄ vtrūq; dantur interio-
ris regni cælestis gaudia. Ostiū porticus:
sermo propheticus qui solis radios pri-
mū percipit. Ostium domus ipse est Chri-
stus, q̄ ait. Ego sum ostiū. Oraculi aditus
regni aditus cælestis. In templo sunt fene-
strę oblique, id est intrus lateres. Hi sunt
doctores ecclesię qui predicatione lumen

quod acceperunt aliis infundūt, intrus la-
tiores: quia quod exterius prædicāt, intrus
magis in opere tenent. Vel extra quod
recipiūt lumen, paruum est eius compa-
ratione quod intrus in spe glorię tenent.

De eodem Titu. III.
Ibidem.

Spera parietem templi sunt tria tabu-
lata. Primum habebat latitudinis se-
prem cubitos, secundū sex, tertium quinq;
Hi sunt tres ordines in ecclesia: coniu-
gatorum, continentium, virginum: vel laico-
rum, clericorum, monachorum. Primum
& secundū in terrenam conuersationē am-
plius: tertium careris strictiōne. Vel pri-
mū cœnaculū, præsentem signat ecclesię
statum. Secundū, statum post hanc vitam
notat animarū. Tertium autem mōstrat
duplicem animarū & corporum post iu-
diciū gloriam. Ostium erat in latere tem-
plū: quo per cocleam intrus per parietem
erat ascensus in mediū tabulatum: & a
medio ad tertium: in quo dominicū corpus
notatur. In cuius latere ostiū factum est,
dum in cruce vnus militum lancea latus
eius aperuit, & exiuit sanguis & aqua.
Aqua qua in baptismo abluimur: sanguis
quo in calice sancto cōsecramur. Per hoc
ergo ostium ascensus fit ad mediū & ter-
tium tabulatum: quia per fidem & myste-
ria redemptoris de presentī seculo & ec-
clesiæ cōuersione ad requiem animarum
post mortem, & rursus post iudicium ad
requiem animarum ad immortalitatem
ascendimus corporū quasi in tertium ta-
bulatum. Intrus hoc autē iter fit per co-
cleā: quia inuisibiliter fit. Nullus nisi qui
dño duce per hęc ad cœlestia scādit agno-
scit: etsi qui foris sunt tñ ibi celebratio-
nes intuentur sacramentorū. hoc tabula-
tum in euangelio dicitur pinnaculū, vbi
tentatur a diabolo dominus. Habebant
autem singula tabulata in circuitu la-
tera, ne ab his quispiam residēs deorsum
laberetur: quę quotidianam virtutem di-
uinę protectionis vel humilitatis custo-
diam, qua in honorū operum arce custo-
dimur, notant: ne in malis dum a deo de-
serimur, vel in bonis dum a nobis extol-
limur, ad infima cadam⁹: sicut Ozias qui
de cancello cecidit, in quem separatus a
domo Dauid ascendit. Quia etsi malī ascē-
sum bonę actionis tenēt, ga tñ vnitatem

domus Dauid non habent, quasi facti scē-
tibus laterum præsidis, ad vitiosū decli-
uā labuntur, dum diuino destituti auxi-
lio, proprio fastu intereunt. Hęc latera in-
bet Moyses in omni domo fieri dicens: Si
aedificaueris domum nouam, facies mu-
rum tecti per circuitū, ne effundatur san-
guis in domo tua: & sis reus alio labente.
Si edificas nouam conuersationem, adhū-
benda est humilitatis custodia, ne in ipsa
per superbiam cadēs, sis reus & tui & proxi-
mi quē exemplo occidisti.

De eodem Titu. V.

Operuit parietem domus a pauimē-
to vsq; ad summitatem parietum,
& vsq; ad laquearia intrinsecus lignis ce-
drinis. Lapidēs parietis facti sunt lapides
viui, qui super fundamentū quod est Chri-
stus, crescunt in habitaculum dei, iuncti
cemento caritatis, supportates inuicem
alter alterius onera in timore dei. Hi in-
trus vestiuntur cedro. Cedrus autem est
arbor imputrescibilis, odore & aspectu io-
cunda, serpēs fugans & perimens ac-
censa. Tales em sunt sancti, q̄ per patien-
tiam insuperabiles, fama & operibus ala-
ti, diaboli astutias exterminātes, igne di-
uini amoris accensi, a pauimento domus
vsq; ad summitatem parietū cedro ope-
riunt. hoc est ab initio fidei vsq; ad con-
sumationē boni opis: & vsq; ad laquea-
ria, id est ad ingressum cælestis patrię. La-
quearia tria fuerunt: primum in primo
tabulatu, secundū in secundo, tertium in
tertio. Laquearia ergo iustos itelligim⁹;
vel illos qui in præsentī ecclesia, vel illos
qui in futuro statu animarū, vel post iu-
diciū animarum & corporum: qui ec-
clesiam dei ornant: & positi in superiori
parte domus vel hic vel in futuro, ora-
tionibus protegent. Vsq; ergo ad supe-
riora laquearia lapis in pariete vestitur:
qui vsq; ad ingressum eorum qui sunt in
requie in fidei firmitate perdurat. Ipsi
quoq; parietes sicut & pauimētum, quod
precioso lapide super lapidem tabulis
abiegnis, & sup tabulas laminis aureis di-
cēt stratū, post cedrum auro operiunt, vt
sanctorū oīs vita notet expressa. Lapidēs
em viui tā i pariete q̄ fundamentō, sūt sā-
cti fortitudine fidei i vnitare cōglutina-
ti. Tabulę cedrinę siue abiegnę sūt sancti

altitudine sui terrena spernentes: & ad summa tendentes virtute patietie: & odore virtutum demones fugantes. Auree laminæ sunt supereminentes scientiæ caritatem habentes. quæ marmoris & lignis superponuntur: quia sicut aurum aliis metallis, ita caritas cæteris supereminet virtutibus. Quæ tria breuiter notat Apollus dicitur. In Christo nec circumcisio, neque preputium valent: sed fides quæ per dilectionem operatur. Fidei namque inuictæ lapidis figuram tenet. Cedrus actionis odoriferæ. Aurum transcendens omnia dilectionis. Vestitur lapis deus paries tabulis cedrinis, cum fides orationum operibus, ne sit ociosa vel mortua. Adduntur laminæ aureæ, ut fides & opus dei dilectione splendeat & proximi: ut in omni opere solus deus queratur. Unde quia lex in lapide scripta, & doctrina euangelii per lignum crucis est confirmata: ideo ille populus lapide signabatur in preputio: nos signo crucis consecramur in fronte. Possunt quoque nec incongrue lapides parietis siue pauimenti, fideles in lege signare: Tabule cedrinæ, noui testamenti iustos indicare. & quia utroque vna supernæ retributionis manet gloria, lapidibus & lignis lamina additur aurea: quæ æternæ retributionis fulgorem designat.

De eodem. Titu. VI.

A Edificauit quoque parietem quo diuiditur oraculum a templo, non usque ad laquearia pertingens, sed in inferiori parte habebat aperturam per totum: quasi ianuam per quam ab altari thymiamatis, quod erat ante ostium oraculi, accensus dominus fumus incensorum intrauit oraculum arcamque perfudit. Prior itaque domus in qua semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia celebrantes: presens est ecclesia, ubi quotidie plures insistentes operibus, sacrificia laudis deo offerimus. Interior vero domus, promissa nobis vita in caelis: ubi arca foederis & cherubin, ubi Christus, in quo solo habemus apud patrem pacis foedus, & beatorum angelorum solennitas agitur: in qua semel introeunt in anno non sine sanguine. Paries, qui utramque domum ab inuicem diuidit, claustra sunt caeli, quorum apertione quotidie suspiramus, & donec aperiantur nobis & intrare liceat pulsamus. quæ etsi ante resolutionem corpo-

rum intrare non permittimur: apertam tamen in inferioribus habemus ianuam diuinæ pietatis: qua orationum & eleemosynarum, iuniorum ceterorumque bonorum operum incensum & thymiamata ab altari cordis premittimus. Hoc altare prope ostium est oraculi, significans illas in sancta sanctorum ad aures. Christi orationum voces per ianuam diuinæ misericordie premitteri: qui quidem sola carne detenti, omni desiderio ad superiora suspensi, quanto celesti patriæ viciniores, tanto a deo citius quæ postcui accipiunt. Sciendum autem quod omnes clauis quibus in portu templo laminæ figebantur: aurei erant pondere singuli quinquaginta siclorum. hi sunt precepta caritatis, vel promissa beatitudinis, quibus ne deficiamus continemur. Hi quinquaginta sicli ponderantur: quia verba caelestia remissionem peccati, gratiam scilicet & requiem eternam promittunt: quæ omnia in scripturis isto modo significantur. Isti sunt clauis dilectionis. Sunt & alii clauis timoris, quibus incipientes illecebras vitiorum & carnis mortificant, illi scilicet sermones virtutis quibus carnem crucifigimus cum vitis & concupiscentiis: de quibus dicitur: *Cōfuge timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.* Qui rursus proficiens de clauis dicit: *Mihi adhaerere deo bonum est.* Fecit in oraculo duo cherubin de lignis oliuarum. In cherubin angelica ministratio, quæ in laude creatoris, in mutua caritate, & ea quæ ad homines extenduntur, notatur. Nam quod duabus alis tangebatur vitrorum parietem & amplectuntur: quod extendunt alas super arcam quasi ad volandum: eos ad laudem dei omne bonum referre & ad diuinum obsequium exprimit paratos esse. Quod autem de oliuarum lignis facta sunt: virtutes angelicas gratia, scilicet ne vniquam ab amore dei arescant, exprimit esse vinctas. Isti in oraculo positi facies habent ad exteriorē domum: quia in gloria positi non ab hac peregrinatione eripi, & ad suum consortium desiderant peruenire. Vel duo cherubin duo sunt testamenta, quæ & duos parietes tangunt, dum vtrique populo dantur: & se tangunt, dum in altero sit alterum ac ipsum Christum tanquam pari concordia venerantur.

De eodem Titu. VII.

R Ingressu oraculi fecit duo ostia de lignis oliuarum. Hæc sunt dilectio dei & proximi: quia ianuam vite non sine dilectione quisquam ingredi potest. Hæc sunt de lignis oliuarum ut operibus misericordie luceant. In introitu quoque templi duo ostia de lignis abiegnis: vniquodque duplex & seipsum aperiebat continens. Sicut ingressus oraculi, ingressus regni vocat: sic ingressus templi primordia conuersionis quo ecclesiam intramus. Iste ad fidem, ille ad spem. Ista sunt dilectio dei & proximi quæ se continent: & vna non est sine altera. Et vniquodque duplex propter fidei operationem: quod non sunt ostia oraculi quia in ea videbimus quæ credimus, & nullo labore indigebimus ubi laborum premia recipimus. In parietibus & ostiis sculpsit Cherubin palmas & anaglyphas & varias picturas. Cherubin facit quoniam in eis puritatem angelicæ castitatis docet imitari: palmas, cum memoria æternæ retributionis eorum meritis insigit: picturas varias quasi de pariete prominentes, cum multiphas virtutum operationes ex eis imminentes tribuit. Verbi gratia, misericordiam, humilitatem & patientiam &c. Et notandum quod de lapidibus foris dolatis edificata est domus: quia dum edificaretur domus, non est auditus malleus neque securis in domo. Hic enim tūdum aduerfiratibus, & disciplinis exercemur: ut illic locis iuxta meritum congruis castigatione cessante disponamur, imo spiritu impleti deo copulemur. Notandum primo in atrio inueniebatur mare, id est lacrum ad lauandum. ex quo a duodecim bobus fundebatur aqua. Inde in eodem atrio in ingressum templi erat altare in quo immolabantur carnes. In templo autem iuxta ostium oraculi altare aureum in quo adolebatur thymiamata. In oraculo autem post velum erat arca sub alis Cherubin. In his notatur, ut quæ sancta sanctorum intrare, id est celum ubi est christus, & angelorum gloria: prius se lauet per poenitentiam, & in altari holocaustorum mortificet carnem: & perfectus in altari thymiamatis, premitat perfectionis opera, postquam mereatur ad sancta sanctorum ingressum.

De eodem. Titulus. VIII.

S Alomon in basibus iuteris, in templo X simulacrum cherubin leonis & bouis fecit depingi. Bases in templo summi sacerdotis in ecclesia, qui sollicitudinem regiminis accipiunt, quasi bases separatae, ut onus portent. Cherubin plenitudo est scientie: quæ bene basibus imprimitur: quoniam decet ut summi sacerdotes plenitudine scientie repleantur. Per leonem terror severitatis: per bouem patientia mansuetudinis. Igitur in basibus nec leones sine bobus, nec boues sine leonibus imprimuntur: quia in sacerdotibus debet esse mansuetudo & ira, ut in furore sciant iram temperare, & in mansuetudine excitare.

De Cere & quæ in eo sunt mystice.

Titulus. IX.

Cereus est Christus. Trias namque in cereo sunt: cera, lignum, ignis. Cera mirabiliter non coit, sed ex diuersa florum amoenitate colligitur. Hæc circumponitur ligno, lignum vero igne accenditur ut luceat. Cera ergo carnem illam significat: quæ opera spiritus sancti sine coitu concepta est de virgine: lignum cera indurum, est anima christi carne vestita. Ignis quoque lucet est ipsa diuinitas. Vel cereus est fides & operatio. Nam cereus lumen habet: & cera sit apud magno labore, in quo operatio notatur. Lumen est ipsa fides, quæ operatione illuminat. Hæc duo debemus christo puero offerre: ut ipse verum lumen ortum ad illuminationem gentium, accendat in nobis lumen fidei: & seipso lumine boni nobis datum operis ætæna mercede remuneret.

De horis canonicis in quibus sit dominus ceteris passionis commemoratio. Et primo de hora prima. Titulus. X.

Prima hora qua dominus consputus, illusus, alapis ceteris, opprobriis affectus, Pilato propter nos assistit ligatus: & qua rediuitus stans in litore in captura piscium magnorum & multorum a quibus retia rupta non sunt, mellicum coniectum cum discipulis celebrans, ecclesiam qualis in resurrectione mortuorum futura est, significauit. Ante omnem igitur curam corporis, primam horam dei offeremus creatori nostro & redemptori: qui passus est propter delicta nostra: & resurrexit post

Rom. 4.

&&&.i.

Exo. 17.

pter iustificationem nostrā. Querendū em̄ primū regnū dei: & cetera adiacent nobis: quia & in lege iubet dñs omne sibi primogenitū offerri.

De hora tertia canonica. Titu. XI.

Hora tertia duplici ratione splendet insignis: qm̄ hac Iesus spinis coronatus & crucifixus illis linguis iudeorū est: quorū dētes arma & sagitte, & lingua est gladius acutus: qui Pilato iudicante dimittit, firmauerunt sibi sermonē neq̄ clamantes, tolle & crucifige eū. Et quia spūsanctus q̄ in remissionē peccatorū non fuerat datus anteq̄ Iesus esset clarificat⁹, super nascentem ecclesiā in igneis linguis sub horā tertiam effusus est.

De hora nona canonica. Tit. XII.

Hora nona iure in laudē dñi celebratur: qm̄ clamās Iesus magna voce emisit spiritū, & latrone admissō in paradysum, veniā quīs sero veraciter tamen poenitentibus & cōsistentibus dedicatur. & qua rescisso velo legis & prophetarū, cœpimus reuelata facie gloriā dñi contēplari: & perforato latere xp̄i formandę ecclesię p̄fluxerūt elementa: sanguis eius quo redimimur, & aqua qua abluimur. Huius ergo horę nobis celebrandę quadruplex est ratio.

De Vespertina & matutina.

Titulus. XIII.

Vespertinę & matutinę laudis sacrificiū magnis est sacramentis dedicatū. Vespere & mane iugiter in lege iubetur offerri holocaustū. Vespere dñs panē & vinū assumens & in veritate sui corporis & sanguinis representans, p̄priis portatur in manibus: testamentū suis scripsit heredibus, hūilitatem & caritatē lauando pedes discipulorum cōmendans: & post iam morturus solennitate longi sermonis amicis & filiis vltimū valedixit. Itē i vespere apprensū viū in fractione panis agnoscutur, & hēsitātia discipulorū corda in lecto igne caritatis succēdit. In matutino negantē Petrū galli cāt⁹ redarguit, dñs respicit: & negator ad poenitentię lachrymas cōfugit. Nunciata resurrectione dñi a sanctis mulierib⁹, tristitia fidelū in gaudiū cōuertit: quia q̄ erat

D

mortuus, vinū se ostendit, & tangi dignatur & adorari. Et nota q̄ cū ceterarum partes horarū septenę sint. i. Verus, Deus in adiutoriū, cū gloria: hymnus, psalmi, lectio & oratio cōpletiva: his horis octava additur, canticū. s. de euangelio: q̄ cantat pro octava in beatitudine resurrectionis: qua insignite sūt iuxta sensum euangelii. Vespere inq̄ sabbati q̄ lucefcit in prima sabbati & c.

Matt. 28

De hora completorii. Titu. XIII.

Hora completorii nobis illud cōmemorat de passione domini, q̄ egresso Iuda cœpīt dñs pauere & tēdere, & factus in agonia p̄lixius orare: & guttis sanguinei sudoris torcular sol⁹ calcans, in futuro sanguinē martyrum pro se fundendū p̄signat. Itēq̄ de resurrectione eius: q̄ postq̄ fecerat pacē iter deū & homines, legatus fidelis rediens euangelizauit nobis, stans in medio discipulorum & dicens. Pax vobis.

De vigiliis nocturnis canonicis.

Titulus. XV.

Vigilias nocturnas de quibus propheta, Media inquit nocte surgebā ad consistendum tibi: euāgelicę gratię claritas instituit. Nam nocte media dominus nascitur. Idem vt Sanson quondam obsessus media nocte contractis in ferni portis surrexit a mortuis. Media nocte venturus asserit in similitudinē egyptii temporis: qm̄ pascha celebratū est, & exterminator venit, dñs super tabernacula transiit, & in typū nostrarū frontium postes sanguine agni consecrati sunt. Vnde reor inq̄ beat⁹ Hieronymus) traditionē apostolicam per mansisse, vt die vigiliarum paschę ante noctis mediū dimittere non liceat populos expectātes aduentū xp̄i, & postq̄ aduenerit illud tēpus, securitate p̄sumpta festū diem cunctos agere.

G
Psal. 118.

De oratione ante lectiones.

Titulus. XVI.

Lectiones oratione puenim⁹, q̄a rogare debemus dñm messis vt mittat operarios in messem: & aperiat cor nostrū in lege sua & in p̄ceptis: ne semē verbū qd̄ audituri sumus, aut volucres comedāt, aut spine suffocent, aut duritia petrę frustrata radice supplantet.

H

De bñdictione ab lecturo ante lectionem petenda. Titulus. XVII.

I
Rom. 10.

Lecturus bñdictionē petens, significat q̄ nemo nisi missus officium predicadī usurpare debet: quomodo em̄ (inquit ap̄s) p̄dicabunt nisi mittātur? Quod aut in fine dicit: Tu aut dñe miserere nostri: inuit q̄ officii p̄dicandi sine puluere vel leuis culpę difficulter possit peragi: & q̄ q̄a pedes euāgelizan- tis quasi p̄ terrā ambulāt & sordidant, mīa indiget: vt in hac parte lauet etiā si totus sit mīdus. Q̄ Deo gratias succinit chorus: nō ad precē lectoris sed totam lectionē respicit. Gratias em̄ agimus q̄ doctrinę suę panē nobis frāgit, ne fame verbū dei pereamus. Nā ad lectiones, quartū in fine Tu aut nō dicis, scilicet ad capitula horarū: quia verbum dei est in quo viuit oīs homo, deo gratias similiter succlamamus.

De campanarū significatione.

Titulus. XVIII.

K

Campanę sicut & legales tubę, sanctos ecclesię p̄dicatores significāt: qui ad Sion montē & ciuitatē sanctam Hierl'm & futurum dei iudicium populum inuitant & preparāt: sensumq̄ auditoris surdi ad audiendum magnitudinem rei, magnitudinē dicendi fletere contēdunt. Duritia metalli fortitudinē mentis: plectrū ferreū quo son⁹ eliditur, constantiā sermonis imitatur.

Ezech. 3

Philip. 3

2. Cor. 5.

Efal. 62.

Amos. 6

Ecce dedi (ait dñs) frontē tuā duriorē frontibus eorū: & vt adamantē & silicē faciē tuā. Fugiens quoq̄ terrenā habitationē & dicens: Nostra conuersatio in celis est: sursum cor suspēdat, pēdensq̄ de turre fortitudinis, q̄ constat contra faciē inimici, speculatore se nouerit positum domui Israhel. Gestet aut lignum crucis in capite mētis: funē exinde colligatum. i. vinculū caritatis, vsq̄ ad infirmos fratres, quasi ad terrā porrigat: quo cōmonitus p̄sonare & os suū dilatare nō cesset dicens. Caritas xp̄i vrget nos. Item custos sup muros Hierusalē constitutus non taceat instans opportune & sportune, iis q̄ dormiunt in lectis eburneis, nocte ebrii sunt & lasciuūt in stratis suis: & eos qui nocte dormiunt & nocte ebrii sunt, ad laudē dei

quasi violēter excitent, ne vsq̄ ad matutinum. i. tremēdum dei iudiciū somno consepulti pereant. Trinū autē solēnis diei classicum. i. matutinū, vespertinū, & quod ad missę pulsāt initū, sic imitatur euangelicus p̄dicatorū chorus, vt semp̄ p̄dicet lamētationes p̄sentis vitę, carnē future, & vch̄ gehēnalis irę.

De dñicis Aduētus & earū officii. Titulus. XIX.

Primus aduentus in persona commemorat antiquę ecclesię. i. in. iiii. dñica. Scds aduentus expectātib⁹ & de siderantibus iam instare denūciat prophetis & apostolicis tubis. Ideo vero secūsdus aduentus duab⁹ dñicis declamatur: q̄a primū aduētū sola q̄ p̄cessit, incarnationē dñi p̄missam expectauit. Scda tā p̄cedēs q̄ subsequēs audiuit. Illa p̄phetis tm̄, hęc p̄phetis & ap̄licis edocta p̄sonis, quapropter in scda prophetiā p̄sonat officii Popul⁹ sion: tertia apostolicū, Gaudete in dño semper.

M

Quarta dñica quę diē natiuitatis nouissimā respicit, tēpus illud cōmemorat quo ip̄gnato iā & tumido vtero virginis, prope erat dñs: & calcians se in corpore virginis dñs corrigiā suę ligabat incarnationis: quā se Ioannes nō posse soluere confitē. Ideoq̄ dicit dñi ca vacās: quę ita vacat officio vt nulli sanctorum, qui oēs officiales eius sunt, hanc regis xp̄i ligaturā corrigię soluere. i. sanctę incarnationis mysterium denudar fuerit creditum. sed solūmodo stans: i. illa. i. gentilitas, q̄ p̄missū audierat, in idumēa extendā calciāmētum meū: & respiciēs illud tēpus quo rex qui hoc p̄miserat egressus de sinu patris in vtero calciabatur: & insolubilem sanctę incarnationis corrigiā suis circūdans gressibus: & vidēs neminem mysterii huius habere inuestigationis officium: tantū orandi inuit officium clamans in introitu. Memento n̄i dñe in beneplacito tuo, id est filio in quo tibi bene cōplacuit solo ex milibus populū tui: visita nos in salutari tuo, eodem scilicet filio instar medicī egrū dignatione gratuita visitans.

Ioan. 6

Psal. 59.

De primę dñicę aduentus officio. Titulus. XX.

&& &. ii.

N Prima vero dñica ad primū spectās aduentū, huius intentionis habet officīū, vt iis qbus necdū venit dñs. i. qui fidē non receperūt incarnationis, adueniat tāta salus vt leuent ad deum aiām suā, & confidētes in dño nō. erubescant, neq; irrideant inimici. i. demones: sed vias suas eis demōstret & semitas doceat: quas vt ambulēt demōstrat apl's dicēs: Sciētes qa hora est &c.

Rom. 13.

De secūde dñice aduentus officio. Titulus. XXI.

O In secunda autē dñica paruulo & puillo filio peregrina matre nato: qui patrē nunq̄ vidit: quē matre narrante in celū abiisse audiens, sicut ceruus ad fontes, patris absentia plorans, p̄sentia desiderat, & gemitibus & sp̄cibus celum pulsar: & cōmiserescēs mater secūdi aduentus officīū canit desideranti, patris reditū iminere denunciāns, cōsolat & dicit. Populus sion: ecce dñs veniet ad saluandas gentes: & auditā faciet dñs gloriā vocis suę: qua dicit: Venite benedicti patris mei &c. In letitia (ingt) cordis vestri: q̄ tanta erit vt leuare de beamus corda nostra. Vnde & in collecta p̄camur. Excita dñe corda nostra. i. leua & exhilara ad p̄parādas vnigeniti tui vias. In tertia quoq; dñica hoc idē vox clamat apl'ca, vt & si quis dilaceretur, persequutiones sustineat, & pro dlatione patris gemat: gaudeat in tribulationibus: & iterū gaudeat reposita in celis, propter hoc, multa mercede: nihilq; sollicit⁹ sit, quia dñs prope est ad remunerandū, tantū modestia ei⁹ nota sit oibus hominibus, & petitiones ino-

Matt. 25.

tescant apud deū. Et nota q̄ ho: reposit⁹ re diaconus & subdiaconus non vt in dalmatica & tunica: qa subdiacon⁹ tāq; lex ante incarnationem carebat ornatu euangelii: diaconus tanq; ipsum euāgelii lauere: cuius claritas quanta sit nondū apparuit ante sacramenta incarnationis, passiois & resurrectionis. Vt tūtur autē casualis, quas lecturī exuunt maxime protestātes illā suā nō esse vestē: sed propter dñicē diē vel alicuius reuerentiam festi se accipere accommodato, vt in opem atq; indecentem consolentur expolationē. Eadem de causa

Quod Alleluia in septuagesima nō canatur, & quare. Titulus. XXIII.

Anticūq; auctoritatis & dignitatis caticum alleluia tempore septuagesimę de ore tollitur sanctę ecclesię. quicquid em̄ sempiterna musica, gloria q; patris de corde ipsius eterni musici nata (cui⁹ est etiā psalteriū & cithara: Sicut dicit ei: Exurge gloria mea psal. 56. teriū & cithara) Iesus scilz xps, de etna iocūditate suis auditoribus exhibuit:

Gloria in excelsis: & Ite missa est inter mittitur: q̄ illud tēpus significat quo adhuc expectabat gaudiū pacis, & quonunc solliciti p̄tolamur consummationem nostrę salutis.

De duabus missis i nocte natalis dñi & de vna in die. Titulus. XXII.

Dve missę noctis natiuitatis sūt, vt ecclesia in honorē natiuitatis, qua deus pater ex secreto suę substatie illū genuit, primam missam ordinaret: & in memoriā eius qua p vterus virginis benedictus fili⁹ ante incarnationē credebatur vterus, secūda succineret. Tertia vero sit in die, qua eū non venturum sed venisse exultans, venisse p̄clamat. Puer natus est nobis. Ad hoc em̄ officīū primę missę eternā ei⁹ geniturā exprimit: & officīū secūde sedē tēporalem futurā: & officīū tercię ipsam factā esse manifeste demōstrat. Q; autē duę lectiones in his missis leguntur, id significat q̄ p duo cherubin q se inuicem aspiciunt versis vultibus p p̄pitiatorū, incarnatus dñs designat vel figuratur. In hac ergo solēnitāte in omni missa legunt duę lectiones: vna de veteri testamento, altera de nouo: vt dum vetus hoc faciendū denūciat, quod nouum clamat factū, quasi cherubin inuicem se aspiciāt: & dū disp̄sationis xp̄i mysteriū concorditer narrāt, vultus in p̄pitiatorū vertant, & quasi inter se in carnatū dñm videant. Cherubin itaq; in p̄pitiatorū versis vultibus se respicere, est duas lectiones ex duobus testamentis: prophetica qua venturā, & euāgelicā lectionē qua prop̄itiatorū nfm iam incarnatum verbum p̄dicatur: con cordibus testimonis & vno eodēq; sensu respicere.

Alleluia in septuagesima nō canatur, & quare. Titulus. XXIII.

Anticūq; auctoritatis & dignitatis caticum alleluia tempore septuagesimę de ore tollitur sanctę ecclesię. quicquid em̄ sempiterna musica, gloria q; patris de corde ipsius eterni musici nata (cui⁹ est etiā psalteriū & cithara: Sicut dicit ei: Exurge gloria mea psal. 56. teriū & cithara) Iesus scilz xps, de etna iocūditate suis auditoribus exhibuit:

Luc. 10.

quorū beati oculi q viderūt & aures q audierūt: quicqd in quā de celestib⁹ gaudiis ore suo dñs Iesus p̄dicauit, Alleluia nostrū est: nouū canticū, laus suānis. Hoc autē neq; veteres sancti patres videre. Vnde: Multi reges & p̄phete uerunt videre q̄ vos videtis, & nō viderunt: & audire q̄ vos auditis, & non audierunt. Neq; nos q̄ diu pegrinamur a dño in corpore videre possumus vel audire. Cū itaq; plorabile antiquę ecclesię nondū redemptę statū cōmemoramus nostriq; incolatū, qa prolōgatus est, de plangim⁹: pulchro ordine Alleluia de ore nostro tollitur: qa per illud alleluia significat, q̄ nondū illis aduenerat, & a nobis recessit & ablat⁹ est sp̄sus a filiis. Die vero resurrectionis qm̄ noua soboles renascitur, & claritate replentur agni nouelli, qui uenerūt ad fontes: noua ecclesia, noua tot mūdo nūciat gaudia hoc nomine alleluia.

De septuagesimę ratione & pascha li letitia. Titulus. XXIII.

Septuagesimā nominamus septē dñi scas sequētes. in quartū prima miser homo a paradisi foelicitate, a creatoris facie pietus clamat: Circūdederūt me gemitus mortis. In septima a septuagesima dñica redeunt de peregrinatione hac & de conuale lachrymarū dicit: Letare Hierusalē. Ideo autē septuagesimam vocamus, qa hoc idē officii inuitur quod significatū est illa septuagenaria captiuitate populi dei, qui realiter sedit & fleuit super flumina babylo nis. Nō em̄ dicit septuagesima a septuaginta diebus q̄ terminant ad sabbatū, quo albe ponūtur: cū nihil indign⁹ sit q̄ captiuitatē eo numero signari intra quē dies resurrectionis occurrit, nobilitas anni, decus mēsiū, aurora dierum: quo victo captiuatore, dñs victor surgēs suos oēs liberauit. Hoc idē dicit, de sexagesima, quinquagesima, q̄dragesima. De sexagesimę officio. Titu. XXV.

V In sexagesima ille quem circūdederūt dolores mortis, suam miseriam considerans, iam incipit clamare ad liberationem dicens. Exurge quare obdormis dñe. Vnde & redemptor calamitatis ei⁹ miserus: exiit seminare se-

In itroitu. In euā.

men bonum in terrā cordis eius: & est statio ad sanctum Paulum digna satis causa. Exturgens em̄ aduocē orantis miserī qui dormire videbatur, seminator verbi dei, sapiētię celestis aratores suos cōducit sanctos aplos, & p̄cipue sanctū Paulū qui plus oibus laborauit, operarium vtilē, ducem verbi & vere seminatorem verborū: per quē omnes gentes cognouerunt gratiā dei quā ad gēres misit: & acuto vomere linguę suę corda dura p̄scindens, fidei & mortū semē copiosum effudit. Vnde sacerdos igrefus, in collecta celebrē doctoris gētium memoriā facit. Amplius ad hoc sequē epla pertinet, qua idē fortissimus celestis agricola & operari⁹, veros labores suos enumerat & pericula qbus illum affecerūt qui dñi sui fines inuaserūt & arari nō pmittēbant: q̄ rebellātes dñi tori vnuerse terre aratrū eius confrēgerunt & boues iugularunt innocuos.

Graduale

Disseminato verbo doctoris, i graduale canit. Iam sciant gētes qm̄ nomen tibi de⁹: & qui repulerūt positi sunt vt rota: q̄ surgētes in his q̄ retro sunt. i. in carnalibus, cadūt in anteriorib⁹. i. intellectualibus: & quēadmodū ante faciē vēti sic disperierūt flante spiritu ire dei. In tractu gratias agit seminari q̄ cōmota terra & cōturbata. i. vnuerſi peccatores q̄ culturas suas execrabiles ad uertētes cōmoti sūt ad poenitentiā: & p̄ significationē p̄dicatiōis incipiētes timere, fugiūt a facie arc⁹. i. diuini iudicii: in quo duob⁹ testamētis quasi duobus cornib⁹ flexis, rebelles diuiniverbi dānationis sentētia ferientur. Lecto euāgelio orat in offerēda, p̄ſce gressus meos. Timendū est em̄ ne susceptū semen verbi dei, si ceciderit secus viā. i. in exterioribus vacantes, diripiatur a volucrib⁹ imundorū spiritūū, vel a sp̄i nosis diuitiis suffocet, vel sine humore caritatis areſcat: & sic nō perficiantur gressus nostri. In ipsa vero offerēda postulant m̄ie dei vt deus custodiat semē suū sicut pupillā ne cōpungat a suffocātibus spinis. p̄tegat subymbra alarū ne siccetur ab ardorib⁹ solis. i. estuātis auaritię: eripiat ab ipio, ne auferat verbum de cordib⁹ n̄is: vt dicat bona terra

Tractus

Offerēda

Psal. 16. afferens fructū in patientia: Ego autē in iustitia apparebo cōspectui tuo. quod & cōmunio. canis: Introibo inq̄ ad altare dei. Semen em̄ dei terrā nostrā in qua creuit qd̄ mutabile est sursum̄ vehit secū in horrea celi: quia cū terra sim⁹, nisi verbo dei, quod est xp̄s, portemur, in celum non ascēdimus: sicut ipse ait. Nemo ascendit in celū nisi &c. Cū quo & p̄ quē subleuati portantes manipulos iustitię ierificabimur, deo renouate iuuetutē nostrā, vigore nouitatis et̄ne.

X De quinquagesimę officio. Tit. XXVI.
In quinquagesima is qui calamitatem suā considerans in superiori dñica de profundis clamauerat ad dominū vt exurgeret & nō repelleret eū vsq̄ in finē: videns captiuitatē suā, & diaboli oēm cōtra ipsum̄ vitiōrū mouere exercitiū: a quo oīs qui pie vult viuere psequutionem patit: & audiens sibi dictū, Filii si vis conuerti ad dñm, prepara animū tuū ad tērationes: adiutoris dei implorat protectionē, dicens. Esto mihi ī deū protectore &c. Et qm̄ nihil sine ip̄o valet: cū neq̄ currentis neq̄ volentis sed ip̄ius miserētis sit, vt videat p se cec⁹ & faciat bonū: hoc idē in collecta orat: & dño dicenti sibi in euangelio, Quid vis faciā tibi fr̄der: Dñe vt videā. Apostolus quoq̄ ad illuminationē eiusdem cecī in epla curā recipit, dū cunctis charismatibus excellentiorē viam demonstrat. i. caritatē. Si linguis inq̄t hoīm loquar & angelorū: caritatē autē nō habē: fact⁹ sum sicut es sonans aut cymbalū tinniēs. Hęc ē em̄ cordis lumē & ocul⁹: quo q caret cecus est, & in tenebris ambulat & nescit quo eat. Nā & cecū illuminare cepit deus genus humanū: dādo fidē filiis Israel. Hoc primū collirio iunxit ei⁹ oculos, dicens. Diliges dñm deū tuū &c. Ad hęc illuminationē nota fit p̄ graduale in gentibus virtus illuminatoris. Propter hęc etiā dicit ī tractu, Intrate ī cōspectu eius: quasi dicat, Accedite & illuminamini. Propter hęc quoq̄ & in offertorio gr̄as agim⁹ dicētes: Bñdicit⁹ &c. Quia vero nō satis est illuminationē sciētię pcepisse nisi abiciamus carnalia desideria: congrue illorum exēplo tremur de qbus dicimus

2. Tim. 3. Eccl. 12.

Mar. 10.

1. Cor. 13.

Matt. 22.

Psal. 33.

in cōmunionē: Manducauerūt & saturati sunt.

De quadagesimę officio. Ti. XXVII
In quadagesima quasi ex psona liberatoris dicitur se iuocāti, Ecce assuz: clamat ecclesia ī officio. Inuocabit me & ego exaudia &c. Vñ in oib⁹ q sequitur, Christū ieiunātē tentatoris īsidias superasse, sup aspidē & basiliscū ambulasse, leonē & draconē conculcasse narrat, victoriā eādē nobis corpori eius adē capitis repromittēs. Sed qm̄ scriptura prophetarū hoc dicitū, vsq̄ ad aduentū Christi & passionis ipsius tēpus clausa fuit (q̄a tenebrosa aqua in nubibus aeris. i. occulta sciētia in pphetis, donec Agnus dei, solus dignus soluere libitū, significata eius ī passione sua cōplendo aperiret ppheticas voces) dicitur ab hac dñica vela depensa ducitur ante sanctę ecclesię altaria, vt populus nō videat sancta sanctorū donec in hebdomada ante pascha, depositione velorū eadem reuelet significatio, quę facta est per hoc q̄ velū templi scissum est, tradente dño spiritum.

De die cinerū in capite ieiunij. Titulus. XXVIII.

In capite ieiunij neq̄ cinerib⁹ caput Z aspergere, neq̄ nudis pedib⁹ ambulare opus esset, si oēs lugendi sciētia haberemus, cunctisq̄ illud equaliter saperet, quod ppheta exprobrās, Cecidit inquit corona capitis nostri: vñ nobis q̄a peccauimus, & oibus esset in promptu facere illud: Scindite corda vestra & non vestimenta vestra. Nunc autē maxima pars nostrū sponte non meminit qualē ornatū capitis. i. cordis deū offēdēdo perdidit. Neq̄ possunt facile corda tepida scindi, nisi extrinsecis adiuuemur ornamentis. Vt igit̄ meminermus q̄ puluis sumus: qd̄ nos esse pater noster oblitus fuit, qm̄ proiecit deū coronam suā, & exinde sensit nuditatem suā: cinere capita aspgim⁹, imas partes nudamus: hoc habitu cōfitemes q̄ non dñi nec de celo sumus, sed homies, & de terra habuimus. principium: & q̄ per peccata gloria nostra spoliati, & inter hostes nudī constituti, ornatu glorię dei indigemus.

Thre. 5.

Iohel. 2.

De poenitentia incipiēda eadē die. Titulus. XXIX.

AIn capite ieiunij cinis & ciliciū, quę sunt arma poenitentij, nobis pponuntur. In cilicio memoria peccatorū pungentis: vt peccatū nos non delectet, sed pungat & feriat, & ad puniendū admo neat: ideo fit de pilis caprarū q̄ pro peccato solebant offerri. Cinis significat q̄ edificatū diaboli prius in nobis male cōstructū debet esse combustum: & ardor peccati in nobis refriguisse. Vnde imūdus in lege q̄ lauabatur aqua nō plene mūdabatur vsq̄ ad vesperā. i. donec feruor defecisset. Cinis autem ille nō sine causa steri solet de sarmento, nō passim de quouis lignis. Sarmēta in vite preciosa sunt quibuslibet lignis syluestribus, q̄ fructifera sunt & preciosum fructum afferunt. Infructuosa vero sarmēta sunt ceteris viliora, q̄a in nullam fabricam cōueniūt sed in ignē vt ardeāt. ita & xp̄iani a xpo vite p̄cisi tanto grauius puniūtur, quanto ampliorib⁹ dei beneficiis sunt abusi.

De secundę dñicę officio vacatē. Titulus. XXX.

explicari, ad cuius magnitudinē reuelāda oīs lingua modica est & imperfecta. Quis em̄ plane enarraret, qd in cor hominis non ascendit! Hoc ergo gaudiū quia nec penit⁹ verbis exprimi, nec penitus taceri pōt: Ecclesia quasi demissis verbis iubilando quasi in admirationē profilit, ac si dicat. Quę vox, quę poterit lingua retexere &c. Hic enim verba non sufficiunt nec intellectus: nec tamen amor finit tacere. Sic ergo ecclesia pneumatizādo, dictū mirabile, exp̄ssius quodam modo & meli⁹ sine verbis q̄ p verba inuit quātū sit gaudium dei vbi verba cessabūt. Per pneumā em̄ licet nō enarretur quantū sit eternū gaudium, saltem monstrat ipsum esse inenarrabile. Quādo autē sequentia sequitur posterioris alleluia nō habet pneumā, sed chorus in loco eius sequentiā concinit, quę idem significat. i. eternę vitę gaudium atq; delicias. Vnde illa noua solet habere verba & inusitata: quia celi gaudiū secretum est & incognitum mortalibus. Vel sequentia eternę vitę mysticā laudes, vnde dictū est. Beati qui habitant in domo tua dñe, in secula seculorū laudabunt te. Huic significationi pulchre cōuenit q̄ sequentia verba habet laudiflua & cantū dulcisonū: quia ibi oīa erunt plena laude, & melodia celestis organi abundabit dulciflua letitia. Quia sicut letitū omnīū habitatio erit ibi. Et quia laudes eternę vitę hūanis verbis non resonant, qdam ecclesie mystice pneumatizant sequentiā sine verbis. Nulla enim verborum significatio necessaria, vbi corda singulorū patebūt singulis librū vitę intuentibus. Tract⁹ autē quia gemitū & cantū lachrymabilem exprimit lachrymas sanctorū siue in actiua siue in cōtemplatiua vita respensat. Vnde tract⁹ dicitur, quia sancti suspirantes ab imo pectoris gemitū trahunt: qui licet spe gaudeant vt moner alleluia, tñ in valle lachrymarū hic cōmorātes habent irriguum superius & irriguū inferius, quod tract⁹ mysticat. Gemunt em̄ siebiliter pro superne dilatione beatitudinis, sup flumina babylonis sedentes patrię suę memores. Iterū lachrymas fundunt pro suis & aliorū

Psal. 83.

Psal. 55.

P

excessibus: dñi ex vicinitate babylonici fluii seipfos vident sepe asperfos, & alios penitus imersos ipsius fluii rapiditate ferri deorsum. Sed q̄a hic ploratus quandoq̄ est respectu supni gaudiū, quādoq̄ est respectu nostrę miserię: tractus quandoq̄ tangit letitiā pro superiori irriguo, vt in Iubilate & Laudate: & quandoq̄ tristitiam p̄ irriguo inferiori, vt in De profundis & aliis huiusmodi. Et quia gaudiū sanctorum nō est plenum & continuū, sed sepe interrumpitur: ecclesia quādoq̄ interponit tractum, vt in septuagesimali tempore. Et cū repetit alleluia ī sabbato paschali, tractus alleluia sequitur: quia gaudium hic non expedit sine fletu. In sabbato in albis. i. in octauis paschę duplicatur alleluia: quia in ęterna vita perfecte tunc erit gaudium, glorificata carne cū anima, & completa resurrectione sanctorum cum resurrectione xpi. Vnde cantat ecclesia. Hęc dies quam fecit dñs &c. Merito itaq̄ ecclesia significās ęternū gaudiū, vt supra diximus, quandoq̄ gaudiū per alleluia inuit, quandoq̄ in merore viuens per tractū ingemiscit & plorat. Considerans em̄ in paradiso diuinarū scripturarū, q̄ per paradysum virtutū ad paradysū celestium diuinarū puertura sit, exultat: respiciēs autē q̄ adhuc in valle lachrymarū retinet, & q̄ de terrestri paradiso cecidit, plorat. Sed de hoc gaudiō & de hoc ploratu plenius explicabo diuissim in duobus voluminibus, quorū vni erit nomen Paradysus, R & alteri Cur flet qui gaudet. Hinc autē ad aliud transeuntes intruamur transitū apostolorū de iudeis ad gentes: quę per hoc cōmemorat ecclesia, q̄ euangelium a dextera parte ad sinistram trāstertur & ibi legitur: Iudea em̄ respuente verbū dei, apostoli transferunt ad gentes: dum siccato Gedeonis vellere, ros irrigauit aream. Qui em̄ prius dixerat, In viam gentium ne abieritis: post hęc p̄cepit dicens. Prędicatę euangelii omni creature. Quia ergo p̄dicatio peruenit etiam ad illos q̄ in sinistra parte fuerāt, merito in sinistra parte legitur euangelium: nec tantū in sinistra, sed etiam ad uerfus aquilonem, qui malos significat

Matt. 10.
Marci vit.

Iuxta illud: Ponā sedem meā ad aquilonem, quia etiā ad tales peruenit p̄dicatio q̄ longe a calore veri solis recesserant. Vel propter hoc potius cōtra aquilonem legitur: quia aquilo ventus frigidus diaboli significat, qui statu tentationum corda hominū congelat & infrigidat ab amore dei. Vnde Abaq̄lone (inquit) pandetur omne malū. Et sp̄osa in canticis canticorū: Surge (inquit) aquilo, & veni auster. hoc est recede maligne spiritus q̄ hortū meū infrigidas, & veni auster. i. sp̄s sanctę q̄ perfians aromata fluere facis. Merito ergo cōtra aquilonem legitur euangelium: quia fides q̄ in euangelio continetur, armatura nostra est contra diaboli. Cui (inquit) resistite fortes in fide. Nunc considera q̄ plebs baculos hic deponit, reclinatoria relinquit, caput detegit, crucem frontis imprimit, stans audit, q̄ euangelium in altiori gradu legitur q̄ epistola: nota singula. Deponere baculos inuit christianę esse p̄fectionis, non vindicare, sed dño referuare vindictā: quia inquit: Mihi vīdictā & ego retribuā. Reclinatoria relinq̄re, significat q̄ nō debem⁹ cōsidere in principibus vel sustentaculis terrenis: quia vanitas vanitātū & omnia vanitas, dicit Eccles: subauditur cōparatiōe dei: in quę nostrā curam iactare debemus. Caput detegitur, vt ostēdatur q̄ attēre audire & intelligere verbum dei debemus. Signū crucis fronti imprimē, ne hostis antiquus superueniens per zizaniam hęresis corrūpat semē rectę fidei. Per hoc q̄ stantes audimus, grauē pugnam restare cōsideret: Quia nobis nō est colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principes tenebrarum harū. In altiori gradu legit euangelium q̄ epistola, quia doctrina xpi lōge excellit doctrinā apostolorum. Post euangelium chorus cantat compendium nostrę fidei: ostendēs se p̄bere assensum verbo euangelii, & in quę vel quid credit. Rectus ordo, quo rex vocat, respōdent milites, sequimur. Deinde sacerdos salutatur populū dicens: Dñs vobiscū, hęc salutatio ab antiquo sumpta est: Boos em̄ messorum suos sic salutauit: & propheta in Paralipome. Asa regem &

Esa. 14.

Hier. 1.

1. Pet. 5.

S

Heb. 10.

Eph. 6.

T

eos qui cū eo erant. Salutatur ergo sacerdos populū, & monet orare: vt in fide recitata p̄maneat stabilis. Quod ei promittens chorus, offertoriū succinit: ac si dicat, Credo: & fidē quā confessus sū, opere implebo. Vnde sacerdos statim offert dona consecranda: Et de hinc munera sua populū, significans offerre se ipsum deo. Considera ordinē: euangelium p̄cedit, fides sequitur, dehinc offertur munera. Necessē est em̄ primū audire verbum dei. Quis enim crederet nisi prius audiret? Quomodo (inquit) credent, nisi p̄dicentur? Deinde quis nō recte credens, mun⁹ deo acceptabile offerre poterit: quia sine fide impossibile est placere deo. Possumus etiā p̄ oblata munera commemorare copiosam victiā animam, q̄ oblata est a populo cum rex Salomō templū & altare dño sacraret. Exemplo illius plebs fidelis offert se & sua dona dño. Nunc autē diligenti⁹ ad hoc referamus oculos, q̄ sacerdos, vt supra cōmemorauim⁹, offert dona sacrificanda, panem scilicet & vinum. Vtraq̄ typice obtulit Melchisedech: vtraq̄ Christus dedit discipulis cōmunitibus. Sed vtraq̄ in corpus & sanguinē conuersa sunt. Vtrum autē vtraq̄ conuertatur in vtrumq̄, supra me est definire. Tutius tamen q̄ panis tantū in corpus & vinū in sanguinē, q̄ vtrūq̄ in vtrūq̄ conuertet: dicerē: nisi videret occurrere q̄ sub vtraq̄ specie vtrumq̄ sumi credimus. Sed nec hoc repugnat si rem subtilius intueamur. Sub specie em̄ panis vtrūq̄ esse potest & sumi: non quia panis in vtrūq̄ forsitan transierit: sed quia vbi vnum est corpus est, & separatim non est, nec diuissim sumitur vt diuise sunt species sub quibus sumitur, sed vtraq̄ simul, licet diuissim loquamur scdm species diuersas. hoc est inquit corpus meū: & deinde, hic sanguis meus. Sed dicit aliquis. Erat ne propriū corpus ipsi⁹ quod dedit, an figurate locutus est, vt quando se vocauit ostium? Propriū q̄dem erat corpus eius & verū corpus q̄ tunc dedit discipulis & nūc in altari sumitur & manducatur: Idem in quā quod de virgine natus est & iam immortale ad dexteram dei est in gloria.

V

Rom. 10.

Heb. 11.

X

Y

Mira res: Caro q̄ comeditur in imis, in tegra manet in excelsis. Ad quid opponis dialecticę? quid hic meditaris sophista? cur argumēta hęc q̄ris? hoc est puluerem in astra spargere. Dialectica tua tantū non ascendit. Respice em̄ & vide vbies, & intellige q̄ sensus primam tenet regionem ascendendi, Imaginatio secundā, Ratio tertiā, in qua dialectica tua didicit ludere. Supra hanc fides est excelsior dialectica, q̄ non est audita in Chanaan nec visa est ī Theman: cui humana ratio non prebet experimētum, maxime cum de fide trinitatis, vel de corpore domini (vt hic) sermo contextitur. Intellectum vero fides trāscendit, per quam sancti vident cęli secreta: vt Paulus in tertio cęlo, & Ioānes in Apocalypsi. Sed intellectus in visione ęternę vitę perficitur, quando videbimus deum facie ad faciem: quem hic contemplamur in enigmate. Nemo hic poterit ue disputet, sed quod augeat fidei meritum humiliter queratur: & quod sine periculo non discutit, firmiter credat. Potest ergo q̄ri cur dñs carnē suā sumi voluit: nec tātū carnē sed carnē & sanguinem: & quare nō in specie carnis & sanguinis: cū sit caro & sanguis: Et quare sub sacramento: & vtrū sumat tantū caro & sanguis Christi, an tot⁹ Christi⁹, & si totus xps, quare vsualius dicamus corpus dñi sumere q̄ Christū vel dñm. Voluit ergo Christi⁹ carnē suā sumi a fidelib⁹ vt p̄ cibū carnis inuitaret ad gustū diuinitatis, & qd̄ hic t̄p̄aliter gerim⁹ ęternis gaudiis consequamur: vt hic sit ī medicīa, & ibi ī deliciis. Vtrūq̄ sumi voluit: vt corp⁹ n̄m & aīa simul nostra cū eo glorificet. In specie carnis & sanguis nō sumit: ne hūan⁹ anim⁹ obhorreret, & sensus sibi insolita expauesceret: vt quādo orāte beato Gregorio digitus auricularis cruetatus sanguine in calice inuentus ac ostēsus est. Sub sacramēto & nō sub pp̄ria forma sumit, vt fides cōprobet, q̄ est de iis q̄ nō videtur, vel q̄ nō posset mortalis homo inruerī claritatē q̄ esset in corpore Christi, quā expti sunt discipuli in trāssiguratione. Sub tali autē sacramēto sumit. i. sub specie panis & vini, ppt̄ hęc simi

Z

A

B

litudinem, quia panis confirmat, & vi-
num letificat cor hominis: & xps virtus
est & letitia hominum & angelorum. Et li-
cet in qualibet istarum idem & totum su-
matur, tamen in utraque sumitur, ad signifi-
ficandum quod duplex est effectus huius sa-
cramenti. Est enim redemptio corporis &
anime: quod non significatur si in vna
tantum specie sumeret, quod licet in utraque
specie utrumque sumatur, non tamen in
utraque utrumque significetur. Sed species
panis corpus, & species vini sanguinem
Christi respectu resurrectionis significat: &
suscipio in utraque specie simul redemptio-
nem corporis & anime sumentis signifi-
cat. Alibi autem alio respectu panis & vi-
num corpus Christi, quod est ecclesia, signifi-
ficant: quia sicut vnus panis ex multis
granis, & vinum ex multis racemis: ita
vna ecclesia (quae typice corpus Christi) ex mul-
tis personis adunatur. Hic autem, hoc est
in sacramento altaris, in specie panis &
vini verum corpus & verum sanguis eius
sub utraque specie veraciter post conse-
crationem sumitur. Licet ergo utrumque sit
sub utraque specie illarum: sub utraque ta-
men sumitur ad significandum (vt diximus)
duplicem effectum. Nec est iteratio sacra-
menti, nisi secundum eandem speciem denuo su-
matur. Quod autem non debeat dari intin-
ctum, ex decretis habemus. Et nota quod non
de quolibet pane hoc consecrat sacramen-
tum, sed tantum de pane frumenti: quia
ipse de se dicit. Nisi granum frumenti ca-
dens in terram mortuum fuerit, ipsum solum
manet. Pulchre autem se vocat granum fru-
menti: quia granum frumenti candidum est in-
terius & rubrum exterius. Et Christus candidus
dicitur respectu diuinitatis, & rubicundus
in carne propter passionem. Vnde sponsa in
canticis canticorum. Dilectus meus candidus
& rubicundus. De hoc rubore vox illa est
admiratiua. Quis est iste qui venit de Edom
in vestimentis de bostra? De vino autem
sanguis Christi consecratur, vt intelligamus
quod ipse est vitis vera suos vere letificans.
Vnde sponsa cantat. Botrus cyperi dile-
ctus meus mihi in vineis engaddi. Et
merito hoc sacramentum consecratur de
pane frumenti & vino in quibus est prin-
cipalis refectionis: vt intelligamus principalem
refectionem in corpore & sanguine Christi

ex diuinitate: quia caro Christi est vere
re cibis, & sanguis eius vere est potus:
dum in perceptione gratiae donum inter-
ne & eterne refectionis meretur qui com-
municat corpori Christi. Ad hoc restat quod
rendum, utrum sumatur tantum caro & san-
guis, an totus Christus. Ad quod respondeo
quod ego filius a matre Ecclesia didici:
quod totus Christus sumitur non diuisus. Sed
queritur quare vsualiter dicitur sumi cor-
pus eius quasi diuisum: cum in persona
Christi tres sint substantiae, verbum, caro &
anima. Non est autem intelligendum diuisum,
quasi tantum illud quod est corpus su-
matur. Sed dicitur corpus domini sumi
vt intelligatur ipsum dominum vere sumi:
quo genere loquendi dicimus, corpus regis
ibi fuit, id est, vere rex ibi fuit. Vel corpus do-
mini dicimur sumere: quia corporea sub-
stantia scilicet panis & vini, non transit
in substantiam incorpoream, sed in substan-
tiam corpoream, videlicet in corpus & san-
guinem Christi. Vel nimio amoris affectu
corpus nominatur: vel cum in Christo di-
uersae sint naturae, illud nosamus quomodo
sic loquimur, quod proprie corporis oculis
videri potest, hoc est corpus. Sed licet
corpus Christi vsualiter dicatur sumi,
tamen Christus integer sumitur: nec pars
sub specie panis, & pars sub specie vini:
sed totus hic, & totus ibi: non pars in parte,
sed totum in parte. Videtur pars vna, & quasi
pars esse videtur: & totum ibi est. & pars al-
tera videtur, & quasi altera pars est: & idem
totum est, totum hic & totum ibi: nec minus
in parte quam in toto, nec maius in toto quam in
parte. Et quotiesque partes feceris, totum in
singulis est. Nec mireris: opus dei est. Si
in diuersis locis potest esse vnus: quare non
in singulis partibus potest esse totus?
Vtrumque mirum est: sed vtrumque verum est. Nec
tamen mirum est respectu facientis. Quid
enim mirum si omnipotens & mirabilis mira-
da operatur? Sed dicitur: Quomodo corpus vnus
eodem tempore in diuersis locis esse potest?
Super altare est & in caelo est: hic est & ibi
est: & totum est vbique est: tamen hic quomodo
totum ibi: & in multis locis similiter totus
est. Noli mirari, qui fecit corpus & locum,
utrumque facit in altero esse vt vult:
& est semper sicut ipse vult, cuius & aliter
facere nouit & potest: cuius sapien-

tiæ non est numerus: cuius potentia natu-
ris rerum imperat. Sed tu miraris quando
vides vel audis quod videre vel audire non
confueuisti. Idcirco quoniam mirari coeperis
& dixerit tibi cogitatio tua: quomodo
hoc esse potest? cogita facientem & respi-
ce omnipotentem: & desinet esse mirum
quicquid illud fuerit. Et si forte mira-
bile esse non desierit, incredibile tamen non
erit: quia si factor omnipotens cogitatur
non erit impossibile apud eum quicquid erit.
Sed dicit forsitan cor tuum: ubi est corpus
domini postquam sumpsi illud & manducaui?
Audi ergo. Corporalem presentiam Christi
queris: in caelo quere. Tecum per corporalem
presentiam ad tempus esse voluit: quando &
quandiu necesse fuit. Exhibuit ad tem-
pus presentiam, vt per illam ad spiritualem
inueniendam excitaret & iuuaret. Ideo ad
te corporaliter venit: vt per corporalem
presentiam spiritualis inueniat quae non au-
feratur. Venit ad te corporaliter, non vt
hic tecum permaneat corporaliter sed
spiritualiter. Sic per assumptam carnem
ocultus venit in mundum, & secundum cor-
poralem presentiam cum hominibus conuer-
satus est, vt ad spiritalem eleuaret presen-
tiam: & completa dispensatione secundum cor-
poralem presentiam recessit, sed secundum spi-
ritalem remansit. Vnde ait. Ecce ego vo-
bis cum sum vsque ad consummationem se-
culi. Sic ad te venit corporaliter vt te-
cum maneat spiritualiter. Quando in ma-
nibus tenes eius sacramentum, corpora-
liter tecum est. Quando ore suscipis &
quando ore manducas, corporaliter tecum
est. Denique in visu, in tactu, in sapore cor-
poraliter tecum est. Et quantum ad sensum tuum
corporaliter afficitur, eius presentia non
aufertur corporalis. Postquam autem sensus
corporalis in percipiendo deficit: de-
cepit corporalis Christi presentia non est
querenda sed spiritualis retinenda. Dispensa-
tio completa est, perfecta est: perfectum
sacramentum: virtus manet. Christus
de ore ad cor transit, non cibus corpo-
ris sed anima. Venit ad te per corpora-
lem presentiam vt comedatur, non vt
consumatur: vt gustetur, non vt incorpo-
retur. Sed quando caro Christi mandu-
catur, non qui manducatur sed qui man-
ducat, et quem manducat incorporatur.

Audiuit Augustinus de caelo Christi di-
centem. Cibus grandium sum, crede &
manducabis me: non vt me mures in te
sicut cibum carnis tuae: sed vt tu mureris
in me. Completa ergo sacramentali dis-
pensatione si corporalem presentiam
Christi queris, in caelo quere: ibi quere
ubi prius fuit quod per sacramentum cor-
poraliter tecum esse inciperet, & vnde
non discessit quando ad te venit. Itaque
prudenter discerne quid in sacramen-
to altaris sensui exhibitum sit, quid spiri-
ritui accommodatum. In hoc enim sacra-
mento tria considerantur. Vnum quod
est tantum sacramentum: Alterum quod
est sacramentum & res sacramenti: Ter-
tium quod est res tantum & non sacra-
mentum. Sacramentum tantum est vi-
sibilis species panis & vini. Sacramen-
tum & res est corpus Christi & sanguis:
res quantum ad species sub quibus sumitur:
sacramentum est alterius rei, quia signum
est illius gratiae & virtutis quae ibi per-
cipitur, scilicet vnionis & capitis & membrorum.
Et haec vnio res est non sacramentum, sed
virtus sacramenti. Ecce tria considera-
uimus. Primum est secundum signum: Secundum
causa tertium: Tertium virtus secundum &
veritas primum. Aliud ergo est species,
quae visibilis cernitur: Aliud veritas cor-
poris & sanguinis quae inuisibiliter cre-
ditur: Aliud spiritualis gratia, quae cum
corpore & sanguine inuisibiliter & spi-
ritualiter percipitur. Visibilis species sacra-
mentum est corporis & sanguis domini: Cor-
pus autem & sanguis sacramentum inuisibilis
genere, sine qua sacramentum non potest. Cum
autem sacramentum dupliciter dicatur, vel sacre-
rei signum, vel sacrum secretum: species
panis & vini sacramentum dicitur,
hoc est sacre rei signum, scilicet corporis
& sanguinis domini. Corpus autem &
sanguis domini sacramentum dicitur: quia sa-
crum secretum est, quod per visibilem speciem signifi-
ficatur, quia sacre rei signum est, quia signifi-
cat gratiam spiritalem, quae dicitur spirita-
lis caro Christi, vt ei dicit Hieronymus
intelligitur dupliciter caro Christi: vel
caro quae nata est de virgine: vel caro spi-
ritalis, de qua dicit dominus. Caro mea vere
est cibus, & sanguis meus vere est potus.
qui manducat meam carnem & bibit

Ioan. 12.

Cant. v.

Cant. ii.

Ioan. 6.

meum sanguinē, in me manet & ego in in eo. Hanc carnē manducat, quicquid p fidem & dilectionem Christo vnitur & consecratur & conformatur. Particeps em̄ fit corporis & sanguinis dñi spiritaliter: licet non sacramentaliter (& hoc Augustino attestante) quicquid i baptisimo mēbrum xp̄i efficitur. Nec tanto sacramento priuā ille in quo hoc inuenitur quod sacramentū illud significat, hoc est ipsa efficacia, quę virtus sacramenti & caro spiritalis appellatur: vt supra diximus. Hic ppendere potes, q̄ sicut dupliciter caro Christi intelligit, vt iam dixim⁹: ita sumptio duplex est, sacramentalis & spiritalis: quia boni & mali sacramentū sumūt, rem sacramenti tā tum boni. Sacramentū in hoc loco corpus dñi appellam⁹. Rem sacramenti ipsam efficaciam & gratiam spūalem: quā vt supra dixim⁹ Hieronym⁹ vocat spūalē carnē Christi, quā non manducant nisi boni. Sacramentalis autē cōmuniō est cōmunis bonis & malis: q̄ sine spūali non pdest. vñ dñs. Caro non prodest quicquid, spiritus autē viuificat. Ac si diceret: carnem meā sumere non pdest nisi sumat in gratia spūali. Immo q̄ sumit indigne reus est corporis & sanguinis dñi. Spiritalis autē sumptio (q̄ vera fide percipitur) sine sacramentali (ubi non est contemptus religionis) sufficit. Qui ergo māducatur digne, habet sacramentū & rē sacramenti. Qui credit & diligit, etsi māducare sub sacramento non possit, rem tamē sacramenti habet, & spiritaliter māducatur, & veraciter Christo incorporatur. Sic itaq̄ quidā manducātes non māducant. Quidā em̄ indigne māducātes corpus dñi non percipiūt gratiam spiritalē. Indigne manducat q̄ in crimine manet vel irreuerenter sumit nō diuidicans corpus dñi. Quidā autē licet corporaliter sumere non possunt tamē spūaliter manducant spiritalē carnem Christi: hoc est efficientiam sacramenti, sine qua non est vita spiritalis. Vnde dominus dicit. Nisi māducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Corpus igitur domini aliis est ad iudi-

cium & aliis ad salutem. Virtus autem huius sacramenti nullis ad mortē, sed omnibus sumentibus est ad salutē: quę etiam per cōmunionem sacramenti augmētatur quotiens hoc sacramentum id est corpus domini percipitur. Hic est panis viuus qui de celo descendit: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum. Igitur cum fide vera & mūdo corde accedendū est ad hoc tantum sacramentū, ad hoc sacramentū & imortale p̄sidium, mysteriū & libamen agendum: quod est sacramentū sacramentorum omnia sanctificans sacramenta. Vnde per excellentiam dicitur eucharistia, id est bona gratia: quia non tantum in hoc sacramento gratia sumitur sed etiam ipse a quo est omnis gratia. Hęc eucharistia dicitur diuina, quia diuine sumentes diuinos & participes diuinitatis facit. Hic est panis cotidian⁹ quem necesse habet cotidie ecclesia sub sacramento sumere. Sicut em̄ necessaria fuit illa nobis Christi p̄sentia i carne olini qua mori posset: ita necessaria est vsq̄ ad finē mūdi ei⁹ p̄sentia eo modo quo panis viu⁹ q̄ de celo descendit māducari possit. Igitur qui tūc ex sola dilectione exhibuit se talē, vt lancea perforari posset: & nunc vsq̄ ad finem seculi se talem exhibet, qui in sacramento māducari possit. Hoc sacramentum firma cōmentum est contra hostes, de quo ecclesia in p̄pheta. Parasti in conspectu meo mensam. Hoc sacramentum viaticum est ascendendum de exilio ad patriam. Hoc enim significabat per Manna. Illud enim post transitum maris rubri filiis Israel datum fuit viaticum per desertum ad terram promissionis. Hoc spiritalē manna dominici corporis post baptismum datur Christianis, qui habēt potestatem filios dei fieri: vt hoc pane angelico per desertum huius seculi ad terram viuentium perueniant. Eundē panem māducatur homo & angelus. Sed homo adhuc in medicina: angelus iam in deliciis. Solet autem queri de sacramento, vtrum domin⁹ corpus suū mortale dederit discipulis suis ante passionem, an immortale, quod magis credimus: & quomodo tūc potuit dare cor-

Ioan. 6.

Ioan. 6.

2. Cor. 11.

Psal. 22.

pus immortale cū esset ipse adhuc mortalis: Hic queri potest: quomodo de virgine nasci potuit: & quomodo nunc corpus eius totū in diuersis locis simul esse possit: & quomodo panis & vinū in corpus & sanguinem transeat non per vnionem sed per transmutationem: & multa huiusmodi, quę in hoc sacramento mirantur. Est enim secretum hoc sacramentum & miraculis plenum & mysteriū inscrutabile: vnde quia dū de eo tractam⁹ supra nos rimamur, ad id quod residuum est vicina domus aduocetur. Quod si nec ipsa suffecerit: igne quod remanet cōburatur: hoc est spūi sancto tradatur: quod omnia subtiliter & plene intuetur: quod vbi vult & quātū vult spirat & erudit. Nūc autem ad hoc redeamus q̄ sacerdos vt supra diximus, offert dona ad sacrificandum: panem scilicet & vinum: sed & vino superadditur aqua. Hoc forsitan miraris: sed & hoc magnū est sacramentum. Vnde labilis homo est mortalis. Hęc mixta vino significat hominē Christo vnitum sanguine Christi. Qui separat aquā negat vnionem Christi & ecclesię. Rursus hęc ideo coniungi debent: quia nihil pdest fons baptismi sine sanguine Christi, nec sanguis sine baptismo: vtrunq̄ de latere Christi manauit. Qui vnū demit non imitatur mysterium passionis. Sacerdos tantum incepturus sacramentū orat vt oratio omnium sibi auxilietur. Vnde & ecclesia pro eo orat dicens: Spirit⁹ sanctus superueniat in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi, vel illud: Mittat tibi dominus auxiliū de sancto, & de sion tueatur te, vel, Sit memor oīs sacrificii tui, & holocaustum tuū pingue fiat: vel aliqd huiusmodi. Post hoc sacerdos secreto orans significat secretas preces Christi dicentis. Pater: si fieri potest transeat a me calix iste. Post preces sacerdos salutat populū sublimi voce, & monet sursum habere corda & gratias agere p̄i per Christū: & agēdas asserit esse per ipsum sub quo tremat omnis potestas. Tandem sacrat dona sacrandā. Nota singula. Hęc omnia Christus egit. Post preces venit ad discipulos dicens. Vigilate & orate. Deinde dicit, dormite iam & requiescite. Post hęc oblatus est. Dum iussit vigila-

Mat. 26.

re, salutauit: quia salus adest vigilatibus. Dum dixit orate, monuit sursum corda habere: quia non sunt orāda nisi quę sursum sunt. Dum vocat ad requiem dicens Dormite: monet gratias agere. Qui em̄ requiescit a malo, grat⁹ deo efficitur: quod est gratias ei agere. Et vt digne deo gratiā reddantur, i. vt vita nostra consonet supernis ciuib⁹: orat sacerdos preces nostras adiungi vocibus angelorum, qui p̄ Christum maiestatem patris laudāt, adorant, atq̄ cōcelebrant & tremūt: & quos tanto mysterio missa certum est adesse, vbi ima adiunguntur supernis & homo deo sociatur. Dehinc statim chorus gratus de perceptis & de percipiēdis donis hymnum cantat angelicum, quem celestis militia clamare non cessat. In quo vt in libro Esaię reperitur, chorus triplicat. Sanctus propter personarum trinitatem: & semel dicit dominus sabaoth, p̄pter diuinā vtiā. i. substantiā vnitatem. Gratias agit creatori de beneficiis, cum dicit. Pleni sunt cęli & terra gloria tua. De beneficiis specialiter redemptoris, dum cantat, Benedictus qui venit in nomine domini. Hęc vexillum crucis imprimitur: quia Christus per crucem triumphauit, & nos triumphare facit. Chorus iterat osanna in excelsis: vt saluemur corpore & anima inter angelos. Post hęc sacerdos secretum incipit. hoc a quibusdā missa vocatur: quia in primitiua ecclesia catechumini solebant interesse celebrationi missę vsq̄ ad consecrationem: & tunc clamabat diaconus dicens: Catechumini exeant foras, & quia tunc mittebantur foras, hoc mysterium missa vocabatur. Secretum autem ideo appellabatur: quia secreta voce peragitur. In primitiua autem ecclesia alta voce p̄ferebatur, donec pastores memoriter ex cotidiano vsu verba retinentes, in campis eadē cantabant. Sed ipsi diuina vindicta ibidem percussi sunt. vnde ecclesia consuevit p̄pter reuerentiam tantū mysterium secreto agere. Secretum etiam dicitur: quia humana ratio nequaquam plenarie tantū mysterium capere potest. Ad quod significā dum merito secreta voce celebratur. De hoc tanto & tam secreto officio summā breuitet tangamus. Sacerdos igitur se-

cretum missæ celebrans representat ea quæ olim pontifex egit, quæ ille præfigurauit. Nunc ergo considerandum est quod replum dei olim diuisum erat in duas partes, uel interposito: priorem autem partem illi vocabant sancta, interiora uero sancta sanctorum. Quicquid ergo in officio missæ agitur ante secretum, quasi in eade priora est: Quod autem in secreto agitur, intra sancta sanctorum. Erat igitur intra sancta sanctorum (ut canones testantur) ara incensi & arca testamenti & tabula supra arcam, & supra tabulam duo cherubim.

X gloriæ mutuo uultu sese respicientia. Huc intrabat solus pontifex semel in anno, habens nomina patrum in rationali & super humerali scripta: ferens sanguinem & carbones: quos cum thymiamate in thuribulo orans ponebat, donec fumus obumbraret eum. Deinde aspergebat tabulam & arcam sanguine: post exibat ad populum & lauabat vestes, nec vocabatur mundus ante uesperam. Hæc signa fuerunt, & recesserunt postquam uenerunt significata.

Y Prior ædes præsentem ecclesiam mystificat: sancta sanctorum celum: pontifex Christum: sanguis passionis: carbones caritatem Christi. Thuribulum arcam ipsius Christi. Thus crematum, preces odoriferas. Ara cohortes cæli. Arca Christum secundum humanitatem. Tabula super arcam, deum patrem. Duo cherubim duo testamenta: quæ adinuicem respiciunt sese, quia concordant. Vestis quæ lauitur, hominem significat: uespera finem hominis. Confer ergo quæ olim fiebant & quæ Christus egit: & respice quomodo minister ecclesiæ illa representat & hæc peragitur.

Z Heb. 9. vsq; in primis. Pontifex olim intrabat sancta sanctorum cum sanguine semel in anno: & Christus per proprium sanguinem introiit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Sic minister ecclesiæ intrat cum sanguine in sancta sanctorum, quotiens in mente memoriam sanguinis Christi gerens, hic incipit mysterium: qui non solum mente sed crucis signaculo passionem Christi retractat, dum primo uersu crucis signum apponit. Et nota quod triplici nomine appellat, dona, munera, sacrificia. Ideo dona, quia deus ea donauit, ut homo inde sustentetur: Munera, quia in

de homo munerat autorem. Sacrificia, quia ea sacrificantur. His etiam tribus nominibus pulchre innuitur completum esse in hoc sacrificio, quod olim triplex species debet hostia legis. In primis: vsque communiantes. Regalis pontifex ingrediens sancta sanctorum orabat: & Christus ante passionem suam orauit se glorificari, discipulosque conseruari. Nunc etiam sedens ad dexteram patris interpellat pro nobis. Sic noster minister sequens Aaron & Christum, pro tota supplicat ecclesie: deinde pro prelati & subditi. Communicantes: vsque hanc igitur. Pontifex (ut lex iubebat) thuribulum aureum plenum uitis carbonibus intra sancta sanctorum secum portabat: & Christus carnis suæ thuribulum omni uirtute plenum tulit ad astra. Item sacerdos legalis portabat nomina patrum scripta in rationali & superhumerali: & Christus nouit mentem & actum nomina sanctorum. Nec sufficit sacerdoti tantum uerbis commemorare, nisi ipse sanctos representet intus in amore & foris in moribus: ut intus calens sit amore: & extra coruscans moribus: quod significant logion & super humerale. Hæc igitur: vsque supplices. Pontifex legalis orans fumo thymiamatis obumbrabatur & tegebatur, ne pateret alicui dum cremaret incensum: & Christus dum patrem interpellat pro nobis, angelorum transit intuitum, quia intelligi non potest quantum presentia sumptæ carnis impetret apud deum patrem pro nobis. Item sacerdos dum uicem Christi gerit quodammodo tegitur & latet: quia nec cogitari nec enarrari potest quanta uirtus & potentia sit in uerbis in hoc mysterio, quia latet homines & angelos quomodo uerba & mystica signa crucis prouehant dona oblata. Dum enim rogat dominum ut placatus oblationem accipiat: & quibusdam aliis interpositis rogat, ut digne ut facere oblationem benedictam, hoc est ut promoueat in melius: Ascriptam, hoc est sibi propriam: Ratam, hoc est ut suscipiens sit ad salutem: Rationabilem & acceptabilem, hoc est ut ipse recte diuidat & dominum placare possit rogat. Et hoc totum confertur in illis uerbis dominum in coena prolatis, quæ sacerdos subiungit. Sed ea dicitur sic prius scipit. Qui prius

dicitur pateret. In his uerbis sumit ab altari panem adhuc communem: & eleuatum benedicit & signum crucis imprimi, & prius usque deponat representat uerba domini dicitur: Benedixit & fregit: & quæ sequuntur. Postea tollit calicem & signat, & representat uerba domini dicens. Et dedit discipulis suis dicens: Accipite & bibite ex hoc omnes. Hic fit illud insigne miraculum. In his uerbis cibus carnis fit cibus animæ. Per hæc uerba & per crucis signaculum, nouatur natura, & panis fit caro, & uinum sanguis, unde merito cum uenisset ad hæc uerba in quibus tanta gratia datur, sacerdos tollit altera uerba, significans hunc cibum & hunc potum excellentiorem ceteris. Supplices te rogamus, vsque Oremus preceptis. Pontifex (ut lex iubebat) aspergebat & aram & exterius sacrum sanguine pacifico: & Christus totiens aspergit patrem sanguine, quotiens eum placat per carnem assumptam. Aram aspergit quod diu numerum restaurat angelorum. Exterius sacrum aspergit: dum homines signat, & patri reconciliat quæ in terris sunt. Sacerdos eosdem aspergit, quia per hoc sacrificium placat deum & impetrat ueniam, & sic aspergit super nos. Nam cum nos emittat, numerum augmetat supernorum: cibus uinum. Dum autem nominat sublime altare, commemorat sancta sanctorum. Dum nominibus suis recenset sanctos, gerit nomina patrum. Sed ut habeat uerba, scilicet logion & superhumeralia, bis recenset nomina. Hoc iuxta principium canonis & in hac parte tropologicè fert logion pectus & superhumeralia quod humeros tegebatur: dum mores rationabiles imitat & opera. Deinde dicit quod deus per Christum hæc omnia creat, sanctificat, uiuificat, benedicit. Per uerbum enim pater naturam rerum creauit: & per eundem Christum mirificat, ut cibus & potus communis, fiat cibus & potus singularis. Per uerbum uerba significat, dum tantam rebus confert gratiam, ut homo qui percipit sanctificetur: uiuificat ut qui digne sumit uiuificetur: benedicit, ut qui participat æternam accipiat benedictionem. Oremus preceptis saluta. mo. Pontifex legalis regressus ad populum lauabat vestes: & immundus tamen erat vsque ad uesperam. Sic Christus

qui intrauit sancta sanctorum, redit ad ecclesiam copatiendo & auxiliando: & lauauit vestes suas. id est sanctos mundificat: & tamen vsque ad finem sæculi membris eius aliqua adherent macula. Sacerdos etiam redit ad populum: qui dum rursus alta uoce preces multiplicat, foras exire uideatur, qui precibus (uelut aquis) uerba sua, id est populum lauauit & mundauit: & tamen immundus indicatur: quia vsque ad mortem quod lauetur erit in omni homine, & in luna est macula. Oraturus ergo monet orare, docens quod fiducialiter orare possumus ut filii patrem, quod ipse dominus ad orandum sic informauit dicens: Pater noster. Septem ergo petitiones in dominica oratione ponuntur, ut septem dona mereamur spiritus sancti, quibus recipiamus septem uirtutes, per quas a septem uitiis liberati ad septem perueniamus beatitudines. Septem enim sunt uitia principalia, quæ sunt origo omnium malorum, scilicet superbia, inuidia, ira, tristitia, auaritia, gula, luxuria: quorum tria expoliant hominem, quartum expoliatum flagellat, quintum flagellatum eicit, sextum eiectum seducit, septimum seductum conculcat. Superbia enim auferit homini deum, inuidia proximum, ira seipsum. Expoliatus uero his, qui nec de suo bono, nec de alieno pie latari uelit, cum nihil super sit unde gaudeat, per tristitiam flagellatur. Cui auaritia succedit quæ flagellatum eicit: quia æterno animo gaudio foris consolationem querere compellitur. Postea accedit gula, quæ animam exterioribus inhiantem ad excessum illicet. Sequitur luxuria, quæ illectum & seductum seruituti uioleter subiicit. Per superbiam ergo cor inflatur, per inuidiam arefcit, per iram crepat, per tristitiam conteritur, & quasi in puluerem redigitur. Per auaritiam dispergitur, per gulam inficitur & quasi humectatur, per luxuriam conculcatur & in lutum redigitur: ut dicere possit infelix homo: Infixus sum in limo profundi: qui ut lutum platearum debeatur. Ponitur itaque prima petitio contra superbiam, quando dicitur: Sanctificetur nomen tuum: ut det nobis timere & uenerari nomen suum: quatenus per humilitatem ad deum redeamus, qui per su-

perbiam recessim⁹. Huic petitioni datur donum quod dicitur spiritus timoris domini: per quem ad humilitatem venit, quę superbiam sanat: vt regnum celorum quod superbus perdidit, humilis acgrat.

Mat. v. Vnde in euagelio. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.

H Secunda petitio est contra inuidiam. Ad ueniat regnum tuum. Regnum dei sal⁹ est hominum. Qui ergo sic petit, comūnem salutem omnium postulat, & sic inuidiam reprobatur. Huic datur spirit⁹ pietatis, accendens cor ad benignitatem: quatinus ad eandem possessionem terrę uentium perueniat ad quam alios peruenire desiderat, iuxta illud: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Tertia est contra iram, cum dicitur: Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. Non em̄ vult contendere qui sic petit, sed placere sibi indicat quicquid diuine placet uoluntati. Huic datur spiritus scientię, vt ipse ad cor ueniens erudiat illud & salubriter compungat, vt sciat homo malum quod patitur, ex culpa: si quid autem boni habuerit, ex misericordia dei procedere. Per compunctionem igitur, ira & indignatio animi mitigatur: & per hanc uirtutem, compunctionem uenit ad ueram letitię, iuxta illud quod dicitur. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Quarta petitio contra tristitiam est, qua dicitur: Paenem nostrum cottidianum da nobis hodie. Tristitia est tedium animi cum mero re: cum mens amaricata interna bona non appetit. Propterea languenti animę necessaria est interna resectio. Dat ergo deus ei spiritum fortitudinis qui animam erigat, quatinus ad desiderium eternę resectionis conualescat. Hoc igitur donum fortitudinis, accendit cor hominis ad famem iustitię, quę ducit ad plenam beatitudinis saturitatem & satietatem.

Mat. v. Vnde dicitur, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quinta petitio est contra auaritię. Dimitte nobis debita nostra. Huic petitioni datur spiritus consilii: qui doceat libenter misereri, vt misericordiam consequamur, iuxta illud: Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sexta petitio est contra gulam: de qua dicitur:

Mat. v. Et ne nos inducas in tentationem. Huic datur spiritus intelligentię: vt interna resectio uerbi dei exteriorē appetitū cohibeat: ne corporalis egestas frāgere, nec carnis illecebra hominem superare possit. Propterea ipse dominus tentatori (dñi sibi esuriēti fraudulētā suggestionem de exteriori pane proponeret) respondit dicens: Nō in solo pane uiuit homo. vt aperte demonstraret quod cum mens interiori pane reficitur, parū curat si foris ad temp⁹ famę carnis patitur. Datur ergo contra gulam spirit⁹ intelligentię: vt ille ad cor ueniens horridas nostrę mentis purget tenebras: & nostri oculū interioris hoīs adeo luminosum efficiat & serenū, vt ad ipsius diuinitatis claritatē cōtēplandam aspiciat & mund⁹ inueniat. Ex spiritu, n. intelligentię munditia cordis nascit. Munditia uero cordis uisionem promeretur: sicut scriptum est. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Septima petitio est cōtra luxuriam, cum dicimus: Libera nos a malo. Cōueniēter seruus sanat⁹ libertatem petit: cui datur spiritus sapientię, qui captiuo amissam restituat libertatem. Sapientia nāq; a sapore dicitur. Hęc datur cum mens gustu interne dulcedinis tacta, totam se per desiderium colligit intrus: nec iam foris per carnis uoluptatem dissoluitur: quia totum int⁹ posidet in quo delectatur. Igitur cōtra exteriorē uoluptatē interior dulcedo operatur: vt quanto plus illa sapere & placere cōperit, tātō liberi⁹ & libētius ista contēnatur: & tandem in semetipsa pacifica mens (dum nihil foris appetit) tota per amorem intus requiescat. Sic spirit⁹ sapientię cor tangens dulcedine sua foris cōcupiscentię ardorē temperat, & intus pacē cōstituit: vt dum mens tota ad eternū gaudiū colligit, plene ac pfecte hō ad imaginē dei reformet, iuxta illud. Beati pacifici: quoniam filii dei uocabuntur. Dehinc rogat minister a malo liberari interuentu sc̄torū: & pacē in diebus suis. Nocet, n. insinuat perturbatio. Seq̄t mystica fractio panis in lege. n. iubeatur simlago frustatum offerri: & redemptor benedixit panem & fregit, fractumq; discipulis distribuit. Sacerdos quoq; sequens legem & Christum, panē sacrosanctū partitur in tres

partes, quarū vna in sanguine ponit per illam parte ecclesię: quę adhuc peregrinatur, passionibus exposita. Alię duę illis adstantur partibus ecclesię, quarum vna extra uitam in igne emundatur, & altera cum Christo iam gloriatur: vt vna pars ecclesię iustificetur, & altera citius liberetur, & pro tertia gratię soluantur. Sumpturus autem minister agnum quem lex prænuñciauit, petit sibi & populo tria. Primum inter eos numerari quos pudet secundum carnē uiuere: Deinde in regno dei glorificari: Postremo quia caro resistit spiritui, postulat pacem: sine qua nullus iustificatur homo. Vnde benedict⁹ consequenter alta uoce Agnus dei conuenit tertio, ad laudem sanctę trinitatis, quę agnum dominatorē terrę misit. Cōmunio quę post cantatur, inuicem omnes fideles corpori Christi communicare, quod pro omnibus minister assumit sacramentaliter, vt sibi & omnibus sumatur spiritualiter. His completis sacerdos dedit ad dexteram partem altaris: significans quod in fine mundi Christus rediturus est ad Iudæos, quos iam reprobauit, donec plenitudo gentiū intraret. Tūc enim reliquię israel secundum scripturas saluę fient. Sequitur tandem oratio in fine totius officii: vt gratia quę præuenit subsequatur per Christum unum, per quē omnia facta sunt: qui dominus omnium per creationē, factus est spiritualiter noster domin⁹, assumpta humanitatis nostrę natura. Deinde salutato populo admonet ire. Nō est enim sedendum vel iacendum in hoc exilio, sed hinc transeundum est ad patriam: quia missa digna est hostia, per quā fracta sunt tartara.

Mat. 4.


Mat. v.

Mat. v.

partes, quarū vna in sanguine ponit per illam parte ecclesię: quę adhuc peregrinatur, passionibus exposita. Alię duę illis adstantur partibus ecclesię, quarum vna extra uitam in igne emundatur, & altera cum Christo iam gloriatur: vt vna pars ecclesię iustificetur, & altera citius liberetur, & pro tertia gratię soluantur. Sumpturus autem minister agnum quem lex prænuñciauit, petit sibi & populo tria. Primum inter eos numerari quos pudet secundum carnē uiuere: Deinde in regno dei glorificari: Postremo quia caro resistit spiritui, postulat pacem: sine qua nullus iustificatur homo. Vnde benedict⁹ consequenter alta uoce Agnus dei conuenit tertio, ad laudem sanctę trinitatis, quę agnum dominatorē terrę misit. Cōmunio quę post cantatur, inuicem omnes fideles corpori Christi communicare, quod pro omnibus minister assumit sacramentaliter, vt sibi & omnibus sumatur spiritualiter. His completis sacerdos dedit ad dexteram partem altaris: significans quod in fine mundi Christus rediturus est ad Iudæos, quos iam reprobauit, donec plenitudo gentiū intraret. Tūc enim reliquię israel secundum scripturas saluę fient. Sequitur tandem oratio in fine totius officii: vt gratia quę præuenit subsequatur per Christum unum, per quē omnia facta sunt: qui dominus omnium per creationē, factus est spiritualiter noster domin⁹, assumpta humanitatis nostrę natura. Deinde salutato populo admonet ire. Nō est enim sedendum vel iacendum in hoc exilio, sed hinc transeundum est ad patriam: quia missa digna est hostia, per quā fracta sunt tartara.

De occultis scripturarum ueteris & noui testamenti.
Cap. VIII.

M



Vnc ergo ad occulta ueniamus scripturarū: etiam quia mystico sensu sigillantur. Occulte sunt, & fons sunt signatus aliā, quia de occultis tractant, & de iis quę humanum excēdunt intellectum: vt est mysteriū summę trinitatis & uerbi incarnati, aut cor-

poris & sanguinis domini. Alię uero occultę sunt, quia de quibusdam tractant, quę licet ex se facilia sunt, tamen pro breuitate vel difficultate dicendi, minus patent intellectui. Vnde homo qui uerū cognoscendū desiderio carere nō potest, crebris mouetur quæstionibus. Sicut enim oculus lumen appetit, ita anima uerū uidere ut bonum proprium desiderat: quod cognoscere & amare eam facit felicē. Sed fallitur dum querit cognoscere uerū aliquid: cuius cognitio non facit beatum, nec ad esse beatum conducit. Sunt enim diuersa genera uerū: ut uerum curiositatis, cupiditatis, & iniquitatis: quorum nullum bonū est. Est autem quoddam genus uerū, ut in cognitione omnium artium liberalium: quod quidem bonum est, nec tamen summum bonum est, quia eius notitia nequaquā facit beatum. Huius autem uerū uere boni cognitionem habendā sacra ministrat scriptura: quę docet hominē seipsum cognoscere & creatorē suū. Se cognoscere pcedit & uia est: Creatorem autē perfecte cognoscere, patria est. vnum meritum, alterum præmium. Omnis igitur sacra scriptura in duobus constat testamentis, utriusq; tribus ordinibus distinguitur. Vetus cōtinet legem & prophetas & agiographos. In primo ordine quinque sunt uolumina Pentateuchi, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. In ordine prophetarū octo sunt uolumina: liber Iosue, liber iudicum, liber Samuelis, qui est primus & secundus regum: Quartus Malachim qui interpretatur regum: qui dicitur tertius: eo quod eorum sint qui ex officio prophetę dicebantur: licet non omnes prophetę sint. In ordine agiographorum nouem sunt uolumina: liber Iob, liber Psalmorum, Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorū, Daniel, Paralipomenon, Esdras, Hester. Sūt præterea in ueteri testamento alii libri qui leguntur, sed in canone autoritatis nō scribuntur: ut liber Thobie, & Iudith, & Machabeorū, & qui inscribitur Sapientia Salomonis.

& Ecclesiasticus. Nouum autem continet euangelistas, apostolos, patres. Euangelium quatuor continet volumina. Scriptura apostolorum quatuor. i. epistolas Pauli, epistolas canonicas, Apocalypsim, Actus apostolorum. Scriptura vero patrum non habet numerum definitum. Est autem considerandum quod scriptura sacra ceteris profundior tripliciter habet sensum: historiam, allegoricum, moralem. Non enim tantum in ea voces, sed etiam res significare habet. Per vocum significationem, historiam: per rerum autem significationem intelligimus allegoriam & tropologiam. Historia est significatio vocum ad res. Allegoria est quando per factum intelligitur aliud factum. Si visibile, simplex allegoria est. Si inuisibile & caeleste: anagoge dicitur. Tropologia est quando per factum ostenditur aliud faciendum. Historia dicitur a greco *ιστορειν* historico, i. video, inquit: quia historiographorum est res gestas secundum primam significationem vocum exponere. Allegoria quasi alieniloquiū dicitur: quando non per voces sed per rem factam alia res intelligitur: ut per transitum maris rubri transitus intelligitur per baptismum ad paradysum. Tropologia dicitur conuersua locutio: dum quod dicitur, ad mores adificandos conuertitur: ut sunt moralia. Anagoge vero dicitur sursum ductio: vnde anagogice sensus dicitur qui a visibilibus ducit ad inuisibilia, ut lux prima die facta, rem visibilem, i. angelicam significat naturam in principio factam. Non tamen vbiq; tam multiplex sensus inuenitur: quia quandoque solus historialis, quandoque etiam allegoricus, vel tropologicus, vel vterque habet. nonnunquam, licet raro, anagogicus admiscetur. Ut Hierusalem intelligitur historia liter ciuitas terrena, allegorice ecclesia, tropologicę anima fidelis, anagogice celestis patria. Igitur sacra scriptura ceteris in his sensibus superabundat. In libris autem ethnicorum voces tantum mediantebus intellectibus res significant. In diuina pagina non solum intellectus & res significant, sed ipse res alias res significant. Vnde claret scientiam artium ad cognitionem diuinarum scripturarum valde esse utile. In hoc enim quod in diuina pagina tam rerum quam

vocum necessaria est significatio: artes et subseruiunt: dum triuim vocum, quadriuim physicarum rerum administrat notitiam. Significatio tamen rerum dignior est, quia allegoricus sensus acutior, tropologicus suauior est. Item voces ex humana, res ex diuina institutione significant. Sicut enim homo per voces alteri: sic deus per creaturas voluntatem suam indicat. Est enim rerum significatio profundior quam vocum: quia voces aut vniuocę vniu, aut æquiuocę plura significant. Sed æquiuocę pauca (prout ab homine facta est institutio) significant, res vero multo aliter: quia tot figuras quot naturas, & quot habent proprietates, tot significationum habent diuersitates. Res autem omnis aut secundum exteriorem formam significat, ut nix per albedinem: aut secundum interiorē naturam iuxta illud: Capilli tui sicut grex caprarum: propter subtilitatem videndi. Patet igitur quod sit necessaria artium scientia. Mathematica enim de exterioribus formis: physica de interioribus docet naturas, & theoretica. Ut autem breuiter utilitatem artium tagamus: dicimus quod philosophia diuiditur in tres partes vel species: logicam, ethicam, theoreticam. Logica de vocibus, Ethica de moribus, Theoretica de rebus tractat. Item theoretica subdividitur in mathematicam, physicam, theologiam. Mathematica de inuisibilibus formis rerum visibilibus agit. Physica de inuisibilibus naturis rerum visibilibus. Theologia de inuisibilibus essentiis & eandem naturis. Sic ergo per artes inuamur in diuina pagina: vbi vocum significationem attendimus propter literalem sensum: & rerum significationem consideramus ut capiamus mysticum intellectum: per formam visibilem, vbi inuatur mathematica: aut secundum naturam inuisibilem, vbi physica & theologia seruiunt.

De materia diuine scripture, Cap. IX.

Materia diuine scripture specialiter operatur restauratiois. i. incarnatio verbi cum omnibus sacramentis suis sicut opus creatiois materia est physico: generaliter, sed differunt, quia hoc in sex diebus, & illud in sex perficitur etatibus. Diuiditur autem hec materia in re interiorē & specie exteriorē.

Canti. 4. & 6. Q.

Res interior in veritatem & virtutē: exterior species in signum veritatis, & in signum virtutis. Cum enim auris interior obsurduerit, foris locutus est homini deus per signa. Signum autem veritatis aliud in operatione, ut cum res tropologicę significat: aliud in voce, ut Diliges dominum deum tuum. Per signum veritatis fides, per signum virtutis moralitas docetur. Res ergo interior, veritas vel virtus dicitur: res exterior signum. Ut in sacramento verbi incarnati duo inueniuntur: humanitas & diuinitas. Et in sacramento corporis domini, species exterior signi est, res interior veritas & virtus. i. corpus domini & gratia quam soli boni percipiunt. Iidem autem res & signum hic inuenitur. Omnis ergo materia diuine pagine aut res aut signum est. Res hic dicuntur que non habent significare: signa que habent. Quorum quaedam iustificanc, quaedam non. Item rerum alia sunt quibus fruendum est, ut summum bonum: alia quibus vtendum, quibus adiuuamur: alia quibus fruuntur & vtuntur: ut homines & angeli. Frui autem est amare aliquid propter ipsum, ut in eo finem ponas. Vti est quod in usum venerit referre ad habendum id quod fruendum est, licet frui & vti frequenter aliter & improprie accipiantur. Virtutibus igitur non fruimur sed vtimur: licet enim ipse sint amanda & petenda, tamen non propter se tantum, sed propter solum deum finaliter: quo hic fruuntur sancti in spe, & aliquando in re: quia iam quodammodo habent quo plene & perfecte fruuntur in futuro. Vtendum est virtutibus ergo & per eas fruendum summa trinitate. i. summo & incommutabili bono. Idem de bona voluntate dicimus, vnde Augustinus: Voluntas est per quam fruimur. Per virtutes ergo fruimur, non eis: nisi forte aliqua virtus sit deus, ut caritas. Virtutis autem deus nobis non ut nos aliis rebus. Miseretur enim nobis non ad suam utilitatem: nos vero miseremur aliis ad nostram utilitatem. Cum vero (ut dictum est) omnis materia sacre scripture aut res sit aut signum: quia de occultis intendimus, de re interiori prius dicamus. Et primum de illa que veritas dicitur: nec a qualibet sed a summa veritate (ipsa inuante) incipiamus.

mus, a monte vmbroso & condenso, quod vobis significatur cum dicitur: deus est vnus vel trinus. Nec solę voces hęc significant trinitatem, sed res quoque: ut quando Abraham in figura summe trinitatis tres angelos vidit & vnus adorauit. In baptismo quoque Christi & transfiguratione ostensa est trinitas: cuius imaginem anima quodammodo representat: cui deus se manifesta uit per naturam & gratiam. Per naturam, i. per rationem & creaturam. Per gratiam, i. per inspirationem & doctrinam. Per inspirationem intus inuatur rationem per doctrinam foris creaturam. Hos quatuor modos apostolus breuiter comprehendit dicens: Quod notum est dei manifestum est in illis. Nunc autem videmus quantum ratio per se valuit. Ratio inuenit deum esse, & vnum esse & trinum. Considerans enim non semper se fuisse, intelligit se esse ab alio: quod ne in infinitum procedat probat id nunquam coepisse, & sic cognoscit deum esse. Item consideras quod si plures essent, vel singularitas imperfecta, vel pluralitas superflua esset, probat vnum esse: non vniu collectione vel compositione, aut similitudine: sed essentialiter, quia caret partibus: & identitate, quia non variatur: & ideo vere & summe vnus est essentialiter. Spiritus autem creatus vere sed non summe vnus est essentialiter: non inuariabiliter ut deus. Nunc autem qualiter anima rationalis deprehendit deum esse trinum videamus. Augustinus in libro de trinitate trinitatem quadam in ore demonstrat, ut facilius per trinitates creaturarum ad trinitatem creatoris ascendat. Sed quia hoc longum est, recurramus ad exemplum simulachrum. i. ad mentem que est imago dei: & sicut per illam deum esse & vnum esse cognouimus, ita per eandem trinitatem esse intelligamus. Anima igitur in se reperit quadam trinitatem, i. memoriam, intelligentiam, delectationem vel gaudium: aut si dicamus naturalē velle intelligendi que mens appellatur, ex que nascitur notitia, & ex his procedit amor. Hęc trinitas idem sunt in essentia: sed sunt proprietates differunt. Trinitas quoque ad se inuicem referunt, nec trinitas sunt accidentia sed substantialiter in anima, & vniu in essentia: quia vna vita, vna mens, vna essentia & quę ad seipsa singula dicitur, est simul non pluraliter sed singulariter dicuntur: & inseparabilia & æqualia sibi sunt: quia a singulis capiuntur omnia & tota. Ex hoc, n. sensus hęc trinitas vnum dicuntur: quia secundum

Rom. 1.

Augustinum substantialiter existunt in aia: non tanq̄ in subiecto, vt color in corpore: ga etsi relatiue dicitur singula, tamen substancialiter sunt in sua substacia. Mens se cognoscens, noticiam tanq̄ prole gignit, Tertius est amor, qui ab ipsis procedens, vtriusq̄ complexio est. Anima aut̄ ex hoc qd̄ reperit in se, inuestigat supra se & inuenit in deo pot̄tiam, sapientiam, gaudium, sed differenter. In anima enim sic sūt, q̄ tempore mens precedit, ex qua est intellectus: sequitur gaudium. In deo simul, quia ab aeterno. Sic ratio per se inuenit deum esse, & vnum esse, & trinū esse. Sed quia debilis est nisi iuuetur: idcirco consuluit creaturam vtrum aliqd̄ vestigium trinitatis in ea reperiret: & ideo p̄ ea cognouit qd̄ in se sentiebat. Per trāsitu enim rerum cognouit deum esse: quia q̄ transit ab alio habet initium. Per statū rerū intellexit vnum eē, quia ordinatae res sibi proueniunt, vt summa infimis & prima postremis concordent. Itaq̄ per vnicam concordiam non dubitat vnum esse artificem. Trinū quoq̄ cognouit, quia per immensitatem rerū diuinam inuestigauit pot̄tiam: per pulchritudinem, sapientiam: per vtilitatem, benignitatem. Sed licet cōstantur idem ratio & creatura: hoc tamen interest q̄ tria q̄ in mente reperitū trīnū signa sūt & imago trinitatis, quae in deo est. Tria vero quae foris in creaturis conspiciuntur, trīnū signa sunt, sed non imago. Licet enim per immensitatem creaturę inuestigaretur potentia dei, non tamen immensitas est potentia, vel pulchritudo sapientia, vel vtilitas benignitas. Quae vero in anima sūt etiam imago sunt: quia sicut in mēte est potentia, ita in deo pot̄tia est: sed nimis incomparabiliter, cuius in mente est potentia imago. Itē sapientia vel gaudium in mente, imago est sapientia vel gaudium quae in deo sunt: sed haec verus in deo. Quae enim in deo in veritate sunt: hic in imagine comparent. Nec t̄m per testimoniū creaturę inuadit iudiciū rationis: sed etiā per doctrinam & inspirationem. Cū aut̄ ratio inuenisset (vt dictū est) deum esse, & vnū esse & trinū: in vnitatem etiā inuenit aeternitatem & immensitatem, in aeternitate immutabilitatē, in immensitate

simplicitatē: hoc est aeternitatē sine tēpore, immensitatē sine quātitate. Aeternitatē dico sine tēpore, quia initium nō habuit. Illud enim a quo omnia esse habēt, a nullo esse habet, nec habiturū est finem: quia idem est ei esse & idē qd̄ est, nec vllā recipit mutabilitatem. Nullo em̄ gñe mutabilitatis potest mutari. Nec em̄ loco vel forma vel tempore mutari potest: quib⁹ modis corpora mutātur. Mutatur enim corpus secundum locum, quando totum de loco ad locum transfertur. Secundum formam, id est dispositionem partium tribus modis: cū aliqua pars additur vel auferatur vt aliter sit. Quādo etiam aliquis rubet vel pallet, transfertur sanguis: & est mutatio secundum formā. Secundum vero tempus: quando res est prius vno mō, postea alio. Cū ergo corpora tribus modis mutantur, secundum formā, secundū locum, secundum tempus: primus infert secundum & tertium: secundus tertium tantum: tertius infertur ab vtroq̄, & infert neutrum. Incorporalia quoq̄ tribus modis mouentur: cognitione, affectu, & tēpore. Cognitione trib⁹ modis: p̄ augmentū, per diminutionem, & per successionem. Affectu mutatur spiritus: cum modo tristis sit, modo laetus. Sed siue mutetur cognitione siue affectu, necesse est vt mutatio secundū tempus cōmutetur. Semper em̄ aliqd̄ sibi prius & aliqd̄ posterius est. Singulae autem harū mutationū remouētur a deo: quia nec loco mouetur, quia vbiq̄ est: nec forma, quia simplex essentia partibus caret: nec cognitione, quia eius scientia, nec crescit, nec minuit, nec vnū prius vel aliud posterius comprehendit. Similiter nec affectu mutatur, quia summe bonus nihil contrariū suae bonitati recipit. Cum igitur deus nullo gñe istorum quatuor mutetur, nec tempore mutabitur. Quia ergo caret principio & fine & mutabilitate vt dictū est, de⁹ aetern⁹ est. Reperit quoq̄ nō in trinitate cōionē vnitatis, coquitatē aeternitatis, eq̄liratē immensitatis. Et cōionē qd̄ vnitatis sine diuisione: Coquitatē aeternitatis, sine successione: Eq̄liratē immensitatis sine diminutione. In vnitatem totum, in immensitate plenum, in aeternitate perfectum. Cum autem aia in deo trinitatē per hoc qd̄ in se

sentiebat per creaturas, per doctrinam, per inspirationem inuenisset: vt aliquib⁹ certis & discretis vocabulis de trinitate ageretur: fides tria quasi ppria imposuit nomina: cum qui a nullo est appellando patretur: ab illo solo est, filius: qui ab vtroq̄ est, spiritū sanctum. Quae vocabula (vt qd̄ aeternum est significaret) ab humano vsu accepta sunt. Sed ne omnimoda inter diuina & humana videret similitudo, adiecit vt patrem omnipotentem, filium sapientem appellaret: ne putaret esse vt in aliis. Et qui a nullo est, pater dicitur: quia ibi erat qui ab illo erat, & ille filius: cū in substantia & natura idem sit qd̄ ille, non qui ille. Qui ab vtroq̄ est, spiritus sanctus: quia ab vtroq̄ spiratur. Vt aut̄ ait Augustin⁹ hoc vocabulū psona, fides reperit catholica ad discretionem trinitatis: nō vt per id diceretur quid esset, sed ne omnino taceretur quid esset. Per hoc enim vocabulum (vt idem dicit) non diuersitatē significare voluit, sed singularitatē noluit. Cū em̄ fides plurali numero personas constitetur, non per hoc in essentia tria esse intelligit: sed eandem personā non esse declarat. Et hoc est solū vocabulū quod cū de singulari singulariter dicatur in summa, nō tamen singulariter sed pluraliter pronūciatur. Pluralitas em̄ vel distinctio personarū nō ponit aliquid sed remouet: non vnitatem substantiae sed solitudinem. negat em̄ solitudinem & singularitatē. Vnde Hilarius: Professio consortiū fuit lit̄ intelligentiā singularitatis. Itaq̄ cum dicimus plures personas, tollimus solitudinem & significamus q̄ pater nō est solus. Cūq̄ tres profitemur personas, praedicamus q̄ non t̄m vna est, nec t̄m dua, sed tres simul. Et tres profitemur, quia quicquid de deo vere dicitur, ad pot̄tiam eius vel sapientiam vel bonitatē refert. Sed queri potest: cum haec tria in deo personae dicantur, quare illa tria in anima quae sunt imago huius trinitatis, personae nō dicantur. Ad quod dicimus q̄ licet sint substancialiter in anima, nō t̄m omni modo sunt idem cū ea, sed variatur circa eam. Quae autē in deo sunt, nō variant, sed vere idē sunt cū deo in quo sunt: & vnūq̄q̄ idem quod deus, & deus est & vnus de⁹ & tres personae: quia vna diuinitas in trib⁹ est. Sed ec-

ce dū inuestigat vera & summa trinitas in ipsa ei⁹ imagine & similitudine (q̄ tā pulchra tanq̄ subtilis resplendet in aia) apparent mirē dissimilitudines. Anima em̄ vel homo qui ppter hac tria imago dei est: non t̄m est hac tria. Deus autē est tres personae, & haec tres personae vnus deus. Itē homo habens hac tria vna est persona: Summa vero trinitas non est vna persona, nec t̄m vni⁹ persona, sed tres personae, pater & filius & spirit⁹ sanctus. Itemq̄ in aia mens precedit tpe, sequitur intellect⁹ & gaudium: In deo nil prius nil posterius. Trinitas ergo mētis qualiscūq̄ imago respectu summae trinitatis exigua est, & ex maxima parte illi dissimilis, sed t̄m imago. Nec propter hoc t̄m dicit Augustin⁹ quia sui meminit mēs, & intelligit & diligit se: sed quia potest meminisse & intelligere & amare deū, a quo facta est. Qui aut̄ remissit per memoriā, intuetur per intelligentiā, amplectit per dilectionē: hic reperit imaginē, & illū cuius est imago. Veri⁹ em̄ inuenit amās q̄ disputans.

Explicit liber eximii doctoris Magistri Hugonis de sancto Victore de mysteriis ecclesie.

M. HUGO
nis de sancto Victore, de Cerimoniis, sacramentis, officiis & obseruationibus ecclesiasticis libri tres, in quos est hac eiusdē Praefatio.



Emini dudū, de ecclesiasticis officiis dum parua quedā ad memoria cōseruationē mihi ipsi scriberē, te frater amantissime, q̄ternū cultū meū extra armoroli clausulam incaute derelictū inuenisse: & aliqua quae tibi placere videbātur legisse. Cū autē postea eiusdem tibi fieri copiam sepi⁹ postulares, negabā nūc opusculū inexplētū esse asserens, nūc incorrectū: & vtrūq̄ vere. Ipsa em̄ ecclesiastica officia (quibus agēdis diuina gratia paruitatē nostrā de seruire voluit) de ecclesiasticis officiis agere nō sinebāt. Sed ne forte ppter dilatio-

nem nimiam aliquid aliud suspiceris: partem noctis sopori furatus feci quod potui. Ea que mihi ipsi dictauerat & que dam alia in patrum tractatibus inuenta moderata breuitate perstrinxit: vt & memoria cõcludi possint, & rēdium lecta nõ afferant. In quibus siquid laudabile inuenis, meum nullatenus arbitreris. Nihil enim hic meum dixerim, nisi q̄ in diuersis reperta libris, prout potui breuiando transcripsi: & quasi paleas amouens grana congregaui. Pauca etiam (sed que nihil scrupuli habeant) nõ ingenio meo inuenta sed ab ore suscepta magistrorũ, ga perutilia videbant apponere curauit. Vt his cõmunibus & rebus ipsis de quibus agitur cognatis opus explicare congruē tuis duxi, q̄ schematum varietatibus inuolueret, & res per se fulgidas decolorando verba colorare. Sicut em̄ mulier pulcherrima inde pulchritudinis sue amittit precium, vnde turpis sibi vmbrailem quandã pulchritudinem in oculis hominũ acquirit: sic colorũ rhetoricorũ cerussa & purpurisso cætera exornantur: quæ autem proprium fulgorem habent, eorundem superinductione fuscantur. Siquid in hoc opusculo vel insufficienter vel non recte dictum inspexeris, tu frater charissime corrigere nõ pigriteris: siue cum nota aliqua mihi corrigendum remittere. Titulos capitulorũ annotare placuit & numeros, vt qd̄ q̄sieris facilius q̄as inuenire.

¶ Liber primus agit de consecratione ecclesie, & de sacramentis ecclesiasticis.

¶ Secundus de ecclesiasticis officiis.

¶ Tertius de specialibus missarũ obseruationibus, iuxta temporum & causarum varietatem.

¶ Sequuntur libri primi Capita.

De trina circuitione Episcopi cum aqua benedicta: & de luminaribus interim in ecclesia accensis. Ca. I.

De trino accessu ep̄i ad ostiũ basilicæ, & percussione superliminaris, & apertione ostiũ in tertia percussione. Ca. II.

De scriptura duplicis alphabeti in pavemento. Ca. III.

Quid ingressus in basilicã episcopus primo faciat vel dicat. Ca. IIII.

De aqua intra basilicã sanctificata, & de admixtione salis & cineris & vini. Ca. V.

De crucibus factis, & de aqua sanctificata in altari & in cornib⁹ eius. Ca. VI.

De septenaria circuitione episcopi circa altare. Ca. VII.

De residuo molte ad basim altaris. VIII.

De extensione altaris lineo panno facta. Cap. IX.

De vnctione altaris. Ca. X.

Quid significet altaris velamina. Ca. XI.

De sacramentis ecclesiasticis quæ & quibus conueniant. Ca. XII.

De baptismo & forma eius & efficacia. Cap. XIII.

Quare in aqua tm̄ baptizet. Ca. XIII.

De responsione patrinorum pro parulo. Ca. XV.

Quid dimittat in baptismo. Ca. XVI.

De die scrutinii. Ca. XVII.

De antecedentib⁹ ante baptismũ. XVIII.

De trina immersione & vnctione christinatis. Ca. XIX.

De veste alba & communicatione parulorum. Ca. XX.

Quæ paruli in ætate congrua patrinorũ promissione tenentur. Ca. XXI.

De confirmatione. Ca. XXII.

De pœnitentia. Ca. XXIII.

Quare pœnitentia solennis non iteratur. Ca. XXIII.

Qualiter sacerdos pctã dimittat. XXV.

De iniuste excommunicato vtrum ligatus sit. Ca. XXVI.

De vnctione infirmorum. Ca. XXVII.

De coniugio. Ca. XXVIII.

De bonis coniugii. Ca. XXIX.

Quid facit coniugium. Ca. XXX.

Quæ impediunt coniugium. Ca. XXXI.

De ordinibus. Ca. XXXII.

De ostiariis. Ca. XXXIII.

De lectoribus. Ca. XXXIII.

De exorcistis. Ca. XXXV.

De acolitis. Ca. XXXVI.

De subdiaconibus. Ca. XXXVII.

De diaconibus. Ca. XXXVIII.

De presbiteris. Ca. XXXIX.

De Episcopis. Ca. XL.

De archiepiscopis. Ca. XLI.

De patriarchis & sedib⁹ eorũ. Ca. XLII.

De summo pontifice. Ca. XLIII.

Quare Ep̄i die dñica cõsecratur. XLIII.

De veste sacerdotali. Ca. XLV.

De alba. Ca. XLVI.

De cingulo. Ca. XLVII.

De stola. Ca. XLVIII.

De subcingulo. Ca. XLIX.

De casula. Ca. L.

De fauone. Ca. LI.

De veste episcopali. Ca. LII.

De dalmatica. Ca. LIII.

De sandaliis. Ca. LIIII.

De mitra. Ca. LV.

De chirothecis. Ca. LVI.

De pallio archiepiscopi. Ca. LVII.

¶ Incipit Liber primus.

A **N**ter omnes quareritium faciem dei Iacob occupationes: nil eque memoria pariter & vsu dignũ arbitror, vt ecclesiastica sacramenta simul & officia. Illa em̄ de fide & moribus recte cõsiderata docent & instruunt: hæc rerum authori pro donis quotidianis vectigalia rependunt, vt ampliora promereatur diuinæ largitatis beneficia. Propter vtraq̄, quæ de scripturarũ syluis elicere congrua potui mus, in vnum colligere studuit paruitas nostra: & primo de consecratione ecclesie materialis (quæ sacramentorũ nostrorum præsert figurã) succinctis agere verbis.

B **D**edicatio siue cõsecratio ecclesiarũ episcopali dignitati reseruata est: sicut & consecratio virginũ & ordinatio clericorũ. In primis episcopus ad cõsecranda accedens ecclesiã aquã benedicit: cui & salẽ benedictũ admiscet. Inde ecclesiã ter gyrãdo exteri⁹ aspergit. In quo & baptismũ, & pœnitentiã comitãtis baptismũ, figurã præceditur. Sic em̄ homo cũ baptizatur, ppter tres personas (quarũ muneris est peccatorũ remissio) ter in aquã mergitur. Post pœnitentiã aut̄ dimittit deus quicquid humana peruersitas cogitatione, locutione, vel actione comittit. Quod bene in aqua & sale figuratur: quia & a foridib⁹ emũdat, & a vitiorũ putredine mentẽ cõseruat. Interim in ecclesia locis duodecim luminaria sunt accensa: quibus significatur ardẽs & lucens apostolica doctrina: quæ & in ecclesia materiali prædicatã, & i tẽplo nõ manufacto p̄ spiritũ sanctũ accendit. Sic quoq̄ cũ tabernaculũ a Num. 7. Moyse dño iubete cõstructũ fuisset dedi-

cati, duodecim duces eadẽ munera obtulerunt, sed diebus diuersis: hoc significante spũ sancto q̄ apostolica doctrina quocunq̄ tempore prædicata, in ecclesia concors esset & indiuisa. ¶ Et notãdũ q̄ ecclesia anteq̄ pontifex eã ingrediat, populi ignorãtis deum, & perfidię tenebris inclutis, typum gerit. Quã ter circuit pontifex aquã benedictã admixto sale aspergẽdo; sicut dictũ est, subsequente clero & populo, Quia sicut leo rugiẽs diabolus circuit querens quem deuoret: sic prelatuſ ecclesie circuire debet quareſ quem a faucib⁹ leonis illius eripiat, ad pœnitentiã adducens & baptizãns. Vnde & Petrus ait: Pœnitentiã agite & baptizet vnusquisq̄ vestrũ.

¶ De trino accessu episcopi ad ostiũ basilicę. Ca. II.

VT autem ostēdat pontifex sibi concessam potestatem liberandĩ & vtiliter captiuandĩ captiuitatē diaboli, sacramenta ecclesie ministrãdo (de qua dictum est: Et portę inferi nõ preualebũt aduersus eã) ad singulos circuitus accedit ad ostiũ basilicę, & superliminare percudit virga pastoralis, quę typum gerit sacerdotalis potestatis: sicut & illa quã dñs discipulos ad prædicandũ mittens in via ferre permisit. Percutiendoq̄ dicit antiphonam: Tollite portas principes vestras: & cætera. Principes populi per basilicã non cõsecratã significati, demones sunt: portę per quas introeunt ad corda hominũ, vitia sunt & praua opera. Hęc imperat aufferri vt eleuent portę per quas introitur ad æternitatẽ. s. virtutes: vt introeat rex glorię ad corda hominũ ad fidẽ venientiu. Figurã aut̄ populi præfati gerit archidiaconus: qui intrus ad amonitionẽ pontificis quasi admirans interrogat. Quis est iste rex glorię? Post trinã percussione ostiũ aperit: quã trinitatis potestate pars aduersa superatur. Ingridiẽs episcopus cũ clero & populo dicit ter, Pax huic domui: quia Christi⁹ per assumptionẽ carnis mĩsdĩ ingrediẽs, parietẽ simicitiarũ destruxit, & pacẽ inter cælestia & terrestria reformauit. Põtifex ergo basilicã intrãns, pax huic domui dicit: quia sancti doctores hic intendit vt populus qui a deo discordauerat per pctã, ei recõciliet per bonorũ operũ exercitiã. Ingressus episcopus⁹ ecclesiã, primo

Actu. 2.

Matt. 16.

D

1. Tim. 2.

prostratus orat cū clero & populo: adim-
plēs qđ dicit Apłus. Obsecro primū oīm
fieri orationes, obsecrationes, postulatō-
nes pro oībus &c. Surgēs ab orōne nōdū
salutat populū dīcēdo dñs vobiscum: sed
ad orationē inuitat: qđ nouellus populus
nondū salutatione pōrificis dignus vide-
tur. magis autē p eo qđ ab eo orādū est, vt
postea salutatione dignus habeatur. Inde
est qđ dñs p̄dicatoribus suis p̄cepit vt
neminē in via salutare: qđ est vt homi-
nem adhuc hominem corde, nō spiritu, i.
adhuc transitoria & nō spiritualia appe-
tentem, non demulceant spe vana.

¶ De scriptura duplicis alphabeti
in patimento. Ca. III.

E H Is itaq; cōpletis, incipit Pōrifex de
sinistro angulo oriēali in dextrum
occidētalē patimentū alphabetū scribere:
& de dextro oriēali in occidētalem fini-
stū. Alphabetū rudimēta doctrinā eccle-
siasticę significat. Vnde gr̄ce scribit &
latinę: qđ hęc duę lingūę in doctrina chri-
stiana cōcordāt, & vterq; populus ad ru-
dimēta fidei vocat⁹ est. Quod autē ab an-
gulo in angulū cancellatis lineis scribit,
duplici figurę alludit. Quarum prior est
vt (qđ tali forma crux figurat⁹) doctrinā
euangelicę qua simplices imbuendi sunt,
mors Christi principaliter inserat. Vnde
Paulus Corinthiis adhuc rudibus dicit.
Nō iudicauit me aliquid scire inter vos, nisi
Iesum Christū & hūc crucifixū. Secūda
est, vt qđ scriptura alphabeti a sinistro an-
gulo trāsit ad dextrū & ediuerso, intelli-
gamus p doctrinā euāgelicā & crucē fa-
ctā, qđ populus dignior fact⁹ est idignior,
& econtrario. Qđ & in benedictione Ia-
cob figuratū est, qđ cancellatis manibus
dextrā posuit sup caput iunioris filii Io-
seph. s. Effraim, & sinistram super caput
maioris. s. Manasse.

¶ Quid ingressus basilicā episcop⁹ pri-
mo dicat vel faciat. Ca. IIII.

F Per ea quę hacten⁹ nostra explicauit
ofo, ecclesia dedicāda ad hoc ppara-
ta est, vt dedicari possit & debeat, i. conse-
crari. Pōrifex ergo ad altare accedens, &
quasi incipiens dicit: Deus in adiutorium
meū intēde &c. absq; allā. Est em̄ versus
ille laboratū in hac vita, & cōtra hostes
visibiles & inuisibiles colluctatū: & ideo

in suū adiutoriū deī inuocātū. Alleluia
autē laus angelorū est, ad hoīes per Ioan-
nem ī Apocalypsi delata: vbi se perhibet
vocē angelorū audisse dicentis allā. Est
autē vox letitię spiritualis. Vnde in tem-
pore luctus. s. a septuagesima vsq; ad pas-
cha, in ecclesia nō cantatur. Pontifex er-
go, qui cum subditorum imperitiā adhuc
certat, & adhuc in figura nō fidelem ec-
clesiam ad fidem vocat, vel lapsos ad p̄-
nitentiam: adiutoriū quidem dei postu-
lat, sed alleluia p eis nō decātat de quo-
rum salute nondum plene sperat.

¶ De aqua & sale & cinere commi-
xtis; Ca. V.

Post hęc benedicitur aqua, cui admi-
scuntur sal & cinis, & ad vltimū vi-
num. Aqua expiationē significat: quia p
aquam coinquinata emūdari & abluī so-
lent. Expiatio autem peccatorū recte fit:
si adhibeatur sal sapientiā, qui corrupti-
bilis a corruptione seruat. Vnde in lege
p̄cipitur. In omni sacrificio offeres sal:
nec auferes sal fœderis dñi dei tui de sa-
cificio ei⁹. Qđ est: Nihil deo temere of-
feras. Illa enim opera placent illi: quę sa-
le sapientiā sunt condita. Cinis vero si-
gnificat reliquias, i. memoriam dominicę
passionis: quam etiam significabat cinis
vitulę aspersus ad expiationem populū,
sicut in Deuteronomio legitur. Non est
autem expiatio a peccatis sine fide domi-
nicę passionis. Vel cinis qui de carboni-
bus efficitur extindis: mortificationē vi-
tiorum significat & extrinctionem. Vinū
spiritualem dulcedinem significat: quia
ab vbertate domus dei mentes sobrię in-
ebriātur: ad quam per p̄dicta venit: sicut
promittitur in figura, cum vinum
post cetera omnia infunditur. Poteſt etiā
dici qđ aqua & vinum duas in Christo si-
gnificant naturas, quarum fides emun-
dat a peccatis.

¶ De crucibus aque in altari.
Ca. VI.

IN hac aqua tingit pontifex pollicem
suū, & facit crucem in altari quę at-
tingit totam eius longitudinem & lati-
tudinem: deinde facit crucē per quatuor
cornua altaris. Altare enim Christi figu-
ram p̄fert: quod per quatuor cornua
distenditur: quia Christus in mēbris suis

Gen. 28.

per quatuor mundi cardines dilatatur.
Dilataberis, inquit, vsq; ad orientem &
occidentem & septentrionē & meridiē. Be-
ne autē crux de aqua fit, & in toto & in
partib⁹: vt ostēdatur & vniuersam eccle-
siā Christi & singulas ecclesias per laua-
crū aquę & fidem passionis a peccatorū
sordibus esse mundatas.

¶ De septenaria circuitione episco-
pi circa altare. Ca. VII.

INde circuit altare septem vicibus &
aspergit. Quo numero significatur ple-
nitudo spiritus sancti, i. spiritus sapientię
& intellectus: spiritus consilii & fortitu-
dinis: spiritus scientiā & pietatis: & spiri-
tus timoris domini. Huic em̄ spiritui se-
piformi cedit: quicquid cōtra deū se eri-
git. Sicut & ī circuitu seprimo muri Hie-
richo corruisse legitur. Aspergitur au-
tem aqua hyssopo, quę est herba humilis
purgans pectus, & duritiā saxorum ra-
dicibus penetrans. Significat autem hu-
militatem Christi, qui superbīā nostrę tu-
mores humiliando se vsq; ad mortem cu-
rauit: & duritiā cordium nostrorū suę
humilitatis frūtu emolluit. Dehinc cir-
cuit totam ecclesiam intus ter: & aqua
parietes aspergit. Quę asperſio, templi
non manufacti emundationem significat
interioris: quę quotidie fit per verā p̄-
nitentiam. Sicut enim asperſio aquę exte-
rior significat baptismi abluionem. i. il-
lam quę in baptismo fit peccatorū emū-
dationē: sic interior eā quę fit per veram
p̄nitentiam. Ideo autem ter, quia per p̄-
nitentiam dimittitur quicquid praua lo-
cutione, cogitatione, vel opere committi-
tur: sicut supra dictū est. Canitur autem
Psal. Exurgat deus, cum antiphona: vt vi-
ribus destituantur hostes huic emunda-
tioni resistentes. Canitur & antiphona,
Qui habitat in adiutorio altissimi: immu-
ens nullum a deo protegim⁹: nisi eū qui de
suis viribus non p̄sumens deī adiuto-
rium implorauerit. His peractis pontifex
ad orationem se confert, perēs vt omnes
quę eandem domum intrauerint exaudi-
tos se esse gaudeant.

De residuo molte seu molæ ad ba-
sim altaris condendo.

Ca. VIII.

Completa oratione conuertit se pōri-
fex ad altare incipiens antiphonā
cum psalmo. Introibo ad altare dei. Et
quod remanet de molta qua cōditę sunt
sanctorum reliquię, fundit ad basim alta-
ris: quia quod ipse nequit, humiliter deo
committit, & purgationem scilicet subdi-
torum per aquam intelligunt, & honorifi-
cationem sanctorum. Hinc est qđ in sa-
cificiis veteris testamenti de sanguine
hostiarum digito sacerdotis aspergeba-
tur contra deum: vel in cornibus altaris
ponebatur iuxta sacrificiorum diuersita-
tem: & quod reliquum erat, ad basim al-
taris fundebatur, quia sacerdotū est quic-
quid possunt ad vtilitatē gregis sibi cō-
missi facere: quod autem vires suas exce-
dit, domino deuotissime cōmēdare. Quā
formam summus pastor ceteris reliquit:
cum passioni appropinquans patri dixit:
Pater serua eos quos dedisti mihi. Quam Ioan. 17.
magistri formam sequutus Paulus in su-
premo articulo vitę p̄sentis dicebat di-
scipulis suis. Et nunc commendo vos do-
mino, & verbo gratiā eius. Hoc autem
innuit antiphona. Dicit enim se introitu-
rū ad altare dei, videlicet ad illud quod
significatur per istud visibile, ad quod nō
penetrat oculus carnis, sed pura & deuota
intētio mētis. Et hoc est qđ sequitur. Ad
deum qui letificat inuentum meam.

¶ De extersione altaris cum linceo
panno. Ca. IX.

Postea altare linceo extergitur. Linceo
enim de terra ortum, cum magno la-
bore perducitur ad candorem, ergo quā-
si linceo altare non manufactum extergi-
mus, quando Christū per angustias pas-
sionis intrasse p̄dicamus in gloriam: &
eos qui de corpore ipsius sunt quod est
ecclesia, ad eius imitationem inuitamus.
Deinde offert incensum, quod significat
orationes sanctorum: quia pro eis debent
orare p̄lati, quos ad tolerantiam passio-
num inuitant.

¶ Quid significetur in vntione
altaris. Ca. X.

His expletis pontifex crucem facit
de chrismate in medio altaris: de-
inde per quatuor ipsius cornua, sicut pri-
us fecerat de aqua cōsecrata. Et est ordo
cōgruus, vt post emundationē per aquā &

post alia quæ dicta sunt oleum adhibea-
tur:ga & sancta ecclesia prius i aqua mû-
datur baptismatis: & sic vnctione chri-
smatis insignitur per manus pôtificis. In
qua vnctione datur spiritus sanctus ad di-
ligendû deum & proximû: sicut in ea vn-
ctione quæ fit in baptismo datur idê spi-
ritus ad remissionem peccatorum. Vngitur
ergo altare & catur antiphona: Vnxit
te dñs oleo lctitie præ cõsortibus tuis: vt
in hac vnctione intelligamus gratie ple-
nitudinê quæ præcessit in capite, & misso
spiritu sancto die Pentecostes refluxit in
aplis. De qua etiã plenitudine (teste Ioan-
ne) oēs accepim⁹. Vnde cõsecrato altari:
cruces vndiq; chrismatûr in parietibus.

Ioan. 1.

¶ Quid sit q̄ altare velaminib⁹ al-
bis cooperitur. Ca. XI.

Peracta deniq; cõsecratione altare ve-
laminib⁹ albis cooperitur: quibus &
sacramentû nouitatis intelligitur in bap-
tizatis: & prænticiatur gloria future incor-
ruptionis, quæ erit in dedicatione illa glo-
riosa, quæ iam completa in capite, in mem-
bris expectatur adimplenda.

¶ De sacramētis ecclasticis. Ca. XII.

Quia de ecclesie cõsecra-
tione prout breuitatis ra-
tio polcebat egim⁹: sub ea
dê cõpediti regula de eis q̄
in ecclesia gerūtur, aliquid
dicamus. Septē sunt prin-
cipalia sacramēta quæ in ecclesia ministrā-
tur: quorū quicq; gñalia sūt: ga ab eis neu-
ter sexus, nulla ætas, cõditio nulla exclu-
ditur. Videlicet baptismus, confirmatio,
eucharistia, poenitentia, vnctio infirmo-
rum. Duo particularia sunt, eo q̄ non tri-
buantur omnibus, sed quibusdã hominû:
ordines, s. & coniugiû. De his omnib⁹ scri-
bere necessariû duxi: vt memoriter teneã
quid in his acceperim, siue ministrẽ, si qñ
aliquod eorū manibus meis ministrari cõ-
tingat. Alioq; ad vsus aliorū panes por-
to, nec gusto: diuina tñ gratia sua nõ de-
serente sacramenta. ¶ Norandû igitur q̄
predicta quicq; sacramēta gñalia, remedia
sunt cõtra peccata & originalia & actua-
lia. Et est baptismus intrantiu ecclesiam:
Confirmatio, stantium quasi in pugna:
Poenitentia, lapsoꝝ, sed resurgentium:
Eucharistia, manentiu in ecclesia: Vnctio,

exeuntium ab hac vita. Quæ quidẽ reme-
dia ante legem fiebant per sacrificia. Sub
lege, & per circuncisionem & per sacrificia.
Sacramentû duobus modis dicit. Ali-
quãdo enim sacramentû dicitur sacre rei
signum: velut in baptismo exterior ablu-
tio, quæ interiorẽ significat emundationẽ.
Aliqñ dicit sacramentû quasi sacrũ secre-
tum: velut sacramentû incarnationis &
hmõs. Sacramentû aut in trib⁹ cõsistit: vide
licet in factis, in dictis, in reb⁹. In reb⁹: vt
est aqua oleum. In dictis: vt est inuocatio
trinitatis. In factis: vt est submersio in a-
quam & insufflatio.

¶ De baptismo: Ca. XIII.

Quia sacramentû est baptismus. ¶
Est enim quasi ianua oibus atria
ecclesie introeuntibus. Est autẽ ba-
ptismus imersio hois in aqua, facta in no-
mine trinitatis. Baptismus interpretatur
ablutio. Circa sacramentû baptismi, hæc in-
quisitione digna videtur. Quæ sit ei⁹ for-
ma: a quo sit ministrandum: quæ eius effi-
cacia: & vnde, & quãdo incipit. In bap-
tismo hæc forma seruãda est: vt in nomine
patris & filii & spirit⁹ sancti baptizetur.
Sic em̄ magister summus docuit discipu-
los dicens. Ite docete omnes gētes bap-
tizantes eos in noie patris & filii & spirit⁹
sancti. Legitur tñ in Actib⁹ apostolorum
Apostolos baptizasse in noie Christi. In
quo (vt Ambrosius ait) pater intelligit a
quo vnctus est, & filius qui vnctus est, &
spūs sanctus quo vnctus est. Administra-
tio autem baptismi sacerdotum est ex in-
stitutione. Necessitate tamen instante ba-
ptizare possunt alii altaris ministri ordi-
ne seruato dignitatis: vt presente diaco-
no subdiaconus baptizare nõ præsumat:
sic in ceteris. Absentib⁹ altaris ministris,
& clericis omnibus, & vrgente necessita-
te: laicus baptizare potest. Si nec laic⁹ præ-
sto fuerit, mulier baptizet. Si nulla alia
repiri potuerit, mater ipsa baptizet. Nec
propter hæc a viro suo separabitur: quia
per necessitatem excusatur. ¶ Virtutem R
& efficaciam dat baptismus, & bap-
tismus Christi & sanguis Christi. Ipse
enim ad baptismum Ioãnis accedēs vim
regeneratiuã contulit aquis: vt efficaciam
remissionis haberet. nõ tamen ex seipsis,
sed ex grã operante per sanguinẽ fusum

Mat. vlt.

Act. 10.

pro peccatis. In cuius figura qm̄ sacrifi-
ciorū sanguis fundebat sub lege: etiã ex
ipso remissionis efficaciam habuisse credi-
tur. Tẽpus baptismi incipit qñ dictû est.
Ite docete oēs gētes baptizãtes eos in no-
mine patris & filii & spūs sancti. Qui tñ
priusq; prædicationẽ Apostolorū audire
possent sine baptismo decesserunt, nõ ideo
perierunt, postq̄ autẽ in oẽm terrã sonus
predicationis eorū exiuit: nõ saluatur nõ
solû qui baptizatus nõ fuerit (vt ait Au-
gustinus) sed qui nec esse potuerit. ¶ De
illis tñ qui ad baptismû properãt & inte-
rim decessit: quaritur vtrum saluentur.
Quod inde videtur: quia in cõtritione cor-
dis & proposito cõfessionis dimittuntur
peccata, iuxta illud: Dixi cõfitebor aduer-
sum me iustitiã meã dño &c. Verbi gra-
tia. Aliquis cõtritus est corde & cõfessus
iniquitatẽ suã corã sacerdote habet etiã
dilectionẽ dei & pximi: vt Cornelius: cur
igitur nõ intraret ad nuptias cum voca-
tus sit & habeat vestem nuptialem! Ali-
quis tñ visum est talem non posse sal-
uari: quoniã scriptum est. Nisi quis rena-
tus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non
intrabit in regnum dei. Hanc autẽ litem
dirimit Augustinus, dicens. Quãtũ valeat
sine visibili etiã sacramento baptismi, qd̄
ait Apostolus, corde creditur ad iustitiã,
ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ: in illo latro-
ne declaratû est. Sed tunc impletur inuisi-
biliter: cum mysteriũ baptismi non con-
temptus religionis, sed articulus necessi-
tatis excludit. Quibus verbis soluit Au-
gustinus quod ab aduersa parte obie-
ctum est: Nisi quis renatus. Quod sic in-
telligendû docent ipsa Augustini verba.
Qui renasci contemplerit ex aqua & spi-
ritu sancto, non intrabit in regnum celorum.
Quæ autem martyrium loci baptismi sup-
pleat, nulli est dubium. Qui baptizati fu-
erunt baptismo Ioannis, rebaptizati legi-
tur. Nõ enim erant renati ex aqua & spi-
ritu sancto. Baptizati autem etiã ab hæ-
reticis in forma a Christo tradita, s. cum
inuocatione trinitatis: non rebaptizãtur.
Si præter formam illã, rebaptizãtur: imo
vere baptizãtur: quia prius baptizati nõ
fuerant.

Mat. vlt.

Psal. 31.

Ioan. 3.

S

¶ De verbis rustice platis: & quare in
aqua tñ fiat baptismus. Ca. XIII.

Si sacerdos siue alius in baptizãdo cor-
rupte proferat verba, vt In nomine pa-
tris & filii & spiritu sancta, nõ tamẽ er-
rorem aut hæresim intendẽs, sed ex igno-
rantia, non est rebaptizandus. Ideo nõ in
vino vel oleo sed in aqua tñ institutum
est baptismum celebrari, vt sacramentum
cum re sacramenti conuenientiam habe-
ret, & per visibile sacramentum res inuisi-
bilis possit intelligi. Ablutio enim exte-
rior emundationem significat interio-
rem. Ad abluendû autem nil accõmoda-
tius aqua potest inueniri.

¶ De responsione patrinorum pro
puero. Ca. XV.

In persona pueri respõdet patrini Cre-
do: id est sacramentum fidei accipio: quia
hic (sicut dicit Augustinus) sacramen-
tû fidei fides appellat. Quod autẽ in per-
sona pueri dicunt: abrenunciatio sathanæ
&c. spondent puerum (si ad annos discre-
tionis venerit) sic & sic facturû. Per quæ
verba puer obligatur in posterum: vt ni-
si sic fecerit, promissionis violare reus ha-
beat. Nullus baptizari potest in vtero
matris: non enim renasci potest nondum
natus. Quæ autem Hieremias & Ioannes
in vtero sanctificati sunt: in miraculis est
habendum diuina potestatis. De qua ta-
men sanctificatione diuersi diuersa sen-
tiunt. Nam quia sanctificatio cum pecca-
to originali non est: dicunt quidã eos san-
ctificatos in vtero: id est a peccato origi-
nali mundatos. Mithi (sine potioris sentẽ-
tiæ præiudicio) videtur q̄ propter futu-
rẽ sanctitatis signa in vtero sanctificati
dicuntur: quia nec tunc caritatẽ habuisse
credendû sunt, penes quam totius est
summa sanctificationis, nec caritatis siue
alterius gratie sacramentum.

¶ Quid in baptismo dimittatur.
Ca. XVI.

Pœna autẽ pro peccato inflicta non
tollitur: illa scilicet pœna temporalis, quã
quotidie in frigore & æstu & fame & siti
& huiusmodi sentimus: quæ in nobis ma-
net vt vita æterna ardentius queratur a
nobis. Illa quæ præcedunt baptismum,
vt exorcismus, id est adiuratio, & cate-
cismus, id est instructio, minuunt diaboli

T

V

X

potestatem, non conferunt peccatorū remissionem. Quædam etiā ibi sunt ad honorem sacramenti.

De die scrutiniū. Cap.XVII.

Notandū etiā q̄ baptizandi in sabba to paschali, quarta feria quartę hebdomadę christianę militiæ. i. quadragesimę: deferunt ad ecclesiā vt exorcizentur & catecizentur. Ideo autem quarta feria quartę hebdomadę huic officio deputata est: vt qui baptizandi sunt, ipso numero intelligāt se nō ad ocium, sed ad christianam vocari militiam: ac si quarta cetera. i. iuuentute quę pugne est apta, ad militiam eligātur. Et quia prædicta quarta feria de fide inquiruntur & instruuntur: ideo dies illa dies scrutiniū, & officium illud scrutiniū appellatur. Vocantur autem prædicta die per lectionem quę præcedit epistolā, quę & ipsa de aquis baptismi est: sicut & ordinandi propter similitudinem quarta feria quatuor temporū ante epistolā vocātur per lectionem quę pertinet ad spiritū sanctū, per quem scilicet cōsecrandi sunt. Vnde & ea die veniunt, de iis quę ad officium suum pertinet requirendi & examinandi.

De antecedentib⁹ ante baptismū. Cap.XVIII.

Sunt & alia quedam circa baptizandos cōsideranda. Signātur em̄ primum in fronte, in pectore, inter humeros, in auribus, in ore, crucis signaculo: cuius virtute & omnia sacramenta cōplentur, & oīa diaboli signa frustantur. Sic cum occiderētur primogenita Ægypti, populus Hebręorū signatis postibus domorū sanguine agni paschalis in typo dominicę passionis saluatus est. Sic etiā apud Ezechielem ab imminēti clade Hierusalē liberādī pręnunciatur qui literam Tau r̄ (quę figuram crucis exprimit) in frontibus haberent insignitā. Postea datur sal benedictus in os baptizandi: vt sale sapientię sit conditus. Exsufflatur non quidem creatura dei in ipso, sed diabolus in cui⁹ regno propter peccatū natus est, exsufflatur ab ipso. i. per spiritū sanctum cuius signū est status exterior, amouetur: dū per ea quę ibi dolet agi, potestas eius minoratur, nondū omnino tollitur. Nōdum em̄ per baptismū renatus est, sed tū per cru-

cis signū & cetera quę circa eū acta sunt in vtero matris ecclesię conceptus & nutritus: vt tandem per aquā salutis Christo renascatur. Deinde tangūtur aures & nares cum salua: quę qm̄ a capite descendit supernā signat sapientiā. Cuius tactu & aures cordis aperiuntur ad intelligendū verbum dei, & nares cordis vt sentiāt fragrantiam vnguentorū Christi: & dicat cor eam sentiens. In odore vnguentorum tuorū currimus. Hanc formā Christi⁹ ecclesię tradidit: quādo muti & surdi os & aures tangēs dixit Effeta: quod est adaperire.

De trina immersione & vnctione chrisimatis. Cap.XIX.

His peractis benedicuntur fontes, & traditur nouę vitę iter aggregandis. Tibus fidei symbolum: quod a duodecim Apostolis ordinatum est, & totidem sententiis cōprehensum. Postea interrogatur si abrenūciat sathanę &c. Et post trinam respōsiōne immersione trina baptizatur: quia ibi trinitatis virtute & gratia mundatur a peccatis. Dehinc sacro chrisimate vngitur in vertice, vt itelligat se promoueri in regem & sacerdotē, non ministro quidē sed dignitate sanctitatis: scđm illud. Vos estis genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitiōnis. Et vt a Christi consortio vocet christian⁹, & aterni regis sit coheres, huic sacramento post aquam baptismi spūs sanctus infunditur, vt sit renatus ex aqua & spiritu sancto: immo infusus ostenditur. Siquidē spiritus sanctus in ipsa trina immersione remissionē cōfert peccatorum. Sed non simul cum immersione poterat exhiberi eius sacramentum.

De veste alba & communicatione paruulorum. Cap.XX.

Exinde datur baptizato vestis cādī da, quę innocentiam significat: & stolam iocunditatis perpetuę si innocentiā seruauerit, ei pronūciat. Ad vltimum datur cereus accēsus in manu eius: quatenus illud euangeliū implere doceat. Lux vestra corā hoīb⁹ vt videat opera vestra bona & glorificent non vos, sed patrem vestrū qui in cælis est. Oībus his nouus homo in vtero matris ecclesię inchoatur, prouehit, consummatur, & vn-

uersitati ecclesię aggregat. hoc est corporis Christi membrum efficitur. Vnde si eius valetudinis est: sacramēta vnitatis, id est corpus & sanguinem Christi accipere debet. Pueris recens natis idem sacramētum in specie sanguinis est ministrādum digito sacerdotis: quia tales naturaliter sugere possunt. Augustinus ad Bonifaciū contra heresim pelagianorū. In ecclesia saluatoris per alios paruuli credunt: sicut ex aliis quę in baptismo dimittuntur peccata traxerunt. Nec illud cogiteris eos, vitā habere posse qui sunt expertes corporis & sanguinis Christi: dicente ipso domino. Nisi māducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinē &c. ergo (si sine periculo fieri potest) iuxta primariā ecclesię institutionem sacramentum eucharistię in specie sanguinis est tradendum pueris. Vnde ignorantia presbyterorum adhuc formam retinens sed non rem, dat eis loco sanguinis vinū: quod penitus superuacuis arbitrarer si sine scandalo simplici dimitti posset. Si autē in reseruando sanguinem Christi, vel in ministrando pueris imminet periculus: potius superferendum videtur. Nec terreant vos præmissa Augustini verba. Ipse enim alibi quasi ea determinās dicit. Nulli est ali quatenus ambigendū, tunc vnunquęq; fidelium corporis sanguinisq; domini participē fieri, quando in baptismo membrum corporis Christi efficitur: nec alienari ab illius panis consortio: etiam si anteq̄ illum panem comedit & calicem bibit: de hoc seculo in vnitatem corporis Christi cōstitutus abscedat.

Quæ paruuli in etate congrua primo rum promissione tenent. Ca.XXI.

Cvm vero ad intelligibiles annos peruenit, monendus est a presbyteris & ab iis per quorum vocē sathanę abrenūciavit, & fidei symbolum accepit: quatinus quod per aliorum ora promissit iam studeat corde credere, & ore proprio confiteri, & opere imitari. Vnde Augustinus in sermone habito dnica p̄ra post pascha. Vos ante oīa tā viros q̄ scēmas moneo, qui filiolos in baptismo suscepistis: vt cognoscatis

vos fidei flores extitisse apud deū pro illis. Ideo semper illos monete vt castitatem custodiant, iustitiam diligant, caritatem teneant: hoc omnibus faciant quod sibi fieri volunt. Ante omnia symbolum & dominicā orationē & vos ipsi tenete, & illis quos excepistis ostendite: & paterno affectu eos in domino diligite.

De confirmatione. Ca.XXII.

Cvm in baptismo plena sit facta peccatorum remissio, quid confert confirmatio? In baptismo datur spiritus ad remissionem: hic vero ad robur. Per hanc em̄ contra hostes inuisibiles armatur. Sine hoc sacramēto potest homo saluari: si non ex contemptu dimiserit. Est autē adeo necessarium & efficax: vt episcopali dignitati ministratio eius reseruata sit: & vt ab alio traditum, habeatur irritum.

De Eucharistia in sequētib⁹ dicem⁹ vbi de missa tractatus habebitur.

De poenitentia. Ca.XXIII.

Poenitentia est commissi flere: & si da nolle committere. Et est vt dicit Hieronym⁹ secūda tabula post naufragium: quia si quis de munditia in baptismo recepta periclitatur: per poenitentiam resurgere potest & euadere. Vt autē poenitentia sit utilis, tria sunt necessaria, cordis cōpunctio, oris cōfessio & satisfactio. In contritione tamen cordis ante oris confessionē peccata dimittē credēdum est, propter illud. Dixi cōfitebor aduersum me iniquitiam meā domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quid igitur prodest sequens oris confessio? Multum. In cordis enim contritione dimittitur reatus & eternę dānationis debitum pro criminalibus: sed non debitū poenę temporalis. Deus em̄ misericors & iustus sic peccata dimittit, vt ea tamen non relinquat impunita: poenam autē temporalem recipit pro eterna. Illa autē ad sacerdotis arbitrium habenda docetur: vbi munito a lepra dictum est. Vade & ostende te sacerdotibus &c. Quæ si post contritionem contemnat: aut peccata iam dimissa redeūt (scđm quosdā) aut peccato ingraturudinis pari dimissis omni

bus reus tenetur: qui gratiæ dei ingratus inuenitur.

Quare poenitentia solennis non iteretur.
Cap. XXIII.

Solennis poenitentia que scilicet in publico extra ecclesiam agitur, non iteratur, licet iterentur crimina propter que suscipitur: immo iterati crimina, aliud consilium datur. Quod ideo in ecclesia videtur constitutum, ut iteratio peccatorum post poenitentiam amplius timeatur: que adeo detestabilis est, quod auctoritate sufficiens poenitentia conuenienter reddat in dignum. Incognito episcopo non debet presbyter excommunicatus vel publice poenitentes reconciliare: nisi vltima cogat necessitas.

Qualiter sacerdos peccata dimittit.
Cap. XXV.

Solus deus peccata dimittit. Habent etiam auctoritates que sacerdotes peccata dimittunt, & que deus per eos ea dimittit. Sed sacerdotes peccata dimittunt, in quibus & per que peccata auctoritate diuina dimittuntur. Vel ideo sacerdotes peccata dimittuntur: quia eum que pro peccatis suis excommunicationis vinculo ligatus fuerat absoluit. In quo suo modo peccata dimittunt: quia eorum propter precedentia peccata non amplius debere vitari ostendunt. Retinent autem peccata iterum & iterum ut magis euitentur, excommunicando: deum vtrumque approbante sicut dictum est apostolis. Quorum dimiseritis peccata, dimittent eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Non ergo de omnibus peccatis intelligendum videtur secundum hunc modum remissionis vel retentionis, que sacerdotes ea dimittant vel retineant: sed de eis tantum propter que lata est sententia excommunicationis. Secundum priorem modum de omnibus potest intelligi.

De iniuste excommunicato vtrum ligatus sit.
Cap. XXVI.

De iniuste excommunicato queritur vtrum apud deum ligatus sit. Si enim non est: quid est quod in typo ecclesie dictum est Petro. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatus & in celis: Sed forte solutionem medicans dices,

Quodcumque ligaueris iuste super terram: erit ligatum & in celis. At quomodo dicitur iniuste dedisse sententiam, qui rei veritatem scire non valens secundum audita recte iudicauit? Item beatus Gregorius ait. Sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est. Ad quid ergo timenda est si non tenet? E contrario videtur que sententia iniuste lata in irritum cedat. Dicit enim decretum causa. xi. Si lata fuerit in te sententia: deponere errorem & euacuata est sententia. Errorem dicit culpam propter quam datur sententia. Si ergo deposito peccato propter quod data est sententia, ipsa euacuatur: multo magis vacua est ab initio, que non propter peccatum eius qui in causam ductus fuerat, sed ex odio sacerdotis est pronuntianta, vel sine ordine canonico vel ex causa iniusta. Hec tria namque in sententia excommunicationis pensanda sunt: animus iudicis, ordo & causa, quorum si vnum peruertatur dicitur iniusta: modo ex animo, modo ex ordine, modo ex causa. Cum autem predicta tria ad sententiam iustitiam exigantur, videlicet ut animo correptionis detur non odii, & ordine canonico, & pro causa talem promerente sententia: causa pre omnibus iudicium obtinere videtur ut si causa non precesserit, excommunicatio vera non sit, nec apud deum teneatur ligatus, qui sine culpa sua fuerit excommunicatus. Quomodo enim sine culpa potest quis ligatus esse apud deum, qui merita causarum sine fallacia solus examinat? Nam & apud homines iniustum habetur, ut quis sine merito puniatur. Denique excommunicationis & absolutionis idem est quantum ad hoc iudicium. De absolutione autem sic loquitur beatus Gregorius. Tunc vera est absolutio presidentis: cum interni arbitrii sequitur iudicium. Quod bene quadragesima Lazarus illa resurrectio designat: quia mortuum dominus vocauit & viuificauit dicens. Lazare, veni foras. Et postmodum is qui viuens fuerat egressus, a discipulis est solutus. Ex qua consideratione nobis intuendum est, quod illos nos debemus per pastorem auctoritatem soluere, quos auctorem nostrum intelligimus per suscitante gratia viuificare,

L Ex his verbis videtur nec excommunicationem nec absolutionem veram esse: que non sequitur summum pastoris sententiam, que merita causarum examinat nec aliquid que immeritum dat. Augustinus in psalmo. xxviii. Preualebit in te falsum testimonium: sed apud homines. Nunquid apud deum valet, ubi causa tua dicenda est? Quando deus erit iudex: aliquid testis que conscientia tua non erit. Inter iustum iudicem & conscientiam tuam: non licet timere nisi causam tuam. Ut hac quasi contrariarum litterarum dissoluere possis: vide quando dictum est Petro in typo ecclesie, Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatus & in celis. Inuenies hoc dictum esse in datione clauum regni celorum. Ac si diceret dominus. his clauibus vtere: & quicquid secundum eas ligaueris vel solueris, ligatum erit vel solutum erit apud me. Quod est: Ratum erit apud me quicquid secundum has quas tibi dabo clauis feceris. Hec clauis, potestas & discretio intelliguntur. Discretio autem datur ut clauis, quando usus eius conceditur: sicut pennas aui dare dicitur, qui soluit ligatas. Discretio autem que dam est in re: quedam in operatione. Discretio est in re, qua sine fallacia verum a falso discernitur. Discretio in operatione, qua ordine iudicario proceditur in causa: & secundum audita recte iudicatur. Quod & sine fallacia & cum fallacia fieri contingit. Discretio autem que hic clauis dicitur: vtrumque complectitur. Si quis ergo potestatem excommunicationis habens: ea discrete vtriusque ordine iudicario procedat, & diligentiam quam potest adhibeat, verum etiam a falso sine fallacie nubilo discernat, ipse ex potestate sibi tradita ligatus: & qui sic ab eo ligatus est apud homines, etiam apud deum ligatus est. i. ratum habet deus quod potestate sua discrete vtriusque facit minister eius. Et sicut in terra ligatus est. i. ab ecclesia militante separatus, ita etiam a curia celesti: ut sicut nullus hominum cum eo habet colloquium ita nullus angelorum ei credatur prestare auxilium. De eo qui ordine iudicario ligatus est pro causa tamen iniusta: dicimus que non est ligatus apud deum, nisi

M contumax inueniatur: salua tamen euangelii veritate dicitur: Quodcumque ligaueris super terram, & in celis. Celorum enim nomine presens ecclesia designatur. In qua excommunicatus habetur & euitatur ut excommunicatus: & si apud homines teneatur sententia, apud deum non tenet, & ideo irritari meretur. Si post absolutionem ad maiorem audientiam fuerit excommunicatus, non tenet sententia: sed ipso iure habetur irrita.

De vntione infirmorum.
Cap. XXVII.

Vntio infirmorum ab apostolis est instituta. Vnde Iacobus, Infirmum quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie & unguent eum oleo sacro: & alleluia dominus infirmum: & si in peccatis fuerit dimittentur ei. Hic sacramentum est vntio: res sacramenti peccatorum remissio. Hoc sacramentum contumere, danabile est: sine correptione absque eo decedere, damnabile non est. Hoc sacramentum sepius iterari potest: sicut & quod maius est eucharistie sacramentum. Augustinus tamen dicit sacramentum non esse iterandum. Sed hoc de sacramentis baptismi & confirmationis (de quibus tunc sermo erat) intelligendum est. Vel forte non dicitur iteratio sacramenti, etiam pro parte iteretur. Licet enim iteratio fiat quantum ad personam que iterum suscipit sacramentum: tamen non est iteratio quantum ad hostiam vel oleum.

De coniugio. Ca. XXVIII.

Expeditis his que de quinque sacramentis generalibus nullatenus oportet ignorare: ad duo particularia accedamus. In quibus licet sacramentum ordinationis dignius sit: de coniugio tamen prius nos volumus expedire. In coniugio quoddam trinitatis vestigium inuenitur. Est enim vir principium: vnde mulier. De quibus procedit tertium, i. ples. Institutio coniugii in paradiso facta est ante peccatum propter humani generis propagationem: dicente deo. Crescite & multiplicamini. Eadem coniugii causa manet & in nouo testamento. Sed est & altera. s. fornicationis euitatio: dicente Paulo. Propter fornicationem vnusquisque habeat uxorem. Vbi subintelligendum est, Ddd.ii.

qui legitime vxorē habere potest. Non em̄ sub hacyniueritate includēdi sunt qui sacros ordines suscepērūt: vel continentē aliter vorū fecerunt. Et sciendū q̄ cum in veteri testamento vnusquisq̄ p̄cipere de tribu sua ducere vxorē, vt vniciq̄ tribui sua portio terre promissionis absq̄ confusione serua retur: in nouo tamē testamēto istitutū est, vt glibet de aliena tribu ducat vxorem, propter amplificationē caritatis: vt amor qui non erat per cognationem nascere per affinitatē. Vnde q̄ ex eisdē maioribus p̄cesserūt post septimū gradum possunt coniugio copulari: q̄a ex tunc deficit amor cognationis, & notitia personarum cessante, & propinquitatis fama. Isidorus tamen sex tantum gradus ponit: quia gradū primum scilicet duos fratres, non gradū appellat, sed truncum.

De bonis coniugij.
Ca. XXXIX.

Tria sunt bona coniugij: Fides, sacramētum, proles. In fide hic intelligitur fides thori. In prole, grata plis susceptio, & religiosa educatio. In sacramento: vt q̄ maritali copula iuncti sunt ad spiritualem Christi copulā aspirēt: & qui per carnalem copulam sunt vna caro, adherendo Christo per caritatē sint vnus spiritus. Est em̄ maritalis copula, coniunctionis Christi & ecclesie sacramentum, siue cuiuslibet fidelis & de uotē anime cum Christo.

Quid faciat matrimonium.
Cap. XXX.

Conjugium autem facit consensus legitimarum personarū de maritali copula per verba p̄sentis tēporis expressus. Vnde post huiusmodi consensum neutri diuertire licet: siue ad alterius coniugij transiēdo, siue claustrū intrando, siue votū continentię faciēdo: nisi ex cōsensu alterius similiter cōtinētē voto sese astringentis. Ad alias vero transire nuptias oīno illicitū est. Q̄ aliqui sancti cū iam ad carnalem copulam accedendū esset, sponsas suas & thorum nuptialem fugisse legūtur, hoc post desponsationē in qua est pactio de futuro, factū esse intelligendum

est, non post p̄dictum consensum, q̄ forsate tunc de consuetudine nō fiebat, aut non p̄cesserat. Legitimę autē personę sunt ad contrahendum, quarū neutruq̄ impedit ordo, aut votum aut conditio, aut impossibilitas reddendi debitum, aut cognatio, aut affinitas, aut spiritalis proximitas. Ordo impedit coniugij faciendum: & dirimit contractum: quia votum continentię sacris ordinibus est adnexum, vt licet verbis non fiat, nihilominus tamen in ipsa susceptio ne factum intelligatur. Subdiaconatus etiam inter sacros ordines cōputatur, quod non fiebat antiquitus. Votū quoq̄ verbis expressum impedit coniugij vel dirimit: non tamen q̄tum ad iudicium ecclesie nisi fuerit publicum, quia ecclesia de occultis non iudicat. Conditio quidē impedit, quia si liber duxerit ancillā, & se hoc ignorasse probauerit, separabitur. Si vero scienter hoc fecerit, non separabitur. Impossibilitas reddendi debitū, modo ex frigiditate naturali, modo ex maleficio contingit. In frigiditate naturali potest ordine canonico dissolui matrimonij: Sed frigidus ad alias nuptias non transibit. Si frigiditatē allegauerit in diuortio, & ad alterius thori transferit, reddetur copule priori. Si autē maleficio allegauerit & facto diuortio ad alia vota trāserit: iuxta decretū Ymari Remorū archiep̄i scopi remanebit in secūda copula, nec ad priorē redire cogetur, sicut qui frigiditatem naturalem in causa diuortij allegauit. Ille enim si facto diuortio ad alia vota transferit reddetur copule priori. Quare? quia per opus sequens iudicatur eum in causa diuortij mentitum fuisse, dicendo se naturaliter frigidum esse: & ecclesiam q̄tum ad veritatis cognitionem fuisse deceptam. Non enim in eo erat impossibilitas reddendi debitum ex frigiditate proueniens. Vt enim aiunt Physici, calor naturalis semel amissus nunq̄ redit. In eo autem diuortio quod propter maleficio impetratum est, per opus sequens coniugij falsitas deprehendi non potest. Pōt em̄ fieri p̄ maleficiū vt alicui auferat impossibilitas cognoscendi istam: manentē

te in eo possibilitate cognoscēdi aliam. Ideoq̄ ecclesia quod de priori coniugio rationally factum est nō rescindit. Dicunt tamen quidam in diuortio naturalis frigiditatis & in diuortij maleficii eadem regulā esse tenendā. Vc; vt q̄ postea viuēte cōpari ad alia vota trāserit, ad priorē cogatur redire copulam: decretūq̄ p̄dicti Remorum archiep̄i scopi Ymari nō recipiūt. In vtraq̄ tamen causa tam frigiditatis q̄ maleficii non passim admittendum est diuortium, sed ordine canonico faciendū vt in causa frigiditatis naturalis tam vir q̄ mulier septima propinquoꝝ manu iuret q̄ se non cognouerunt carnaliter nec cognoscere potuerunt. Si autem maleficio in causa diuortij fuerit allegatum: prius ammonēdi sunt vt orationibus & eleemosynis insistant, & benefacendo gratia dei p̄eunte maleficii vires euacuent. Q̄ si sic liberari non potuerint: septima manu propinquoꝝ fidem facere debent. q̄ maleficio impediēte nec se cognouerunt carnali copula nec cognoscere potuerunt: & sic poterunt separari. In huiusmodi autem diuortijs non est faciendum iuramentum quod fit in diuortio cōsanguinitatis, q̄, si carnali copula nō sint sese abinceps cognituri. Potest em̄ aliquis ab aliqua causa maleficii separari: & reddita sibi coeundi cū ea possibilitate, cessante maleficio eidē reddi. Vsq̄ ad quē propagationis gradum cognatio coniugij impediāt ne possit fieri, vel factum dirimat. Et quare: Superius dictum est.

Quę impediāt coniugium.
Ca. XXXI.

Affinitas etiam matrimonij cōtrahendum impedit & dirimit contractum. Sunt autē affinitatis tria genera. Prīmū genus per primas contrahit nuptias, i. per nuptias quas nullę inter eosdē affinitatem p̄eantes p̄cedunt. Qd̄ autē de nuptiis honestioris ḡa exēpli dico, de qualibet carnali copula est intelligendū. Et hęc primū generis affinitas paribus passibus cū cognatione procedit, & ad eundē modū vsq̄ ad septimum p̄tenditur gradum. In hoc au-

tem differunt q̄ cognatio totum p̄currit: Affinitas autē personam per quam ipsa est non excedit. Verbi ḡa. Tu vinculo cōsanguineitatis impediēte non potes ducere in coniugē sororē tuam, nec filius tuus filiā eius, nec nepos tuus neptā eius, & sic vsq̄ ad septimum gradum. In affinitate non sic. Tu em̄ omnibus vxoris tuę cōsanguineus es affinis: sed filius tuus siue nepos siue etiā frater, nulli eorū propter hoc erit affinis. Sicut autē tota cognatio vxoris tuę tibi est affinis: sic tota cognatio tua vxorī tuę affinis erit: sed non eius cognatione, quia vt dictū est affinitas personam non excedit. Secundū genus affinitatis est quod per secundas contrahitur nuptias, eius, si qui iam primū generis affinitate tenebatur affinis. Et hęc affinitas vsq̄ ad quartū protendit gradum. Tertij genus affinitatis contrahitur per carnalem copulā eius q̄ iam in secūdo genere erat affinis. Et hoc vsq̄ ad secūdū solummodo gradū procedit. Hęc tria tribus declarem exemplis. Vxorī tuę filiū de alio marito tibi est affinis affinitate primū generis. Vxorī illius affinitate secūdi generis. Secūdus maritus vxoris filiū tuę vxorī tibi tenet affinitate tertij generis. Hęc autem si quis plenius nosse desiderat: in libro decretorum Grani, causa, xxxv. q. iiii. & iiii. requirat. Proximitas spiritalis quę compaternitas dicitur, similiter matrimonij & impedit & dirimit. Est autem cōpaternitas quędā directa siue principalis: quędam emergens siue accessoria. Directa inter eos quorū alter alterius filium aut filiā de sacro fonte suscepit. Accessoria per carnalem contrahitur copulam cū altera talium personarum. Verbi gratia. Vxor tua suscepit sine te de sacro fonte filium alterius mulieris. Ecce vxor tua directa cōmater est illius cuius filium leuauit. Tu vero quia vna caro es cum vxore tua mediante ea factus es eiusdem mulieris cōpater: & ideo indirecta siue emergenti siue accessoria cōpaternitate cōpater eius es, nec mortua vxore tua poteris eam vxorem habere. Sicut autem spiritalis proximitas contrahitur,

filii cuiuslibet de baptisate suscipiēdo: sic etiā efficitur, ante ep̄m ad cōfirmandum tenendo, & post consignationem chris̄matis ligando.

De ordinibus. Ca. XXXII.

D Off cetera ecclie sacramēta de ordinibus restat agendū. Septē igit sunt ordies ministrantiū in ecclesia. vcz ostiarii, lectores, exorciste, acoliti, subdiacones, diacones, presbyteri. Nos ergo frater carissime, q̄ vniuersos ordines suscepim⁹, omnī eorū ministeriū & significatiā scire, & eis vitā & mores nros coaptare debemus, vt vitā cōcordet cū noīe, & p̄fessio appareat in opere. Primum em̄ clerici dicimur a gr̄eco clerico qd̄ hereditas siue fors interpretatur, quia de sorte esse dñi & solū deū in hereditate accipere elegimus.

Vñ nos tales ei exhibere debem⁹, vt de nobis dicere possim⁹. Funes ceciderūt mihi in p̄claris. Videam⁹ igit ne sanctitatis signa inaniter gestemus. s. rōsurā, coronā, ornamenta etiā nostris officiis deputata: sed eis q̄ exteriori apparēt, interiora digne respōdeant. Capillos sigdem ante p̄cidimus, & ab eis sensuū instrumenta liberamus: vt hoc signo curarū illecebras frequēter redeūtes, & cogitationes superuacuas a cordibus nostris refecare discamus. Sūmitatē capitis in modū coronę radim⁹, vt mentem q̄ nostrū superius est, ad superna contēplanda & desideranda liberā habere doceamur. Qui sic affecti sunt & moribus esse student quales se debere esse exteriorius ostendūt, ad clericalis militię officia promouendū sunt. Quę septem sunt sicut dictū est. Quorū primū est ostiariū.

Secundum autem q̄ hęc omnia de legali rītu sumpta sunt, & ad ecclesiam cū quadā imitacione translata.

De ostiariis. Ca. XXXIII.

Q Vi em̄ in synagoga ianitores vel editui dicebātur in ecclesia ostiarii nuncupātur. Illorum officiū erat in lege q̄ templum aperiebant & clauderāt, mundos recipiebant, & immundos excludebant. In ecclesia aut̄ ostiarii hoc habent officiū: vt catechuminos baptizādos in ecclesiam introducant: & pœnitentes p̄ episcopum reconciliatos

in ecclesiam recipiant.

De lectoribus. Ca. XXXIII.

Q Vi in templo dicebantur cantores: in ecclesia lectores dicuntur. Eorum officiū erat hymnos & cantica ante arcā domini resonare. In ecclesia autē id officiū habent, vt diuinas scripturas recitent, & ad laudē dei gradualia, alleluia, & huiusmodi cantēt.

De exorcistis. Ca. XXXV.

E Xorciste dicuntur quasi adiutores. Hi p̄ carmina quędam quę Salomon cōposuisse dicit, demones adiurabant, & de obsessis corporibus eieciunt. Exorciste aut̄ nostri catechizādos exorcizāt ex officio, & demones eieciunt, vel eis infantis corpora interdiciunt.

De acolitis. Ca. XXXVI.

A Coliti quasi ceterarij dicuntur. Eorū officiū est in ecclesia sicut & in tēplo, luminaria accendere & extinguere, thuribulū cum igne p̄parare, in exornatiōe altaris deseruire, vrceo vel āpulla aquā mīstrorū manib⁹ mīstrare.

De subdiaconibus. Ca. XXXVII.

Q uia apud hebr̄os nathinnei, i. i. humilitate seruientes dicebātur, a gr̄ecis hypodiacones, a nobis subdiacones, i. ministri dicuntur. Eorum erat oblata a populo sacrificia recipere, & aquam vel q̄libet necessaria ad ministrātia tēpli deferre. In ecclesia hoc habent officiū, vt epistolā legant, calicē & panā cū corpali, diacono ad altare offerāt.

De diaconibus. Ca. XXXVIII.

A leui filio iacob, Leuite, i. assūpti denominatur: p̄ quos cetera sacrificia administrabātur sub sacerdotib⁹. Hos ecclesia diacones, i. ministros nuncupat. Horū officiū est in ecclesia euangelium legere, sacrificiū in altari componere, corpus & sanguinē domini distribuere, licet non vbiq̄ hoc obseruetur: licentiam abeundi populo dare, & si necesse est p̄dicare & baptizare.

De presbyteris. Ca. XXXIX.

P resbyter dicitur senior, quod non ad etatem sed ad sensum referendum est: quia senect⁹ venerabilis est nō diuturna, nec numero dierum computata: Cani sunt autem sensus hominis. Per hos populi legalia offerebāt sa

crificia. Eorum in ecclesia est officium missas celebrare, corpus domini dispensare, p̄dicare, baptizare, pœnitentes absoluerē, mortuos sepelire, & omnia ecclesie sacramenta episcopis nō reseruatā administrare. Quędā em̄ episcopali dignitati reseruatā non omnibus sunt presbyteris concessa.

De episcopis. Ca. XL.

E piscoporū ordo in tria diuidit: In Ep̄os, Archiep̄os, Patriarchas. Episcopus dicitur quasi superintendens: quia tāq̄ vineę domini in specula custos residens, instructioni & correctioni subditorum intēdit. Hic quoq̄ quia dignitate p̄sident aliis: p̄sul vocatur, Hic etiā antistes, quasi ante stans, vel quasi contra stans dicitur. Antī em̄ dicitur cōtra, quia hereticis tanq̄ lupis p̄ defensione gregis resistere debet. Idē dicitur pontifex quasi pons factus, vel pontem faciens, doctrinē sc̄z p̄tem quo itur ad atria vitę. Qz pontifex in consecratiōe oleo ungitur, ex lege sumptū est: in qua rex & sacerdos vel propheta oleo ungebantur. Qz aut̄ benedictio p̄ manus impositionē datur: inde exortum creditur q̄ Isaac manus iposuit iacob, dum esset benedixit, & iacob moriens duob⁹ filiis ioseph: & moyses ioseph manus iposuit dum eum ducē populo fecit: & apostoli manus illis imponebant, quibus spiritum sanctū dabāt. Huic dum regimē ecclesie committit, baculus quasi pastor traditur. In quo tria notātur q̄ significatione non carent. Hęc sunt recurui tres, virga, cuspidis. Quorū significationē breuiter aperit egregius ille versificator ep̄s Cenomanēsis versibus his.

Collige, sustēta, stimula: vaga, morbida, lenta. Hoc est pastoris: hoc virga figurat honoris. Et iterum qd̄ dicit: Attrahō peccātes, iustos rego, p̄grovagātes. Officio triplici seruo potiffici. Annul⁹ ei tanq̄ sponsę Christi in typo ecclesie cuius ipse est caput traditur: & mitra tanq̄ sponso & magistro, iuxta illud: Si cur sponso alligauit mihi mirram. Huius officium est ministros ecclesie ordinare, virgines velare, baptizatos cōfirmare, chrisma & oleū consecrare, ecclesias dedicare, vasa & vestes ecclesie be-

nedictione sanctificare, rebelles excommunicare, pœnitētes reconciliare.

De archiepiscopis.

Ca. XLI.

A rchiepiscopus quasi princeps episcoporum dicitur. Idem metropolitānus nuncupatur, quia ciuitati p̄est, quę metropolis vocatur, i. mater ciuitatū. Horum officiū est episcopos cōsecrare, cōgregare conciliū, & iura dilapsa reparare. Hi p̄ter cetera ep̄alia indumēta palatio in modū torquis decorātur: quia si recte suū expleuerint officiū, eis eterne remuneratiōis torques tāq̄ victoribus promittitur.

De patriarchis & eorum locis.

Cap. XLII.

P atriarcha dicitur quasi patrū vel patrię princeps. Patriarchę tantū tres fuisse leguntur, quorum figuram Abraham Isaac & iacob p̄tulerunt. Horum vnus in Asia Antiochię p̄sedit: alter in Africa primatum Alexandrię tenuit: tertius in Europa Romani apicis iura possedit. Has tres sedes ideo principales ecclesia cōstituit: quia eas princeps apostolorū sua possessione consecrauit. Duabus quippe ipse beat⁹ Petrus p̄sedit, s. antiochenę & romanę: tertiā scilicet alexādrinā Marc⁹ euāgelista nomini eius dedicauit. Postq̄ vero Nicēna synodus romano pontiffici hoc contulit priuilegiū, vt sicut Augustus p̄ regibus, ita ipse p̄ omnibus episcopis haberetur: & papa & pater patrum vocaretur: ius Romani patriarchatus ad Constantinopolim transfuit. Qz alię due sedes sunt mutarę, causa est q̄ loca illa meritis exigentibus in manus paganorum tradita sunt. Vnde Antiochenus patriarchat⁹ est ad hierosolymam translatus: alexandrinus vero ad Aquileiam: quia huic ciuitati primū Marcus euāgelista p̄sedit: qui postea alexandrię p̄sedit. Horum officium est archiepiscopos consecrare, cōcilia episcoporum congregare, decreta canonum instaurare.

De summo pontifice & officio eius.

Cap. XLIII.

P apa dicitur quia pater patrū. Hic vniuersalis dicitur: quia vniuersę p̄est ecclesie. Ddd. iiii.

clesie. Hic quoque apostolus appellatur, quia principis apostolorum vice fungitur. Hic etiam summus pontifex nuncupatur: quia caput est omnium eorum. Huius nomen in ordinatione mutat: quia Petri nomen in plantatione ecclesie a Christo mutatum est. Huic etiam claves traduntur, sicut Petro a domino claves regni celorum tradite sunt, ut se ianitorum regni celorum esse cognoscat. Eius officium est missas & divina officia ordinare, canones etiam pro tempore ad utilitatem ecclesie promulgare vel immutare, Augustum consecrare, pallia archiepiscopis, privilegia ecclesiis dare, totam ecclesiam vice Christi gubernare. Itaque papa vicem & locum Christi tenet, Episcopi apostolorum, presbyteri septuaginta duorum discipulorum, reliqui ministri diaconorum ab apostolis constitutorum.

Quare episcopi die dominica consecrantur.

Cap. XLIII.

Papa & omnes episcopi die dominica consecrantur, quia apostoli quorum successores sunt & vicarii, dominica die spiritum sanctum qui oleounctionis designat acceperunt. Oleum quippe lumen ministrat & vulnera sanat: ita & spiritus sanctus lumen scientie dat & vulnera peccatorum curat. Ideo etiam die dominica consecrantur, ut se cum Christo resurrexerint & in novitate vite ambulare debere amoneant. Presbyteri autem & ceteri ministri ecclesie die in sabbato ordinantur: ut se ab omni opere servili debere quiescere & dei servitio vacare intelligant. Sabbatum enim requies interpretatur. Virgines vero in natalibus apostolorum velantur, quia apostoli more virginitatis primum ecclesie servandum tradiderunt, & virgines apostolis quasi panem pro Christo spiritus immortalis consecrant.

De veste sacerdotali: & primo de humerali seu amictu. Cap. XLV.

Hec strictum de ministris ecclesie sunt relata: nunc de sacris vestibus pauca subiicienda sunt. In habitu enim sacerdotali nihil esse quod vacet ratione, apud veteres quoque constat: sicut beatus Hieronymus ad Fabiolam testis est. Apud nos ergo quod sacerdotium Christi veteri sacerdotio dignum est: tanto in habitu sacerdotali causas probam haberi digniores, illi enim sacras vestes se-

culsum colorem, materiam, positionemque cuiusque ad quatuor elementa mundi, ad duo hemispheria celi partemque zodiaci referentes, hoc significare volebat quod omnia eius subsunt arbitrio, cuius personam gerit eis indutus sacerdos. Licet nostri & beatus Hieronymus in illis quoque spiritualis intelligentie vela padere velint. Quoniam namque nec vetera caruerunt ratione: nos exemplaria supergressi celestium, ipsa potius in vero sacerdotio celestia contemplemur. Vestes sacras a veteri lege sumptis ecclesia. Humerale quod in lege ephor a nobis amictus dicitur: caput & collum atque humeros (unde & humerale vocatur) cooperit: & virtus duabus pectus stringit. In humerali igitur spes eternorum intelligitur: de qua apostolus. Et galea salutis (inquit) assumite. Caput amictu cooperimus, ut omnibus sensibus quorum plenitudo in capite est, pro spe eternorum deo serviamus. Collum per quod vox transit eo circumdamus, ut spe eternorum ori nostro ponamus custodiam, & nil nisi quod laudem dei sonet proferamus. Humeros quibus onera portant eo velamus, ut iugum domini patenter ferre doceamur. Virtus humeralis peccata stringit, ut in pectore nostro cogitationes iniquas & inutiles reprimamus.

De alba. Ca. XLVI.

Alba, quae in lege tunica linea vel talaris, & a grecis poderis dicitur: munditiam vite designat. Hec descendit usque ad talos: ut qui ea se induunt, usque in finem vite suae munditiam carnis servare admoneatur. Alba & amictus non nisi de lino sunt: quod multiplici labore in cadore vertitur: quia quae per haec duo signantur, magno labore acquiruntur & acquisita custodiuntur.

De cingulo. Ca. XLVII.

Per cingulum, quod in lege Baltheus, a grecis zona dicitur, continentiam intelligitur, quia cor ne lasciviat restringitur, ne bonorum impediat gressus operum.

De stola. Ca. XLVIII.

Stola quae & orarium dicitur, collum circumdat, spiritus quoque evangelii obedientiam signatur. Evangelium quippe est suave iugum domini: obedientia vero lorium. Sacerdos igitur quasi ad iugum domini loro ligatur, dum collum eius stola circumdatur. Hec primitus sinistro humero in ordine diaconatus, scilicet suscipitur.

In ordine vero presbyteratus non remota a sinistro etiam dextro humero applicatur: quia obedientia evangelii primum in eis quae ad actionem pertinent vitam suscipitur, quae significatur per humerum sinistram: ac deinde per dilectionem in dextrum contemplativae porrigitur. Et notandum quod apud antiquos non orarium dicebatur stola: sed alba, quam vite munditiam signare diximus, stola vocabatur, unde: Qui lauerunt stolas suas in sanguine agni. Et illud. Habemus stolam primam in laacro, & anulum fidei signaculum. Vtrobique enim nomine stola vite munditia significabatur, quae in baptismo per effusionem sanguinis Christi confertur.

Apo. 22.

De subcingulo. Cap. XLIX.

Per subcingulum quod perizonia vel cinctorium dicitur, eleemosynarum studium significatur. Hoc duplicatum suscipitur, quia primum animae suae misereri peccata evitando, deinde proximo necessaria impendendo, cuilibet precipitur.

De Casula. Cap. L.

Casula quae & planeta dicitur, omnibus indumentis superponitur: per quam caritas intelligitur, quae omnibus virtutum eminentior creditur. Haec super dextrum brachium levatur, ut amici dei amarentur: replicaturque super sinistrum, ut inimici propter deum diligantur.

De fauone. Cap. LI.

Ad extremum sacerdos fauonem in sinistro brachio ponit, quem & manipulum & sudarium veteres appellaverunt, per quem olim sudor & narium sordes extergebantur. Per hoc poenitentia intelligitur qua cotidiana excessus extergendi sunt. In sinistro brachio portatur, quia in praesenti vita quae per sinistram significatur, poenitentia necessaria est. His omnibus ornamentis sacerdos decoratur.

De veste episcopali. Cap. LII.

Episcopus autem & his & aliis quibusdam exornatur. scilicet tunica, dalmatica, faldaliis, mitra, chirothecis, annulo, baculo. Et quoniam supra de duobus ultimis, scilicet annulo & baculo, dictum est in ordine episcoporum: de ceteris dicamus.

Tunica quae strictas habet manicas, & non usque ad talos sicut alba, sed usque ad medium crus porrigitur: militem Christi vult esse liberum, & ad bona opera expeditum.

De dalmatica. Cap. LIII.

Dalmatica a Dalmatia provincia dicitur, in qua primum est inventa. Haec pucollis apostolorum, quod erat vestis cucullata sine manicis, vtitur ecclesia ex beati Silvestri institutione. Hec vestis in modum crucis formata, indicat portatam eam cum vitis & concupiscentiis debere esse crucifixum. Duae lineae coccineae, sanguis Christi effusionem significant pro duobus populis factam. Fimbriae quae quasi quaedam lingua de Dalmatica ante & retro procedunt, sunt verba & exempla praedicatoris quae nobis imitanda proponit. Sinistram latam Dalmaticae fimbrias habet: quia activa vita impedita est & turbatur erga plurima. Dextrum latum non habet fimbrias, quia contemplativa vita quiescens manet, & regia a dextris stans nihil in se sinistra habet. Manicaru largitas est datoris hilaritas & largitas.

De sandaliis. Cap. LIII.

Sandaliis utuntur episcopi, quae substrus integra aperturas habet superioribus, ut per hoc designetur quod praedicatorum affectus qui pedum nomine in scripturis designatur, a terrenis remouendi sunt & ad celestia dirigendi.

De mitra. Cap. LV.

Mitra pontificalis est assumpta ex Myso legis. Haec Graece tyara & mitra, latine vero infula & pileum appellatur. Mitra quae caput tegit & velat, in quo est sensuum plenitudo, custodia est sensuum ab illecebris mundanorum. Duo eius cornua duorum testamentorum munimenta significant, quibus episcopi & se & alios contra mundi illecebras munire debent & hostes Christi vitilare.

De chirothecis. Cap. LVI.

Chirothecaru usus ab apostolis traditus est. Per manus operationes, per chirothecas earum occultationes signantur. Sicut enim aliquando manus chirothecis velantur, aliquando extra-

ais illis denudantur. Sic bona opera interdum propter arrogantiam declinam celantur: interdum propter edificationem proximis manifestantur. Chirothecæ induuntur, cum hoc impletur

Matth. 6.

Matth. 7.

De pallio archiepiscopi. Cap. LVII. Is omnibus insignibus fulget archiepiscopus: Insup & pallio quoa ceteris discernitur episcopis. Hoc duas lineas habet a summo vsq; deorsum ante & retro dependentes & purpuream sanctæ crucis signaculum præferentes. Hoc est duorum testamentorum doctrina passioni Christi testimonium præhibens. Circulus circa collum pontificis, torques est aurea, quæ legitime certantibus promittitur. Mos apud veteres fuit, vt legitime certantes coronam in capite, torquem in collo acciperent. Vnde theologia diues rerum, sed vocabulorum pauper, hæc nomina, corona, torques, ad intelligendum æternæ retributionis præmium sepe trãsumit. Spinulæ quibus pallium affigitur, simuli caritatis sunt, quibus circa curam subditorum stimulat archiepiscopus.

LIBER

Secundus de ecclesiasticis agit officiis. Cuius hæc sunt capita.

- De hora prima. Capitu. I.
Qualiter & ad quid pces fiant. Cap. II.
De tertia & sexta & nona. Cap. III.
Quando preces dicantur ad horas, & quando taceantur. Cap. IIII.
De officio vespertino. Cap. V.
Vnde coepit atriphonax vsus. Cap. VI.
De completorio. Cap. VII.
De officio nocturnali. Cap. VIII.
Quare hoc officium tres habet distinctiones. Cap. IX.
De laudibus matutinis. Cap. X.
De missa vnde sumpsit exordium & vñ augmentum. Cap. XI.
Quare missa tribus linguis celebratur & quare. Cap. XII.

Que ratio modulizandi in celebratione missæ. Cap. XIII.

De introitu missæ & processione ministrorum. Cap. XIII.

De cantico Gloria in excelsis deo. Capitu. XV.

De oratione quare collecta dicatur. Cap. XVI.

De epla & causa nois huius. Cap. XVII.

De graduali siue responsorio, & causa vtriusq; nominis. Cap. XVIII.

De alla & pneumatũ significatiõe. Cap. XIX.

De missione diaconi ad legendum euãgelium. Cap. XX.

De symbolo apostolorum, quando & quare cantandum sit. Cap. XXI.

De offereda & signifi. versuũ. Cap. XXII.

De oratione secreta, & quare in fine eius vox eleuetur, & de patena qualiter & a quibus feratur. Cap. XXIII.

De præfatione. Cap. XXIII.

Sûma snæ totius canonis. Cap. XXV.

De significatione altaris exterioris. Cap. XXVI.

De significatione altaris interioris. Capitu. XXVII.

De propiciatorio mystico. Cap. XXVIII.

De actiõe prima in missa. Cap. XXIX.

De mystico rationali. Cap. XXX.

Quid petat ofo prię actiõis. Cap. XXXI.

De actione secunda. Cap. XXXII.

Quid petat oratio secunda actionis. Capitu. XXXIII.

De actione tertia. Cap. XXXIII.

De ofone p defunctis. Cap. XXXV.

De mystico suphũerali. Cap. XXXVI.

Quæ signa crucis vltima a præmissis oibus differũt in cã. Cap. XXXVII.

Quid significet eleuatio scfi. Cap. 38.

De oratione dominica, quæ est oratio tertię actionis. Cap. XXXIX.

Quare pax dat añ cõionẽ. Cap. XL.

De cõmunionẽ. Cap. XLI.



Secutis principalibus ecclesię sacramentis, de ecclesiasticis officiis ad dere propositi ratio de poscit, & primo de horis canonicis, Horę canonicæ dicuntur officia constitutis horis regulariter in ecclesia celebranda. Hæc siquidem creatori nostro debitæ laudes & pro certis & magnis eius be-

neficiis quasi vestigales sunt gratiarũ actiones. Inter canonicas autem horas ea quæ dicitur prima, primum teneat locum. Ab illa nãq; hora incipiendũ videtur, qua paterfamilias operarios in vineam suam conduxit. Siquidem vinea domini est ecclesia: ministri sunt operarii. Hi vineam fodiunt, quando naturę nostrę humilitatem ad memoriam sibi & aliis reducunt, & humiliari faciunt & se & alios sub potenti manu dei. Ipsi enim operarii de vinea sunt. Stercorant autem vineam, quãdo propter ampliorum fructificationẽ peccata ad memoriam reducunt. Hi ad imitationem Dauid qui dicit: Septies in die laudem dixi tibi: septies in die ad confitendũ domino conueniunt: hora scilicet prima, tertia, sexta, nona, ad vespertas, ad completorium, & nocte ad matutinas, p eo quod scriptum est: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. His adiunguntur laudes matutine: quæ tamen inter horas diurnas cõputant. Septies itaq; in die conueniunt ad cõfitendũ domino, semel in nocte. Conueniunt autem prædictis horis ad laudãdum deum in Psalmis & Hymnis: & vt aures diuinis lectionibus accommodent. In omnibus enim etiam diuinis horis lectiones recitantur, quas nos in horis diuinis capitella vocamus. Capitella ideo dicuntur, quia distinctionis officiorum post psalmodiam capita sũt, id est picipia. Verbi gratia: In omni die hora tertia eadẽ manet psalmodia & hymnus idẽ. Post psalmodiam vero aliud sequitur in dominicis dieb; aliud in ferialibus, aliud in festis martyrum, aliud in festis confessorum. Cuius varietatis capitellum principium tenet. Sed notandum q; in prima & completorio nulla post psalmodiã est pro diuersitate dierum siue festorum varietas: vt per hoc insinuetur q; principium & finem operum nostrorum firmiter & inconculse soli deo attribuire debemus. Sed ad id vñ coepimus reuertamur. Mane congregatis ad pasua vitæ Christi oibus, opilio noster timẽs lupum qui rapit & dispergit oves, vt habemus in euangelio, & non minus leonem, qui circuit qrens

Psal. us.

Psal. us.

L

Ioan. 10. 1. Pet. 5.

quem deuoret, sic incipit. Deus in adiutorium meum intede: Domine ad adiutorium meum festi. Et quoniam sine recta fide aliquid deo placere impossibile est, subiungit ipse pastor cum grege suo: Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Quod est: Vna & eadẽ credatur esse gloria patris & filii & spiritui sancti, & nunc & semper. i. omni tempore, in secula seculorum. i. post omnia tempora æternaliter. Quod dicitur secula seculorũ, circuncunlocutio æternitatis est. Sicut enim seculum annorum dicitur quod cõstat ex centum annis, ita seculum seculorũ conuenienter diceretur seculum constans ex centum seculis. Sed quoniã totum præfens seculum non tãto tẽpore creditur duraturum, in eo quod dicitur per omnia secula seculorum, nihil aliud q; æternitatis durabilitas interminabilis intelligitur. Sicut erat in principio, vnde: Clarifica me pater claritate quã habui priusq; mundus fieret apud te. Deinde sequitur Psalmus quem cantauit David, quando Ziphei voluerũt eucape & tradere in manus Saul. Ziphei interpretantur florentes: per quos diabolus & sui intelliguntur. Diabolus enim florem mundo promittit. Qui autẽ eius sunt, florem suum & delectationem suam in mundanis constituit. Cõtra huiusmodi Zipheos precamur nobis ad esse tuitionem diuinam per omnes horas diei, vt neq; diabolus suggerendo, neq; membra eius aperte persequendo siue occulte, nobis pũaleat. Postea sequuntur duo octonarii Psalmi: Beati in maculati, cum vno Gloria tanq; Psalmus vnus: & duo alii cum vno gloria tanq; vnus. Psalmus enim prædictus. s. Beati immaculati, plenus est morum instructio nibus. Oportet autem vt quos Deus liberauerit de vinculis & carcere inimicorum, moribus bonis & piis ei assistat. Isti quasi tres Psalmi obsequiũ nrm domino presentant per tres horas, primã scilicet secundam & tertiam, vt in his tribus a domino custodiamur. Singulis repetitionibus subiungitur Gloria patri: ne propter Psalmos, qui de veteri testamento sunt, officiũ nostrum ad nouum testamentum non putetur per-

M

Ioan. 7.

N

tinere. Et hoc semel dictum: ubi q̄ intel ligatur. His addidit fidelium deuotio: Quicūq̄ vult se, vt articulorum fidei qui sunt necessarij ad salutē, nulla diei hora obliuiscamur. Postea iuxta eccle siæ nostræ consuetudinem sequitur lectio ex Esaia sumpta: Dñe miserere nos tri, te enī &c. Seruata videlicet illa aī qui populi consuetudine, quæ in libro Esdræ scripta est. Ait enim: Conuenest filij israel in ieiunio & fassis, & humus super eos, & separatum est semen filio rum israel ab omni filio alienigena, & steterunt & confitebantur peccata sua & iniquitates patrum suorum, & con surrexerunt ad standum, & legerūt in volumine legis domini dei sui. Vnde Beda super memoratum librum. Quo rum exemplo reor in ecclesia morem i oleuisse pulcherrimum, vt per singulas diuinæ Psalmodiæ horas, lectio vna de veteri siue de nouo testamento cunctis audientibus dicatur: & sic apostolicis siue prophetis confirmati verbis ad instāriam orationis genui flectāt. Vfus tamen multarum est ecclesiarum vt ad primam non legatur lectio, sed vsq̄ ad capitulum post primam referuetur. Lectio sequitur responsorium, sicut i omnibus fere horis. Christe fili dei vi ui &c. Deinde versus Exurge dñe &c. In aliis tamen ecclesiis sine lectioe & re sponsorio Psalmodiā sequitur versus. P Versus a reuersione nomen accepit. Legitur enim in libro Numerorum, q̄ dū arca domini, quæ significabat Ecclesiā am, poneretur in tabernaculis: dice batur. Reuertere domine ad multitudi nem filiorum israel. Reuersio domini ad israel non est aliud: q̄ vt reuerti faci at israel toto corde ad se. De⁹ enim nō habet a quo reuertatur, cui totum præ sens est. Iuxta morem hunc statutū est a sanctis patribus vt versus diceretur in vnoquoq̄ officio: vt si mentes nostrę cogitādo illicita pro nimio opere Psalmorum deuiauerunt, versus excitat ad deum reuertantur.

Qualiter & ad quid preces fiant.

Caput

Secundum.

Q Hic rite peractis, inchoamus implo rare dei misericordiam, dicendo

Kyrie eleison. Ter tuocamus patrē, ter filium, ter spiritum sanctū, vt nostri mi sereatur exaudiendo preces que sequi tur. Vnāquāq̄ trium psonarum ter in uocamus, quia vnusquisq̄ trium mi sericordia, trium mīa est: sicut trib⁹ est honor vnus & vna maiestas. Preces ex persona eorum dicunt qui cottidie ca dunt, & nituntur: resurgere per pœnitentiam. Vnde post dominicam oratio nem sequitur: Viuet anima mea & lau dabit te. Quasi sit: Mortua fuit anima p erratibus meis, at deinceps viuet p cō uersionē. Et iudicia tua adiuuabūt me. Quia dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat: & melius iudicas parcere pœnitenti q̄ cō terere peccantem. Hoc officium sicut quodlibet aliud præter nocturnū, ora tione concluditur. Domine deus pater qui nos ad principium &c. Et hæc oīa in dominicis & ceteris festiuis diebus stando dicuntur, propter memoriā do minicę resurrectionis, cum quo omnes sancti spe resurrexerūt. In aliis autē die bus genua in terram fixa tenemus, dū dicuntur preces quæ dicuntur propter leuia peccata, & dum dicitur pœniten tialis Psalm⁹, Miserere mei deus, qui p præter graua peccata frequentatur. Ideo R autem hoc officium & omne aliud præ ter nocturnum oratione concluditur, quia dum sumus i presenti seculo, ma xime quando ad extrinseca negocia exi mus, necesse est nobis, vt orationibus sanctorum muniamur: Siue quia mos est, vt quādo familiare colloquium ha bemus cum seruis dei, amore religiōis anteq̄ separemur ab illis, in vltimo be nedictionem petamus. In nocturno autē non ita fit, quia ibi non est sepatio, sed matutinum coniunctum cum eo canit. Post finem huius officij additur in ve neratione omnium sanctorum, Preciosa est in conspectu domini &c. Finitaq̄ oratione, sequitur familiare obsequi um pro nobismetipsis & pro familiaribus nostris. Vnde quia nos plus cate ris peccasse reputamus, vt auxilio dei præterita & præsentia peccata diluere, & in posterum vitare possim⁹, ideo di cimus, Deus in adiutorium meum. Et

stinita oratione dñica, addit: Respice dñe i seruos tuos & in opera tua, qd̄ ideo fit, quia nos sumus & serui dei, & opa ipsi us. Et dirige filios eorū, filios dicit cogitationes quæ nascuntur ex mente.

De tertia, sexta, & nona. Cap. III.

S H Ora tertia in q̄ tutionē diuinā rogauim⁹, congregati hora pria: hora in qua tertia iterū in ecclia cōgre gamur ad cōstītēdū dño, & per tres repe titiones Psalmi supradicti nos famula tui dei p tres seq̄ntes horas p̄sentam⁹ & offerimus, p quartā & q̄ntā & sextā. In sexta iterū cōgregamur ad psallēdū dño: & p tres repetitiōes Psalmi su pradicti nos diuinę tuitiōi p tres seq̄n tes horas cōmēdam⁹, s. p septimā horā, octauā, & nonā. Iterū hora nona cōue nim⁹, & trib⁹ repetitiōib⁹ eiusdē p̄i, nos in dei familiaru p tres seq̄ntes horas sta tuim⁹, siue munim⁹ nos ab insidijs inimici, scilicet per decimam horam & vnde cimam & duodecimam. Vnumquodq̄ horum officium suam habet lectionē: q̄ sicut supradixim⁹ capitellū appellatur. Quaritur cur in diurnis lectionib⁹ Be nedictio nō postuletur, sicut in nocturnis. Quod ideo fit quia maior eas reci tat, cui⁹ est dare benedictionem: In nocturnis autem petit, quoniam a minori bus legunt. Sed nō minor q̄stio occur rit, cur, si diurnę lectiones legant a maiori b⁹, cū nocturnæ legi soleāt a minorib⁹. Qd̄ iō fit, q̄a in diurnis officiis nō p di uersitate tpm siue festorū variant ea q̄ lectionē pcedūt, sed semp eadē manēt: In lectione autē incipit p varietate tpm & solēnitatū officij variari. Quā officioꝝ variationē, maiores, q̄a cert⁹ nouest q̄ minores, lectionē legere cōsueuerūt. In nocturno ar̄ offō, & iuitatoriū, & hym nus & psalmi ipsi hæc faciūt distinctionē. T Iterū q̄ritur cur i lectionib⁹ diurnis & q̄nq̄ in nocturnis nō p̄nuat author sicut i his q̄ ad missā legunt. Qd̄ iō fit, q̄a bu bulci & subulci & omnes fere oparii ad missā cōueniūt, ad ceteras autē horas cle rici & domestici ecclie, q̄ ex verbis au thorū, ppter freq̄ntē cōsuetudinē audi endi satis authores cognoscūt. Illi autē ppt raritātē audiēdi, q̄ sūt auctores le ctionū nesciūt nisi noīa eorū p̄ponant

Quaritur etiā q̄re officia diurna accipi unt nomē a pria, & tertia, & sexta, & no na: & nō ab aliis. Qd̄ ideo fit: quia his horis conuenimus ad dei seruitiū, per quas euangelium narrat oparios intro ductos in vineam, q̄ significat eccliam.

Quando preces dicantur ad horas, & q̄n taceant: & quare. Cap. III.

I N omnibus officiis, excepto nocturno, nisi in festiuitatibus, dicuntur preces & Miserere mei de⁹. Preces pro pter leuia & cottidiana peccata: Mis erere mei deus propter graua. Et no tandum q̄ preces retinent modos orā di quos enumerat Paulus dicens. Obse cro primum fieri obsecrationes, oratio nes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, & pro iis qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Obsecratio ē, cum solutionem malorum perimus, vt illud. Ego dixi Domine miserere mei &c. Oratio est, cum postulamus bona nobis a deo dari, vt illud: Ostende nobis domine misericordiam tuā. Postula tio est cum precamur vt omnia quæ sunt contraria bonis nostris, vt est sub reptio dēmonum siue molestię passiōis minuant & supent. Vnde illud. Con uertere domine vsquequo, & deprecaberis. Gratiarum vero actio est vt illud. Confiteantur tibi domine omnia ope ra tua. Pro his qui in sublimitate sunt precamur, vt illd̄: Domine saluum fac regem, & Oremus pro pontifice nostro Dum preces dicuntur, sacerdos, quia pec cator est cum peccatoribus prostratus est. Sed quia vicem tenet Christi, stan do dicit orationem, vt resurrectionem recolat eius cuius vicem tenet. In do minicis & festiuis diebus non sunt hu iusmodi preces per horas: vt ad memo riam reducamus, quia in futura resur rectione, ubi erit vera libertas & vera sanctorum cum angelis societas, nulla deprecatio pro miseris erit necessaria. Salutatio præcedit & subsequitur ora tionem, propter duplicem domini ad discipulos salutationem dicentis: Pax vobis. Post orationem autem sequitur Benedicamus dño, & deo gr̄as: q̄a sicut X

Dominus postquam salutauit discipulos iterum benedixit eis, & illi gratias referendo adorauerunt eum: ita presbyter qui vicarius eius est, post iterum factam salutationem confratribus dicit, Benedicamus domino, scilicet subaudiendo, cuius membra sumus, in quo benedicimur omnes, Et confratres gratias referunt dicentes: Deo gratias.

Y De officio vespertino. Cap. V. **I**n noctis initio, sole videlicet occidente, vespertinum deo offerimus sacrificium, quando ad constendum domino conuenimus. Dicit Isidorus in libro Etymologiarum. Vespertinum officium est in noctis initio vocatum a stella vespera quę surgit oriente nocte. Et Augustinus in Psal. xxix. Vespera fit quando sol occidit. Hinc possumus conicere, quando festos & a seruilii opere feriatos dies obseruamus, quos obseruare debemus a vespera usque ad vesperram. i. ex quo sol occidit usque ad alium solis occasum. Cotidianus vsus noster tenet ut quique Psalmos cantemus in officio vespertino. Quis enim nescit quod per quattuor horas diei nos deo commendauimus, sicut supradictum est, quęta impedimenta & quot tristitia seu letitia inanes occupent mentem iusti etiam per diem? Oculi enim adducunt ad eam illices formas. Per aures intrant verba detractionis aut luxus. Nares quoque non sunt alienę ab hoc pestifero inter nuncio. Per os quoque mens polluitur, quando criminosa seu etiam ociosa loquitur verba. Manus pculdubio & pedes id tangunt, vnde anima fit deterior per cogitatione. Atque in istis quinq; sensibus cotidiano tundimur assultu. Vnde in noctis initio quando ad dormitionem accedimus, quę quasi quedam imago mortis est, & cui multa assistunt pericula, pro delictis quinq; sensu veniam deprecando quinq; Psalmos cantamus.

Vnde coepit Antiphonarum vsus.

Caput Sextum.

Z Hos quinq; Psalmos antiphonarum solemus cantare. Vfus antiphonarum in ecclesiis ab Ignatio episcopo Antiochie vt Triptita narrat historia, coepit actitari. Ita enim narrat. Dicendum est tamē

vnde coepit initium vt in ecclesia antiphona decantent. Ignatius Antiochie Syrie tertius post apostolum Petrum episcopus, qui etiam cum ipsis debebat apostolis: vidit angelorum visionem, quod per antiphonas sanctę Trinitati dicebant Hymnos. Iste modus visionis Antiochene tradidisse probat ecclesie: & ex hoc ad ceteras transiit ecclesias. Antiphona autē dicitur eo quod iuxta eius modulationem altera pars chori contra alteram sonet, dum duę chori partes Psalmum alternati decantant. Post hęc sequitur lectio a pastore placata: deinde psalmus. Et quoniam in eo suavis & beneplacita est modulatio: ne cor sui oblitum per superbiam, quę ex dulci modulatione nasci solet, euanuerit: sequitur versus per quem mens ad se reuocatur & excitatur vt melius attendat sequentia: hymnum. scilicet beatę Marię, qui ad expellendas diurnas illecebras in initio noctis decantatur. Quem enim supbia in die rapit extra se: audiens, Dispersit superbos, reuertat ad se. Si quę temporalium rerum appetitus delectat: diuinitas misit inanes, eum ad se retrahat. Si quę specialis afflictio conturbat: recogitet quia Dominus exalrat humiles. Si cui obrepit potentia huius seculi: supprimat eam Deposuit potentes. De oratione, & quę preces faciendę sint, vel non, & quare, superius dictum est.

A De completorio. Caput septimum. **C**ompletorium ideo dicitur, quia in deo complentur quę usque ad dormitionis quietem faciendę sunt. Vnde & apud monachos tenetur ex regula beati Benedicti, vt ab eius officio claustralis muniant, & ea aliena faciant a communi colloquio usque dum iterum ad opera redeant. In eo officio quatuor Psalmi recoluntur usque ad versum. In quatuor Psalmis, quatuor elementa nostri corporis deo commendamus. Quod ostendunt ipsa Psalmorum verba. In primo dicitur. In pace in id ipsum dormi. Quod licet prophetam de dormitione mortis intellexerit, tamen institutor officii ad somni dormitionem hęc reuulit: quia somnus quidam imago mortis est, sicut per diximus. In secundo dicitur. In manus tuas commendo spiritum meum. Quę versus christi ante

mortem protulit vltimum. Vnde & nos de eodem Psalmo nil amplius dicimus. In tertio Psalmo dicitur, Qui habitat in adiutorio altissimi &c. quę fere omnia oratione sunt plena, licet affirmatiue proferantur. Quarto vt hęc omnia nobis a deo concedantur, monemur deum benedicere & laudare. Similiter & hymnus corpora nostra deo commendat, quod patet ex ipsis hymnorum verbis. In hymno cotidianus sic habes. Procul recedat somnia & noxia phantasma. non commone polluantur corpora. In alio hymno sic. Fessa labore corpora noctis quiete recrea. Et in alio sic. Precamur sancte domine, defende nos in hac nocte, sit nobis in te requies, quietam noctem tribue &c. Hoc etiam versus aperte dilucidat dicens. Custodi nos domine vt pupillam oculi: sub. v. a. t. p. nos. Hoc autem propter pericula fieri consuevit quę plus dormiendo quam vigilando homines inuadunt. Sicut enim periculosum est homini dum transit ex hoc seculo nisi se commedauerit deo, ita periculosum est hominibus dormientibus nisi commedati deo fuerint aut per hos quatuor Psalmos, aut per crucis signaculum per quod dominus corpora nostra custodiat, sicut in hymno rogamus. In cantico Symeonis cum ipso oramus vt in pace a tumultu seculi quiescamus. Vnde patet quod si quod dormiunt, eis quod mortui sunt in christo conformant. Symeon enim morte corporis orabat in pace dimitti: nos somni dormitione.

De officio nocturnali. Cap. VIII.

B In nocturnali officio dicitur primo: Domine labia mea apertis &c. Quod ideo fit, quia in completorio nos deo commedamus, & conclusimus ora, & singuli quodammodo in singulis seculis quęuimus, deo soli astantes cui non sunt verba necessaria, quia cogitationes omnes nouit. At nunc quia iterum conuenimus ad confortandum domino, precamur eum vt sua directione labia nostra aperiat. Deinde per incitatorium omnes circumspecte ad confortandum domino vocantur. Iuxta quod ipsius inuitatorii versus sanctus sonat. Preoccupemur faciem eius in confessione & in psalmo. i. e. i. Inuitatorius sequitur hymnus, quo corda adhuc torpenta ad laudes dei excitantur. Sed quicquid in hoc officio & in quibusdam aliis. scilicet pri-

ma, tertia, sexta, nona, hymnus propositus psalmodicis in vespis autem & completorio & laudibus matutinis sequitur psalmodiam. Ad quod dicitur videtur, quod in matutinis sicut dicitur est, hymnus statim in principio ponitur vt excitet sua modulatione corda torpenta. In prima autem & ceteris horis diurnis, vt ad diuini amoris dulcedinem retrahat corda curis cotidianis occupata. In vespis autem idem post Psalmos ponitur hymnus, vt corda excitet ad caritatem Symeonis quod de euangelio scriptum, statim sequitur post hymnum, propositum tamen eidem versiculo. Eadem causa potest non inconuenient assignari & in vespis & in laudibus matutinis. In vespis autem modulatione hymni excitamur ad intelligendum caritatem Marię virginis. Magnificat. Magnificat. In matutinis laudibus ad caritatem Zacharię preparamus Benedictus dominus deus israel.

Vbi est modo? M. In semetipso est, & oīa in ipso sunt, & ipse est in omnibus. D. Quādo fecit deus mundū? M. In principio. D. Vbi factus est mund⁹? M. In deo. D. Vnde factus est mund⁹? M. De nihilo. D. Quō factus est mund⁹? M. Pri⁹ in materia simul facta sunt omnia: postea vero in hac quæ nūc mund⁹ cernitur forma, per sex dies cōposita sunt & ordinata vniuersa. D. Quō poterat materia prius esse quæ forma? M. Materia illa nō omnino sine forma fuit: sed tamen informis prius fuisse dicitur, quia in prima sui conditiōe tā deicētem & tam aptā (sicut nūc habet) adhuc formā non habuit. D. Quare voluit de⁹ prius creare rudē materiā: quasi nō potuerit simul cum forma creare eā? M. Voluit prius ostendere quod esset creatura ex se, & quod ex bñficio creatoris deū accepisset: ideoq; prius creauit essentiā, postmodū formā indidit. D. Cui ostendebat hoc, quā adhuc nemo erat qui hoc videre poterat? M. Erant iā tñc angeli quib⁹

hoc ostenderetur: vt foris in rebus conditis viderent, qđ in seipsis intus agnoscerent: ne & ipsi gloriam quā acceperant sibi sed conditori suo tribuendā putarēt. Nobis quoq; hoc ostenditur: qui etsi illud quando factum est non vidimus, qđ tamē factum sit (sacro eloquio referente) audiuius. **D.** Vbi vel qualis fuit prima illa materia priusq; formaretur? **M.** Ibidē confusa iacuit: vbi nunc ordinata subsistit. Nam terra in eodē in quo modo est, hoc est medio loco constituta, tribus reliquis elementis, id est aqua & aere & igne in vna adhuc caligine cōfusa vndiq; inuoluebatur: quē videlicet confusio circūquaq; terram ambiens rantundē spatii sursum occupabat, quātū nunc vniuersitas creaturarum complectitur. Formam iam tūc terra qualemq; ceteris poriore habuit: sed inuoluta atq; obducta necdum apparere potuit quod fuit. Reliqua tria (vt dictum est) omnimodo confusa erāt & indigesta, in modum cuiusdam nebule in hoc qđ nunc aer & celum tenet spatia suspensa. Quam caliginē tenebrosam tenebras scriptura nominauit: qđ in principio super faciē abyssi (quā adhuc nōdum impleta erat) collectione aquarum desuper oppansā pendebat. **D.** Quare formatio facta est prima die? **M.** Lux facta est prima die: quā quidē iam prius inter cætera materialiter creata fuerat: sed nunc primum vt lucere posset & illuminare, ab aliis segregata est atq; distincta. **D.** Quālis existimanda est fuisse lux illa? **M.** Sunt qui asserunt nubem lucidam fuisse, quā (sicut sol modo) circūferabatur ambiens terram: quā dum superiores mundi partes oriens lustrabat, diem: occasu autem suo ad infera descendens absentrata luce fecit noctē. Inde distinctos & appellatos volunt tres illos primos dies in exordio creaturarum priusq; sol & cætera luminaria conderentur. **Dis.** Vbi dicendū est modo esse lucem illam? **M.** Dicunt modo in superioribus etheris partibus circūquaq; dispersam esse: & adhuc videri posse si non maior illam solis claritas absconderet. Noctē vero ex illa adhuc luce diligēter considerantibus demonstrari quasi quāsdā tenuissimā nebule lucidas cōtra firmamentum reliquias dispersas, quas

omnino maior diei claritas ab oculis intuentium celat. **D.** Quare formatio facta est secunda die? **M.** Firmamentū factū est secunda die. quod quidē & prius ipsum materialiter creatum fuerat: sed huc vsq; indiscretum & in illa vniuersali cōfusione permixtum manebat. Nunc autem id est secūda die, erutum a permixtione & in formam redactū positum est: vt inter aquas superiores & aquas inferiores diuideret: sic scilicet vt illi confusione in modum nebule circa terrā pendenti medium veniens quodāmodo illam intersecaret, & abitu suo circūquaq; cōplectēs partem infra se clauderet, partem extrinsec⁹ separaret. i. vt ab ipsis aquis quæ in diuisione extrinsecus siue superius remanserunt, Firmamentū mediū inter aquas & aquas totum circūquaq; ambiatur: aqua autem quæ intrinsec⁹ siue inferius relicta sunt, totē ab ipso firmamento ex omni parte clauderētur. Pars ergo aquarum in diuisione super firmamentum remansit: pars alia infra ambitum firmamenti cōclusa, totum circūquaq; aeris spatium implens occupauit. **Dis.** Est ne credendum adhuc esse aquas super firmamentū? **M.** Sic putatur: quia & scriptura sacra diuersis in locis hoc manifeste confirmat: sicut est illud psalmiste testimonium: **Aque qđ super celos sunt laudēt nomen dñi.** **Dis.** Quōd possunt aquæ sup celum cōsistere? **M.** Glacialiter, vel (qđ magis credibile ē) ad similitudinē illi⁹ primi chaos firmi ter ibi suspēdunt pēdulæ ad modū nebule leuis, qualis in principio natura oīm aquarū fuisse putat. **D.** Quare fuit formatio diei tertiæ? **M.** Aquæ illæ quæ sub firmamento pēdētes remāserāt cōpactę sunt ad inuicē: & pōdere radē deorsum pressę cōgregatę sunt in locū vnū. in magnā illā abyssum quā prius desup obtexerāt: vñ & nunc ad oēs terrarū partes p thronos & alueos suos deriuat. Congregatis autē ags cœpit apparere arida hoc est terra, qđ pri⁹ caligine illa & cōfusione soluta latuit: quā apparētē deus germinibus suis vestiuit: & sic cōpletum est op⁹ diei tertiæ. **Dis.** Quare formatio facta est die quarta? **Mag.** Luminaria condita sunt in celo, id est sol & luna & stellæ: vt lusterent super terram, & illuminarent illam,

Gene. i.

F

Psal. 148

G

Gene. 1

Gene. i.

lam, & tempera cursu suo distinguerēt. **H** **Discip.** Quare formatio facta est die quinta? **M.** Aues & pisces facti sunt de aquis. Aues deinde in aere collocatę sunt: pisces in originali sede permanerunt. **Dis.** Quare formatio facta est die sexta? **M.** Bestiæ & cetera animantia quę viuūt super terram de terra creata sunt. Cōsummatas autem & preparatas omnibus postremo (eadem tamē sexta die) factus est homo, qui vniuersa dominaretur creature. **D.** Quare aues quæ in aere collocatę sūt, non sūt factę de ipso aere, sicut pisces de aqua, & bestia pariter & homo de terra? **M.** Quia aer talem non habet corpulentiam vt de eo animal fieri possit sicut & de terra. **D.** Quare nouissime factus est homo? **M.** Quia homo vniuersę creature p̄ficiendus fuit, cōgruū erat vt prius mansio eius p̄pararetur, postmodū ipse ordinatis omnibus quasi possessor & rector in troduceretur in orbē terrarū. Hac igitur sunt opera conditionis qđ sex diebus fecit deus atq; cōpleuit, ante omnē diē creas, tribus primis diebus disponēs & ordinās, tribus sequētibus exornās: prima discernens, secūda distinguens, tertia disponēs, quarta exornās celos, quinta aerē & aquā, sexta terram. **Dis.** Quare sex diebus fecit deus opera sua, & septima requieuit? **M.** Senarius quia ex partibus suis constat, si gnum perfectionis est: & idcirco voluit deus sex diebus complere opera sua, vt ostenderet se in iis quæ fecerat, nec superfluum aliquēd posuisse nec reliquisse imperfectum. Cōpletis autem sex diebus se prima demū die requieuit, id est ab opere cessauit: non qđ ipse quasi fatigatus requie indigeret: sed vt nobis si secundum modum & mensuram nostram opera bona & perfecta facere studuerimus, requie futuram promitteret. **Dis.** Quōd septima die deus requieuisse dicitur: cum ipse in euangelio dicat. Pater meus vsq; modo operatur & ego operor? **M.** Deus multis modis operari dicitur. Est nāq; op⁹ creationis, est & opus dispositionis, est op⁹ p̄pagatiōis, & est opus gubernatiōis. Op⁹ creationis ante omnem diem fecit. Opus dispositionis sex diebus compleuit. Opus propagationis vsq; in finem sæculi non deserit. Ab opere gubernationis vsq; in

Gene. i.

I

Gene. 2

K

Ioan. 5.

aternum non cessabit. **D.** Si septima die primum requieuit deus, quid ergo egit ab initio primæ diei postq; lucem fecerat vsq; ad exortum sequentis quādo firmamentum faciebat? **M.** Si propius rē intueri velis, iuenies nequaquā deum prima die post exordium lucis ab omni penit⁹ opere quieuisse: quia non solum hoc qđ lux facta est ad opus eius pertinuit: sed etiā qđ directa est: donec peracto circuitiōnis suæ ambitu cursum consummauit. Primum igitur vt opus suum a perfecto inciperet, lucem orientē fecit: & inde eā dirigens, primum vespere, deinde mane, id est primā diē cōpleuit. **D.** Nūquid ita de operibus reliquorum dierum intelligendum? **M.** In his ego nihil temere assernare velim: quia etsi similiter de opere diei secūda dici possit: qđ primum firmamentum inter aquas & aquas fecerit: deinde cursum eius vsq; ad exortum diei tertiæ direxerit: tamen quia de motu firmamenti necdum certum experimentum inuenimus: huius quæstionis nodum alio si placet modo dissoluam⁹. Potest nāq; nō inconuenienter dici nō ita in illis sex diebus dominus sui operis seriē continuasse, quasi nullo interim intervallo rēporis opus intermiserit: sed quia nullū in operando diem intermisit. Septima autē die sic demū ab omni opere quieuisse, vt nec alia præter ea quæ iam facta fuerant deinceps crearet, nec aliter qđ disposita iam erant (quātum ad ordinem pertinet vniuersitatis) disponeret. Neg enim aliquid postmodum numero vniuersitatis addidit, neq; ordinem vniuersitatis in aliquo commutauit. **Discipu.** Et quid qđ adhuc quotidie noua creantur animalia? **Magi.** Nihil tamen nouum dicitur: quia ipsa animalia, licet de nihilo creatā nunc primum esse incipient, tamen quodammodo etiam tunc in similitudine sua creatā fuerunt. Et vt breuius ter id quod mihi dicendum inde videtur tibi absoluiam: vniuersa tunc facta sunt vt nihil postmodum fieret quod prius vel in materia vel in similitudine creatum non fuisset. **DISCIP.**

Vltra adhuc in his operibus digna inquisitione video, qđ quidē nolēs præterire cōpellor: me forte in hmoi si te pl⁹

iuſto detineam: ad alia quæ reſtant ma-
gis neceſſaria non pertingam. Nūc ergo
ſi placet ad hoſem reuertamur, vt cauſā
creationis eius mihi admodum deſiderā
ti aperias. Quia proſecto dignum eſt vt
quæ omnia propter ipſum facta iam cre-
dimus, etiam cur ipſe factus ſit non igno-
remus. M. Deus qui ſummū & verū pfe-
ctūq; bonū eſt, ita ab æterno in ſe & per ſe
beat⁹ fuit, vt eius gloria & beatitudo, ga-
eterna & incōmutabilis erat, non poſſet
minuī: & ga plena & pfecta fuerat, nō poſ-
ſet augeri. Nullo igit indigēs, ſed bonū
qd ipſe erat & quo beatus erat, cum aliis
participare & alios in illo & per illd bea-
tificare volens, nulla neceſſitate, ſed ſola
caritate creauit rationalem creaturā, id
eſt ſpūs rationales, iuſſitq; vt ipſi partim
in ſua puritate perſiſtēret, partim vt car-
ne veſtiti corpus humanum ad vitam &
ad ſenſum animarent. Illis ergo ſpīritib⁹
q corporibus ſociandi erant, locū & habi-
tationem in terra cōſtituit. Illis vero qui
in ſua puritate permāſuri fuerant: māſio-
nem in celo collocauit. Illos quidē per di-
gnationē in ſummo conſtituens: iſtos per
diſpenſationē in imo diſponēs: vt & iſtos
quādoq; per obœdientia ab imo ad ſum-
ma prouheret, & illos per obœdientia in
o ſummo cōfirmaret. D. Quare voluit de⁹
ſpūs ſociare corporibus: cū maioris excel-
lentie fuiſſent in ſua puritate perſiſtētēs?
M. Voluit in illis ex creatione oſtendere
quod poſtmodū facturū ipſe in illis fue-
rat ex dignatione. Quia em̄ in rebus crea-
ris nihil excellentius eſt ſpū, nihil terra
inſimius atq; corruptibilis, dum corpo-
ri de terra factō & corruptibile materiā
habenti, rōnale ſpū. i. animā rōnalem
tribuit, in vnū quodammodo conſortiu &
ſocietatem ſummis ima cōiunxit: oſten-
dēs, ga qd erat corpus ſpūi, hoc quodā-
modo ſpūs erat ſibi. Et, ſicut excellētiam
ſpūs inſirmirati corporalis nature cōiun-
xerat vna creationis conditio: ita humili-
tate creature ſpūalis, excellentie creato-
ris ſociare debuerat vna pietatis digna-
tio. Fecit ergo (vt dictū eſt) corpus hoīs
de limo terre & inſpirauit ei animam ra-
tionalem quā creauit de nihilo, vt in cor-
pore obœdienter viuētem ad cōſortiu
illorum ſpīrituū qui ſine corpore viue-

bant. i. angelorū, quandoq; ſimul cū cor-
pore eleuaret: & pariter vtroſq; ad parti-
cipationem gloriæ ſuę attolleret: quatin⁹
& in ſe ſpū & in ſpīritu corpus gloriſi-
caret, & quātum prius ſumma per diſpē-
ſationem inclinauit dum conderet, tācū
nunc ima per dignationē exaltaret. Diſ.
Quare non creauit deus homines ſimul, p
ſicut angelos creauerat? M. Quia voluit
vt vnū eſſet humani generis pſcipiū.
D. Quare hoc voluit? M. Ad retundēdā
ſuperbiā diaboli. Quia, n. diabol⁹ ſuperbe
aliud a deo principium eſſe appetiit, vt
magis confunderetur eius elatio hoc ho-
mo accepit, quatinus etiam in eo digni-
tate ſimilitudinis dei haberet, q; ſicut il-
le reb⁹ oībus creatiois principiu extirrit,
ita iſte eſſet oībus hoīb⁹ principiu gñā-
tionis: & oēs hoies dū ſe ab vno & vnū
eē cognofcerēt, oēs ſe quaſi vnū amarēt.
D. Quare facta eſt mulier? M. In adiuro-
riū gñatiois. D. Quare de viro facta eſt? Q
M. Quia ſi aliſide fieret, vnū principium
non eſſet. D. Quare de latere facta eſt? M.
Vt oſnderetur ga in cōſortiu creabat di-
lectionis: ne ſi de capite facta fuiſſet, pfe-
renda videret viro ad dominationē: aut
ſi de pedibus, ſubiiciēda ad ſeruitutem.
Quia igit viro nec dñā nec ancilla para-
batur, ſed ſocia: nec de capite nec de pe-
dibus, ſed de latere fuerat producenda,
vt iuxta ſe ponēda agnofceret, quā de iu-
xta ſe ſumprā didiciſſet. Miſit igit de⁹ ſo
porē in Adā, & tulit vnā de coſtis ei⁹, &
exinde mulierē fabricauit. D. Quare dor-
miēti poti⁹ q; vigilāti voluit coſtā ſubſ-
trahere? M. Ne putaret illi eā poſnaliter
abſtraxiſſe. D. Quō de ſola coſta fieri po-
ruit mulier? Nūqd aliqd aliud de⁹ illi co-
ſtæ ad augmentū extrinſec⁹ addidit, aut
nouū aliqd concreauit, aut ipſa in ſemet-
ipſa coſta multiplicari cœpit? Mag. Si ad
mulieris corp⁹ pſciendū illi coſtē de⁹ ex-
trinſec⁹ augmentū addidit (cū illud qd
addebat multo mai⁹ fuit q; ipſa coſta cui
addebat) inde poti⁹ mulierem factam
ſcriptura dixiſſe debuit vnde plures ſub-
ſtantia ſuæ partes accepit. Similiter ſi
id quod coſtæ in augmentum venit, de
nihilo factum creditur: cur eam de viro
factam dicimus & non potius de nihilo,
cū illud eius quod de nihilo factum eſt

Gene. 2.

R

multo mai⁹ fit q; id quod de viri ſubſtā-
tia in corpus illius tranſiuit? Reſtat ergo
vt credam⁹ coſtam illam in ſemetipſam
multiplicatam nullū extrinſecus augmē-
tum ſuſcepiſſe. Diſ. Quomodo poteſt fie-
ri vt aliqua res creſcat cui nihil aliunde
apponitur? Ma. Plus eſt de nihilo aliqd
facere: q; paruam ſubſtantiam in ſeiſpſam
multiplicare. Di. Certum eſt: quapropter
S ea quæ reſtant proſequere. M. Factos igit
tur extra paradifum in paradifo poſuit,
informans præceptis vitæ & diſciplinæ.
Diſ. Quare homo qui in paradifo māſio-
nem habiturus fuerat: extra paradifum
factus eſt? Ma. Ne beneficium dei impu-
taret naturæ, ſed gratiæ. D. Quibus præ-
ceptis informauit deus hominem, cum
eum collocaret in paradifum? M. Duob⁹
id eſt præcepto naturæ & præcepto diſci-
plinæ. Duonāq; bona præparat deus ho-
mini: aliud temporale & aliud æternum,
vtrūq; plenum & perfectum. Alterū, id
eſt temporale bonum, pleni⁹ ei poſuit:
& alterum, id eſt æternum, plenum ei p-
poſuit. Illi qd dederat, cuſtodiam appo-
ſuit præceptū nature: ad illd qd ppoſuerat,
viā aperuit præceptū diſciplinæ. Præceptū
naturæ cōtinet præceptionē, prohibitio-
nem, conſeſſionem. Præcepto naturalis
fuit diſcretio per quam ei inſpiratum eſt
quæ eſſent nature ſuę neceſſaria. Prohi-
bitio naturalis fuit diſcretio per quā na-
turaliter ei inſinatum eſt quæ eſſent no-
xia. Conſeſſio diſcretio fuit eorum quæ
erant media, id eſt quibus vtī & non vtī
ſine incommodo potuiſſet. Si igitur ho-
mo per naturale præceptum imbutus ne-
gligentiam cauſiſſet: diuina prouidentia
nulla eum violētia opprimi permetteret.
Poterat nāq; homo per præceptum natu-
ræ conſeruare bonum quod habuit: ſed
per illud non potuit bonum quod necdū
habuit adipiſci. Neq; enim meritum eſſe
poterat homini ſi vel vitaret noxia, vī ſa-
lubria appeteret, ſiue ad vtrūlibz mediis
vteretur: quoniā in his omnibus non tā
præſcientis affectum q; cōmodum obœ-
dientis attenderet. Itaq; vt homo aliqd
promereri poſſet, neceſſariū fuit vt præ-
ceptū diſciplinæ adderetur, ſed hoc neq;
de præceptione neq; de prohibitione ſumi
poterat: ne ſi vel eadem de⁹ p̄ciperet aut

prohiberet, meritū (vt dictū eſt) obœdientie
nō eſſet: aut ſi mutaret mandatū, ipſe ſi
bi cōtrarius fieret. Oportuit ergo vt de
conſeſſione ſumeretur, ſic tamen vt per
ipſum præceptum conſeſſio nō mutaretur
id eſt vt nō præceptum naturam corrūpe-
ret, ſed inobœdientia prauaricatori non
natura noceret. Cum aut de conſeſſione
naturali præceptum diſciplinæ formadum
fuiſſet, cōgruū fuit magis vt ſcđm phi-
ſitionē hoc fieret, ne diabol⁹ poſſet obœ-
dientiam calūniari: & in vno tm̄ non in
pluribus, ne inobœdientia valeret ab ho-
mine excuſari. Si igit homo in hac obœ-
dientia perſiſtiſſet, poſt tempus deſinitū
a deo ad illud ſummū bonū qd in calis
ei p̄paratū fuerat, fine mortis dolore trāſ-
ferri debuerat cū omni prote ſua in con-
ſortio beatorū angelorū eternaliter victu-
rus. D. Quare de⁹ indigentiam in homie
eſſe voluit? M. Vt inde occaſionē exerci-
tationis ſumeret: & ipſa exterior indigē-
tia interiorē indigentia demonſtra-
ret. Di. Ante peccatum fuit mortalis an-
immortalis homo? M. Vtrūq; poteſtate,
neutrum neceſſitate: vtrūq; poſtea futu-
rus neceſſitate, neutru poteſtate: alterū
prius per culpam, alterum deinde p gra-
tiam. D. Vbi eſt paradifus? M. Cur quæ-
ris quod vides? Ad orientē ingreſſus tu⁹
hoc eſt lignū vitæ qd conſpicias. D. Qua-
re vocatum eſt lignum vitæ? M. Quia ta-
lis in eo virtus eſt vt eius fructus poſſit
vitam hominis a mortis & omnis inſir-
mitatis moleſtia defendere. D. Quod eſt
lignū ſciētie boni & mali? M. In quo præ-
uaricatus eſt Adam. D. Quare ſic vocatū
eſt? M. Adam anteq; peccaret bonū & ma-
lum ſciuit: bonum quidem & per ſciētia
& per experientia, malum vero per ſolā
ſciētiam. Poſtq; vero lignum veritū re-
tigit, malum tum etiā per experientia co-
gnofcere cœpit: non tm̄ natura ligni, ſed
inobœdientia hominis ſciētiam contu-
lit, dum per experientiam mali etiā bo-
num q; ſtrictē fuerat tenēdum agnouit.
Itaq; nomen hoc non ex natura quā ha-
buit, ſed ex occaſione quam præſtitit, li-
gno inditum eſſe credendum eſt. Diſci.
Quō prauaricatus eſt homo? M. Videns
diabolus q; homo p obœdientia illuc aſcē-
deret vn̄ ipſe per ſupbia ceciderat, iudicē

ei: & quia per violentiam ei nocere non poterat: ad fraudem se conuertit. Ne autem fraus illius si nimis occultaretur caueri omnino non posset, non permissus est per aliud animal tectare nisi per serpentem: ut naturalis astutia serpentis malitiam proderet tectoris: ut per indumentum quod foris erat homo cognosceret quantum eius qui intus tegebatur versutia cauere debuisset. **D.** Quomodo tentat? est homo? **M.** Exterior tentatione tantum. **D.** Quæ est exterior tentatio? **M.** Suasio alicuius facta vel signo vel verbo ut ille cui fit ad consensum peccati inclinetur. **D.** Quæ est interior tentatio? **M.** Morus primæ delectationis per quem animus ad peccatum impellitur. hæc autem difficilius vincitur, quia interius oppugnans de nostro contra nos roboratur. Propterea ea diabolus veniam non meruit, quia nulla tentatione peccauit: Homo vero quæ exteriori tentatione pulsatus cecidit, tanto grauius plectendus erat quanto leuiori impulsu fuerat prostratus. Et tamen quæ alia quæ in cadendo (ut ita dicam) violentiam sensit, idcirco hunc tandem dei gratia ad veniam erexit. Nos vero quanto grauiorem in peccando tentationis violentiam patimur: tanto leuiori piaculo ad gratiam amissam renouamur. **D.** Quo ordine tentatus est homo? **M.** Diabolus, quia vidit mulierem yποτε infirmiore & minus ratione vigetem facilius fraude circumueniri posse, primum eam aggressus est interrogatone, volens animi eius elicere ut ex responsione eius colligeret qualiter eam de cetero alloqui debuisset. **D.** Quare non horruit mulier serpentem loquentem sibi? **M.** Quia eum nouiter creatum officium loquendi a deo accepisse credebatur. **D.** Quomodo allocutus est eam? **M.** Comeditis: & eritis sicut dii scientes bonum & malum. Per tria tentauit, per gulam, per vanam gloriam, per auaritiam. Est autem gula immoderatus appetitus edendi: vana gloria, amor propriæ laudis: auaritia immoderatus appetitus habendi. Per gulam tentauit, cum dixit comedite. Per vanam gloriam, cum dixit: eritis sicut dii. Per auaritiam, cum dixit: scientes bonum & malum. **D.** Vellem ut ipsam radicem istius peccati explicares: & sicut demonstremus mihi quo ordine patratum sit, ita etiam

quid sit ostenderes. **Ma.** In primo homine deus duo posuerat, videlicet appetitum iusti & appetitum commodi: vnum, id est appetitum iusti, secundum voluntatem: alterum, id est appetitum commodi, secundum necessitatem. Illum autem ideo voluntarium esse constituit: ut in eo homo promereretur: siue bene eum retinendo cum posset deserere, siue male deserendo cum posset retinere. Hinc autem necessarium propterea esse voluit: quatinus in eo remuneraretur homo, siue ad poenam si illum desereret, siue ad gloriam si illum retineret. Et idcirco illi effectum suum, id est iustitiam inseparabiliter adiunxit: isti vero effectum suum, id est commodum separabile proposuit, quatinus homo vel illo solo amissio huius & illius effectus perderet: vel illo solo retento huius & illius effectum retineret. Sed homo hoc solum quod potuit fecit: & quia appetitum iusti sponte dereliquit: idcirco iuste & iustitiam & commodum perdidit: solum appetitum commodi ad augmentum infelicitatis retinendo: quia sicut augmentum gloriæ fuisset in iustitia perseveranti non posse ab amore habito boni tepescere: ita modo cum ille miser est ab appetitu boni non posse se (quous illud adipisci nequeat) cohibere. **D.** Vtrum volens an nolens deseruit homo appetitum iustitiae? **M.** Si nolens deseruit, violentia potius appellanda est quam culpa: si autem voluntas præcessit in eo dicitur, iam ipsa desertio iustitiae primum peccatum fuisse negatur: nec poterit inueniri vnde talis voluntas ei adueniret ut vellet bonum deserere: quia nec a semetipso velle aliquid potuit, nec a deo quicquam præter commodum & iustum velle potestatem accepit. **D.** Tamen cum deseruit voluisse credendus est quod fecit. **M.** Recte hoc diceret si desinere aliquid esset facere. Quia autem ille non velle cepit quod prius noluit, sed tantummodo quod prius voluit, velle desit, non necesse est ut hoc aut volens aut nolens fecisse dicatur. Voluit tamen aliquid quod volendo quia cum isto velle non potuit, desit istud velle quod voluit. Nec ideo illud velle desit quia illud voluit. **D.** Quare ergo magis dicitur peccasse in eo quod istud

velle desit, quam in eo quod illud velle incepit? **M.** Quia si hoc velle non desineret, siue illud siue aliud volendo, nunquam peccatum poruisset. **D.** Quid est ergo iustitia? **M.** Mensura in appetitu commodi. **D.** Quid est appetitus iustitiae? **M.** Amor mensuræ. **D.** Quid ergo voluit ut hoc velle desineret? **M.** Voluit aliquid extra mensuram. **D.** Nunc quid & hoc velle peccatum non fuit? **M.** Non quod hoc voluit peccatum fuit, sed quod hoc volendo mensuram volendi, id iustitiae appetitum amisit. **D.** Quid voluit extra mensuram? **M.** Similitudinem dei appetit. Peccauit itaque homo in hoc quod deseruit appetitum iusti: & punitus est in retento appetitu commodi. **D.** Quomodo? **M.** Dupliciter punitus est in appetitu commodi: siue cum ab his quæ ordinate appetit refrigitur, siue quæ ad iordata comoda appetenda relaxata in altero est poena, in altero est poena & culpa. **D.** Vnde venit hoc ut appetat inordinata? **M.** A poena peccati. **D.** Modum requiro. **M.** Deus fecerat primum corpus hominis sanum & integrum. Integrum quidem, quia nihil ei deerat ad perfectionem: sanum, quia nihil inerat ad corruptionem. Sed in utroque talem conditionem posuerat ut nec integritas nec sanitas sine adminiculo posset conseruari. Itaque in rebus creatis forissecus quedam ordinauit quæ ad conseruandam atque tuendam incolumitatem siue integritatem eius valere potuissent. Horum autem prouidentorum cura & officium spiritui qui corpori præsidebat iniunxit. Ne vero in illo exequendo si ex sola hoc perceptione non etiam ex amore plerumque seruili conditione premeretur, dedit ei deus affectum quo corpus suum amaret: ut sicut eius integritatem & sanitatem diligeret, sic etiam omnia quæ ad illam conseruandam valerent libenter prouideret. Rursum ne vel in illis querendis labor esset, vel in sumendis periculum: indigentiam simul & appetitum carnalem certa mensura temperauit: quatinus ei ad fomentum & pauca sufficere possent, & ad satietatem modica. Itaque prudentia carnis non tam labor quam oblectamentum & exercitatio futura foret si homo iustitiam tenuisset. Sed quia spiritus supra elatus appetitum suum intra mensuram cohibere noluit, idcirco meruit ut iam subitus per infinitos labores dissipatus in appetitu carnis suæ

mensuram tenere non possit. Fregit enim deus mortalitatem integritatem corporis humani & ob hoc pluribus iam fomentis indiget quam prius, tam ad reparandam incolumitatem quantum perierit, quam ad conseruandam quantum remansit. Hinc illa dura necessitas gignitur ut extra ordinem natura appetitum extēdat: ut non solum naturam custodiat, sed etiam vitium nature expellat. Spiritus enim sicut ei naturaliter datum est commodum carnis suæ diligere: sic naturaliter etiam habet ut eius incommodum non possit amare. Sciendum tamen est quod hæc necessitas concupiscenti non ideo culpa non est quia necessitas est: quia ut esset hæc necessitas non necessitas causa fuit sed voluntas. Hoc tamen de omnibus veraciter dici potest, quod nihil anima appetit quantumlibet inordinatum videatur nisi propter aliquod commodum vel conseruandum boni vel mali remouendum: sicut verbi gratia dum coctum appetit, extingueret cupit carnis pruriginem: dum cibum appetit vel potum, gule ardorem. **D.** Si omnis appetitus commodum appetat, commodum autem suum appetere tam in bono conseruando quam in remouendo malo natura datum sit, ut quid hæc concupiscentia homini in culpam reputatur? **M.** Non ideo peccat quod commodum suum appetit: sed quod inordinate appetit. **D.** Non potest inordinate non appetere? **M.** Non potest. **D.** Quare non potest? **M.** Propter infirmitatem suam. **D.** Quare infirmitas est? **M.** Quia deus integritatem naturæ passibilitate mortalitatis confregit. **D.** Quare hoc fecit? **M.** Video quo tēdas. **D.** Quæ tamen causa fuit? **M.** Culpa hominis. **D.** Ergo per culpam suam ad hanc necessitatem venit. **M.** Ita est. **D.** Non igitur excusatur ista necessitas? **M.** Non potest excusare. **D.** Sed quid faciet? **M.** Quarat adiutorium gratiæ & dicat, de necessitatibus **Psal. 24.** meis erue me domine: sicut dicit **Ap'lus, Infe Rom. 7.** lix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. **D.** Ergo homo nisi per gratiam dei liberari non potest. **M.** Non potest. Dicimus enim quod homo in appetitu iusti derelicto sponte peccauerit: in appetitu commodi retento dupliciter punitus: siue quæ ab ordinatis commodis refringitur, siue quia ad inordinata commoda relaxatur. In altero poena, in altero poena

& culpa. Quia igitur homo tali poena mulctatus est pro quâ culpa non purgaretur sed crederetur: nisi fuisset liberatus per gratiam, per hanc poenam ad poenas damnationis æternæ merito descendisset. Itaque dilatatum est iudicium eius ne damnandus inueniretur. Et quia cum deus ad salutem præordinauerat, locum & spatium correctionis & poenitentię cõcessit: quatinus eum interim per gratiam suam talem efficeret, quem tandem non solum misericorditer sed etiã iuste ad salutem iudicare potuisset. **D.** Quis est locus poenitentię quem deus cõcessit hominibus? **M.** Mundus iste. **D.** Et quod est spatium poenitentię? **M.** Vita præsens, id est ab initio mundi usque in finem seculi. **D.** Satis magna sunt induciæ istę: sed velim ut dicas adhuc quare mundum istum voces locum poenitentię. **M.** Quatuor sunt loca: vnus in quo est solum bonum & summum bonum; & vnus in quo est solum malum & summum malum: vnus in quo est solum bonum non tamen summum bonum; & vnus in quo est bonum & malum, nec summum bonum nec summum malum. **D.** Vellem ut exempla singulorum proponeres. **M.** In celo est solum bonum & summum bonum. In inferno est solum malum & summum malum. In paradiso est solum bonum non tamen summum bonum. In mundo est bonum & malum, nec summum bonum nec summum malum. **D.** Quare distinguisti loca ista? **M.** Paradisus est locus inchoantiũ & in melius proficiendi: & ideo ibi solum bonum esse debuit: quia creatura a malo initianda non fuit: non tamen summum, ut esset in quo illi qui initiabantur proficere potuissent. Celum est locus cõfirmatorum bonorum & per disciplinam ad summum profectum pertingentium. Vnde solum summumque bonum in eo collocatum est. Infernus est locus cõfirmatorum malorum & disciplinam irrecuperabiliter deserentium: & ideo ibi solum & summum malum positum est. Mundus est locus errantium & reparandorum: & ideo simul bonum & malum in eo ordinatum est, ut per bonum quidem cõsolationem accipiant, per malum vero correctionem. Non tamen summum bonum aut summum malum ibi est, ut sit quo persistentes in malo desicere, & recedentes a malo proficere possent. Cælum igitur est in summo: Infernus est in imo: In medio paradisi: inter imum & medium mun-

us. Homo igitur qui a medio ceciderat (quia ad reparationem expectabatur) inter imum & medium collocandus erat. **D.** Ecce diu expectatur homo: & quid faciet? **M.** Non poterit inuenire consilium euadendi. **D.** Quid ergo prodest iudicium differri si homo non potest liberari? **M.** Per se non potest. **D.** Per quem igitur? **M.** Ille qui per gratiam suam differt iudicium: oportet interim ut per eandem gratiam ostendat euadendi consilium. **D.** Ergo iudex reo consilium dabit? **M.** Deponet interim personam iudicis, & assumet personam consiliatoris. **D.** Quando veniet? **M.** In temporibus nouissimis. Quare tandiu differt aduentum suum? **M.** Ut permittat prius homini experiri defectum suum. Veniet prius patriarchę & prophetę & legislatores, veniet iusti & sapientes, quarent & non inuenient, laborabunt & deficiunt, promittent multi & nulli ostendent. Cum autem omnes defecerint & multis promissionibus multis etiã verbis prolatis siluerint, tunc ipse profert vnũ verbũ & dabit consiliũ. **D.** Quod consilium dabit? **M.** Nũquid ego conscius sum secretorum dei? Secretum est & absconditum hoc consilium a seculis. **D.** Tamen temporibus nouissimis manifestũ. Præterea si nos ad redemptionis sortem pertingere volumus: iustum est ac decẽs ut eius redemptionis nostrę modũ nõ ignoremus. **M.** Consilium hoc in eo fuit qualiter homo iuste vel a potestate diaboli eripi, vel deo posset recõciliari. **D.** Desidero admodum scire qualiter hoc fieri potuerit. **M.** Causam hominis prius considera: & tunc facile poteris videre qua iustitia sit liberatus. **D.** Et ipsam mihi demonstrari cupio. **M.** Causa hominis aduersus duos cõsistit, id est aduersus deũ & aduersus diabolum: quapropter non te pigeat si hanc ipsam causam quasi sub trium personarum conformatione explanem. **D.** Totum me in expectatione posuisti. **M.** Tres in causam veniunt: homo, deus, & diabolus. Diabolus deo iniuriam fecisse conuincitur: quia seruum eius, id est hominẽ, & fraudulenter abduxit, & violenter tenuit. Homo iniuriam fecisse conuincitur deo: quia & præceptum eius contempsit, & se sub manus alienam ponens suę seruitutis damnũ illi intulit, tẽ diabolus hominẽ iniu-

riã fecisse conuincitur: quia illum & prius bona promittendo decepit, & post mala inferendo læsit. In iuste ergo diabolus tenet hominẽ, sed homo iuste tenetur: quia diabolus nunquam meruit ut hominẽ sibi subiectũ premeret: sed homo meruit per culpam suam ut ab eo premi permitteretur. Licet enim ignoraret falsum esse quod diabolus promissit, non tamẽ ignorauit quod illud (etiã si verũ esset) contra creatoris voluntatẽ cõcupiscere nõ debuit. Iuste ergo homo subiectus est diabolo quãtũ prinet ad culpam suã: iniuste autem quãtũ pertinet ad diaboli fraudulentiam. Si ergo homo talẽ patronũ haberet cuius diabolus in causam adduci posset, iuste dñio eius homo contradiceret: quia nullã diabolus causam iustam habuit quare sibi ius in homine vendicare debuerit. Patronus autem nullus talis inueniri poterat nisi deus. Sed deus causam hominis suscipere noluit: quia hominẽ adhuc pro culpa sua iratus fuit. Oportuit ergo ut prius homo deũ placaret: & sic deinde fiducialiter deo patrocinante cum diabolo causam iniret. Sed deũ rationabiliter placare nõ poterat, nisi damnũ quod intulerat restitueret, & de cõtemptu satisfaceret. Homo vero nihil habuit quod digne deo pro ablato damno recõpensaret: quia si quid de irrationabili creatura redderet, pro rationabili sublata minus esset. Sed nec hominẽ pro homine reddere potuit: quia iustum & innocentẽ abstulerat, & neminẽ nisi peccatorẽ inuenit. Nihil ergo homo inuenit vnde deũ sibi placare posset: quia siue sua siue seipsum daret, digna recõpensatio non esset. Videns ergo deus hominẽ sua virtute iugũ damnationis iniuste euadere non posse, misertus est eius: & primo gratuito preuenit eũ per solã misericordiam, ut deinde liberaret per iustitiam: hoc est, quia homo ex se iustitiã euadendi nõ habuit, deus hominẽ per misericordiam iustitiã dedit. Neg enim ereptio hominis per se recte rationabilis esset, nisi ex vtraque parte iusta fieret: hoc est sicut deus iustitiã habuit hominẽ requirẽdi, ita & homo iustitiã haberet euadendi. Sed homo hanc iustitiã nunquam habere potuisset, nisi deus ei per misericordiam eam tribuisset. Ut ergo deus ab homine placari posset, dedit deo gratis hominẽ quod homo ex debito deo

redderet. Dedit ergo hominẽ hominẽ, quẽ homo pro homine deo redderet: qui (ut digna recõpensatio fieret) priori nõ solũ equalis sed & maior esset. Ut ergo pro homine redderetur homo maior homine: factus est deus homo pro homine, & dedit se homo hominẽ ut se acciperet ab homine. Incarnatus est deus dei filius, & datus est hominibus deus homo Christus: sicut Esaias ait. Puer natus est nobis &c. Quia ergo hominẽ datus est Christus, dei fuit misericordia: quia ab homine redditus est Christus, hominis fuit iustitia. In natiuitate enim Christi iniuste placatus est deus hominẽ: quia talis homo inuentus est pro homine, qui nõ solũ (ut dictũ est) par, sed & maior esset homine. Ideo in natiuitate Christi angelus pacem mundo nũciat dicens: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Sed adhuc superat hominẽ ut sicut re staurando dantũ placauerat iratus: ita quoque pro cõtemptu satisfaciẽdo dignus fieret euadere poena. Sed hoc cõueniẽtius fieri nõ poterat, nisi vt poenam quam non debebat sponte & obediẽter susciperet: ut de poena quã per inobediẽtiam meruerat eripi dignus fieret. Hanc autem poenam peccator soluere nõ poterat: quia quãcumque poenam susciperet, nõ nisi digne & iuste (propter primi contemptus reatum) sustineret. Ut ergo homo iuste poenam debitã euaderet, necesse fuit ut talis homo pro homine poenam susciperet, quia nihil poenę debuisset. Sed talis nullus inueniri poterat nisi Christus. Christus igitur & nascẽdo debitũ hominis patri soluit, & moriendo reatum hominis expiauit: ut cum ipse mortẽ pro homine (quã non debebat) sustineret, iuste homo pro ipso mortẽ quã debebat euaderet: & iam locũ calumniãdi diabolus nõ inueniret: quia & ipse hominẽ dñari nõ debuit, & homo liberari dignus fuit. Idem itaque & iudicium nostrũ & causã nostrã fecit. Vnde Psal. Quoniam iniã fecisti iudicium meũ & causam meam. Causam nostrã fecit: quia debitũ patri pro nobis soluit, & moriendo reatum expiauit. Iudicium vero: quia descendens ad inferos & portas mortis frangens, captiuitatem quẽ ibidem tenebatur liberauit. Iudicium ergo diaboli aduersus deũ factũ est statim in principio seculi: iudicium hominis aduersus diabolum, in passione Christi. Iudicium hominis

Esa. 9.

L

Luc. 2.

Psal. 9.

aduersus deū differē vsq; in finē seculi. Et ideo homo si prius p̄ Christū deo recōciliari voluerit, potest iudiciū suū sine timore dānatiōis p̄stolari. **D.** Hic cōgrue debueras modos iudicādi distiguere: quatenus ea quę hīc de iudicio dicta sunt ex aliorū collatione valeā & manifesti⁹ discernere & verius approbare. **M.** Quatuor sunt iudicia, videlicet scđm p̄scientiā, scđm causam, scđm operationē, scđm retributionē. Scđm p̄scientiā iudicati fuimus anteq̄ essemus, scđm causam iudicamur ex quo esse incipim⁹, qñ boni & mali sum⁹. Scđm operationē iudicamur, qñ opibus foris ostēdimus quales intus apđ nos sum⁹. Scđm retributionē iudicabimur, qñ in percipiēda mercede operū cognoscem⁹, quales ab eterno apđ deū p̄cūsum fuim⁹. Ex his quatuor iudiciis duo sunt occulta: iudicium scđm p̄scientiā & iudiciū scđm causam: & ideo in eis humanū iudiciū nō recipit, duo manifesta, i. iudiciū scđm operationē, & iudiciū scđm retributionē. in quoz altero, hoc est iudicio scđm operationē, hoībus a deo in p̄senti iudicādi potestas datur: alterū vero hoc est iudiciū scđm retributionē, nō ab hoībus sed a deo corā hoīb⁹ iudicabit. Sed iudiciū scđm p̄scientiā occultū est & imutabile. Iudiciū scđm causam occultū & mutabile. Iudicium scđm operationē manifestū & mutabile. Iudiciū scđm retributionē manifestū & imutabile. Iudiciū scđm operationē imago quodāmodo est & sacramētū iudiciū scđm retributionē: quia illud manifestat causam & p̄scientiā innuit: hoc vero manifestabit causam & cōfirmabit p̄scientiā. **D.** Quid ad nos p̄tinuit q̄ Christ⁹ diabolu⁹ vicit? **M.** Christus propterea filius hoīs dicit: quia humana natura quę in primo parēte peccatum senuerat, in Christo renouata quasi ad iuuentutis robur refloruit: & iustum fuit etiā scđm legem, vt pro patre decrepito & quasi per defectum gratis debili, filius validior robore cōtra tyrannū cōgressum faceret: & vt eius victoriā nō ipsi sed illi p̄cipue pro quo pugnauerat ad libertatem valeret. Nam & idcirco filius dei filius hominis fieri voluit, vt illud de homine sumeret in quo homo pro homine diabolu⁹ superarer. **D.** Nunquid non etiam ante passionem Christi fuerat

diabolus a quibusdā hominibus electus? **M.** Fuerat, nō tamen nisi per passionē. **D.** Quomodo potest hoc fieri? **M.** Sicut passio Christi nunc p̄terita credēs sanctificat: ita tunc futura credēs sanctificabat. **D.** Qua ratione poteris hoc cōfirmare? **M.** Quid verbū incarnatū dixerim, nisi regem qui hunc mundū intrauit per assumptā humanitatē cum diabolo bellaturus, & eū exinde quasi tyrannū & violenter in alieno dominatē expulsiurus? Et quid omnes priores sanctos qui ante incarnationē ab initio fuerunt electi appellauerim, nisi milites quosdā optimos regem venturū in acie p̄cedentes, ipsis quibus tunc sanctificabātur sacramentis quasi quibusdā armis muniti atq; p̄cūsum? Quid item eos qui post incarnationē vsq; ad finē electi subsequūtur, nisi milites alios nō tamen aliū sed ipsum regem suū p̄cedentem vnanimiter atq; alacriter sequentes, habentes & ipsi noui arma: noua tñ ab eodē armati, & cōtra diabolum pugnaturi? Sunt igitur siue p̄cedētes siue subsequētes, vniū regis sacramenta portātes, vni regī militātes, & vni tyrannū superantes: illi venturū p̄cedētes, isti p̄cedentem subsequētes. Vides ergo quōd omnes ab initio vsq; ad finē boni sunt Christi? Neg; vlli diabolum vincunt, nisi hī soli qui sunt Christi. **D.** Ergo ab initio christiani fuerunt. **M.** Nihil verius. **D.** Sed multi aliter existimant. **M.** Vis idem tibi euidentius ostendī? **D.** Volo. **M.** Tria sunt tēpora per quę p̄sētis seculi spatū decurrit. Primū est tempus naturalis legis: secundū tēp⁹ scriptæ legis: tertiu⁹ est tēp⁹ gr̄e. Primū est ab Adā vsq; ad Moysen: scđm a Moysē vsq; ad Christum: Tertiu⁹ a Christo vsq; ad finē seculi. Similiter tria sunt ḡna hominū: id est hoīes naturalis legis, hoīes legis scriptæ, homines gratię. Homines naturalis legis dici possunt qui sola naturali ratione vitam suā dirigunt: vel potius homines naturalis legis dicuntur qui scđm concupiscentiā in qua nati sunt ambulāt. Homines scriptæ legis sunt ii qui exterioribus p̄ceptis ad bene viuendū informātur. Homines gratię sunt ii qui per aspiratiōnem spiritus sancti afflati & illuminātur vt bonum quod faciendum est agnoscāt:

& inflammantur vt diligant, & corroborentur vt perficiant. Et vt idem manifestiori distinctione significemus, homines naturalis legis sunt aperte mali: homines scriptę legis, sicut boni: homines gratię, vere boni. In primo genere cōtinētur pagani: in secundo Iudei: in tertio Christiani. Ista tria genera hoīm ab initio nunq; vllō tempore defuerunt, tñ tempus naturalis legis ad aperte malos pertinet: qui illi tūc & numero plures & statu excellentiores fuerunt. Tempus legis scriptę ad sicut bonos: quia tunc homines in timore seruientes opus mundabant non animum. Tempus gratię ad vere bonos pertinet: qui modo etiam si numero plures non sint, tamen statu sunt excellentiores, & dei gratiā publice anteferunt etiā ab iis qui ei moribus contradicunt. Scias ergo quocunq; tempore ab initio mundi vsq; ad finem nullum fuisse vel esse vere bonū nisi iustificatum per gratiā: gratiā autē nunq; adipisci potuisse nisi per Christū: ita vt omnes siue p̄cedentes siue sequētes vno sanctificationis remedio saluatos agnoscas. Aspice ergo castra regis nostri & acies exercitus eius in armis sp̄itualibus fulgētes: & quāta p̄cedentū sequētūq; populorū multitudinē stratus incedat. **D.** Vellem vt hunc tāti regis exercitū mihi sigillatim describeres: qui & quales milites ei⁹ ab initio fuerint: quę arma, quos hostes habuerint: vbi & quādo, & qualia bella gesserint: quomodo vicerint: quę postremo p̄mia (victoria cōsummata) perceperint. **M.** Postq̄ prim⁹ pars generis humani p̄pter inobediētiā culpā a paradiso exulans in hunc mūdū venit: diabolus ius tyrannū in illo exercens, sicut prius fraudulenter seduxerat, ita postmodū violētē possidebat. Sed dei p̄ouidentia quę hunc ad salutē disponebat, sic iustitię rigorē per misericordiā tēperauit: vt eū ad rēpus quidē ab illo p̄mīmitteret: & tñ ne ab illo in aternū premeretur, ex ipsa ei p̄cna remediū p̄pararet. Itaq; iam tunc ex ipso mundi exordio sacramēta salutis suę hominī p̄posuit, quibus eum sub expectatione futura: sanctificatiōis cōsignaret: quatinus ea quisquis fide recta & spe firma p̄pter obediētiā institutionis diuinę percipi-

peret: etiā sub iugo positus ad consortiū libertatis pertineret. Proposuit itaq; etiā R cū informans & hominem erudiēs: vt quicunq; eum saluatorem atq; liberatōre expectareungeret, eiusdem suę electionis votum in perceptione sacramentorū eius approbare debuisset. Proposuit & diabolus sacramēta sua quibus suos sibi alligaret: quatinus ab illis qui eius imperiū detrectabāt quāto eos manifestius discerneret tanto securius detineret. Cœpit ergo genus humanū mox in partes contrarias diuidi, aliis diaboli sacramenta suscipientibus, aliis vero suscipientibus sacramenta Christi: & facta sunt duę familię: vna Christi, altera diaboli. Diabolus ergo vici S dens q̄ generis humani propago quā in radice sua vitiauerat, q̄uis tota cum corruptione nascendo prodiret, nō tamen tota in eadem renascēdo innouata persisteret, statuit per eos quos possidebat, illos quos amittebat persequendo premeret: tanto tunc amplius ad inferendā violentiā p̄sumēs, quāto se prius meminerat fraudulenta p̄ualuisse. Verū hac maligni versutia machinatio, diuinę misericordię dispensatio fuit: vt videlicet homo cōfirmatus per gratiā cōtra eum iustitiā suam defenderet, quā per eū prius seductus deseruit. In quo nimirū conueniēter etiā superbiā tyranni confunditur: q̄ modo hominem mortalem & infirmum per tormenta superare non p̄ualeret, quę antea nulla infirmitate circumdatum sola persuasiōe seduxit. Tam diuersa igitur intentione opus vnum perficitur, cū diabolus suos milites ad persequitiōnem & violentiam: Christus vero suos ad patientiam exhortatur. Quia autem diabolus ab initio siue per se siue per suos non ob aliud bonos impugnat nisi vt eis iustitiā tollat: & boni non aliud per hanc pugnam exigunt, nisi vt suam iustitiā nō amittant: patet profecto q̄ ipse cum non valet quod vult ad effectum perducere, semper a bonis vincitur, etiā si foris p̄ualuisse videatur. Ergo cum milites diaboli exterius violentiam inferunt: milites Christi interius per patientiam vincunt. Discip. Ergo sacramenta Christi arma sunt? Mag. Non solum arma, sed & T medicamenta. Discip. Quomodo? Mag.

Medicamenta sunt, quia sanant infirmos: arma, quia protegerunt sanos. D. Quid est sacramentum? M. Sacre rei signum. D. Quot modis sunt sacramenta? M. Tribus: id est rebus, verbis, factis. Rebus: ut in aqua, in pane, in vino, in sale, in cinere, in oleo, in igne, & in cæteris huiusmodi. Verbis: ut est trinitatis invocatio, & alia que in benedictionibus siue cõsecrationibus vel cõiurationibus virtutis diuinæ habetia verba proferruntur. Factis: ut est crucis signaculum, incuruatio genuum, expansio manuum, & cætera quecunque talia sunt. D. Quare dicitur sacramentum sacre rei signum? M. Quia per id quod foris visibile cernitur, aliud interius inuisibile significatur. Verbi gratia. Ut per aquam, remissio peccatorum: per ignem, ardor caritatis: per oleum, misericordia: per saltem, sapietia: &c. D. In talibus ergo salutem queret homo cum ipse rationalis sit, & dignior in cõditione sua rebus insensatis: Quomodo ista salutem dare possunt & languoribus animarum mederi: cum ipsa sint corporalia, nihil præter speciem visibilem habentia? M. Est propterea aliud ibi præter id quod oculis corporeis cernitur: & ipsum est quod inuisibiliter peccatorum maculas mundat, & languoribus animarum medetur. D. Illa ergo virtus unde venit? M. Non ex illius natura quod ibi visibile cernitur: sed ex operatione spiritus sancti qui in illo visibili inuisibiliter operatur. D. Nonne hanc eandem virtutem ad reparationem hominis sine exhibitione vel adminiculo rerum corporalium spiritus sanctus præstare potuisset? M. Possit utique si vellet. D. Quare ergo causa fuit ut ista instituerentur, ut homo quasi in istis que inferiora sunt & indigniora iuberet salutem querere, cum solus deus sit a quo homo salutem & debeat querere & possit sperare? M. In istis, non ab istis iubet homo salutem querere: sic ut eam cum adeptus fuerit, sciat se ab illo que eam in istis querere iussit accepisse. D. Dic ergo cur precepit deus homini in eiusmodi rebus salutem querere? M. Ut humiliaret homo & erudiret. Humiliaret quidem dum cogit nunc iacens in inferiori boni sui querere: quod prius cum staret a suo superiori contempsit accipere. Cõgruum ergo præcederet superbiam morbo, subsequeretur humilitatis medicamentum apponitur: ut videlicet homo qui prius deum perniciose elat in semetipso desperat

postmodum salubriter humiliatur sponte se etiam in sensibilibus rebus propter deum subternat. Ad doctrinam etiam sacramenta propposita sunt hominibus: ut per ea que exterior agunt, quid sibi interior exhibeat possit agnoscere. D. Ergo in omni sacramento plus esse credendum est, quam id quod solum videri & corporali sensu percipi potest? M. Duo ibi sunt: unum quod exteriori sensu corporali percipimus, quod proprie sacramentum, id est sacre rei signum dicitur: alterum quod non videmus sed credimus, quod recte res siue virtus sacramenti nominatur. D. Quid iterum est in rebus signum & sacramentum? M. Signum solum ex institutione significat: sacramentum etiam ex similitudine representat. Item signum rem significare potest, non conferre. In sacramento autem non sola significatio est, sed etiam efficacia: ut videlicet simul & ex institutione significat, & ex similitudine representat, & conferat ex sanctificatione. D. Vtrum potest aliquando sacramentum per signo accipi? M. Improprie per sola significatione sacramentum vocat. D. Quid si dixerim illas veteris legis figuras signatum fuisse futuros, non sacramenta: & spiritalem gratiam (que in illis dabatur) mediatisque iis que futura erant sacramentis fuisse collatas? M. Si quis sacramenta priora effectus sanctificationis habuisse negauerit, non mihi recte sentire videbitur. In hoc tamen dignitate sequentium indubitate preferimus, quod illa & visibilia & signa visibilia fuerunt: ista vero cum sint visibilia, ipsa quidem tamen modo inuisibilis gratie sacramenta sunt. Idcirco sacramenta gratie primum per invocationem trinitatis sanctificationem in se suscipiunt, ac deinde sanctificationem conferunt, ut sint ex sanctificatione sanctificantia, atque hoc ex sua sibi que caluitus indita sanctificatione conferant quod illa per hæc conferre consueverant ex sola horum significatione. D. Quare sunt illa sine quibus salus ab initio haberi non potuit? M. Tria sunt: id est fides, & sacramenta fidei, & opera bona: que a principio ad obtinendam salutem homini propposita videntur. His milites Christi semper vsi sunt: in fide robusti, in sacramentis fidei arma, in operibus bonis tela accipientes, quibus contra diabolum pugnaverunt. Sane quemadmodum neque robur inermis, neque arma sine viribus, aut tela, contra fortem armatum prodesse possunt dimicanti: ita quidem fides sine

operibus & sacramentorum sanctificatione: & rursus sine fide sacramenta aut opera salutis effectum non habent. D. Quid est fides? M. Paulus dicit fidem esse substantiam rerum sperandarum, argumentum non apparentium. D. Qualiter hoc accipiendum putas? Quæcumque vel futura, nec dum sunt: vel præterita iam esse deserunt: vel presentia veritatem sui a sensibus nostris siue cognitione abscondunt: hæc omnia quantum attinet ad nos quodammodo non sunt: sed quia per fidem de his omnibus quasi existentibus presentibus quedam in nobis certitudo nascitur, non immerito ipsa fides & non existentium substantia, & non apparentium argumentum appellatur. Porro illud considerandum est quod sola fide nemo potest placere deo nisi caritas illi sociata fuerit: ut sit videlicet fides operans ex dilectione. Attamen fides fundamentum quodammodo est & principium boni in homine: de qua caritas nascitur. de caritate autem spes generatur: quia fides ad cognitionem pertinet, caritas vero amor, spes fiducia est. D. Breuiter velim ut horum differentie propostæ, ipsa mihi manifestius distingantur. M. Fides est voluntaria absentium certitudo supra opinionem & infra scientiam constituta. Caritas est amor dei propter ipsum: & amor proximi propter deum. Spes est fiducia futurorum bonorum ex gratia dei & bona conscientia. In hoc etiam fides & spes differre videntur: quod fides de presentibus præteritis simul & futuris esse potest: spes de solis futuris: Fides de nostris & alienis: spes solummodo de nostris: Fides de bonis & malis: spes de solis bonis. D. C. Quid est sacramentum fidei? M. Duobus modis intelligi potest sacramentum fidei: siue ipsum sacramentum, quod est fides: siue sacramentum fidei, id est fidelium, quo fideles vtuntur & sanctificantur. D. Qua ratione fides sacramentum dicitur? M. Sicut sacramentum baptismi cum dicitur, non aliud sacramentum quam ipsum quod est baptismus significatur: ita & sacramentum fidei ipsam fidem que sacramentum est, nonnunquam accipere solemus. Porro cætera omnia ideo sacramenta fidei dicuntur, quod ad eos tamen qui fidem habent sanctificandos instituta sint. Ipsa vero fides ut dictum est sacramentum est, propterea quod sicut in baptismo & in aliis

sacramentis aliud est quod foris ostenditur, atque aliud spiritualis virtus que interius exhibetur: sic aliud est fides qua nunc (sicut dicit Apostolus) deum quasi per speculum in enigmate cernimus: atque aliud visio manifesta qua est postea facie ad faciem contemplantis visuri sumus. Fides igitur sacramentum est visionis future: & ipsa visio virtus est eius sacramenti quod est fides. D. D. D. Ceteri nunc velim que res ad fidem pertineant. M. Duo sunt, creator & creatura. Hęc sana fides ita discernere debet, ut nec creature diuinitatem creatoris attribuat, nec creatori firmitatem creature ascribat: id est nec deum cõcludat tempore, nec creaturam tendat æternitate. Nam quodlibet horum fiat: si des necesse est detrimentum patiatur. Sequitur autem ut fides cum recte inter creatorem & creaturam diuiserit, recte etiam offerre studeat creatori honorem suum tribuendo: ut videlicet confiteatur omnia ab ipso & per ipsum facta esse, ipsum vero non aliunde sed a semetipso sine principio & sine subsistere. Deinde sequitur tertium: ut videlicet eum quem creatorem cõfiteatur omnium, credat etiam & expectet hominum saluatorem. Et ut breuiter perstringamus, hæc sunt quibus nihil vnquam minus recta fides habere potuit: ut vnus deus credatur, factor omnium, & hominum saluator. Nam illi qui creaturam pro deo colentes gemino errore decepti, vel creaturam æternam vel deum temporalem esse credebant: quid isti aliud fecisse dicendi sunt quam excellentiam factoris operari, & infirmitatem facturæ tribuisse creatori? Rursus philosophi gentiliū quia fidem de saluatore non habebant, quis inter creatorem & opus suum discernendum minime fallerentur: nequaquam tamen fideles appellandi sunt, quia fidem saluatoris non habuerunt. D. Qualem fidem habuerunt antiqui de saluatore venturo, maxime illi qui circa primordia seculi existentes nondum adhuc scripturas in quibus aduentus eius promittebatur acceperant? Non necesse est ut dicamus omnibus qui tunc fideles erant aduentum eius in carnem, crucem, & resurrectionem manifeste reuelatum fuisse: cum etiam Apostoli qui eum presentem in carne viderunt (que fides & iustitia ab ipso saluatore prædicat

curus hoc ignorasse legantur. Credebant tamen se saluari per eum quomodo & quomodo ei placuisset: sed quod morte illius redimendi essent (exceptis paucis quibus hoc a deo reuelatum fuerat) eos ignorasse

Matt. 16. ex hoc patet ostenditur, quod & Petrus domino mortem suam predicanti contrarie nititur: & ceteri Apostoli omnes in morte ipsius desperasse potius leguntur, adeo ut ipsi propter crucem iam desperantes dicerent:

Luc. 24. Nos autem sperabamus quod ipse esset redemptor prae Israel. Qui enim ipso uiuente redemptionem sperauerunt, postea autem ipso moriente desperant: patenter ostendunt, quod per mortem eius redimendi fuerant nescierunt.

F. scierunt. D. An hoc illis prioribus sufficere poterat ad salutem, ut crederent eum creatorem omnium, & saluatore expectarent uenturum? M. Poterat hoc eis tunc sufficere cum ceteris sine quibus, ut dictum est, fides placeere non poterat in illis distaxat quod tempus bene operandi habebant, id est cum susceptio sacramentorum & exercitatione bonorum operum per caritatem & spem fide roboratam. D. Ergo postea creuit fides? M. duobus modis creuit fides: per constantiam & cognitionem. Alii fidem habere cognitione magna, & parua constantia: Alii cognitione parua & constantia magna. Apud deum autem preciosior est magna fidei constantia, quam cognitio magna. Antiqui igitur sancti fidem habebant plures cognitione parua & magna constantia: sicut e contrario nunc multi fidem habere cognitione magna & constantia parua. D.

G. Quae sacramenta erant sub lege naturali? M. Oblationes & sacrificia & decime. D. Qua ratione haec sacramenta uocantur? M. Quia sacrae rei signa sunt. D. Cui? M. Remissionis peccatorum. D. Quomodo? M. Substantia hominis duplex est: alia interior quae ipse est: alia exterior in rebus quas possidet. Voluit ergo deus ut homo de exteriori substantia sua sibi oblationem faceret: ut iusta recompensatione deum id quod exterius a deo acceperat deuote redderet, id quod interior de semetipso perderat deo tribuente recuperaret. Per fidem ergo & oblationes siue sacrificia tunc remissionem peccatorum acceperunt quicumque veterem hominem deponentes hoc est ad membra noui, Christi facti sunt. Idem namque

in illis oblationes & sacrificia fide mediante operabatur, quod postea sub lege scripta circumcisio aut sub gratia baptismus: ut & ipsi ab omni peccato siue originali siue actuali iustificati, inter membra illius computarentur, cuius fide & sacramentis sanctificabatur. Eandem quippe passio saluatoris precedentibus sacramentis, siue oblationi sub naturali, siue circumcisio nisi sub lege scripta, uirtutem & efficaciam sanctificationis contulit, quam subsequenter & succedentibus conferret: hoc solo excepto quod sacrificia & oblationes non ita sub naturali lege quoadmodum circumcisio sub scripta & baptismus sub gratia ad necessitatem salutis, sed ad cultum deuotionis fiebant, sola tunc fide iustificante & purificante credentes. Et rursus hoc etiam in circumcisio: excepto quod illi priores patres quilibet iusti & deo placentes ante datam hostiam regni caelestis ianuam intrare non poterant: sed tamen in sinu Abrahae id est in requie tranquilla seruabatur, quousque ille ueniret qui pro nobis moriens & resurgens per assumptam carnem caelos ascenderet, & omnibus in se credentibus accesserit uiam aperiret. D. Si eadem uirtus in illis sacramentis fuit quae in istis est, quid causa erat ut illa cessaret & ista succederet? M. Manifestior ueritas in istis declaratur: & iustus erat ut sicut paulatim procedente tempore creuit cognitio fidei, ita etiam alia sacramenta instituerentur quae etiam alia sanctificationem gratiae spiritualis non conferrent, eandem tamen manifestius panderent. Erat quippe idem saluator, eadem fides, eadem gratia: illic uenturi, hic exhibituri. Sed quia ipse per quem salus dabatur adhuc longe erat, eiusdem salutis signa obscura esse debuerunt: ut paulatim eius aduentu appropinquante & fides amplius cresceret, & gratia euidentius se manifestaret. Ideo primum per oblationem & postea per circumcisionem, ad ultimum per baptismum, expiationis & iustificationis sacramentum formari institutum est: quia eiusdem mundationis forma & similitudo in oblatione quidem occulte inuenitur, circumcisio uero euidentius exprimitur, per baptismum autem manifesta declaratur. Primam namque iustificationem accipit homo, ut pro remediis salutis, exterior

ris substantiae partem offerret deo, partem ad usum proprium retineret: quatinus in hoc facto disceret ea quae intrinsecus bona erant deo tribuere: quae uero mala, sibi imputare. Sed hoc signum de lege sumptum magis docuit hominem quod esset quod quid fieret. Igitur cum tempus aduenisset quo ueritas declarari debuerat, datum est ei remedium circumcisionis sacramentum: ubi dum ab interiori substantia hominis pars non quidem naturaliter superflua, sed eius quod superfluum est figura, praeciditur: iam manifestius illa peccati circumcisio quam in interiori homine gratia perficit demonstratur. Quia autem circumcisio exteriores fordes & enormitates quae foris sunt refecat, ablutio autem maculas etiam interiores emundat: iam manifesta ueritate adueniente Christo circumcisio cessare debuit: ut illud sacramentum succederet, quod perfectam hominis emundationem & interiore animae candorem (quae in ipso & per ipsum sacramentum adipiscitur) possit declarare. Videntur ergo illa prima sacramenta quasi quaedam umbra gratiae spiritualis: illa uero quae postea secuta sunt quasi quaedam imago, & (si ita dicendum est) lineamenta ueritatis habentia. Ista uero non iam umbra uel imago, sed corpus ueritatis: in quibus (quia plenarie salutis effectus datur, & euidenter ostenditur) quasi spiritus in corpore uiuenti, exteriori motione se prodit: sic in eis uita gratiae inuisibilis clarissime demonstratur.

M. De operibus restat nunc ut quae dicenda sunt aperias. M. Tria genera factorum sunt: quaedam sunt omnino bona quae nunquam licite praeteriri possunt: quaedam omnino mala sunt quae nunquam licite committi possunt: quaedam uero media quae siue fiat siue non fiat nec culpa est nec meritum. Quae sic ergo se habent ut nunquam licite praeteriri possint, illa tantummodo lex naturalis prohibuit: illa uero quae nunquam licite possunt praeteriri sola praecipit: media omnia ad utrumlibet reliqua. De illis autem quae uel praecipienda uel relinquenda erant, uel tamen praecipit in coram de homine posuit: Quod tibi vis, id alii feceris: quod tibi non vis, alii ne feceris. ut ex sui uidei consideratione homo disceret quale se erga proximum exhibere de

beret. Sed postea cum lex subintrasset, & disciplina uiuendi arctiore proponeret coepit ex illis quae media erant quaedam excipere, & ex eis alia per praecipit, alia per prohibitionem in alteram partem tamen locare: ut quod admodum primo homini in paradiso de deo concessione naturali praecipit de praecipito disciplinae exhibitionem exceperat, ita modo filiis eius non ex una ueritate statibus, sed per varios errores dissipatis, non unum de concessione naturali praecipit disciplinae quasi probandis, sed quasi corrigendis & reparandis multa formaret: ut quod magis se in mediis temperare discerent, tanto leuius in concessione cauere ualerent. D. Quae fuerunt illa quae lex naturalis facienda aut uitanda proposuerat? M. Illa septem quae postea lex scripta in sacra tabula de dilectione proximi mandabat. Primum erat: Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene sit tibi, & sis longeuus super terram. Secundum, Non occides. Tertium, Non moechaberis. Quartum, Non furtum facies. Quintum, Non falsum testimonium dices. Sextum, Non concupisces uxorem proximi tui. Septimum, Non concupisces rem proximi tui. Primum secundum praecipitum factum est: Sex alia secundum prohibitionem. D. Quare de faciendis unum tamen praecipit datum est, & de non faciendis plura? M. Primum praecipitum hominis fuit iobediencia: & id circo uita ista quae homini ad poenitentiam conceditur, tota obediencia deputatur. Quia igitur homo in malis agendis ex propria concupiscentia in diuersa distrahitur, in bonis uero agendis sola obediencia regula gubernat: ideo in malis cauendum est, quod habet ex semetipso & per semetipsum facere potest, singulari instruendum erat: ad bona uero agenda ad obedienciam solummodo reuocandum, ut ibi per sententiam alterius salubrius disceret quod ipse agere debuisset. Cum enim iubetur homo patri & matri honorem deferre, non hoc ad carnales parentes solum referendum est: sed hoc potius ei praecipitur, ut quod in mandatis suis aliquando contempserit, nunc propter deum homini superioris obediencia atque honorem exhibere non dedigneretur. D. Ecce demonstrasti tria, id est fide, & sacramenta fidei, & opera: nunc superest ut in his quae haec habebant, qualis aut quanta


effeċta sit reparatio ostēdas. **M.** Si sũmũ bonũ hoĩs cõtemplatio pñtis dei esset, maxie qa ad pñrũdũ hoc hõ primõ cõditõ credit, merito fides p quã absentẽ quodãmo videre incipit, inĩtũ boni & pñcipiũ restauratiõis eius memorat. Nã qm hõ q peccãdo cognitiõẽ dei p didit, p fidẽ iterũ illũinat, vt eũ videre atq; cognoscere possit: patet qa id p qd ei primũ bonũ qd p diderat reddĩt, iure exordiũ restauratiõis eius vocat. **Q.** ẽ restauratiõ, s. scdm ieremãta fidei cre- scit: dũ hõ p agnitõẽ ampliõ illũinat & in fãmãt p dilectiõẽ. Fides igit ipsa est p quã reparat hõ & in qua ei bonũ amissũ reddĩt: vt p eã paulatĩ cognitiõne pariter & amore crescẽs ad plenã illã visiõis felicitatẽ puenire mereat.

R. Sic em iustus q̄diu in hoc corpẽ existẽs pegrinat a dño viuere habet ex fide: q̄ admodũ beatõ cũ eductus de hoc erga stulo fuerit & introductõ i gaudiũ dñi sui, viuere habebit ex cõtẽplatiõẽ. Sed mira dei dispõsatiõẽ agit q̄ nũc interĩ malitia hostis antiq; ad spugnandos & psequendos fideles relaxat: quatinõ vcz hoc hoĩ reputet p merito, si nũc p fidẽ abulãsiã veritatẽ etiã vel spugnatus nõ deserat, q̄ prius visiõẽ pferũs dei roboratõ sola pñasiõẽ pstratõ erat. Vt at in hoc plio inuictõ stare possit & bonũ suũ illẽsũ custodire, danẽ ei vt dictũ est iã, in sacramẽtis arma qbõ se muniat, & in opibõ bonis tela qbõ hostẽ pferat: vt, s. fidei caritate & spe adiũcta iterõ paritõ roborẽt & vicat. Iã (vt existõ) satis demonstratũ est tibi qualis fides & q̄ sacramẽta aut q̄ opera illis factis primis ad obtinẽdã salutẽ fuerit necessãria. **D.** Q̄ diu durauit statõ iste priorũ? **M.** Vsq; ad Abrahã. Tũc etẽ volẽs deõ populũ suũ in vnũ cõgregare & ab in fã delũ collegio seq̄strare, vt non solũ in vna fide, s. etiã i vna essẽt societate: vocauit Abrahã, vt eũ de terra sua educeret, vt p illũ vnũ & in illo vno oẽs q ab illo nascituri aut illũ secuturi erant a pristina cõuersatiõẽ educẽs in vnã societate nouẽ vitẽ cõgregaret. Cui etiã pcepit vt circũcideret pellẽ pputii sui in signũ sibi, posteris in exẽplum: tũ ad priorẽ statũ supaddens quatinõ p hoc signaculũ populõ dei ab infidelibus dis-

cerneret, quousq; ille veniret q nõ solum de filiis Abrahę, sed de vniuersis etiam gentibus fideles colligeret, ac p hoc nõ iã p signaculũ carnis in gñe, sed p signaculũ baptismatis fecerneret in emũdatione. **D.** Nũqd non etiã olim aũ diluuium fideles ab infidelibõ discreti erãt? **M.** Erãt: sed post diluuiũ rursõ hu manũ genus ad vnũ populũ redactũ in Abrahã scdo discerni cõcepit. **D.** Qualit̄ fiebat circũcisio? **M.** Preceptum tuit vt puer masculus octauo die natiuitatis suę circũcideret i carne pputii sui cul tello de petra factõ. **D.** Quẽ fuit ratio vt sic fieri pcepere? **M.** Tres sunt circũcisioes: vna i carne tũm exteriõ, q̄ sacramẽtum est: duę alię q̄ sunt res & virtus sacramẽti. Altera q̄ fit in pñriõ: qm p de positionẽ inigratis mēs circũcidit. Altera q̄ in futuro fiet, qm p de positionẽ corru ptionis corpus circũcidet. Prima igit est in carne: scda in mēte: tertia i corpo re. Octonariõ vero i sacra scriptura ali quãdo tps resurrectionis significat qd post pñtẽ (q̄ septẽ diebõ currit) vitã seq tur: aliqñ tps gñe i quo ẽterna bona fer uientibõ deo pmittunt. Merito igit illa pñã circũcisio q̄ sacramẽtũ erat aliarũ duarũ, iusta est fieri die octauo, vt ostẽderet q̄ in tpe gñe corda circũcidenda erãt p emũdationẽ ligatis, & i tpe resur rectionis corpa p de positionẽ corruptio nis. Propterea aũt solis masculis data ẽ circũcisio carnis, qa sacra scriptura per masculinũ sexũ aĩam, p muliebrem ve ro carnem significare solet: vt videlicet ostẽderet q̄ illa exterior circũcisio aĩã bus iustificatiõẽ cõtulit, sed carni nõ abstulit corruptionẽ. Cultellõ de petra factõ Xpm significat: de quo dicit apls, Petra autẽ erat Xps: q tollit pctã mun di. In carne pputii idcirco iusta est fieri qm ad remediũ data est cõtra origiale pctã, qd a parẽtibõ cõtrahimõ p illã mē brũ ppagati. **D.** Q̄ ergo mulieres reme diũ habebãt q nõ circũcidebãt? **N.** Fidẽ & oblatiões siue sacrificia: ipãm quocq; circũcisionẽ: nõ tũ suscipiẽdo sed credẽ do. **D.** Quid dicẽdũ est de pueris aũ octa uã diẽ moriẽtibõ, qm ad illã remediũ puenire nõ poterãt salui ne fuerant an dãnati. **M.** Hoc statũ iudicio relinquentũ mihi videtur. **CFINIS.**

M. HVGO

nis de Sãcto Victore canonici Summa sententiarũ septem tractatibus disticta. In quã est hęc prefatio.



De fide & spe q̄ in nobis est, oĩ poscẽri ratio nem reddere (vt ait Petrõ in eplã sua) parati esse de bemus cũ modestia & timore. Itaq; vt pariter seruẽt modestia i sermone, timor in assertiõne: profanas verborũ nouitate (vt apostolus sc̄ipit) vitemus: & in nullam partem sc̄ipiti assertiõne decli nemus. Melius est em non eloqui (vbi sine periculo non erratur) magna: q̄ de finire contraria. Sed vbiq; possumus auctoritatũ vestigia sequamur, vbi vero certa deest auctoritas, his potissimũ assentire studeamus, qui maxime aucto ribus accedunt: & non de sensu suo p̄sumentes, scripturas ex pietate interp̄tantur. Scriptura em sancta (vt ait beatus Augustinus) altitudine superbos irridet, profunditate attẽtos tenet: magno veritate, paruulos nutrit affabilitate. Si qua igitur obscura nobis occur rerint, sit nostri propositi primũ ad aucto ritates confugere: deinde quid nostri temporis sapientes de illis sentiãt in mediũ conferre: & cur potius hos q̄ illos imitari placeat (& ratione & aucto ritate simul concurrentibus) pro fa cultate nostra in lucem ponere.

1. Pet. 3.
1. Tim. 6

Summę huius Tractatus.
De tribus virtutibus theologalibus: fide, spe, & caritate: De sacratissima trinitate, & de fide incarnationis verbi.
Tractatus primus.
De creatione & statu angelicę nature.
Tractatus secundus.
De creatione & statu humanę nature.
Tractatus tertius.
De sacramentis in generali & p̄ceptis diuinis. Tractatus. IIII.
De sacramẽto baptismi. Tracta. V.

De sacramento cõfirmatiõis, eucharistie, penitentię, & extremę vñctiõis. Tractatus. VI.
De sacramẽto cõiugii. Tra. VII.
¶ Primi Tractatus capita.
De fide. Ca. I.
De spe & caritate. Ca. II.
De fide antiquorum. Ca. III.
De quibus constet fides. Ca. IIII.
De spũ creato vtrũ sit localis. Ca. V.
De distinctione trinitatis. Ca. VI.
De nominibõ personas trinitatis disti guentibus. Ca. VII.
De equalitate patris & filii & spiritus sancti. Ca. VIII.
Q̄ de sancta trinitate nihil dicat scdm accidens. Cap. IX.
De diuersa noĩm acceptione. Ca. X.
De psonarũ appropriatis. Ca. XI.
De p̄sciẽtia & p̄destinatiõẽ. Ca. XII.
De voluntate dei. Ca. XIII.
De omĩpotẽtia dei. Ca. XIII.
De fide incarnationis. Ca. XV.
Q̄ Christus simul animam & carnem assumpsit. Ca. XVI.
Q̄ Christus oĩa infirma nostra p̄ter peccatũ susceperit. Ca. XVII.
An Christus sit creatura. Ca. XVIII.
An in morte Xpi separata fuerit diuinitas ab humanitate. Ca. XIX.

De Fide. Cap. I.



Siquonia fide (tãq; mē sura rectitudinis) omnia moderanda sunt: nẽ qd vt supflũ diffuset: di cẽte aplõ: Vnicuiq; deõ diuisit mēsurã fidei: de ea in primis est videndũ qd sit, & quas partes habeat. Fides (vt ait apls) ẽ sub stãtia rerũ sperandarũ, argumentũ non apparentiũ. Substãtia rerũ sperandarũ qa per fidẽ in nobis subsistit speranda. Sperãda vocat bona illa ẽterna q̄ desideramõ, vt sunt immortalitas, & cetera q̄ in nobis p fidẽ iam subsistit, in futuro p experiẽtiã. Argumentũ nõ apparẽtiũ .i. p̄batio: qa sigs dubitat inde, non pñt aliqñ p̄bati hũana ratione. Vt si q̄ cre ret, vnde scis partũ virginitis, futurum etiã statũ electorũ: nõ habeo aliud argu mentiũ, nisi q̄ credo indubitatẽr qd pro

Rom. 12.
Hebr. 11.

phete & alii qui p̄ spiritū sanctū loquuti sunt, super illis dixerunt: quos deus nullo modo falleret, cū in eis loqueretur & miracula faceret. Et cū ex magna parte videam cōpleta q̄ dixerunt: cetera non dubito cōplenda q̄ restant. Est itaq̄ fides substantia rerū sperandarū q̄tū ad nos: argumentū non apparentiū q̄tū ad alios. Sed hac diffinitione magis ostēditur effectus fidei q̄ quid ipsa sit: nec etiam oēs partes fidei comprehendit, cū speranda non p̄terita sed futura tantū cōtineat. Quare sic diffiniri potest. Fides est voluntaria certitudo absentiu; supra opinionē & infra scientiā constituta. Voluntaria: quia nō cogitur. Absentiu; .i. sensibus corporis non subiacentiū. Supra opinionem, quia plus est credere q̄ opinari. Infra scientiā, quia minus est credere q̄ scire. Ideo em̄ credimus, vt aliq̄ sciamus.

De spe & caritate. Ca. II.

DE fide oritur spes: que sic diffiniri potest. Spes est fiducia futurorū bonorū, ex gra dei & ex bona cōsciētia veniens. De fide tāq̄ fundamentū oīm bonorū spes & caritas oriuntur: quia nihil potest sperari vel operari amari nisi prius credat: credi aut potest quod non sperat vel amat. Licet simul sint tempore, & non prius fides (q̄ meritū habet) q̄ spes & caritas: tñ in causa fides p̄cedit spem & caritatem, quia inde speramus & diligim⁹ q̄ credim⁹. Similiter ex spe caritas: quia ideo diligim⁹ futura bona, quia speramus. Qd̄ em̄ speramus nos adpeturos, hoc diligimus. Sed quia (vt auctoritas dicit) spes est certitudo veniens ex p̄cedentibus meritis: Et itē: sine meritis sperare nō spes sed p̄sumptio debet dici: & sine caritate nullum meritū: videt̄ quibusdā q̄ ex fide & caritate sit spes. Vt em̄ dicit Augustinus in libro de fide & operibus: Fides q̄ per dilectionē operatur, fundamentū est: non fides demonū qua ipsi credūt & contremiscunt. Et si spes est ex fide operante per dilectionē: tunc ex fide & caritate. Sed q̄ auctores frequenter hunc ordinē ponunt: fides, spes, caritas: hoc ideo fit (vt dicunt) quia

caritas maior est. Illa tamen opinio (vt mihi videtur) sic potest solui. Spes est certitudo ex p̄cedentib⁹ meritis: nō debet intelligi ex meritis p̄cedentib⁹ ipsarū spem, quia nullū meritū p̄cedit spem: sed p̄cedentibus illud quod sperat. Hoc distat inter fidē & spem, q̄ fides est de p̄teritis, vt sūt natiuitas & passio Xpi: & de p̄ntibus, vt q̄ i altari est verum corpus Xpi: & de futuris: vt est immortalitas. Spes autē de futuris tm̄ est. Itē fides est de bonis & malis: spes de bonis tm̄ ad p̄scedendis. Spes nāq̄ alicuius incommodi magis debet desperatio a bono q̄ spes appellari. Illud quoq̄ sciēdū est: q̄ fides est solūmodo de iis q̄ non vident. Gregorius homilia tertia: Apparentia non habent fidē, sed agnitiōē. Idē in dialogo. Cū Paulus dicat, Fides est substantia rerū sperandarū, argumentū non apparentiū: hoc veraciter dicitur credi, qd̄ non valet videri. Nam credi iam nō potest, quod videri potest. Thomas aliud vidit, aliud credidit: hominem vidit, & deum confessus est dicens, Deus meus & dominus meus. Credimus vt cognoscamus: non cognoscimus vt credam⁹. **F** Quid est enim fides, nisi credere quod non vides? Fides ergo est quod non vides credere: veritas quod credidisti videre. Videntur tamen quedam auctoritates velle q̄ fides etiam de iis que videntur sit: vt in Ioanne. Nunc autē dico vobis prius fiat: vt cum factū fuerit credatis. Vnde Augustinus, Quid sibi vult, vt cum factum fuerit credatis? Nam & ille cui dictum est: quia vidisti credidisti: non hoc credidit quod vidit, cernebat carnem: credebat deum in cane latentem. Sed si dicimus credi que videtur (sicut dicit aliquis se oculis suis credidisse) non tamen ipsa est que edificatur in nobis fides: sed ex rebus quas videmus agitur in nobis vt ea credantur que non videntur. Idem Augustinus in libro questionū euangeliorum. Est etiā fides rerū: qñ nō verbis sed rebus ipsis p̄sentibus credim⁹: cum iā per spem manifestā se contēplandā p̄bebit sanctis ipsa dei sapientia. De qua fide rerum lucisq̄ ipsius p̄sentia forsitan Paulus dicit, Iustitia em̄ dei reue Rom. i.

latur in eo ex fide in fidem. Sed potest dici q̄ Augustinus hoc dicat, non de sacramento fidei, sed de re fidei. Est enim ipsa fides qua nunc deum cernimus per speculū in enigmate, sacramentum illius futurę visionis qua deum videbimus facie ad faciem sicuti est. Potest queri an Petrus habuit fidem passionis Christi quā oculis vidit: cum fides nō sit apparentiū. Ad quod dici potest q̄ non fidē sed agnitionem inde habuit: nisi vt solet abusiue dici: credo oculis meis. Sed in hoc q̄ vidit, nullum meritum fuit si credidit: sed in hoc q̄ illū credebat deum esse, quē videbat in ligno pendere. Fides itaq̄ que est ad edificationem, de non apparentibus est.

H Solet queri de fide: vtum sit virtus. Prosper ex dictis Augustini: Tres sunt (inquit) summę virtutes. fides, spes, caritas. Et apostolus. Credidit Abraham deo: & reputatum est ei ad iustitiā. Itē fides habet meritū: sed nihil habet meritum nisi virtus. Quidā tamen dicunt q̄ non sit virtus, propter illud apostoli. Si habuero omnem fidem: caritatē autem non habeam: nihil sum. vbi innuit q̄ fides sine caritate possit haberi: sed nulla virtus sine caritate potest esse. Sane tamen potest dici q̄ fides per dilectionem operans sit virtus: sine dilectione non est virtus. Si opponatur: tunc sunt due fides: Non sunt due, sed eadem aucta. Vnde illud. Adauge in nobis fidem, vt enim dicit Hieronymus, quantum credimus, tantum diligim⁹: & ediuerso.

De fide antiquorum. Caput. III.

Nunc de cognitione fidei quam antiqui habuerunt, & quomodo aucta sit per legē Moysi & euangeliū, dicendum videtur. Est enim fides aliquādo parua cognitione, & magna constantia vel deuotione. Magna deuotione fuit in muliere illa cui dictū est. O mulier magna est fides tua. Aliquando magna cognitione, & parua constantia vel deuotione: vt in Petro quādo negauit, & in nobis etiam: que non

adeo deo placet. Et quia non potest esse penitus sine cognitione fides, licet non perfecta: deus tamen sic ab initio tēperauit notitiā sui, vt sicut nunq̄ potuit comprehendī, sic nunq̄ profus potuit ignorari. Ideo autem totus noluit manifestari, vt fides haberet meritum: nec tot⁹ occultari, vt infidelitas de ignorantia non excusaretur. Et est quedam fides vel cognitio fidei, sine qua nullo tempore potuit salus esse: scilicet cognoscere deum esse, & remuneratorem esse sperantium in se: iuxta illud apostoli, Oportet accedentem ad deum credere quia est: & q̄ remunerator est sperantiū in se. Sed cum deus inuisibilis sit: iuxta illud, Deū nemo vidit vnq̄: quomodo indicari potuit? Partim hūana ratione: partim diuina reuelatione. Quod vtrū q̄ apls ostendit cū dicit, Quod norum est dei, manifestū est in illis. Et nō dicit manifestū illi. In hoc p̄fecto quod ait manifestū est in illis: plane ostēdit q̄ in illis erat, vnde deū noscere poterat. Cū vero subiūgit: deus illis reuelauit: ostēdit q̄ ratio humana per se insufficiens esset nisi reuelatio diuina illi in adiutorium adesset. Reuelatio diuina autē fit duobus modis: interna inspiratione & disciplinę eruditione, q̄ foris fit per facta vel per dicta. Humana etiā ratione poterant deū scire: quia cum humana mens se non possit ignorare, scit se aliquando cōcepisse. nec hoc ignorare potest: quoniam cum non semper fuit, sibi vt esset subsistentiam dare non potuit. vt ergo esset hoc ab alio se cōcepisse cognoscit. Quem ideo non cōcepisse cōstat: quia si ab alio cōcepisset, primus omnibus existendi auctor esse non posset. In administratione etiā visibiliū & gubernatione: diuinā sapientiā & bonitatē poterat deprehēdere. Apparet itaq̄ q̄ etiam ante legem per ea que facta sunt inuisibilia dei a creatura mundi conspici potuerunt. Per legem scriptam cōcepit crescere cognitio fidei. Tunc em̄ ille cōcepit promitti per quem fieret liberatio, scilicet Messias: nondum tamen modus redēptionis plene cognoscēbatur. Semper tamen & ante legem & in tempore legis fuerūt aliq̄ quibus Hhh.iii.

N fides incarnationis reuelata fuit: q̄ ve-
lut colūne ecclesie effēt. Queritur de
illis simplicibus quibus non erat facta
reuelatio (credebant tamen deum esse
& remuneratorem sperantium in se)
Vtrum saluari sint? Quidam dicūt eos
non esse saluatos propter istas auctori-
tates. Augustinus ad Opratum. Illa (in-
quit) tantum fides saluat, qua credim⁹
nullū hominem liberari a contagione
mortis, quā prima natiuitate cōtraxit,
nisi per vnum mediatorē: cuius media-
toris fide etiam illi salui facti sunt, qui
priusq̄ in carne veniret crediderūt in
carne vērūtū. Eadē nāq̄ fides est & nra
& illorū: quoniam quod illi crediderunt
futurum, nos credimus factū. Idem in
libro de correctione & gratia. Nemo li-
beratur a dānatione quę facta est p̄ Adā
nisi per fidem Iesu Christi. Gregorius
super Ezechielē. Et qui prębant (inqr)
& qui sequebantur clamabant dicētes:
Osanna filio David: & cetera. Quia oēs
electi, qui in iudęa esse potuerunt, siue
qui nunc in ecclesia sunt: in mediatorē
dei & hominum crediderūt & credūt.
Augustinus de nuptiis & concupiscen-
tia. Eadem (inquit) fides mediatoris sal-
uos faciebat antiquos iustos, pusillos
cum magnis: quia sicut credimus nos
Christū in carne venisse, ita illi ventu-
rum: sicut nos mortuum, ita illi mori-
turum: sicut nos resurrexisse, ita illi re-
surrecturum: & nos & illi ad iudiciū
vīuorum & mortuorum venturum. Et
ideo dicunt illi, q̄ nullus de antiquis
potuit saluari, nisi ista quatuor ad mī-
nimū crederet: scilicet venturum, mo-
riturum, resurrecturum, & ad iudiciū
venturum. Sed quibus non erat reuelatio
facta, hoc penitus ignorabāt. Quo-
modo ergo hoc credebant? Alii quibus
magis assentimus, dicūt eos fidē Chri-
sti velatam in mysterio habuisse: & qd̄
alii quibus reuelatio facta erat sciebāt
& credebant, hoc illi (etsi nescirēt) cre-
debant: commiserant em̄ illis fidē suā.
Vnde in Iob. Boues arabant & asinę pa-
scebantur iuxta eos. Isti erant asinę pa-
scentes iuxta boues. Sicut hodie in ec-
clesia multi simplices, etsi ita distincte
nesciant trinitatem assignare: credunt

tamen, quia in fide & humilitate adhe-
rent illis qui & hoc sciunt & credunt.

Opponitur. Cum hoc esset habere fi-
dem Christi velatam in mysterio, crede-
re scilicet deum esse, & remuneratōrē
sperantium in se, & philosophi hoc cre-
derent: tunc habebant fidem Christi ve-
latam in mysterio. Sed auctoritas dicit
eos non posse humana ratione fidē in-
carnationis habuisse: Ipsi vero nihil cre-
debant nisi quod humana ratione pore-
rat comprobari. Sed vt diximus, bobus
arātib⁹ per fidem & humilitatē adhe-
rere: hoc erat habere fidem Christi oc-
cultam in mysterio: quales fuisse puta-
mus quosdā gentiles, vt viduam fare-
prenam, & Iob. Et ita dicim⁹ simplices
illius temporis credidisse omnia q̄ nos
credimus: quia credebant credentibus.
Sed in tempore gratię iam non sufficit
deum esse credere, sicut tunc: quia ma-
nifestatio veritatis iam facta est. Etsi
secundū tempora profectus est & men-
sura fidei. Cornelius habebat fidē: sed
quę nō sufficeret ad salutem. vnde Au-
gustinus. Acceptę sunt (inquit) Eleemo-
synę Cornelii anteq̄ crederet in Chri-
stum: nec tamen sine aliqua fide dona-
bat & orabat. Nam quomodo inuoca-
bat in quē non crediderat? Sed si posset
sine fide Christi esse salus, nec ad eum
mitteretur Petrus. Ex quo apparet qd̄
licet crederet hoc idem quod antiqui
simplices: tamen propter temporis qua-
litatem iam non sufficiebat. Post supra
dicta partes fidei prosequamur.

De quibus constet fides. Ca. III.

No sunt in quibus ma-
xime fides cōsistit: my-
sterium diuinitatis &
sacramentum incarna-
tionis. Ac primum de
illa parte fidei quę per-
tinet ad vnitatem diuinę substantię vi-
deamus. Sicut enim ratio approbauit
deum esse, ita & vnum esse affirmat: vt
principium omnium vnum sit & finis.
Si em̄ duo essent, vel vtrūq̄ insufficiēs
esset, vel alterum superflūū: quia si ali-
quid deesset vni quod haberet alterū,
non summe perfectum esset. Si vero ni-
hil vni deesset quod haberet alterum,

Deut. 6. cum in vno omnia essent, alterum su-
perflueret. Est ergo vnum principium,
vnum auctor omnium: quod (vt iue-
tur ratio) multę auctoritates pro-
bāt. vt in propheta Moysē. Audi Israel:
Dominus deus tuus, deus vnus est. Et
ideo vere vnus est: quia incommuta-
bilis, inuariabilis. Apud eum nāq̄ non
est vlla permutatio, nec vicissitudinis
obumbratio: quia non est ei aliud esse
q̄ sapientem esse, immensum esse, eter-
num, bonum, iustum. Cum autem dicitur
iustus, sapiens, & cetera: non diuer-
sitate proprietatum ostendimus, quę
in deo nulla est: sed diuersos effectus
quos deus operatur in creaturis. Cum
em̄ dicitur iustus, intelligimus qd̄ iuste
iudicat: cū sapiens, qd̄ sapienter omnia
facit & gubernat: cū misericors, qd̄ mise-
ricorditer peccatorib⁹ parcit. Augusti-
nus contra Arrium. Intelligamus (in-
quit) deum q̄rum possumus sine quali-
tate bonum, sine q̄ritate magnum, sine
indigentia creatorem, sine situ plentē,
sine locovbiq̄ totum, sine tempore, sem-
piternum, sine cōmutatione mutabilia
facientem, nihilq̄ patientem. Qz si quis
deum ita cogitat & nondum potest in-
uenire omnino quid sit: pię tamen ca-
ueat q̄ritū potest aliquid de illo sentire
quod non sit. Hęc diuina substantia vbi-
q̄ tota est, & in ipsa sunt omnia. Qz oīa
in deo sunt, Ioannes testatur dicēs. Oīa
in ipso vita erat. id est immutabiliter:
quia eorum dispositio & ordo in ipso
fuit ab eterno. Non enim in deo coepe-
runt esse, quę in actu & ortum habēt &
mutabilitatem. Qz de⁹ vbiq̄ & in omni
creatura sit, ipse ait per prophetā. Cę-
lum & terram ego impleo. Et alibi. Si
ascendero in cęlum tu illic es: si descen-
dero ad infernum ades. Item sapientia,
quę attingit a fine vsq̄ ad finem for-
titer, id est a minima creatura vsq̄ ad
maximam, vel ab vna extremitate vsq̄
ad alteram: & disponit omnia suauiter.
Sed aliter omnia in deo: aliter
deus in omnibus. Omnia in deo non
per essentiam (quia vt dicit Augusti-
nus: Quicquid in deo est deus est) sed
(vt diximus) per dispositionem, quia

vt idem ait: sicut arcā anteq̄ fiat est in
mēte artificis: ita omnia in deo ab eter-
no. Nec tamen sequitur: ergo ab eter-
no fuerunt: sed in deo ab eterno: quia
si in deo coepissent, iam in eo esset mu-
tatio. Solet opponi sic. Si creaturę in
deo, quia sciuntur ab eo anteq̄ fiant: er-
go mala in deo, quia sciuntur ab eo an-
teq̄ fiant. Sed vt dixi creaturę sunt in
deo, quia eorum dispositio & causa in
eo est: malorum vero nō est auctor de⁹.
Vt enim ostendimus, creaturę non sūt
in deo per essentiam: deus vero in omni
creatura est per essentiam. Quidam ta-
men calumniatores veritatis, dicunt
eum per potentiam, & non per essentia
vbiq̄ esse: quia cum contingere possent
inquinaciones sordis si vbiq̄ esset esse
rialiter. Quod ita frivolum est vt nec
responsione dignum sit, cum etiam spi-
ritus creatus sordibus corporis (etsi le-
prosi vel q̄rumcūq̄ polluti) inquinari
non possit. Postremo queratur ab eis
quid potissimum de eo concedendum
sit: vel qd̄ nūq̄ per essentiam sit, vel qd̄
vbiq̄, vel qd̄ alicubi, ita qd̄ non vbiq̄. Sed
quis audeat dicere qd̄ nūq̄ diuina essen-
tia sit: Quis etiam qd̄ alicubi & non vbi-
q̄? Si enim ita alicubi est diuina essen-
tia vel substantia qd̄ non vbiq̄: ergo loca-
lis est. Cōcedant ergo qd̄ vbiq̄ est essen-
tialiter. Na; auctoritas Augustini quā
solent inducere, illorum errorem poti⁹
q̄ inuet destruit: Hęc scilicet qua dicit
deum vbiq̄ esse non locis sed actioni-
bus. vt errorem foueant, fures verita-
tis efficiuntur. Sic nāq̄ esset in auctori-
tate illa. De⁹ vbiq̄ est: cui non locis sed
actionibus appropinquamus. Fatēdum
est itaq̄ deum in omni loco veraciter
& essentialiter esse, nec tamen loco cō-
prehendi villo, quoniam incircumscri-
ptibilis est. Quod ipse Augustinus ali-
bi ad Dardanum testatur dicens. Non
quasi spatiosa magnitudine opinemur
deum per cuncta diffundi, sicut hu-
mus aut lux ista diffunditur: sed ita po-
tius sicuti est sapientia in duobus quo-
rū neuter sapiērior, sed alter corpe grā-
dior. Vna sapiētia i vtroq̄ nō est i ma-
iore maior, nec i minore minor: aut mior

in vno q̄ in duobus: ita & deus sine labore regens, sine onere cōtinens mūdū, in celo totus, in terra totus, & i vtroq; totus: & nullo cōtētus loco, sed in se ipso vbiq; totus. Ideo vbiq; esse dicitur, quia nulli parti rerum absens: ideo totus, quia non parti rerū partem sui p̄sentem exhibet, & alteri parti alterā partem in seipso: quia non continetur in eis quibus p̄sēns est tāq̄ sine illis esse non possit. Nam spatia locorum tolle corporibus, & corpora non erunt: tolle ipsa corpora qualitativis, non erit vbi sint; & ideo necesse est vt non sint.

X **Obiectio.** Opponit. Hodie fit noua aliqua creatura: sicut anima, prius nihil erat ipsa, quia de nihilo facta: non erat deus i ea cum nihil erat: modo est in ea: ergo est vbi non erat prius. mutabilis est igitur. Sed quęadmodum si nubes opponitur radio solis, non est tamē radius alibi q̄ prius: nubes vero est vbi non erat: sed radius non: quia nubes vbi radius erat ibi cōcepit esse: ita deus cum anteq̄ creatura illa esset vbiq; foret, ibidē erat vbi illa facta est: non ergo modo alibi q̄ prius. Ita etiam dicimus de mundo & de omnibus creaturis: quę licet non semper fuerunt (cum auctoritas dicat deū in singulis esse) non tamen est vbi non erat: quia vbiq; sine loco veraciter est, sicut sempiternus sine tempore, vt Augustinus dicit. Quis igitur ad plenum discutere non sufficimus: indubitanter tamen credimus deū vbiq; essentialiter esse: nec sine eo potest aliquid subsistere etiam per momentum ex omnibus quę fecit: quia omnia cōtinēt & penetrat, & a nullo continetur: qui nō potest comprehendī pro sui immensitate, nec pro sui puritate maculari, nec pro sui simplicitate diuidi. Augustinus ad Dardanum. Non solū vniuersitati creature: verū etiam cuiuslibet parti eius totus pariter adest, in eodem. Fatendum est vbiq; esse deum per diuinitatis p̄sentiam: sed non vbiq; per inhabitantis gratiam. Propter hanc enim inhabitatiōē, vbi proculdubio gratia dilectionis eius agnoscitur: non dicimus: Pater noster qui es vbiq; (etiam cum hoc verum sit: sed qui es in celis. Dicam?

igitur, deum in omnibus creaturis esse & equaliter esse per p̄sentiam deitatis siue per essentiam: per inhabitatiōem vero gratiam non in omnibus, sed i bonis tantum: nec equaliter: quia q̄to meliores, tanto abundantius in eis habitant, id est perfectius ab eo cognoscitur & diligit. Sicut anima (vt Augustinus dicit ad Hieronymum de origine anime) per omnes particulas corporis tota simul adest, nec minor in minoribus nec in maioribus maior: sed tamen in aliis intensius, in aliis remissius effectus suos exercet: cum in singulis particulis corporis essentialiter sit. In malis nō est deus per inhabitantem gratiam: quia non illuminantur ab eo. Vnde: Lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non comprehendunt, sicut lux solis perfundit oculos cęci, sed non capitur eo. Bonos vero illuminat lux ista, sed nō equaliter. Augustinus ad Dardanum. Cum deus quivbiq; est non in omnibus habitat: etiam in quibus habitat non equaliter habitat. Nam inde est illud quod Heliseus poposcit vt dupliciter i costa ret spiritus dei qui erat in Helia. Et vnde ab omnibus sanctis alii sanctiores sunt, nisi abundantius habeant deum habitatorem? Hi quoq; ab eo longe esse dicuntur q̄ peccando dissimiles facti sūt: & hi ei appropinquare dicuntur qui similitudinem eius bene viuendo recipiunt. Est ergo deus vbiq; per p̄sentiam siue per essentiam: & equaliter in omni loco: sed non est in loco, id est nō est localis.

De spiritu creato vtrum sit localis.

Cap. V.

Veritur de spiritu creato, vtrum in loco vel localis sit. Quidam volunt & dicunt q̄ non sit localis nec in loco: nimis inherentes isti sententię Augustini sup Genesim. Corporalis creatura mouetur per tempora & loca: spiritualis vero tantum per tempora. Moueri per tempus, est moueri per affectiones, vt de tristitia in gaudium, discendo etiam quę nescit: vt in angelis. in hoc enim prius & posterius consideratur. De nec per tempora, nec per loca. Sed vbi Augustinus dicit: spi-

Z
Ioan. 1.

4. Re. 2.

ritualis creatura non mouetur per loca: hoc intellexit, nō habet locum circumscriptionem. Ea enim quę habent dimensionem loco circumscribunt: quoniam eis secundum locum principium & medium & finis assignatur. Spiritus vero creatus non habet dimensionem: & quia tamē terminum habet, quia ita est hic q̄ non alibi, localis est: licet non faciat distantiam in loco: quia etsi multi spiritus essent hic, non coangustaret locum vt minus de corporibus contineret. Solus igitur deus, quia intra se omnia continet, iuxta illud: In quo viuimus, mouemur, & sumus: nec habet terminum, nec loco continetur. Sed quicquid habet terminum secundum aliquid locale est. Ambrosius in libro de fide. Sic enim Esaias dixit: quia missus ē ad me vnus de seraphim. Et spiritus quidem sanctus missus dicitur: sed seraphim ad vnum, spiritus sanctus ad omnes. Seraphim mittitur in ministerium, spiritus sanctus operatur mysterium. Seraphim de loco ad locum transit, non enim cōplet omnia, sed ipsum repletur a spiritu. Hic plane dicit Ambrosius q̄ angeli locales sunt.

Act. 17.

Esa. 6.

De distinctione Trinitatis.

Caput. VI.

Is cōsideratis restat de his videre quę perrinēt ad distinctionem personarū trinitatis: & prius testimonia auctoritatis inducamus. In genesi dicitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram. Per nomen pluralem, trinitatem ostendit. Et Psal. Dominus dixit ad me: filius meus es tu. Et Ioannes. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Huius quoq; inuestigationis & considerationis habet ratio quędam exēplaria in iis quę facta sūt. Deus enim qui in se videri non potest: in opere suo manifestatus est. Nam sicut sapientia hominis non videtur ab homine ipso nisi quando manifestatur per verbum: ita sapientia dei non potuit agnosci donec manifestaret per opus suum, quod est quasi extrinsecum ver-

Gene. 2.

Psal. 2.

Ioan. 1.

bum, sapientiam dei quodammodo reuelans: sicut per verbum oris manifestatur verbum cordis, id est cogitatio mentis. Et quia inter omnes creaturas magis accedit ad similitudinem dei rationalis creatura (ea enim sola ad imaginē & similitudinem dei facta ē) in se ipsa potuit humana mens vestigiū trinitatis inuenire euidentius q̄ in ceteris. Vidit enim quoniam ex se ipsa nascitur sapientia, quę est in ipsa, & quoniam ipsa diligit sapientiam suā: & ita procedit sapientia de mente, & de mente & sapientia procedit amor, quo ipsa mens diligit sapientiam genitam a se. Et sunt simul hæc tria, & tamen vna ē substantia in qua sunt hæc tria, scilicet mens sapientia & amor. Et sūt hæc tria inter se distincta: quoniam mens non ē sapientia vel amor: nec sapientia mens vel amor. & tamē vnitas substantię nō recedit. Et conscendit mens ab istis ad creatorem suum, & considerat eum sapientiam habere. & quoniam nunq̄ sine sapientia fuit, considerat etiam q̄ sapientiam suam semper dilexit, & q̄ amorem ad eam semper habuit. Est enim amor coeternus æterno: quia coeternę sapientię eius. Rursus considerat q̄ nō potest in deo aliquid diuertum esse ab eo. & ita sapientia dei, Deus est: & amor eius deus est. & ideo vnitas manet in trinitate. Et hæc trinitas est pater qui a nullo est, & sapientia patris quę a patre genita ē, & spiritus sanctus quę ab vtroq; procedit, q̄ sepius i scripturis amor patris & filii appellat. Et sunt istę tres personę distinctę: sed tamen vna substantia, vnus deus. Augustinus in libro de trinitate. Tres personę eiusdem essentię vel tres personę vnā essentiam dicimus, tres autem personę ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud quod essentia, aliud qd̄ persona. Hic videndum est quare in sancta Trinitate illa persona quę a nullo est appellatur pater. Ideo scilicet quia de substantia sua genuit filium. Sapientia patris seu verbum dicitur filius, quia genita ab ipso patre. Vnde Psalmista. Eructauit cor meum verbum bonū. Qui a patre & filio procedit, dicitur esse spiritus.

D

E

F

Psal. 44.

Hhh. v.

sanctus: quia inspiratur a patre & filio ad sanctificandum: & tamen non venit sine patre & filio: quia trinitas indivisa est. Sed inspirari a patre & filio, hoc est illi esse a patre & filio: quod æternum illi est qui datur ex tempore & accipitur. Sicut spiritus sanctus donū est patris & filii: & cum datur, ex tēpore datur: & dari a patre & filio non aliud illi est q̄ esse a patre & filio: qđ æternum illi est & nō temporale qui datur ex tēpore, sic quod spiritus est patris & filii, æternum illi est qui ex tempore inspiratur a patre & filio. Beda in Homilia prima post ascensionem. Cum spiritus gratia datur hominibus, profecto spiritus mittitur a patre, mittitur a filio, procedit a patre, procedit & a filio: quia & eius missio ipsa processio est qua ex patre & filio procedit. Augustinus in libro quinto de trinitate ait. Procedit nō quomodo natus sed quomodo datus: quod enim datum est, & ad eum referatur qui dedit, & ad eos q̄ dedit. Idē. Si non procedit nisi cum datur, nec procederet utiq; nisi prius esset cui daret. Nam donum potest eē anteq̄ detur, donatum autem nisi datum fuerit nullo modo dici potest. **C**hic magna oritur quasiō quare illa tria q̄ in anima sunt, non dicantur tres personę, sicut illa q̄ horum similitudine in deitate reperta sunt, tres personę dicuntur & sunt. Ad quod potest dici q̄ ideo non sunt personę, quia sunt affectiones mutabiles circa animam. Aliquando enim anima est sine notitia & amore. Nec potest dici, notitia hominis est homo: vel amor hominis est homo: sed sapientia dei deus est, amor dei deus est: quia non est in deo aliud ab ipso. Tres igitur personę, vnus deus, vna substantia, vna natura. Tres personę: pater, filius, spiritus sanctus. Sed pater a nullo est. vnde Augustinus. Pater est principium Trinitatis hoc est in trinitate, quia non est principium sui ipsius: sed ab eo filius & spiritus sanctus, & ipse a nullo. **Q**z a filio procedat spiritus sanctus, auctoritates multas habemus. Apostolus. Dominus missit spiritum filii clamātem in corda vestra abba pater. Et in Euāgelio. Virtus

dei de illo exibat. Græci tamen dicunt spiritum sanctum procedere tantum a patre & non a filio. Hoc autem ideo dicitur, quia in Symbolo apostolorum nulla fit inde mentio, hoc est in Credo minori, nec in Symbolo quod fuit datum in Nicena synodo: in fine cuius habetur, qui aliter dixerit anathema sit. qđ nos ita exponimus: qui aliter, id est contrarium. Sed cum istud non sit ibi affirmatum vel negatum: non dicimus illi Symbolo contrarium.

De nominibus personarum trinitatis distinguendis. Caput. VII.

Is præmissis videndum est q̄ in sancta Trinitate sunt quædam nomina distinguenda per personarum, sunt & alia unitatem nature vel substantiæ significaria: ut hæc nomina, deus, omnipotens, æternus, immensus: & hæc dicuntur secundum substantiā. Non enim aliud ē illi natura esse q̄ deū esse, omnipotentē esse, æternū, imensum, iustū, sapientē & similia. & ideo sicut vna eētia & nō tres: ita vnus deus & nō tres, vnus omnipotens, vnus æternus, vnus immensus, & cetera. Augustinus in libro septimo de Trinitate. Quia hoc est illi esse deum, quod esse: tam tres essentias q̄ tres deos dici fas non est. Sunt & alia nomina quibus distinguitur trinitas. Pater, in genitus, genitor: & hæc conueniunt patri tantum. Filio soli conueniunt hæc alia: filius, genitus, natus, verbū, & alia similia. Spiritus sancto hæc, spiritus sanctus, donū, pcedēs a patre & filio: & hæc nomina significant proprietates quibus personę distinguuntur. Solius namq; patris est proprium esse patrem, esse igenitum, quia a nullo ē. Propriū filij genitū esse a patre. Propriū spūs sancti, a patre & filio pcedere. Sed in hoc q̄ pater ē deus, omnipotēs, sapiēs, & cetera: nō distinguit a filio & spūs sancto, q̄ & filius deus, omnipotēs, & filia: & spūs sanctus filius. **Q**uerit cū spiritus sancto non conueniat genitum esse, si esse ingenitus dici possit. Augustinus ad Orosium. Spiritum sanctū nec genitū nec ingenitū fides certa declarat: q̄ si dixerim⁹ igenitū, duos p̄ses affirmare

videbimur: si autem genitum, duos filios credere culpabimur. Item Orosius ad Augustinum. Voluntate genuit pater filium an necessitate? Augustinus, nec voluntate, nec necessitate: quia necessitas in deo non est, præire voluntas sapientiam non potest. Nam quidam nostrum, cum eum interrogasset hæreticus, utrum nolēs an volēs genuerit pater filium, laudabiliter respondisse fertur. Dic (inquit) & tu heretice, de⁹ pater necessitate est deus, an voluntate? Si dixisset necessitate, grandis absurditas sequebatur: si voluntate, respondebatur illi, ergo voluntate deus est non natura. Itaq; sicut pater natura est Deus: ita natura genuit filium. & hæc genitura æterna, ineffabilis est. Vnde propheta. Generationem eius quis enarrabit? Solēt quidam sic opponere. Non ē aliud filium gigni a patre q̄ esse a patre. Ad quod dicimus q̄ cum filius & spiritus sanctus a patre sint, aliter tamē filius est a patre, aliter spiritus sanctus. Augustinus. Spiritus quoq; a patre est sed non quomodo natus, immo quomodo datus. Fili⁹ etiam a patre procedit, ut ipse ostendit in Ioanne dicens. Ego ex deo processi & veni in mundum. Et ita filius a patre est procedendo & nascendo: spiritus vero a patre non nascendo, sed procedendo. Verq; enim procedit a patre, sed ineffabilis & dissimili modo. Nō est itaq; spiritus sanctus genitus: quia cum sit a patre & filio, si genitus esset iam haberet duos patres, & sic in trinitate esset cōfusio in qua & duo patres & duo filii essent. Quid autem sit gigni, quid sit procedere, in hac vita sciri non potest. Augustinus in libro secundo de trinitate de hac genitura dicit. Non est aliud illi esse de patre, id est nasci de patre, q̄ videre patrem: aut aliud videre patrem operātem q̄ pariter operari. Sed quis hoc intelligit? Ambrosius de trinitate. Quomodo filius sit genitus, impossibile est scire: mēs deficit, vox silet, non hominis tantum sed angelorum: super angelos, super cherubim, super seraphim, super omnem sensum est. Credere iubemur, discutere non permitimur. Aufer argumenta vbi fides

quæritur. Idem. Licet scire q̄ natus sit, non autem licet discutere quæ admodū natus sit. Quidā tamen de ingenio suo præsumentes dicunt se nō nescire eius modi: adherentes illi auctoritati Hieronymi super Ecclesiastem. Quis in sacris scripturis septissime nō pro impossibili, sed pro difficili ponit, ut ibi, **Ge** Esa. 53. nerationē eius quis enarrabit? Sed hoc intellexit Hieronymus de generatione quæ fuit secundū carnem, quæ aliquo modo enarrari potest. **Q**ueri solet, cū generatio filii a patre nec principium habet nec finem (quia æterna est) utrius debeat dici, filius semper gignitur, an semper genitus est? Gregorius super Iob. Dominus Iesus Christus in eo q̄ virt⁹ & sapientia dei est, de patre ante tempora natus est: vel potius quia nec cepit nasci, nec desinit, dicam⁹ verius semper natus. Non possumus autem semper dicere nascitur, ne imperfectus esse videatur. At vero ut æternus designari valeat & perfectus, & semper dicamus, & natus: quatenus & nat⁹ ad perfectionem pertineat, & semper, ad eternitatē. **Q**z hoc ipso q̄ perfectum dicim⁹, multum ab illius veritatis expressione deuiamus: Quia qđ factum non est, nō potest dici perfectum. Et tamen infirmitas nostrā verbis dominus descendens, inquit. Estote perfecti sicut & pater vester celestis perfectus est. Et in Psalmo dicitur. Ego hodie genui te. hodie dixit quia non præterit illa generatio: genui, quia initio caret.

De æqualitate patris & filii & spiritus sancti. Caput. VIII.

SV prædictis adiiciendū, q̄ licet filius de patre, non tamē posterior patre, vel inferior putandus est, sed coæternus, cōomnipotens, cōsubstantialis, cōequalis patri filius, patri & filio spiritus sanctus. Augustinus in libro de trinitate. Sic coæternus est patri filius, sicut splendor coæternus est igni, & esset aternus si ignis esset aternus. Et est notādum q̄ filius æqualis est patri secundum substantiā, non secundum proprietatem qua distinguitur a

patre. In eo enim q̄ filius est vnus De⁹ cum patre, vna natura, vna substantia, æqualis est patri secundū q̄ de patre est genitus, non est æqualis ei. Ergo inæqualis: non est verum: Quia secundū hoc q̄ pater est ingenuus, fili⁹ genitus: nec æqualitas nec inæqualitas cōsideratur. Idem & de spiritu sancto. Augustinus in quinto libro de Trinitate. Quia vero filius relatiue ad patrē dicitur, non secundū q̄ ad patrem dicitur æqualis est patri filius, sed secundū q̄ ad se dicitur, æq̄lis est patri filius. Quicquid autem ad se dicitur, secundū substantiam dicitur: restat ergo vt secundū substantiam æqualis sit patri. Eadem ergo vtriusq̄ substantia. Huius sanctę Trinitatis non debet dici pars, vna de tribus personis. Tota etenim trinitas est vna substantia, simplex & indiuidua. Nec sunt aliquid maius duę personę q̄ vna: vel tres q̄ duę. Cum enim vnaqueq̄ illarum sit diuina substantia & ille tres eadem substantia: non tres sunt maius aliquid q̄ vna. Augustinus. In trinitate, quæ est: pater est deus, filius deus, spiritus sanctus deus: & hi tres vnus deus. Nec huius trinitatis tercia pars vnus deus est: nec maior pars est duo q̄ vnus, nec maius aliquid sunt omnes q̄ singule persone: quia spiritalis nō corporalis est magnitudo. Idem. Non quoniam deus trinitas est, ideo triplex putandus est deus: alioquin minor eēt in singulis q̄ i trib⁹ pariter.

Q̄ de sancta trinitate nihil dicatur secundum accidens. Cap. IX.



Occurrit etiam considerandum est q̄ de sancta trinitate nihil dicitur secundū accidens. Quod enim secundum accidens dicitur, mutabile est: sed in deo nihil mutabile. Non tamen omne quod dicitur de deo secundum substantiam dicitur: quia quædam secundum relationem vel proprietatem dicitur, vt pater, filius. Augustinus in libro quinto de trinitate. Accidens dici non solet nisi aliq̄ mutatio rei cui accidit amitti pot̄. In deo autem secundum accidens nihil dicitur, quia ei nihil accidit. Nec

tamen omne quod dicitur, secundū substantiam dicitur. Secundum substantiam dicuntur quæ sine aliquo respectu relationis dicuntur, vel quæ vnitatem diuinę substantię expriment: vt De⁹, omnipotens, & similia. Et hæc omnia (vt ait Augustinus) de singulis dicitur personis, & non pluraliter sed singulariter de tribus simul dicuntur. Sicut enim pater deus, omnipotens, sapiens, æternus & cætera: ita filius deus, omnipotens, & cætera: & spiritus sanct⁹ similiter. Et isti tres vnus deus, vn⁹ oī potens: & sic de omnibus quæ secundū substantiam dicuntur: excepto hoc nomine persona. Cum enim hoc nomen persona, secundum substantiam dicatur: de singulis enim potest enūciari personis, pater est persona, filius persona, spiritus sanct⁹ persona: non tamen potest dici isti tres vna persona. Augustinus. Persona ad se dicitur, sicut deus, & similia. Hoc autem solum nomē est quod cum dicatur de singulis ad se, pluraliter nō singulariter accipitur in summa. Et est inuentum hoc nomen persona (vt Augustinus ait) vt cum quæreretur quid tres vel quid tria, vno nomine responderetur, scilicet tres personę. Augustinus. Ideo tres dicimus personas, non vt aliqua intelligatur essentię diuersitas, sed vt vel vno vocabulo responderi possit cum dicitur quid tres vel quid tria. Idem. Cum quæritur: qui tres vel quæ tria dicuntur pater & filius & spiritus sanct⁹: dictū est tres personę, quo nomine nō diuersitatem intelligi voluit, sed singularitatem noluit: vt non solū ibi vnitatem intelligatur, sed trinitas. In trinitate namq̄ non est diuersitas: (quæ qualis pater talis filius) sed distinctio. Nec singularis dicendus est deus: quia iam esset tantum vna persona. Augustinus in libro quæstionum veteris & nouę legis, Vnus quidem est, sed non singularis: habet & exterius in mysterio alterum qui sit cum altero. Ambrosius de fide ad Gratianum Imperatorem. Quod vnus est substantię separari non potest: vt non sit singularitatis, sed vnitatis. Singularitas ad personam pertinet: vnitatem ad naturam.

Questio. Hinc non parua oritur questio. Cum hoc nomen persona teste Augustino secundum substantiam dicatur, & cum hæc sit distinctio personę: Persona est rationalis substantię indiuidua natura: quomodo sit intelligendum, filius est alia persona a patre. hoc enim sane potest dici, pater est persona, id est rationalis substantia: filius est persona, id est rationalis substantia. Item cum dicimus pater & filius & spiritus sanct⁹ sunt tres personę, non possumus dicere tres rationales substantię. Ad quod potest dici: quando per se dicitur, pater est persona, filius est persona, sane ita exponitur: pater est persona, id est rationalis substantia, sed per additionem restringitur significatio, vt filius est alia persona, id est discretus per aliam proprietatem: pater & filius & spiritus sanct⁹ sunt tres personę, id est discreti per tres proprietates. Sicut enim cū dicitur filius est deus, nō distinguitur a patre: sed cum additur filius est deus de deo, iam fit distinctio. Ita cum dicitur pater est persona, filius est persona, nōdum fit distinctio: sed cum additur alia persona vel per pluralem tres personę, iam distinctio notatur. Si quis hæc quæstionem conuenientius potest solvere: ego nulli præiudico. Præterea est vnum nomen, scilicet trinitas, quod de nulla persona singulariter dicitur, sed omnibus simul: nec est substantiale, sed pluralitatem designat personarum. Et ita quædam sunt nomina in sancta trinitate quæ dicuntur singulariter, & nō coniunctim, vt pater, filius & spiritus sanct⁹, quæ ad proprietatem referuntur: quædam coniunctim, & non singulariter, vt trinitas: quædam singulariter & coniunctim, vt deus, omnipotens & similia.

De diuersa nominum acceptione. Caput decimum.



Occurrit etiam considerandum est q̄ illa nomina quæ ad vnitatem diuinę substantię pertinent, per determinationes quædam etiam sine determinatione accipiuntur in personarum

distinctio, vt sapientia, bonitas, ad substantiam enim referuntur: quia tres personę sunt vna substantia, vna sapientia, vna bonitas. Sed tamen cum dicitur sapientia patris, ad filium tantum: bonitas patris & filii, ad spiritum sanctum. Similiter spiritus, caritas: tota enim trinitas vnus spiritus, vna caritas, sed cum additur sanctus, cum etiam dicitur caritas patris & filii, solummodo ad spiritum sanctum referuntur. Pater enim est spiritus, pater etiam sanctus, sed non spiritus sanct⁹. Solent etiam sine appositis determinationibus personas significare hæc nomina: vt p̄ sapientiam intelligat filius, vt in puerbis Salomonis sapientissime: p̄ bonitatem spiritus sanct⁹. Hoc etiam nomine spiritus vnus est Hieronym⁹ in significatioe personarū, sic dicit cēs i Psalmo cōfessionis. Tres spūs postulat Dauid dicens: Spiritu principali cōfirma me: Spiritum rectum inuoca in visceribus meis: Spiritum sanctum tuum auferas a me. Qui sunt isti tres spiritus? Principalis spiritus pater est. Rectus spiritus, filius. Spirit⁹ sanct⁹, spiritus sanct⁹. Ecce quod Hieronymus dicit tres spiritus, id est tres personas. Augustinus quoq̄ in libro de doctrina Christiana tres res dixit ad pluralitatem personarum respicientes. Ait quippe sic. Res alię sunt quibus fruendum est, alię quibus vtendum. Illę quibus fruendum est nos beatos faciunt. Illis quibus vtendum est: tendentes ad beatitudinem adiuuantur. Si redire in patriam volumus, vtendū est mundo non fruendū. Res igit̄ quibus fruendū est, pater & filius & spiritus sanct⁹. Eadēq̄ trinitas vna quæ res est, cōsistit oībus fruētibus ea. Fruens autem est amore inherere alicui rei p̄ seipsum. Pater itaq̄ q̄ eadem nomina modo ad vnitatem substantię, modo ad pluralitatem personę significadā ponit. Similiter hæc nomina, Potentia, sapientia, bonitas, nomina substantię sunt, & singulis personis equalit̄ cōueniūt: & tñ sapientissime i sacra scriptura p̄ potentiam p̄ sapientiam filius, p̄ bonitatem spiritus sanct⁹ intelligitur. Et quare hoc fiat, bonum est querenti satisfaccere. Cum hæc nomina, pater, filius, spiritus sanct⁹, trāsata sint

Psal. 50.

C

a creaturis ad ipsum creatorem, ne videantur quod in nobis significant in deo significare: attribuitur patri potentia, filio sapientia. In hominibus enim pater est prior filio, filius patre posterior: & ex antiquitate in patre defectus: ex posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Attribuitur ergo patri potentia, ne videatur prior filio, & inde impotentior: filio sapientia, ne videatur posterior, & inde minus sapiens patre vel inferior. Nec dicitur filius sapientia, ideo quod ipse solus sit sapiens, cum tota trinitas sit una sapientia: nec pater potentia quod ipse solus sit potens: cum tota trinitas sit una omnipotentia, sed ibi magis dicendum fuit ubi plus dubitari potuit. Unde dicitur: Credo in deum patrem omnipotentem. Spiritus etiam solet poni ad rigorem significandum, & crudelē solet denotare: & ideo bonitas vel benignitas frequentius appellatur.

E Hic oritur quæstio difficilis, si in deo tres personæ dicuntur esse quia potens, sapiens, & benignus est, quare non potius quatuor vel quinque, vel multo plures, cum sit fortis, iustus, misericors, pius, & cætera? Ad quod dici potest quod quæcumque dicuntur de deo, & creduntur veraciter in deo, ad hæc tria referuntur. Si enim fortis dicitur incorruptus, incommutabilis, & similia, totum hoc potentie est. Si prouidus, in speculator, intelligens, totum hoc sapientie est. Si pius, mansuetus, misericors, totum hoc bonitatis est. Et in his tribus summa perfectio est. Vbi enim concurrunt ista tria, posse, scire, velle (quod benignitatis est) nihil deest. Si aliquid horum tollas, non est summa perfectio. Est ergo trinitas perfecta: quæ non potest minui, nec potest augeri. In creaturis huius sanctæ & indiuiduæ trinitatis signa apparent. signum potentie est rerum immensitas: sapientie pulchritudo: bonitatis utilitas. Et ita per hæc quæ foris sunt, inuisibilia dei cognoscitur a creatura rationali. Sicut nomina substantia, de quibus prius diximus, dicuntur de singulis personis: similiter illa nomina quæ respectu creaturæ competunt deo temporaliter, velut hæc no-

mina, dominus, creator, miserator. Vt enim Augustinus ait in libro de trinitate, Nō ante fuit dominus, quā eius esset feruus. Itaque temporaliter cœpit esse dominus: quoniam creatura in tempore facta cœpit ei subservire. Similiter cœpit deus esse creator in tempore ex quo fecit creaturam. Non enim creauit eam ab æterno, nec creatori est coæterna. Et cum pater sit dominus & creator, & filius similiter, & spiritus sanctus: non tamen tres domini sed vnus dominus, non tres creatores sed vnus. Quæ aliqua dicantur de deo temporaliter & sine eius mutatione, Augustinus ostendit per similitudinem rei quæ incipit esse precium sine sui mutatione: in libro quarto de trinitate. Nummus enim dicitur precium, relatiue dicitur: nec tamen mutatus est cum esse cœpit precium, neque cum dicitur pignus, & si quæ sunt similia. Si ergo nummus nulla sui mutatione potest relatiue dici, quomodo magis de immutabili substantia dei accipiendum est: ut quous temporaliter incipiat dici, non tamen substantiæ dei aliquid accidisse dicatur, sed illi creaturæ ad quam dicitur. Quod ergo incipit temporaliter dici quod ante nō dicebatur, manifestum est relatiue dici: non secundum accidens quod ei acciderit, sed secundum accidens eius ad quod dicitur. Pater itaque quod deus ex tempore est dominus, & creator: & tamen verum est, dominus omnium est ab æterno, & creator ab æterno: sed non ab æterno dominus, nec ab æterno est creator. Nec mirum videri debet quod aliquid dicitur ei ex tempore competere. Nam assumpsisse carnem ex tempore conuenit ei: & hoc nomen Christus ex tempore conuenit filio dei, Christus tamen ab æterno est.

De personarum appropriatis.
Caput vnde cœsum.



Varendum est vtrum proprietates illę quibus distinguuntur personę, sint ipsę personę. Quę personę distinguantur per proprietates, habetur in illa auctoritate, in essentia vnitas: & in

personis proprietates: & in aliis multis auctoritatibus. Quidam tamen voluerunt dicere quod proprietates illę non essent ipsę personę, opponentes illud: Si per eas discernuntur personę, quod sunt ipsę personę. Quos auctoritas & ratio confutat. Dicit enim Augustinus. Quicquid in deo est: id est est. Ergo proprietates patris deus est: quia proprietates patris est ipse pater. Non tamen dicitur ita simpliciter, proprietates est deus vel pater: sed proprietates patris: Sicut nō dicitur voluntas est deus: ita absolute nō dicitur voluntas dei est deus.

I Quid est enim proprietates patris, proprietates filii, proprietates spiritus sancti, nisi istę personę in se discrete & distinctę? Hieronymus ad Damasum papam de explanatione fidei. Confundentes Arriū vnā eadēque substantiam Trinitatis dicimus. Impietatem Sabellii declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus. Item: Nō enim notia tantummodo, sed etiā nominū proprietates. id est personas vel (ut greci exprimitur) hypostasies. id est substantias confitemur. Ecce quod Hieronymus dicit proprietates. id est personas. Ideo deus simplex dicitur. siue nō amittit quod habet: seu quia aliud nō est ipse, & aliud quod in ipso est. Ratione etiā potest eis obuiari hoc modo. Si tres proprietates vel relationes in deo sunt quę nō sunt ipsa diuina substantia: apparere non fuisset solam ab æterno diuinam substantiam, quæ trinitas est. Sed sola trinitas est ab æterno quia vnus deus est: Fateamur igitur tres personas, vel tres illarum proprietates vnum deum, vnam essentiam & vnam diuinam substantiam: illas tres personas esse, vel illas proprietates. Quod quis longe sit a sensibus nostris & ab humana ratione: indubitanter tamen credi oportet. ut enim ait Gregorius: Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum: id est in ea parte in qua humana ratio præbet experimentum. Non enim fides est contra rationem, sed supra rationem. Et ideo qui nil credere vult nisi quod ratione comprehendit (ut philosophi) nō habet meritum eius: sed quod illud quod rationi nō est contrarium, & tamen est supra rationem credit. Unde apostolus. Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo verbum fidei. prope quia nō est contrarium rationi sed supra rationem.

Quid sit proprium patris, supra assignatum est: scilicet esse ingentium: quod est esse patrem. Nec turbet quod Augustinus dicit. Non est idem ingentium dicere, quod patrem dicere: quia pater dicitur ad filium, sed ingentium nullam relationem notat. Et ideo nō est idem dicere patrem esse ingentium & esse patrem: sed idem in sancta Trinitate est esse ingentium & esse patrem: sicut idem est esse sapientiam patris, & esse filium eius, & esse verbum patris. Sed tamen illud nomen filius notat relationem: & non illud, scilicet verbum, vel sapientia. Augustinus in libro de trinitate. Non est idem ingentium dicere quod est patrem dicere: quia etsi filium nō genuisset, nihil phiberet esse ingentium dicere: quia nec ideo quisque pater, quia ingentius, nec ingentius ideo, quia pater. Ideo nō ad aliquid, sed ad se ingentius dicitur. Genitus vero dici non potest nisi ad aliquid. Ideo quisque filius, quia genitus: & quia filius vtriusque genitus. Sicut autem filius ad patrem, sic genitus ad genitorem: & sicut pater ad filium, sic genitor ad genitum. In hoc loco notandum est quod cum filius sit sapientia a patre genita, & pater sit sapiens sapientia sua: vtrum pater sit sapiens sapientia a se genita. Augustinus dicit hoc non esse concedendum. Si enim esset sapiens sapientia genita ex se (cum ei sit esse quod sapientem esse) iam pater a filio haberet esse, non filius a patre. Non est ergo pater sapiens sapientia genita ex se: sed sapientia ingenta, quæ ipse est. Pater enim est sapientia ingenta. Si opponit: cum pater sit sapiens, vel sapientia genita ex se vel alia. Nō est verum, quia vna sapientia tota est trinitas: sed ipse ingenta, in filio genita. Sicut dicitur filius est deus de deo, lumē de lumē, principium de principio: patris nō est deus de deo: principium de principio: ergo aliud & aliud. Nō est verum, quia vnus deus cum filio: & vnus principium omnium creaturarum. Patris enim principium filii, quia de eo filius: patris & filii principium spiritus sancti: tota Trinitas vnum principium omnium creaturarum. Similiter, licet pater non sit sapiens sapientia genita ex se: non tamen est alia sapientia sapiens. Augustinus de trinitate. Si solus filius in

telligit patri & sibi & spiritui sancto, illud consequitur ut pater non sit sapiens de seipso, sed de filio: nec sapientia sapientiam de se genuit, si ea sapientia pater dicatur esse sapiens quam genuit: ubi enim non est intelligentia, nec sapientia esse potest, ac per hoc patet si pater sibi non intelligit, & filius intelligit patri: profecto filius patrem sapientem facit. Et si hoc est deo esse quod sapere, & illi essentia quod sapientia: non filius a patre (quod verum est) sed a filio potius pater habet essentiam: quod falsum est. Est ergo deus pater sapiens ea quę ipse est sapientia: & filius sapientia patris. ¶ Solet a quibusdam talis fieri quęstio. Deus pater genuit Deum filium, & ita deus genuit deum, quod sane potest concedi. Legitur enim de filio: Deus de deo, lumē de lumine. Si vero quæratur: quia deus genuit deum, an se an alium? Neutrum est concedendum. Quod non genuit alium deum, manifestum est: quia non est Deus, nisi vnus. Quod non sit concedendum, deus genuit se. Augustinus ostendit in libro de Trinitate dicens. Qui putat huius potentia deum esse ut seipsum genuerit: eo plus errat, quod non solum deus ita non est sed nec spiritalis creatura, nec corporalis. Nulla enim res est omnino quę se ipsam gignat: & ideo non debet dici, deus genuit se, non enim diuina substantia genuit seipsam nec etiam aliam diuinam substantiam: sed persona patris genuit personam filii. ¶ Præterea sciendum est quod sicut Trinitas inseparabilis est: ita inseparabiliter operatur. Quicquid enim operatur pater, hoc idem filius & spiritus sanctus operantur. Opponitur. Soli filio conuenit assumptisse carnem: sed hoc est quædam operatio: igitur aliquid operatur filius quod non pater, quod non spiritus sanctus. Ad quod dicitur quod licet inseparabiliter operentur pater & filius & spiritus sanctus: tamen aliquid conuenit vni quod non alii, quod per similitudinem ostendunt sancti. In radio namque solis sicut inseparabiliter adiunguntur splendor & calor: tamen splendor illuminat, calor exsiccatur: nec calor

illuminat, nec splendor exsiccatur. Similiter in sancta Trinitate, tota Trinitas operata est incarnationem filii. Tota enim Trinitas operata est, ut homo ille esset & ut verbo vniiretur: sed non ut tota Trinitati vniiretur. Ergo illa operatio non magis filii quam patris: sed vniio filii & non patris: sicut solius patris vox de nube audita est: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, & cetera. Si enim esset vox filii vel spiritus sancti, falsum esset, hic est filius meus, non est enim filius, nisi ipse vel spiritus sancti filius, & tamen tota Trinitas operata est vocem illam, sed soli patri conuenit: quia solus pater per eam significatus est. Sicut etiam solus spiritus sanctus in columba apparuit: cum tota Trinitas eam operata sit, sed solus spiritus sanctus in ea apparuit, quia ipse solus per eam significatus est. ¶ Quæratur an aliter spiritus sanctus fuerit in columba illa quam in aliis creaturis. Respondetur: non aliter quantum ad presentiam vel essentiam diuinitatis, sicut iam diximus, quæ est in omnibus creaturis & æqualiter: sed quantum ad significationem aliter.

De præscientia & prædestinatione.
Caput duodecimum.

Quomodo omnium quæ operatur Trinitas, præscientia eius, dispositio & voluntas, actum præcedat, oboritur investigatio de præscientia dei & de prouidentia, de prædestinatione & voluntate & potestate. Et est sciendum quod sapientia dei propter diuersos affectus pluribus appellatur nominibus, ut sunt, scientia, prouidentia, scientia, prædestinatione, dispositio. Scientia est existens, præscientia futurorum, prouidentia gubernandorum, dispositio faciendorum, prædestinatione saluandorum. ¶ De præscientia solet quærri vtrum ipsa sit causa rerum, vel ipse res causa præscientię. Sed ut Boetius in libro de consolat. philosophię ostendit, neutrum est concedendum. Si enim quia præscientur a deo, ideo eorum (cui & mala præscientur) iam esset præscientia causa malorum: quod penitus ca-

ret ratione. Item si res quia futura sunt, ideo præscientur a deo: tunc quod temporale est, causa est eius quod æternum est. Origenes tamen super epistolam ad Romanos dicit. Non propterea aliquid erit quia id deus scit futurum: sed quia futurum est, scitur a deo antequam fiat. Quod sic potest exponi quia futurum est, id est quod futurum est: ut ibi non notetur causa. Sicut enim Esaias prædixit cæcitatē Iudæorum futuram dicens: Dedit eis oculos ut non videant: nec tamen ideo facta est quia ille prædixit: sed quod futurum erat ille prædixit: Ita deus ab æterno præsciuit cæcitatē illam, sed non ideo facta est quia præsciuit: sed quia futura erat eam præsciuit, quem nihil potest latere. ¶ Præscientia improprie dicitur in deo. Apud eum namque nihil futurum, nihil præteritum: in eo nec prius est nec posterius, sed quantum ad res quæ nobis futurae sunt, dicimus eum futura præscire: quod quantum ad eum est, est ea tanquam præsentia scire. Dicit autoritas quod eius scientia non potest augeri nec minui. Non enim plus potest scire qui omnia scit: nec minus, qui non potest obliuisci. Opponitur de hoc quod Hieronymus dicit super Abacuc. Absurdum est (inquit) ad hoc dei deducere maiestatem ut sciat per momenta singula, quot culices nascantur, quot ve moriantur: quæ pulicum & muscarum sit multitudo, quotve pisces nascent in aquis, & similia. Non sumus tam fatui adulatorum dei ut dum potentiam eius etiam ad ima detrudimus, in nos ipsos iniuriosi simus eandem irrationabili & rationabili prouidentiam esse dicentes. ¶ Quod quidam ita exponunt: Absurdum est ad hoc dei deducere maiestatem ut sciat per momenta singula quot culices &c. Scit quidem quia eum nihil latere potest: sed non per momenta ut nos qui simul omnia scire non possumus. Alii sic exponunt. Absurdum est ad hoc dei maiestatem, &c. ut sciat quot culices: ita ut habeat incuram. Non enim deo cura est de bobus, sed de hominibus est cura: quia ad eorum custodiam angelos delegat. Vnde Angeli eorum semper vident faciem patris. ¶ Potest & alia difficultas oppositio hic fieri. Est aliquis qui nunquam lecturum est, posset tamen

esse ut ipse legeret: quæratur vtrum deus hunc lecturum sciat an non. Non possumus dicere quod scit eum lecturum: quia hoc falsum est quod ipse sit lecturus. Augustinus in libro ad Romanos. Quid quod ipsa exinanitur præscientia si quod præscituri erit? Quomodo enim recte dicitur præsciri futurum, quod futurum non est? Si dixerimus: non scit eum lecturum: opponitur. Potest esse ut iste legat: quod si esset utique sciretur a deo, & hoc potest esse: ergo potest esse ut sciat a deo: ergo plus potest scire quam sciat: quod penitus falsum est. Huius quæstionis solutionem aliorum iudicio relinquo. Mihi tamen videtur quod neutra illarum sit concedenda. Si quis enim quærat, scit hunc lecturum? non dicat: scit eum lecturum vel nescit eum lecturum: sed scit eum non esse lecturum. Nunquam enim deus nescit hoc, vel non scit hoc (cum eum nil lateat) dicendum est. ¶ Hoc distat inter præscientiam & prædestinationem: quod præscientia de saluandis & damnandis: prædestinatione de saluandis tantum. De prædestinatione nullus dånari: de reprobis nullus potest saluari. Reprobis sunt præscituri ad mortem: prædestinati præuisi ad vitam. Augustinus de correctione & gratia. In Apocalypsi dicitur. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus nisi iste perdidit: certus est electorum numerus. Idem. Prædestinatus electorum numerus nec potest augeri nec minui. ¶ Opponitur quod possit minui: quia omnes damnari possunt. Qui cumque enim saluatur, ex gratia saluatur: & quod gratis datur, posset non dari. Si militer probatur quod posset augeri: quia omnes possunt saluari: nisi enim possent saluari, non imputandum esset eis quod dånantur. Solutio. Verum est, non potest augeri numerus prædestinatorum, quia hoc non potest esse ut aliquis saluetur ita quod non sit prædestinatus, non potest minui: quia hoc non potest esse ut aliquis prædestinatus sit & damnatur. Per se enim verum est, iste potest damnari: quod ideo verum est quia posset non esse prædestinatus, sed non est verum, iste prædestinatus potest damnari: quia non potest vtriusque esse ut prædestinatus sit & damnatur. Similiter verum est, iste potest saluari: sed non est verum, iste reprobus potest sal-

Zuari: quia non potest hoc esse ut reprobus sit & saluetur. **De** præscientia solet operari. Deus præsciuit hunc lecturum, vel aliud huiusmodi: sed potest esse ut ipse non legat: ergo potest non esse quod deus præsciuit: igitur potest falli præscientia dei. Sed sicut diximus de aliqua re futura si hoc futurum est scilicet quod ipse legat, non potest esse quin illud sit: non enim potest esse ut futurum quid sit & non eueniat. & tamen hoc quod futurum est potest non euenire: quia ita futurum est ut possit non esse vel futurum esse. Similiter si præscitum est non potest non euenire: quia non potest esse ut præscitum sit & non eueniat: & tamen hoc quod præscitum est, potest non euenire. Quod ideo verum est quia possit non esse præscitum. Nec inde sequitur, ergo potest falli præscientia dei: qui tunc falleretur si vtrumque esset, scilicet & quod præscitum esset euenire, & quod non eueniret. **Cum** prædestinatio diuina sit electio iuxta illud Apostoli, Quos elegit ante mundi constitutionem: solet queri, quare hunc elegerit deus magis quam illum: ut de Iacob & de Esau. Quidam dicunt: hunc elegit quia talem futurum eum esse præsciuit qui in eum crederet & seruiret ei. Sed hoc Augustinus retractat in libro retractationum, plane offendens quod si propter opera futura electus esset, iam non ex gratia electio esset. Si enim ex operibus (ut ait Apostolus) iam non est gratia. Idem in libro de prædestinatione. Non quod futuros tales nos esse præsciuit ideo elegerit: sed ut essemus tales per ipsam electionem gratia: suæ qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Cum ergo prædestinauit opus suum præsciuit. Idem Augustinus super locum illum in Malachia propheta, Iacob dilexi, Esau odio habui: dicit. Cui vult miseretur, & quem vult induat. Sed hæc voluntas dei non potest esse iniusta. Venit enim de occultissimis meritis: quia & ipsi peccatores cum propter originale peccatum vnam massam fecerint: tamen inter illos nonnulla est diuersitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus quo quis nondum sit iustificatus, digni efficiuntur iustificatione: & item præcedit in aliis peccatoribus quo digni sunt obstinatione. Sed quid intelligere voluerit nescimus: nisi forte dixerimus tunc hoc intellexisse quod supra diximus, tum retractasse. Quidam tamen hanc auctoritatem sic exponere conantur: venit de occultissimis, id est ut merita eorum occultissima fiant. Gillebertus sic: Nisi homo peccasset, nullus damnatorum nasceretur: sed quia peccauit, simul damnandi cum saluandis nascuntur. Saluandi loco eorum qui tunc nascerentur: damnandi nullo loco, sed ad exercitium & coronam bonorum. **Item** queritur an ab æterno prædestinatos dilexerit. Ita est. Ergo & Paulum. Sic est. Et æqualiter: quia non dilexit eum plus ab æterno quam quando persequebatur ecclesiam dei: quia quod erat futurum de eo ei erat præsens: & hoc non secundum merita, sed secundum præmia quæ ei ab æterno parauit. & tamen malum eius odio habebat. Et nota quod omnes tam bonos quam malos secundum naturam æqualiter diligit, quia nihil odit eorum quæ fecit: non tamen equa liter diligit bonos secundum præmiorum præparationem: nec malos æqualiter odit secundum poenarum præuisionem. **Sed** queritur vtrum Iudam dilexerit? Respon. Ita ab æterno tantum quantum modo secundum naturam: habuit tamen odio, quia talem videbat eum futurum. Et nota quod Iudas potuit saluari: nec tamen reprobatus potuit saluari. Disponit deus tam bona quam mala. Vnde queritur an omnia tam bona quam mala sint in eius dispositione? Ita est, dicunt quidam: & habent auctoritatem ab Augustino dicente. Nulla reliquit deus inordinata. Et alibi. Malorum voluntatum deus est ordinator. Et iterum. In potestate malorum est malum velle: sed vtrum hoc vel illud malitia perficiant in potestate dei est, diuidentis tenebras & ordinantis. **Sed** alii opponunt. Si deus mala disponit, tunc mala placent ei: sed hoc est falsum, quia non placent ei mala: sed mala fieri placet ei propter vniuersitatem. Propter hanc oppositionem dicunt quidam quod non disponit mala: sed disponit de malis eliciendo inde aliquid quod proficit bonis: ut de Nerone quod Petro profuit: de Decio quod Laurentio: quia non vult aliquid quem ita stare ociosum in republica sua quam sibi seruiat. Quod tamen seruitium quia mala intentione fit: eis sic seruitibus malum est.

E **De** voluntate dei. **Ca. XIII.**
NUNC de voluntate dei restat videre. Voluntas dei prima est causa omnium, & ideo immutabilis. Alia enim causa: mutabiles sunt, quia non sunt prima: & ideo sepe fallunt. Sed hæc quia non habet aliam ante se, falli non potest vel mutari. Et quia voluntas dei prima causa est omnium: cum dicitur hoc ideo est quia deus voluit: non est querendum quare voluit. Primæ enim causæ nulla est causa. Cum igitur voluntas dei vna sit (quæ est ipse deus, qui vnus est) propter effectus tamen diuersos dicitur plures voluntates dei. Vnde Propheta. Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Sicut idem Propheta propter diuersos effectus misericordie & iustitiæ dei dicit pluraliter. Misericordias domini in æternum cantabo. Et alibi. Iustitiæ domini lætificantes corda, cum tamen (quantum ad ipsum deum) vna sit misericordia, vna sit iustitia: quæ est hoc quod ipse. Sic & de voluntate. Nam voluntas dei in sacra scriptura aliquando accipitur ipsa quæ idem est cum deo, & ipsi coæterna est: & hæc voluntas semper impletur. De hac dicit Apostolus. Voluntati eius quis resistit? Et alibi. Ut probetis quæ sit voluntas dei bona & beneplacens & perfecta. Et potest hæc voluntas beneplacitum dei vel dispositio appellari. Vnde Propheta. Quæcumque voluit fecit: id est quæcumque disposuit se facturum. Aliquando præceptio vel prohibitio dei voluntas dei dicitur: quia signa sunt diuinae voluntatis. Ut signa iræ appellantur ira: ita signa dilectionis, dilectio. Et dicitur iratus deus & ira in eo non est: sed signum tantum quod foris fit quo deus iratus ostenditur, ira appellatur: ut in Ægyptiis submersis. Ita præceptio vel prohibitio (quia indicant nobis quid deus velit ut fiat vel non fiat) voluntas nominantur. De qua dominus in euangelio. Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. Et alibi. Qui facit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse frater meus & soror est. Contra hanc voluntatem multa sunt, Augustinus in libro

de spiritu & litera. Infideles quidem contra voluntatem dei faciunt: cum eius euangelio non credunt. Sicut præceptio & prohibitio signa sunt voluntatis diuina: ita & operatio & permissio, & ideo in scriptura sacra saepe appellantur voluntas dei. Vnde illud Apostoli. Vult omnes saluos fieri. Quod ita exponit Augustinus in libro de correctione & gratia. Vult omnes saluos fieri: id est nos facit velle. Ecce quod illa quæ operatur in nobis voluntas dei nominatur. Similiter & permissio. Vnde illud Apostoli. Quem vult in durat. Et Augustinus in Enchiridion. Non fit aliquid nisi omnipotens velit fieri: vel finendo ut fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum benefacere: etiam finiendo fieri quæcumque sunt mala. Non enim hæc nisi iusto iudicio finit: & profecto bonum est omne quod iustum est. Habemus itaque quatuor signa diuinae voluntatis. Hæc sunt præceptio, prohibitio, operatio, permissio: cum tamen Dei voluntas vna & immutabilis permaneat. Quare diligenter est intuendum vbi loquatur scriptura de ipso Dei beneplacito, vbi & de signo beneplaciti. Cum enim inuenitur: vult Deus bonum, non vult malum: de beneplacito Dei intelligitur. Vult bonum, id est approbat, iudicat sibi concordare: non vult mala, id est non approbat, non iudicat sui similia. Et quæuis non vult mala: tamen vult mala esse. **Ad** quod videndum quod quædam sunt bona in se & ad aliud: & quædam bona ad aliud & non in se: & quædam bona in se & non ad aliud. Ea quæ sunt bona in se & ad aliud, vult Deus, id est approbat: & vult ea esse, quia ad aliud bona sunt, sicut omnia bona quæ fiunt. Bona in se & non ad aliud, ut bona quæ possent fieri & non fiunt, ea vult Deus: quia vult omne bonum, id est approbat: sed non vult ea esse, id est non approbat ea esse: quia non sunt bona ad aliud. Quæ sunt mala in se & ad aliud bona, sicut mala quæ fiunt, ea non vult Deus, id est non approbat: & tamen vult ea esse, quia bonum est ea esse. Nisi enim vellet quod mala essent, nullo modo esse possent. Si

de spiritu & litera. Infideles quidem contra voluntatem dei faciunt: cum eius euangelio non credunt. Sicut præceptio & prohibitio signa sunt voluntatis diuina: ita & operatio & permissio, & ideo in scriptura sacra saepe appellantur voluntas dei. Vnde illud Apostoli. Vult omnes saluos fieri. Quod ita exponit Augustinus in libro de correctione & gratia. Vult omnes saluos fieri: id est nos facit velle. Ecce quod illa quæ operatur in nobis voluntas dei nominatur. Similiter & permissio. Vnde illud Apostoli. Quem vult in durat. Et Augustinus in Enchiridion. Non fit aliquid nisi omnipotens velit fieri: vel finendo ut fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum benefacere: etiam finiendo fieri quæcumque sunt mala. Non enim hæc nisi iusto iudicio finit: & profecto bonum est omne quod iustum est. Habemus itaque quatuor signa diuinae voluntatis. Hæc sunt præceptio, prohibitio, operatio, permissio: cum tamen Dei voluntas vna & immutabilis permaneat. Quare diligenter est intuendum vbi loquatur scriptura de ipso Dei beneplacito, vbi & de signo beneplaciti. Cum enim inuenitur: vult Deus bonum, non vult malum: de beneplacito Dei intelligitur. Vult bonum, id est approbat, iudicat sibi concordare: non vult mala, id est non approbat, non iudicat sui similia. Et quæuis non vult mala: tamen vult mala esse. **Ad** quod videndum quod quædam sunt bona in se & ad aliud: & quædam bona ad aliud & non in se: & quædam bona in se & non ad aliud. Ea quæ sunt bona in se & ad aliud, vult Deus, id est approbat: & vult ea esse, quia ad aliud bona sunt, sicut omnia bona quæ fiunt. Bona in se & non ad aliud, ut bona quæ possent fieri & non fiunt, ea vult Deus: quia vult omne bonum, id est approbat: sed non vult ea esse, id est non approbat ea esse: quia non sunt bona ad aliud. Quæ sunt mala in se & ad aliud bona, sicut mala quæ fiunt, ea non vult Deus, id est non approbat: & tamen vult ea esse, quia bonum est ea esse. Nisi enim vellet quod mala essent, nullo modo esse possent. Si

Eph. 1.
 Rom. 11.
 Mala.

Tim. 2.
 Rom. 9.
 H

enim ea vellet non esse, & non posset hoc efficere, impotens esset: sicut & nos sumus, qui quod volumus quandoque non possumus, itaque non possent esse mala nisi vellet ea esse. Eo namque inuito quomodo aliquid fieret, cum dicat scriptura: **Rom. 9.** Voluntati eius quis resistit? Cum igitur Deus ab aeterno in præscientia & sapientia sua omnia tam bona quam mala viderit, inter omnia illa vidit ipse quædam quæ si essent bona in se, essent & ad aliud: & ea non solum voluit, sed & esse voluit. Vidit & alia quæ si essent, licet in se bona essent, non tamen ad aliud: & ideo etsi approbet, qui sine causa nihil vult esse, noluit ea esse. Item cum viderit alia quæ in se mala & ad aliud bona, voluit ea esse. Quid enim melius est esse, an ea quæ sunt bona in se tamen, an ea quæ etsi non sunt bona in se, tamen ad aliud sunt bona? Ea utique quæ ad aliud sunt bona. Non tamen concedimus si vult ea esse quæ & vult ea: nec illud, si sunt bona ad aliud, quod tunc sunt bona. Cum itaque aliquis peccat, contra voluntatem Dei facit: quia contra præceptum eius, & quia non vult Deus quod facit: & tamen facit quod vult esse. Verbi gratia, Iudæi Christum crucifixerunt, occidendo contra voluntatem Dei fecerunt: & tamen volebat Deus illud malum esse, quia ad aliud bonum.

K Solent quidam sic opponere. Voluit Deus pater Christum pati & mori: ergo voluit ut Iudæi flagellarent & occiderent eum: & ita fecerunt quod volebat Deus. Quod non est ita concedendum: quia cum actus esset malus illorum, non placebat Deo qui nullum malum vult, etsi placeret Deo ut esset actus ille. Ita enim solent accipi hæc verba. Ille facit quod vult Deus: id est quod facit remunerat, gratum habet. Patet igitur quod Deus vult malum esse, & tamen non vult malum: nec vult ut aliquis faciat malum, quia inde non remunerat, immo punit: sed bonum vult esse, & vt homines illud faciant, quia gratum habet & remunerat. Et hoc est quod Augustinus dicit in Enchiridio. Voluntas Dei semper impletur, vt de nobis aut a nobis. De nobis

impletur, sed non tamen implemus eam quado peccamus. A nobis impletur quado bonum facimus. Ideo enim facimus, quod Deo scimus placere. Augustinus. Hæc sunt magna opera domini exquisita in omnibus voluntates eius: & tam sapienter exquisita, vt cum angelica & humana creatura peccasset, id est non quod ille sed quod voluit ipsa fecisset: etiam per eandem creaturam voluntatem qua factum est quod creator noluit, impleretur illud quod voluit, bene vtens etiam malis tanquam summe bonus ad eorum damnationem quos iuste prædestinavit ad poenam, & ad salutem eorum quos benigne prædestinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt: quantum vero ad omnipotentiam dei, nullomodo id efficere valuerunt. Hoc enim ipso quod contra Dei voluntatem fecerunt, de ipsis facta est voluntas eius. Propterea namque opera domini exquisita in omnes voluntates eius: vt miro & ineffabili modo non fiat præter eius voluntatem, & quod etiam contra eius voluntatem fit (quia non fieret si non fineret) & hoc utique non nolens finit sed volens: nec fineret bonus fieri malum, nisi omnipotens & de malo posset facere bonum. Gregorius. Multi voluntatem Dei peragunt vnde mutare contendunt: & consilio eius resistentes obsequuntur: quia hoc eius dispositioni militat, quod per humanum studium resultat. Potest opponi hoc modo. Bonum est malum esse: sed omnis boni deus est author: ergo facit malum esse. Quod non est ita concedendum: quia tunc fieret mala eo auctore. Sed potest dici quod facit vt malum esse sit bonum: ipse enim operatur malum in bonum.

M De præceptione & prohibitione solet ita opponi. Præcipit deus quod non vult esse: quia multis præcipiuntur bona quæ ipsi non faciunt, vt Iudæis sapissime præcepit quæ non fecerunt: sed nec erat in beneplacito Dei vt illa facerent, vel quod illa essent: quia sicut iam diximus, quicquid Deus vult esse (cum omnia possit) illud totum est: alioquin impotens esset, si vellet aliquid esse & non esset. Similiter prohibet malum facere alicui (vt

Psal. 110.

Psal. 110.

eisdem Iudæis sapissime) & tamen facit illud malum. Volebat enim Deus illud malum esse: quia nihil potest esse nisi Deus velit illud esse. Vnde apparet quod præcipit aliquando quod non vult esse: quia nihil potest esse nisi Deus velit illud esse: & quod vult esse prohibet. Sed si vult esse: quare prohibet? Si non vult, quare præcipit? Ad quod potest dici quod ideo præcipit illud quia bonum est illud: & domini est præcipere seruo quod bonum est in se, & quod bonum est illi cui præcipit. Et si placet domino iuuare seruum vt illud faciat, misericordia est: si non placet iuuare, iustitia est. Similiter prohibet seruo malum, quia in se malum & illi malum cui prohibet: & domini est seruo prohibere malum vt non habeat excusationem. Est etiam hic videndum quod licet bonum sit isti quod præcipitur ei, non tamen bonum vniuersitati: & quod prohibetur licet ei malum sit, bonum est vniuersitati. Et quia maius bonum est quod totius quam quod partis est: & minus malum quod vnius partis & maius quod totius: ideo quod bonum est vni & non vniuersitati, non vult esse: & quod malum est vni & bonum vniuersitati, vult esse: ne bonum vniuersitatis impediatur. Nihil enim fit quod vniuersitati bonum non sit: quibus iudicia Dei nobis occulta sint. Sed vt dicitur in Iob, Nihil in terra sine causa fit: & ita nec folium sine causa de arbore cadit.

Iob. 5.

De omnipotentia Dei.
Ca. XIII.

P VNC de potestate Dei dicendum est. Deus omnia possit, multæ auctoritates dicunt. Augustinus in libro questionum veteris & nouæ legis. Omnia quidem potest Deus: sed non facit nisi quod conueniat veritati eius & iustitiæ. In eodem. Potuit Deus simul cuncta facere: sed ratio prohibuit. Dicendum est ergo Deum omnia posse. Opponitur quod dicit in libro de

spiritu & litera Augustinus. Omnipotens non dicitur Deus quod omnia possit facere: sed quia potest perficere quicquid vult, ita vt nihil valeat resistere eius voluntati quin compleatur, aut alia quomodo impedire eam. Ad quod potest dici quod Augustinus vbi dicit, omnipotens non dicitur quod omnia possit, tam large accipit ibi omnia, vt comprehenderet etiam mala, quæ non vult Deus nec potest. Idem in libro de Symbolo. Deus omnipotens non potest mori, non potest falli, non potest miser fieri, non potest vinci. Hæc itaque & huiusmodi absit vt possit omnipotens, Ac per hoc non solū ostendit veritas omnipotentem esse qui ista non possit: sed & cogit veritas omnipotentem non esse qui hæc possit. Patet itaque quod Deus est omnipotens, quia potest omnia quæ vult. Absolute etiam potest dici quod possit omnia, nec tamen potest peccare: quia hoc non est aliquid de omnibus. Sed si opponitur de actionibus nostris, vt ambulare & cetera: potest dici quod ad eius omnipotentiam pertineant, licet in se non habere possit: non enim potest ambulare, & tamen potest facere vt ambuletur. Considerandum arbitror vtrum Deus plura possit facere quam velit facere vel faciat. Augustinus in Enchiridio. Omnipotens voluntas multa potest facere quæ nec vult nec facit. Potuit enim efficere vt duodecim legiones angelorum pugnarent contra illos qui eum ceperunt. In euangelio Matthæus. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelorum: Vnde & idem Augustinus. Tunc in clarissima luce sapientia videbitur quod nunc plorum fides habet: quam immutabilis & efficacissima sit voluntas dei: quam multa possit & non velit: nihil tamen velit & non possit. His auctoritatibus patet quod multa possit Deus quæ non vult. Ratione idem potest probari. Non vult Deus omnes iustificari: & tamen quis dubitet eum posse? Augustinus in libro de natura & gratia. Dominus Lazarus suscitauit in corpore: nūquid dicendum est non potuit Iudæam suscitare in mente? Potuit quidem sed noluit. Ad

Matt. 26

R.

illud quod dicimus deum posse facere quecūque non vult facere, opponitur illud quod Augustinus dicit in libro de Symbolo. Hoc solum non potest Deus quod non vult: etiam ita videtur quod non possit facere aliquid quod non vult. Sed ita exponendū est illud. Hoc solū nō potest deus qđ nō vult. i. nihil pōt facere nolēs, nō. n. pōt esse vt nolēs faciat aliqd, qui cogi nō potest. Item opponit. Quicquid potest deus facere, potest velle: sed quiddam potest facere quod non vult: potest igitur velle qđ nō vult. & si potest velle quod non vult, mutabilis est voluntas eius, nec est æterna: sed incipit aliquid velle quod prius nō volebat. Augustinus in libro confessionum loquens ad deum ait. Nec cogis inuitus aliquid, quia voluntas tua non est maior qđ potentia. Maior autem esset si tempore maior esses. Vnde videtur qđ non possit deus facere aliquid quod non vult facere: & nihil potest velle nisi quod vult. Ad quod dici potest qđ voluntas dei accipitur multis modis vt supra assignatum est. Aliquando pro effectu diuinę voluntatis: aliquando pro ea que in deo est, que est ipse deus. Cū Augustinus dicit, multa pōt facere deus quę nō vult, ad effectum respexit, quę non vult id est quę non operatur, potest operari, non enim ex imperentia dimittit, & secundum hoc potest dici: Potest deus velle quod non vult. Sed si de ipsa dei voluntate loquimur quę est hoc quod ipse: nihil potest facere nisi quod vult: & nihil potest velle nisi quod vult. Idem enim est velle quod esse: idem etiā velle quod posse. Et ideo Augustinus dicit, Non est maior voluntas qđ potentia. Vel hoc vel alio competenti modo potest prædicta contrarietas solui. Non est præmittendum hic quosdam scientia inflatos dicere deū nō posse facere aliqd qđ facit: vel dimittere de his quę facit aliqd. Quod ita volumus assignare. Quicquid deus facit bonum est fieri & iustum (non enim potest facere nisi qđ est iustum): & qđ bonū est fieri, nō debet nō fieri: igitur nō debet deus dimittere qđ facit, & quod non debet non potest: ergo non potest non facere quę facit. Similiter probant qđ non potest aliud facere qđ

facit, hoc modo. Quod non facit non debet fieri, quia si deberet fieri illud faceret: & qđ nō debet fieri a deo non potest fieri ab eo: ergo non potest facere ea quę dimittit facere. Sed vt mihi videt, sub hoc verbo latet venenū. Si enim dicimus non debet deus illa facere: inferunt ergo non potest facere. Si dicimus debet illa facere: ergo non potest dimittere quin faciat. sed neutrum de deo cōcedendum est. Vt enim ait Augustinus, Fuit alius modus possibilis deo: sed nullus nostrę miserię sanandę conuenientior. Nec tamen debemus, debuit alio modo redemisse mundum vel nō debuit: quia nihil ipse ex debito sed sola bonitate facit. Homines ex debito faciunt: quia meliores inde fiunt vel deteriores si non faciunt. Solent dicere quidam qđ ea quę facit deus non potest meliora facere: quia si posset facere & non faceret, inuidus esset. Augustinus in libro quęst. Deus quem genuit, quoniam meliorem se generate non potuit (nihil enim deo melius) debuit equalē, si enim potuit & noluit, inuidus est. Et ex hoc volunt dicere qđ si posset deus res meliores facere & non faceret: inuidus esset. Sed non valet simile: quia filium genuit ex substantia sua. Ideo cum ex substantia sua filium genuit, si posset equalē generare & non faceret: inuidus esset. Alia vero que non de substantia sua fecit, meliora potuit facere. Augustinus super Genesim. Talem potuit deus hominem fecisse, qui peccare non posset nec vellet. & si talem fecisset quis dubitet eū meliorem fecisse? Quęrendum est qualiter intelligant rem non posse esse meliorem. Siue ideo non potest esse melior quia summe bona est: quod si esset, creatura suo creatori aquaretur. siue ideo non potest esse melior, quia maior bonum quod ei deest ipsa capere non potest: quod si ita est, potest esse melior si fiat capax maioris boni, quod ipse qui fecit potest. Illa tamen loquutio est ambigua. Deus potest melius facere. Si enim ita opponatur, potest melius id est maiorē sapientia aliquid facere, falsa est, quia non potest augeri sapientia eius: sed hoc modo vera est, potest melius, id est re meliorem facere.

De fide incarnationis. Ca. XV.
Nunc de illa parte fidei est agendum, que ad sacramentum incarnationis pertinet. Vt ait Apostolus, Misit deus filium suū in similitudinē carnis peccati, vt damnaret peccatū de peccato. Quibus verbis ex parte aperit mysterium incarnationis. Ad hoc enim venit in mundum vt damnaret diabolum, & hominem liberaret. Sed cum in mundo esset filius dei, qui vbiq; est, quomodo venit in mundum? Venit, quia visibilis apparuit. Solet quæriri quare nō pater nec spiritus sanctus carnem assumpsit, sed solus filius: Ad quod potest dici, qđ patrem non decuit: quia ei non cōuenit mitti ab aliquo cum non sit ab alio. Neq; spiritus sanctus carnē assumpsit: ne alius esset filius in humanitate, & alius in diuinitate: & ita essent duo filii in trinitate. Est igitur persona filii incarnata, vt idem qui erat filius in diuinitate, esset filius in humanitate. Erat & decens vt sicuti per sapientiam suam pater mundum fecit, ita per eandem redimeret. Et quia in homine vtraq; corrupta erat natura, scilicet anima & corpus: vtraq; suscepit vt vtraq; liberaret. Nec tamen personā hominis suscepit: naturam suscepit & non personam. Augustinus in libro de fide ad Petrum. Deus enim verbum personam hominis non accepit sed naturam. In Christo enim duę sunt naturę, diuina & humana: & tres substantię, caro, anima, & verbum: sed non duę personę. Alia enim natura deus, & alia ille homo. Vt enim Augustinus dicit ad Felicianum, Aliud est dei filiū, aliud filiū hominis: sed nō alius. Idem. Filius dei de patre aliud, aliud de matre: sed nō alius. Ad illud qđ dicitur non assumpsisse personam, opponitur sic. Animam & corpus suscepit: sed hec sunt vna persona: igitur suscepit vnā personam. Quod ita soluunt quidam. Ista duo simul iuncta sunt vna persona: sed anteq̄ assumeretur a verbo, quia non erant simul iuncta, nec erāt vna persona. Illa enim assumendo vnuit: & vniedo assumpsit. Sed tamen potest opponi qđ anima est ra-

tionalis substantia & indiuidua natura (quę diffinitio est persona) igitur si assumpsit animam, etiam personam. Quod vtiq; sequeret si prius esset anima qđ assummeretur. Est namq; anima persona, sicut angelus. Quid enim est homo nisi anima habēs corpus? Sed ideo nō assumpsit personam: quia nō erat persona quod assumptit. Animam namq; creando assumpsit: & assumendo creauit. Eadem oppositio fieret sic. Filius dei hominem assumpsit: sed nullus homo est qui non sit persona. Quod satis cōcedimus: sed (vt diximus) non erat ille homo priusq; assumetur. Licet enim corpus esset prius, non tamen anima. Itaq; non assumpsit hominem qui prius esset: sed assumēdo creauit. Tamen non videtur concedendum, assumpsit aliquid quem hominem: sed simpliciter hominem. quod tamen sic probari posse videtur. Assumpsit hominem qui in cruce pēdit, qđ de spū sancto conceptus est: ergo aliquē. Hoc videt sophisticū esse vt istud aliud. In præterito anno vidī illū qđ est episcopus: ergo aliquem vidī episcopū. Sed quicquid in huiusmodi verborum controuersia concedatur: hoc indubitāter tenemus qđ non assumpsit personam. Vt enim dicit Augustinus, Cum de reb; cōstat, in verbis non est habenda cōtrouersia. Prædictę tamen quæstioni rursus potest istud adiungi. Si ideo non est persona assumpta, quia non fuit homo ille anteq̄ assumeretur a verbo: tunc ille homo ex quo fuit assumptus persona fuit. Et si homo a verbo assumptus persona est, cū ille sit vnitus verbo, persona est vnita verbo: & sic persona est vnita personę. quod non est ita concedendum. Non enim est alia persona homo assumptus a verbo: sed vna persona cum verbo. Legitur namq;: homo assumptus est in vnionē personę nō nature: quia nō est vna natura cū verbo, sed vna persona. Sicut enim aīa & caro est vnus homo: ita deus & homo vnus est Christus: quis multo maior vnio sit iter deū & hominē, qđ inter aīam & carnē. Maior namq; vnio est inter spūalē & spūalē naturā, qđ inter spūalē & corporalem potest esse. Deus vero est spūalis natura, & homo spūalis natura. Vnde tāta est vnio inter deū & hominem, vt deus dicatur

homo, & homo deus, sed nec anima dici-
tur caro, nec caro anima. Item: illa perso-
na Christus est verus deus & verus ho-
mo: sed nō potest dici, homo est caro, ho-
mo est anima. **H**omo est deus sic expo-
nit, i. vnit⁹ deo: deus est homo, id est vnit⁹
tus hominī. Quā expositionē ego nō im-
probo. Sed tamen mihi videtur q̄ plus in
istis verbis cōtineatur. Si em̄ nihil aliud
dicitur his verbis, homo est deus, nisi ho-
mo vnitus est deo: quare non potest dici
caro est anima, cū sit vnita animē vel ani-
ma est deus, cum sit vnita deo? Itaq̄ ideo
dicitur, homo est deus, deus est homo: q̄
ille idem qui est homo, est deus: & ille idē
qui est deus, est homo. Vnde Propheta.
Homo natus est in ea, & ipse fundauit eā
altissimus. Et in Ioanne. Nemo ascēdit in
caelum nisi qui descendit de caelo. Vt em̄
Gregorius dicit, Ipse temporalis ex ma-
tre, æternus ex patre: ipse qui fecit, ipse qui
factus est. **D**e hoc solet quæri, homo as-
sumptus est deus, vtrum sit concedendū.
Sed cum Augustinus dicat, homo assum-
ptus est vnigenitus dei filius: non video
qua fronte negari posset. Quidam tamen
eius negatiuam cōcedunt, homo assum-
ptus non est deus: id est humana natura
non est diuina. Et q̄ hunc sensum habeat
probant authoritate Hieronymi qui ait:
Verbum est deus, nō caro assumpta. Quę
authoritas nihil cōtra nos facit. Nullus
em̄ cōcedit hæc verba, caro assumpta est
deus, vel humana natura est deus. Licet
em̄ idē sit homo assumptus vel humana
natura: differentia tñ faciūt in modo di-
cēdi: sicuti deus nō est aliud q̄ diuinitas:
Et cū dicatur homo est deus: nō tñ dice-
tur homo est diuinitas. Hoc em̄ esset di-
cere, homo est diuina natura. Vt em̄ di-
cit Ambrosi⁹. Nō versibilitate nature, sed
vnione personæ & homo deus, & deus
homo.

Q Christus simul animā & car-
nem assumpsit. Ca. XVI.

Reterea hoc indubitan-
ter est credendū, q̄ non
prius carnē (vt quidā di-
xerūt) & deinde animā
assumpsit, sed simul vnī-
uit sibi verbū dei carnē
& animā. In hoc vero differre non inue-

nīrur sapiētes. Quidā dicūt q̄ caro illa
quā de Maria suscepit, quadraginta die-
bus formata sit: & ea iā formata. i. linea-
mēta hoīs habēte, verbū dei simul vnīuit
sibi & carnē ipsam & ipsam aīam. Et hoc
volunt habere ex autoritate Augustini
sup Ioānē. vbi dicit. Soluite templū hoc, **I**oan. 2.
& in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Dixerunt
ergo Iudei: Quadraginta & sex ānis &c.
Sup quē locū dicit Augustin⁹. Hic nume-
rus cōuenit perfectioni dñici corporis: q̄
vt dicit Physici, tot dieb⁹ forma huma-
ni corporis perficit. Alii volunt dicere q̄
vt primū separata est caro illa per spiritū
sanctū, habuit aliquā mēbroꝝ distinctio-
nē, sed adeo parua, vt oculis nō subiace-
ret: sed per illos quadraginta dies, de qui-
bus loquit Augustinus, perfecta & nota-
bilis fuit facta: & in iplo momēto separa-
tiōis carnē & animā suscepit. Et istis ma-
gis assentiūt authores. Gregorius. Ange-
lo nūciantē, & adueniēte spū, mox verbū
in vtero: mox intra vterū verbum caro.
Augustin⁹ in libro de trinitate. Nō esset
hominū & dei mediator: nisi idem deus
idem homo in vtroq̄ & verus & vnus
esset. Quam seruilem formam a solo filio
susceptā tota trinitas (cuius vna est vo-
luntas & operatio) fecit. Non autem in
vtero virginis prius caro concepta est, &
postmodum diuinitas venit in carnē: sed
mox vt verbum venit, in vtero (seruata
veritate propriæ naturæ) factum est ca-
ro & perfect⁹ homo: id est in veritate car-
nis & animę natus est. **D**e carne illa cui
vnitum est verbū quæritur vtrum prius
in Maria fuit caro illa obligata peccato.
Quod ita fuisse Augustinus dicit: sed in
ipsa separatione per spiritum sanctū mī-
data fuit, & a peccato & a fomite pecca-
ti. Mariam vero totam proflus a peccato
sed non a fomite peccati mūdauit: quem
tamen sic debilitauit, vt postea non pec-
casse credatur. Augustinus de natura &
gratia. Excepta sancta virgine Maria, de
qua propter honorem dei nullam pro-
fus cum de peccatis agit, habere volo
quæstionem: Inde enim scimus q̄ ei plus
gratiæ sit collatum ad vincendum ex o-
mni parte peccatū: q̄ concipere ac parere
meruit quē constat nullū habuisse peccatū.
Hac ergo virgine excepta, si omnes san-

Hic loqui-
tur scdm
cōm sui
tpis opī-
nionē, quo-
nōdū ecclē-
sia aliter
definierat
sentiendū

cti & sancta congregari possent: quid re-
sponderent nisi qd̄ Ioannes ait: Si dixerī-
mus quia peccatū non habemus, nosmet
iplos seducimus & veritas in nobis non
est. Sed si igitur caro Christi in Ma-
ria & in aliis de quib⁹ descendit, fuit ob-
noxia peccato: quomodo soluetur istud,
Leui decimatus est in Abraham, & Chri-
stus non est decimatus in Abraham? Qd̄
ita soluit Augustinus. Leui decimat⁹ est
in Abraham, quia inde per cōcupiscētiā
descendit: Christus non est decimatus in
eo, quia caro Christi non descendit inde
p̄ cōcupiscētiā. Sed nōne in Dauid & in
Maria p̄ cōcupiscētiā eadē caro descen-
dit? Non tamen caro Christi: quia hoc ef-
set dicere q̄ in Christum descēdisset per
concupiscētiā: qd̄ falsum est penitus.
Quidam volunt dicere q̄ sicut ante pec-
catum in Adam fuit illa particula mūda
& sancta: ita & post peccatum in ipso &
in omnibus successoribus recta linea vsq̄
ad Mariam seruata sit. Et hoc dicunt
N se a Gregorio habere. **Q** homo ille ab
ipsa conceptione plenus gratiæ & verita-
tis fuerit, & q̄ tantam habuerit sapiētiā
q̄ augeri non poterat: multæ authorita-
tes testantur. Hieremias. Nouū faciet do-
minus super terram: scēmina circūdabit
virtū gremio vteri sui. Quid est hoc, scē-
mina circūdabit virtū: nisi quia ab ipsa
conceptione perfectus homo secundū sa-
pientiam, licet non secundū quantitatem
corporis (vt voluerunt quidā) scilicet q̄
tantus in vtero quātus in cruce! Ab ipsa
enim cōceptione vnxit eum deus oleo le-
titia: p̄ participib⁹ suis. Sed ad hoc vi-
detur oppositum illud quod dicit in euā-
gelio. Iesus proficiebat atate & sapiētiā
apud deum, & apud homines. Sed potest
dici q̄ si non in se proficiebat sapientia,
proficiebat tamē in hominibus, qui scilicet
de sapientia eius proficiebant & me-
liores fiebāt. Sicut solet dici: proficit iste
in episcopatu suo: non q̄ aliquando sapiē-
tior fiat, sed quia bene instruit alios apud
deum & apud homines, id est ad hono-
rem dei & ad profectum hominū. Beda
super Lucam. Recte dicitur plenus sapiē-
tia, non per interualla temporū proficien-
do in sapiētiā qua semper plenus fuit ab
hora conceptiōis: quoniā in ipso (vt apo-

stolus ait) habitat omnis plenitudo diuī
nitatis corporaliter. **S**olet a quibusdā
quæri vtrū anima Christi sapiētiā oīm
rerum habuerit. Dicunt quidā q̄ non ha-
buit omnē scientiā nec omnia, scilicet quę
deus scit: qd̄ ita volunt probare. Anima
illa creatura est, sed in nullo æquat⁹ crea-
tura creatori: non ergo scit quicqd̄ deus
scit. Itē si anima illa cum deo æqualē ha-
bet sapiētiā, falsum erit deum in omni
bono maiorem habere sufficientiā q̄ ei⁹
creaturam. Item dicit apostolus. Sol⁹ spī
ritus dei scrutatur omnia etiam profun-
da dei: igitur illa anima non potest scire
omnia. Ad qd̄ potest dici: q̄ licet anima
illa vnita verbo dei sciat quicqd̄ verbū,
non tamen æquatur ei in scientiā, quia
illi inest per naturam illa scientiā, animę
per gratiā. Item quod opponitur, deus
in omni bono habet maiorem sufficientiā
q̄ creatura eius: hoc ibi dictū esse sciunt,
vbi aliud creaturę bonum a bono creato-
ris inuenitur, sed cum sapiētiā illi⁹ ani-
mæ non sit alia q̄ diuina sapientia, quo-
modo potest fieri comparatio? Indubita-
ter nāq̄ dicendum est q̄ alia sapiētiā q̄
diuina nō fuit in Christo. Si enim sapiē-
tia animæ Christi alia esset a diuina sa-
pientia, minor esset. Si minor esset sapiē-
tia illius animæ a sapiētiā dei: quomodo
illud totum comprehenderet? Minus er-
go sciuit homo ille q̄ deus. Ideo vt illam
veritatem firmiter teneamus q̄ illa ani-
ma nihil ignorauit, sed omnia sciuit: di-
cendum est q̄ non alia sapiētiā erat ani-
ma illa sapiens: sed in deo per naturā, in
illa anima per gratiā. **Q** autem dis-
cunt: solus spiritus dei scrutatur omnia:
magis facit contra eos: statim enim sup-
ponit apostol⁹. Nos autem spiritum dei
habemus, sed illa anima p̄ omnib⁹ spī-
ritum dei habuit. Contra prauitatem il-
lorum dicit Ioannes euangelista, Spirit⁹
aliis, ad mensuram datur: sed Christo nō
est ad mensuram datus. Sed cū in Chri-
sto sint duæ naturæ, videamus vtri sit
spiritus datus, an diuina: an humanæ.
Diuinæ non conuenit dari sed dare: est
ergo humanæ naturæ datus spiritus si-
ne mensura, sed vbi non est mensura nō
est terminus: igitur illa anima sciuit oīa.
Si enim quædam sciuit, quædam non: cū

1. Cor. 2.

Obiectio

1. Cor. 2.

Ioan. 3.

mensura sciuit: quia terminum habuit scientia eius. Fulgentius multa opponit contra illum errorem, asserens qd omniu rerum scientia habuit anima illa auctoritate apostoli: vbi ait: In quo sunt omnes thesauri sapientia & scientia dei absconditi. Ratione quoq; potest idem probari hoc modo. Nihil scit aliqs quod ei anima nesciat: sed hoc omnes concedunt qd Christus omnia scit: igitur anima eius scit omnia. Sed quis supradictis responderet: nesciant: adhuc tamen nobis opponunt. Si anima illa scit omnia quia unita est scienti omnia: ergo debet dici omnipotens, quia unita est omnipotenti. Ad hoc dici potest qd naturaliter anima est capax scientia: & illud ei collatum est sine mensura cuius ipsa naturaliter capax est, sed cum idem sit esse deum quod omnipotentem esse, non potuit illud conferri creaturae.

Quia Christus omnia infirma nostra praeter peccatum suscepit. Cap. XVII.

Rost supradicta videndum est qd dicit Leo Papa: Dominus nosster suscepit omnia infirmitatis nostrae praeter peccatum. Vt enim probaretur verum corpus habere, suscepit defectus corporis, famem, sitim &c. vt probaretur veram animam habere, suscepit defectus anima, scilicet tristitiam, timorem, & caetera huiusmodi. Hic potest opponi qd ignorantiam non habuerit: & tamen ignorantia non est peccatum: non ergo omnia nostrae infirmitatis suscepit. Ad quod potest dici qd sicuti concupiscentia peccatum est, & tamen post remedium sacramenti non imputatur nisi consentiat illi motui: ita ignorantia est peccatum: & tamen non imputatur nisi negligentia sit: de qua dicitur in apostolo. Qui ignorat ignorabit. Sed inuicibilis ignorantia non imputatur: est tamen (vt assignauimus) peccatum. Omne enim qd se parat inter nos & deum peccatum dicitur: sed per ista deo dissimiles sumus & ab eo recedimus: & ideo dicuntur pecca-

ta. Si opponitur qd non habuit poenitentiam: hoc non est aliquid inter omnia no Obiectio
stra infirmitatis. Quia tristitiam habuit & timorem, in euangelio habemus. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. & alibi. Coepit Iesus pauere & redere. Augustinus. Tristitiam sic assumpsit quomodo carnem. Si enim non fuit tristis cum euangelium dicit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem: ergo & quando dicit euangelium, Dormiuit, non dormiuit. Iesus ergo fuit tristis: sed voluntate suscepit tristitiam veram, Ambrosius. Suscepit ergo tristitiam meam, suscepit voluntatem meam. Confidenter tristitiam nomino qui crucem praedico. Inueniuntur tamen aliae T
authoritates quae videntur a saluatore tristitiam & timorem remouere, Hieronymus. Ne passio in illius animo dominaretur per passionem, coepit contristari. Aliud enim est contristari: & aliud incipere contristari. Item: Erubescat qui putant saluatorem mortem timuisse: & passionis pauore dixisse: Pater si potest fieri transeat a me calix iste. Augustinus. Infirmos in se praesignans ait: Transeat a me calix iste. non enim vere dominus patri timebat tertia die resurrecturus, cum aueret Paulus dissolui & esse cum Christo. Ad quod dicendum est qd est quedam tristitia & quidam timor, quae intantum dominantur animo & submergunt rationem vt hominem (dei contempto praecipito) ducant in peccatum: sicuti Petrus timore negauit. & de huiusmodi loquuntur auctores quando dicunt Christum non timuisse. Sed est quidam timor moderatus qui naturaliter inest omni homini, & sine peccato est, sicuti fames & sitis: & ille fuit in Christo, horruit quippe mortem. Est etiam notandum qd in Christo fuerunt duae voluntates. Dicit namq; Augustinus. Non est alia voluntas patris quam filii: & secundum illam voluntatem voluit Christus pati & mori, sicut & pater volebat. Sed & alia voluntas quae naturalis appetitus potest dici, cuius est nolle mori. Et iuxta voluntatem hanc dictum est: Non mea voluntas, sed tua fiat. Alibi. Non veni facere voluntatem meam: sed eius qui misit me patris, sed in eo semper praualuit volun-

tas rationis qua idem volebat cum patre. Quia duae voluntates fuerunt in Christo, habemus a metropolitana synodo, in qua fuit Macharius archiepiscopus damnatus: qui assererat in Christo non fuisse duas voluntates. Solet etiam quari vtrum aliquid orauerit vel desiderauerit quod non impetrauerit. Quidam volunt dicerent qd non sit exaudita illa oratio qua ipse orabar: Pater si fieri potest transeat a me calix iste: quia ex humana infirmitate illud orabat. Similiter voluit dicere qd ipse secundum humanum affectum voluerit salutem omnium. Vnde illud. In siti mea potauerunt me acetum: id est cum desiderare fidem illorum. Sed cum ipse dicit in Ioanne: non pro his rogo qui de mundo sunt: non videtur qd vnquam orauerit nisi pro saluandis. Non enim videtur conueniens qd eius oratio non fuerit exaudita: vel qd ipse aliquid orauerit quod patri sciret non placere, cum ipse omnia sciret.

X
Mat. 26
Psal. 68
Ioan. 17.

An Christus sit creatura. Cap. XVIII.

Y Quibusdam solet queri vtrum sit concedendum: Christus est creatura. Non videtur per se concedendum. Nam si creatura est, initium habet. Si habet initium, non fuit semper. Sed cum determinatione potest concedi: Christus est creatura secundum quod homo: quia secundum quod homo habet initium, nec tamen per se concedendum est, Christus habet initium. Ambrosius quoque multis argumentis probat aduersus Arium qd non sit creatura Christus, vel adoptiuus filius. Quis enim non filius dei per naturam secundum quod homo, quia non est eiusdem substantiae cum patre secundum quod homo: non tamen adoptiuus. Adoptiuus enim est qui cum prius esset non filius: adoptatur postea in filium, sed non prius homo ille quam filius dei fuit. Si ergo quaeratur a me: est Christus filius dei: concedam: sed cum determinatione. Christus secundum quod homo, est filius dei. Si dicatur: per naturam an per adoptionem: neutrum concedam, sed per unionem. Vnde

Z

apostolus. Qui praedestinatus est filius dei in virtute. Praedestinatio enim non secundum quod deus, sed secundum quod homo ei conuenit. De hoc dicit Ambrosius. Quicquid habet filius dei per naturam: A
habet filius hominis per gratiam. Solet Obiectio
let opponi. Deus est aeternus, immensus, immortalis: ergo homo ille aeternus, immensus & immortalis. sed homo ille ex tempore est mortalis & passibilis. Ad quod potest dici qd sicuti dicitur deus passus, mortuus, crucifixus: vnde apostolus, Dominus minimum gloriae crucifixus: & tamen deus in natura sua non potest mori, non potest pati, sed per unionem hominis dicuntur de deo haec omnia: ita & quae dei sunt dicuntur de homine illo per unionem verbi. Vnde propheta. Homo natus est in ea: & ipse fundauit eam. In Ioanne. Nemo ascendit in caelum nisi filius hominis qui de caelo descendit. Sed opponitur. Si homo ille aeternus est, ergo caret initio: quod falsum est, habet enim initium ex tempore. Sed non sequitur de homine si est aeternus qd caret initio: quia prima est figuratiua. Sicut non sequeretur: Deus crucifixus, moritur: ergo desinit esse vel viuere. Vt enim dicit Augustinus, videndum est quid de quo secundum quod dicitur. Quae etiam solet vtrum Christus habuerit fidem, spem, & caritatem. De caritate certum est: ipse enim ex caritate posuit animam pro fratribus. Quae spem habuerit, habemus in psalmo. Conserua me domine quoniam speravi in te. & in alio. In te domine speravi, quos psalmos exponunt auctores de Christo. Sed apostolus dicit. Spes quae videtur non est spes, quod enim videt quis, quid sperat? Christus autem omnia videbat. Sed illud dicit apostolus de spe secundum quod in nobis est. Quae fidem habuerit non est concedendum. Queritur autem an aliquid sibi meruit: certum est enim qd membris meruit. Quae sibi etiam meruit apostolus dicit, vbi ait. Propter quod & deus exaltauit illum &c. Et in propheta. De torrente in via bibit: propterea exaltauit caput. Meruit corpori suo & immortalitatem & impassibilitatem. Sed cum ipse innocens esset hoc totum debebatur ei: & ita non ex-

1. Cor. 2.
Psal. 86.
Ioan. 3.
B
Obiectio
Psal. 15.
Psal. 30.
Roma. 8.
Phil. 2.
Psal. 109.

D merito hoc habuit. Potest tamen aliquis mereri quod sibi deberetur: vt filius cui deberetur hæreditas patris, promeretur eã patri seruiendo. **Q**uæ animæ nihil promeruerit Christus multi dicunt: & quæ animæ eius nihil accreuerit: perfecte em̄ vt dicunt, beata erat: quia, vt Ioãnes dicit, **H**ęc est vita æterna, cognoscere te & quem misisti Iesum Christum. Gregorius quoque ita dicit: Nō habuit animæ Christi in quo proficere posset. Probari tamen hoc potest, quod etiã animæ promeruerit, & quod animæ accreuerit aliquid post passionem. Prius enim habuit timorē & tristitiam: sed post passionē nec tristari potuit, nec turbari. Accreuit ergo animæ illi impassibilitas vt iam pati non possit: quare non solum corpori sed & animæ promeruit glorificationem & impassibilitatem. Sed quod dicit Gregorius, Nō habuit animæ Christi in quo proficere posset: intelligendum est de sciētia & de dilectione. Non enim poterat augeri eius sciētia vel dilectio. Illud quoque sciendum est quod illius personę quæ est Christus, non est vna pars deus, & alia homo. Si, n. partes integrales esset illius personæ, tūc esset augmentata illa persona propter assumptionem hominem. Augustinus. Christus est vna persona geminæ substantię: nec tamen deus pars huius personę dici potest: alioquin filius dei anteq̄ formam susciperet non erat totus: & creuit cum homo diuinitati eius accessit.

L Solet quæri vtrū Christus peccare potuerit, Quod quidam volunt probare auctoritate illa. Potuit transgredi & nō est transgressus: malum facere, & non fecit. Sed hoc non putamus dictum de Christo: sed de sanctis hominibus. Item opponunt. Christus habuit liberum arbitriū: ergo in vtrāq̄ partem poterat flexi. Sed hoc non valet cum etiã angeli habeant liberum arbitrium: & tamen ita sunt confirmati per gratiam quod peccare non possunt. Sed multo magis credimus illū hominem deo vnitum per gratiam, confirmatum esse ab ipsa conceptione. Item opponunt. Ille homo poterat non esse verbo vnitus: & si non esset vnitus verbo, peccaret sicut alii homines: ergo potuit peccare ille homo. Sed hoc nō negamus quin peccare posset homo ille si non esset vnitus verbo: sed postquod fuit vnitus verbo, peccare non potuit. Si enim potuit peccare: & dānari potuit: quia peccatū sequitur dānatio. Sed quid absurdius quod filius dei (qui erat homo ille) dānari posset. Hic notandū est tres status esse hominis: & videndum est quid de vnoquoque susceperit dei filius. Primus status ante peccatum in quo fuit homo conditus. Secundus status ad quem per peccatum est lapsus. Tertius status ad quem post resurrectionem est inferendus. Primus status possibilitatem habuit moriendi, non necessitatem. Secundus status necessitatem moriendi habet: necessario enim moritur. Tertius status necessitatē moriendi non habet vt secundus: nec possibilitatem moriendi vel peccandi vt primus. De primo statu habuit mori Christus posse, vel posse non mori: sola namque voluntate mortuus est. Vnde & dicitur a quibusdam: Voluntate mortuus, voluntate mortalis erat, natura immortalis: quia cum esset sine peccato (quod est causa mortis) nūquā moreretur si vellet. De secundo statu habuit defectus istos, famem, sitim &c. De tertio statu habuit non posse peccare.

Potest quæri, cum posset Christus mori morte non illata ab aliis & in ea redimere humanum genus: quare voluit morte tali morte in qua facta est multorum dānatio, sicut Iudæ & aliorum? Vt nos traheret ad dilectionem sui. Quanto enim grauiorem mortem pro nobis sustinuit: tanto magis eum diligere debemus.

An in morte Christi separata fuerit diuinitas ab humanitate. Ca. XIX.

Rateo solet quæri, vtrum in morte separata sit diuinitas ab humanitate. Quidam volunt dicere quod a carne separata sit diuinitas, nō

ab anima: quibus non est credendum, cum dicat Leo Papa: Ex quo hominem assumpsit non deposuit. Et hoc omnes religiosi tenent, quod nec a carne nec ab anima separata est illa diuinitas post illam ineffabilem vnionem. Non enim est diuinitas bis incarnata: nec bis assumpsit carnem. Indubitanter ergo ex quo dei filius factus est homo, semper deus homo, & homo deus. Anima enim separata est a carne: sed diuinitas a neutro. Vnde & ita exponit Augustinus verba illa: Postestatem habeo ponendi animam meam & iterum sumendi eam. Non diuinitas animam deposuit: sed caro animam posuit in morte: & eam assumpsit in resurrectione. Item in libro ad Felicianum dicit Augustinus. Sicut in sepulchro carnem suam non deseruit, sic in vtero virginis eam cōsuecudo formauit. sic ergo non discedente vita mortuus est, sic passus est non pereunte vitæ potentia. Erat enim vno atque eodem tempore totus in inferno, totus in celo. Erat apud inferos resurrectio mortuorum: erat super caelos vita viuentium. Vere mortuus, vere viuus: in quo & mortē susceptio mortalitatis excepit: & vitam diuinitas seruata non perdidit.

Opponitur. Si dei filius non est separatus ab homine in ipsa morte, ergo tunc non desit homo esse: sed homo mortuus non est homo: nec igitur tunc erat homo. quod quod frivolum sit manifestum est. Ita enim posset dici: modo nō est homo: quia non est animal rationale & mortale, quod penitus falsum est. Cum enim dicebant hoc etiã Philosophi: homo mortuus non est homo, vel non est animal rationale mortale: loquebantur de homine secundum hunc statum. Item opponitur. Si tunc erat homo: vel mortalis vel immortalis. sed mortalis non, quia mortuus: immortalis nondum, quia post resurrectionem tantum. Ad quod nos satis concedimus quod tunc nec mortalis, nec immortalis. Obiciunt tamen auctoritatem Anastasii, hanc scilicet: Maledictus qui hunc totum hominem, id est animam & corpus quod assumpsit de nouo assumptum vel liberatum post tertium diem a mortuis resurrexisset non confitetur. Fiat fiat. Ad quod dicimus Anastasium loqui contra illos qui negabant eius resurrectionem: & putabant quod in morte detineretur ille, qui soltis inter mortuos liber. Et ideo dixit hominem de nouo assumptum, id est liberatum a morte. Item Ambrosius super illud: Clamauit voce magna dicens: Deus deus meus quare me dereliquisti? Clamat homo separationem diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas mortis libera sit, vtrique mors esse nō poterat nisi vita discederet: quia vita est diuinitas. Sed Ambrosius intellexit diuinitatem separari ab homine illo per hoc quod morti exposuit hominem illum: sicut in psalmo, Quare me dereliquisti, id est morti exposuisti: non quod derelictus sit, vel ab eo diuinitas separata sit. Videbatur enim derelinqui a deo vel diuinitas discedere: cum non ostenderet eum defendendo suam potentiam.

Explicitus est primus tractatus de tribus virtutibus theologalibus, fide, spe, & caritate: & de sacratissima trinitate, de fide incarnacionis verbi.


SEQVI
tur tractatus secundus de creatione & statu angelicæ naturæ. Cuius sūt capita.

- De creatione rerum & precipue angelorum. Cap. I.
- De statu angeli in principio creationis eius. Cap. II.
- De statu angelorum statim post creationem eorum. Cap. III.
- De excellentia luciferi ante lapsum & peccata post lapsum. Cap. IIII.
- De ordinum distinctione. Cap. V.
- De missione angelorum. Cap. VI.

Obiectio

Obiectio

De creatione rerum & praecipue angelorum.
Caput. I.



Extractatis partibus fidei adiciendum videtur de prima rerum creatione. Cum Plato dixerit tria esse principia: materiam, formam, & principium: fides catholica vnu principium credit esse omnium rerum, deum scilicet cuius bonitas omnium rerum causa fuit. Cum enim summe bonus & perfecte beatus aeternaliter esset: voluit aliquos esse participes suae beatitudinis. Et quia non potest eius beatitudo participari nisi per intellectum, & quanto magis intelligitur tanto magis habetur: fecit rationalem creaturam ut intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur: & ea hoc modo distincta, ut pars in sui puritate permaneret, scilicet angeli: pars corpori iungeretur

ut anima. **Q**uæritur cur ita factum sit: cum maioris dignitatis esset anima si in sua puritate & simplicitate permanisset. Ad quod potest dici quod licet anima dignior esset sine corpore: tamen corpori voluit deus eam sociari, ut in humana conditione ostenderet nouum exemplum aeternae vniuersionis: quae est inter spiritum & deum. Videbatur enim creaturae quod non posset vniri suo creatori. Sed cum spiritus (qui excellentior creatura est) tantum infimae creaturae sicut est corpus in tanta dilectione vnatur, ut non possit coartari ad hoc ut velit eam relinquere: patet spiritum creatum eodem modo tam summo bono vniri posse. Ideo etiam animae sunt associatae corporibus: ut in eis domino famulentur, & verum & summum bonum promereantur. **C**um itaque in angelos & homines distincta sit rationalis creatura: primum de angelis agendum videtur, de quibus considerandum est quando creati fuerint: ubi facti fuerint: quales etiam facti fuerint. Quaedam auctoritates videntur velle quod ante omnem aliam

creaturam facti sunt angeli. Vnde illud, Prior omnium creata est sapientia: quod de Ecclesi. angelis dictum est. Cui videtur contrarium quod dicitur in Genesi. In principio creauit deus caelum & terram. Si enim haec in principio creata sunt: nihil ante caelum & terram factum est. Et in propheta. In initio tu domine terram fundasti. Quare dicendum videtur quod simul creata sit & angelica creatura & corporalis. Vnde illud Salomonis. Qui viuunt in aeternum creauit omnia simul: ad est spirituales & corporales naturas. Et ita non prius tempore creati sunt angeli quam illa corporalis materia quatuor elementorum. Tamen prima omnium creata est sapientia: quia si non tempore praecedat, tamen dignitate. Hieronymus tamen in epistola ad Titum aliud videtur sentire dicens: Sex milia necdum nostri temporis implentur anni: & quantas prius aeternitates, quanta tempora, quanta saeculorum origines fuisse arbitrandum est: in quibus angeli, throni, dominationes seruiuerunt deo, & absque temporum vicibus atque mensuris deo iubente substituerunt: Cui auctoritati quidam adhaerentes dicunt cum mundo tempus coepisse: quoniam non fuit mutabilitas ante mundum: & tamen fuisse angelos astruunt immutabiliter & eternaliter. Nos tamen quod dictum est prius, magis approbamus: & quod Hieronymus dicit, ex dictis Origenis fuit: nec asserendo dictum est sed dubitando dixit, inquirendo quanta aeternitates & c. arbitrandum est prius fuisse & c. **U**bi facti fuerunt quaeritur. Et videntur auctores velle eos fuisse factos in caelo. Vnde in euangelio. Videbam Sathan sicut fulgur de caelo cadentem. Nec appellamus hic caelum firmamentum quod secunda die factum est, sed caelum empyreum: id est splendidum quod statim repletum est angelis: illam scilicet superiorem partem usque ad quam machina illa elementorum adhuc indistincta porrigebatur. Simul enim (ut diximus) creati sunt angeli & illa corporea materia. Vnde Augustinus exponit ita locum illum. In principio creauit deus caelum & terram: caelum, id est angelos: terram, id est corpoream machinam, in

caelium superiori parte facti sunt caeli, id est angeli. Sed si in caelo erant, quomodo legitur in Esaiam diceret Lucifer: Ascendam in caelum, ponam sedem meam ad aquilonem: & ero similis altissimo! Sed ibi vocat caelum sublimitatem diuinitatis. Ascendam in caelum, id est ad aequalitatem deitatis.


De statu angeli in principio creationis eius. Cap. II.

Rinde restat videre quales facti fuerint. In prima conditione tria videntur esse attributa: essentialia indiuisibilia & immaterialia, & ideo indifferens per rationem naturaliter insitam: intelligentia spiritualis: liberum quoque arbitrium: quo poterant sine violentia ad vtrilibet propria voluntate deflecti.

Questio. **S**olet a quibusdam quaeri vtrum boni an mali, iusti an iniusti, beati an miseri creati sunt. Eos fuisse bonos in primo exordio creationis constare debet, id est sine vitio. Non enim creator optimus auctor mali poterat esse. Sed nec iusti nec iniusti tunc fuerunt: nec aliquam virtutem tunc habuerunt. Est enim omnis virtus meritum, & omne meritum ex libero arbitrio: sed liberum arbitrium semper est ad futurum & non est ad praesens & praeteritum. Quod enim est non potest tunc esse: & quod non est non potest tunc esse: & ideo in potestate liberi arbitrii non est. Non igitur erat liberi arbitrii ut tunc essent boni, quod tunc erant ex creatione: vel mali, quod non erant: sed in posterum tantum. Sicut aliquis sedens in potestate habet ut stet: sed non tunc, non enim potest ut tunc stet: sed in futurum. Et ideo dicimus eos in principio creationis non habuisse aliquam virtutem vel iustitiam: nisi acciperemus virtutem naturalem: ut ratio, ingenium & huiusmodi. Nec possumus dicere quod iniusti essent: quia sine vitio erant. Et cum essent sine vitio, erant non miseri: cum poena non praecedat culpam. nec tamen beati: quia non sunt creati in beatitudine sed ad beatitudinem. Si tamen aliqua auctoritas dicat eos in ipsa creatione iustos vel iniustos vel beatos fuisse, beatitudinem vel iustitiam vo-

cat illum statum sine miseria & sine vitio. **O**pponitur a quibusdam hoc modo. Si in principio creationis non habuerunt virtutes & beatitudinem, tunc fecit deus eos imperfectos: sed non deicit eis qui summe potens est & perfecte beatus aliquid facere imperfectum. Sed potest dici quod erant perfecti: quoniam habebant quod quid habere debebant. Dicitur namque per eum tribus modis secundum tempus, secundum naturam, & vniuersaliter perfectum. Secundum tempus perfectum quod habet quicquid tempus requirit & continet secundum tempus haberi: & hoc modo angeli erant perfecti. Secundum naturam quod habet quicquid debitum est vel expedit naturae suae ad glorificationem: & hoc modo perfecti post confirmationem fuerunt angeli, quomodo & erunt sancti post resurrectionem. Vniuersaliter & summe perfecti est cui nihil deest: quod est solius dei.

De statu angelorum statim post creationem eorum. Cap. III.



Vales fuerint angeli in creatioe iam diximus. Statim autem post creationem quidam sunt conuersi ad creatoris sui: quidam auersi. Conuersi ad deum, fuit diligere: auerti, odio habere. In conuersis quasi in speculo lucere coepit dei sapientia, quae ipsi illuminati sunt. Auersi excecati sunt: nec relaxit in illis diuisa sapientia: quae auersi sunt a lumine, tanquam speculum a facie videntis. Sed illis stantibus & istis ruentibus discretus deus lucem a tenebris. lucem fecit & discretus: quia quod boni erant donum fuit. Tenebras non fecit, sed discretus ab eis lucem. Et ita angeli prius creati: vnde dictum est: In principio creauit deus caelum, id est angelos, deinde formati, quando scilicet ad creatorem sunt conuersi. Vnde dictum est. Fiat lux. **S**ed quaerendum est vtrum aliquid colatum sit istis post creationem per quod diligerent! Quod ita est, scilicet cooperans gratia: sine qua non potest proficere rationalis creatura. Eadem enim cadere per se potest: sed proficere

Objectio

Questio

non potest nisi gratia cooperante. Vnde videri potest q̄ non sit imputandum illis q̄ ceciderunt. sine gratia enim cooperante proficere non poterant: sed illa nõ est data. nec culpa eorum fuit q̄ non est data: quia in eis nulla culpa adhuc præcesserat. Ad quod potest dici q̄ quib⁹ data est gratia illa. non fuit data ex merito. quia adhuc nullum erat meritum: sed q̄ aliis non est data. eorum culpa fuit: non quæ præcessit tẽpore. sed in causa: quia sicut gratia in illis est causa meriti. & tamen tẽpore non præcessit meritũ ipsũ: ita in istis culpa fuit causa ex iudicio dei iusto gratia non daretur. & tamẽ hoc non tempore præcessit illud: quia cũ deo omnia sint presentia. non eger alicuius testimonio. Vt primũ aliquis peccat iuste potest eum iudicare. non post sed si mul: q̄ si placet differre. misericordia est. Illorum culpa in hoc potest considerari: quia licet sine gratia cooperante (quam nondum acceperat) non possent proficere. tamen per id qd̄ eis collatum erat ex gratia creatrice. poterant non cadere. Nihil enim in eis erat qd̄ ad hoc eos cõpellet. Et si non declinassent propria voluntate: qd̄ aliis datum est. daretur & istis.

Questio **Q**ueritur vtrum aliqua mora fuerit inter creationem eorum & casum? Ad qd̄ potest dici q̄ non fuit mora: & tamen illud prius. istud posterius. sed sine intervallo. Nõ enim semper fuerunt mali. vt quidam dicere volunt pro illa auctoritate. Ab initio homicida fuit: & in veritate non stetit. Sed non dicitur in initio hoc fecit: sed ab initio id est statim post initium. & in veritate non stetit: id est non permãsit si in ea fuerit. Homicida potest dici suĩpsus. quia & ipse appellatur homo: vt. Inimicus homo hoc fecit. Vel vt Augustinus exponit. ab initio. id est ex quo homo fuit. homicida fuit: quia eum per inuidiam in mortem præcipitavit. Item dicit Augustinus super Genesim. Non frustra putari potest ab initio temporis diabolũ superbia cecidisse. nec fuisse antea vllum tempus quo cum angelis sanctis pacatus vixerit & beatus: sed ab ipso primordio creaturæ apostatasse. q̄ vt ait domin⁹. non stetit ab initio ex quo ipse creatus est: qui staret si stare voluisset.

set. Quę authoritas supradicto modo potest exponi.

De excellẽtia Luciferi ante lapsum. & pœna post lapsum.

Cap. III.



Ynter eos qui ceciderunt vnus fuit excellẽtiõs oĩbus aliis: & non solũ illis qui ceciderunt. sed & aliis omnibus eum fuisse excellentiorem videntur authores velle. Quẽadmodũ Iob dixit. Ipse est principium viarum dei. Et in Ezechiele. Tu signaculum similitudinũ plenus scientia & perfectione decoris in deliciis paradisi. Qd̄ sic exponit Grego. Quanto in eo subtilior est natura: tanto in illo imago dei similis insinuat expressa. Itẽ in Ezechiele. Omnis lapis preciosus operimentum eius: id est omnis angelus operimentum eius: quia vt dicit Gregorius. In aliorum comparatione ceteris clarior fuit. Vnde appellatus est lucifer: quia non vnus ordo sed vnus spiritus putandus est. Quia vt dicit Isidorus postq̄ creatus est absq̄ aliquo intervallo profunditatem suę scientiæ perpendens in suum creatorem superbiuit. & vt dicitur in Esaia. deo æquari voluit dicens: In cœlum conscendam. super astra cœli exultabo solium meum: & ero similis altissimi. Similis esse voluit: non per imitationem. sed per equalitatẽ: & non solũ equalis. sed etiam q̄ superior esse voluit videntur authoritas illa velle: Extollitur supra omne qd̄ dicitur aut qd̄ colitur de⁹. Et quia contra creatorem suum intantum superbiuit. deiectus est in istum caliginosum aerem cum omnibus illis qui ei consenserunt: & hoc ad nostri probationem. vt sint nobis admniculum exercitationis. Non est eis concessum habitare in cœlo. quę est clara patria: nec in terra. ne homines nimis infestarent: sed in aere caliginoso qui est carcer eis vsq̄ in diem iudicii. Tũc enim detrudẽtur in barathrũ inferni secundum illud: Ite maledicti in ignẽ eternũ qui præparatus est diabolo & angelis eius. Et sicut maioris scientiæ sunt vel minoris. ita habent maiores vel minores prælationes: quia quidã vni prouinciã. quidã vni hominũ. quidã vni

vitiõ presunt. Vnde dicit spiritus superbie. spiritus luxurię. De hoc autẽ dubitatio est vtrum modo omnes in isto aere sint vsq̄ in diem iudicii: an aliqui eorum in inferno sferiori sint: quod de auctoritate non multum certum habemus. Quidam tamen volũt dicere q̄ lucifer qui plus ceteris peccauit. statim il luc demersus sit: & etiam qdã ex aliis. Origenes etiam dicit q̄ illi qui a sanctis iuste & pudice viuẽtibus vincuntur: non habent potestatem amplius tentã di alios. sed statim illic demerguntur: quod satis verisimile est. Origenes. Puto etiam sane q̄ sc̄ti repugnãtes aduersus illos tẽtatores & vincẽtes minuunt exercitũ demonũ velut q̄ plurimos eorũ interimãt: nec vltra fas sit vllũ sp̄m q̄ ab vllõ sc̄to caste & pudice viuẽdo victus est. iterũ impugnare alium hoĩem. Sciedũ quoq̄ est q̄ boni angeli ita sũt cõfirmati p̄ gr̄am q̄ peccare nõ possũt: mali autẽ ita obfati p̄ malitiã q̄ bonũ facere nõ pũt. Ad hoc oppõit q̄ libere arbitriũ hũt: ergo in vtrãq̄ pte pũt flecti. Sed inde non dicitur liberũ arbitrium. vt in loco suo ostẽdem⁹. sed libere. i. voluntarium: & boni nõ necessitate cogente sed libera voluntate a malo abstinent: similiter & mali a bono. Citem opponitur de hoc quod Hieronymus dicit. Solus Deus est in quem peccatũ cadere non potest: cetera cum liberi arbitrii sint in vtrãq̄ partem flectere voluntatem suam possunt. Sed qualr hoc intelligendum sit. ex his verbis Isidori conicere possumus. Angeli mutabiles natura: immutabiles gratia. Vnde videtur concedẽdum: Boni angeli possunt peccare ex sua natura: id est eorum natura nõ ad hoc repugnat. nec tamẽ cõcedendum est. boni angeli possunt peccare. sed potius non possunt peccare. id est gratia per quam sunt confirmati ad hoc repugnat. Et q̄q̄ mali sint per malitiam obstinati. tamẽ viuacem sensum non amiserunt: Quia vt dicit Isidorus triplici acumine scientiæ vigent: subtilitate naturæ. experientia temporum. reuelatiõ superiorũ potestaturũ. Augustinus. Spiritibus malis qdã vera de rebus. rebus nosse pmittunt. partim sensus subtilitate. partim experientia temporum callidiorẽ ppter tam magnam longitudinem vitę: partim a sanctis angelis qd̄ ipsi ab omnipotẽte deo discũt & iussu eius sibi reuelantibus. Aliquãdo autem idẽ nefandi sp̄s etiam quæ ipsius auctoris sunt velut diuinãdo prædicunt. Queritur vtrum presc̄ii fuerint sui casus. Sed si suum casum presc̄ierunt: aut vitare noluerunt. & ita stulti & maligni erant ante casum: aut vitare voluerunt. sed non potuerunt. & ita erãt miseri anteq̄ caderẽt. Propter hæc incõuenientia dicit Augustinus super Genesim. eorum sui casus nõ fuisse presc̄ios. De ordinũ distinctione. Caput quintum.



Dost supradicta videndũ est q̄ scriptura nouẽ ordines angelorũ testat esse in pluribus locis. Et inueniuntur in istis ordinibus tria terna esse: & in vnoquoq̄ tres ordines. vt trinitatis similitudo in eis præ aliis creaturis impressa videatur. Sũt enim tres ordines superiores. tres inferiores. tres mediũ. Superiores: Seraphim Cherubin. Throni. mediũ: dñatiões. potestates. principatus. inferiores: virtutes. archangeli. angeli. Hic igitur videndum est quid appellemus ordinem: & vtrũ ab ipsa creatiõe fuerit illa distinctio ordinũ. Ordo angelorũ dicitur multitudo celestium sp̄ualium q̄ intra se præ aliis in aliquo dono assimilant: vt Seraphim q̄ præ aliis ardent caritate. Seraphim enĩ interpretat ardẽs. Cherubin q̄ præ aliis i sc̄ia eminet. Cherubin nãq̄ interpretat plẽtudo sc̄ie. Throni interpretat sedes. Throni ergo vocant q̄ vt Gregori⁹ ait) q̄ tãta diuinitatis gr̄a replent: vt i eis sedeat de⁹: & p eos iudicia sua decernat. Dñatiões q̄ præ præcipatũ trãscẽdũt. Præcipat⁹ vocant q̄ sibi subiectis dũ q̄ sũt agẽda disponũt: eis ad explenda diuina mysteria præcipiãt. Prætes q̄ hoc potẽti⁹ ceteris i suo ordine accersit. vt virtutes aduersẽ eisq̄ subiecte earũ resrenẽt præte ne hoĩes tẽtare valeãt q̄tũ desiderant. Virtutes dicunt p quos signa & miracula frequẽti⁹ fiunt. Archãgeli q̄ maiora nũciãt. Angeli qui

minorā nūnciant. Et quia maius donū est caritas q̄ scientia: ideo superior ceteris ordo a digniori nomen accepit. Item maius est scire q̄ iudicare. Scientia nāq̄ informat iudicium. Sic & de aliis colligi potest per singula: & ita secundū excellentiam donorum, assignatur excellentia ordinum. Et tamen sicut Gregorius ait: illa dona omnibus sunt cōmunia. Omnes enim ardent charitate, & scientia pleni sunt: sed q̄to superiores, tanto excellentius pre aliis ea possident. Gregori⁹. In illa summa ciuitate quisq̄ ordo ei⁹ rei nose cēset: quā i munere pleni⁹ accepit. **Hic orit̄ q̄stio hu iusmodi.** Si quisq̄ ordo plenius possidet donum illud a quo nominat̄, tunc Cherubin in scia p̄minet oib⁹: sed qui magis diligit plus cognoscit, (Tantū enī cognoscit q̄tū diligit de⁹) igit̄ Seraphim nō solū in caritate, sed etiā in scientia p̄minet. Vñ quidā sic exponūt auctoritatem illam. Eius rei nomie ordo quisq̄ censetur: quā in munere plenius accepit. Plenius nō ad omnes, sed ad inferiores intelligitur. Vel nos possumus dicere q̄ illa cōparatio fiat non ad angelos sed ad alia dona. Sicut enī i hoib⁹ cū idē habeat plures virtutes: tñ vnā plen⁹ aliis: vt Iob patietia: Dauid hūilitate: ita & i angelis. Vñ sic exponi p̄t illa auctoritas: Eius rei nomine cēsetur quam in munere plenius accepit. Non plenius aliis angelis omnibus: sed aliis donis. **Hic restat inquirere vtrū ordines isti a creatione sui fuerint.** Qd̄ ita fuisse constat: cum auctoritas dicat de singulis ordinibus aliquos cecidisse. Sed ex alia parte non potest dici q̄ tūc caritate arderent. Non ergo videtur q̄ tunc esset Seraphim. Ad hoc potest dici q̄ quis in principio creationis non arderent caritate: tamen in hoc erat ille ordo discretus ab aliis, quia ad diligendum habilior ceteris erat. Sicut enim videmus in corporibus q̄ in natura sua quadam sunt aliis magis solida & firma, magis etiam aliis munda & clara: sic & in illis spiritualibus naturis conuenientes eorum puritati & excellentię & i essentia & in forma differentię gradus in ipso conditionis ex-

ordio potuerunt esse, quibus alii superiores alii inferiores. Superiores quā natura magis subtiles: inferiores quā natura minus subtiles, & sapientia min⁹ perspicaces conditi sunt. Sed istas discretiōes inuisibiles inuisibilium solus ponderare potuit: qui omnia in numero & pondere & mensura fecit. **Quæritur an omnes eiusdem ordinis pares sunt & æquales.** Quod quibusdam visum est. Sed illud non potest stare cum scriptura dicat luciferum cunctis aliis excellentiorem: quem constat fuisse de ordine supremo, & tamen in ordine illo ceteris fuit excellentior. Sicut enim omnes virgines vnus ordinis sunt, & tamen alius excellit alium in virginitate: sic & in angelis potest esse. Legim⁹ q̄ decimus ordo de hominibus impleri debeat. Malī enim angeli cum de singulis ordinibus caderent, fecerūt vnū ordinē: quia in malitia similes: licet i proprie in eis dicatur ordo. Et ille decimus ordo (vt scriptura dicit) de hominibus restauratur. Sed cum Gregorius dicat assumendos esse homines in ordines angelorum: quidam in ordinē superiorum qui scilicet magis ardent caritate: quidam in ordinem inferiorū qui scilicet minus perfecti sunt: non videtur q̄ decimus ordo de hominibus fiat, sed nouem tantum remaneant. Ad quod potest dici q̄ secundum conuenientiam donorum quam habet cum angelis dicunt assumēdi in ordines angelorū: sed scdm naturā quā hnt differētē ab illis, aliū ordinem dicunt factū. **Et quis de hoib⁹ restaurē qd̄ lapsū est in angelis** (p̄pt qd̄ ait apls: p̄posuit de⁹ instaurare oīa i xpo q̄ sunt i celo & q̄ in terris) nō tñ intelligēdū est q̄ solūmodo p̄pter illos q̄ ceciderūt factus sit hō. Licet enī āgel⁹ nō cecidisset: hō nō min⁹ fact⁹ eēt. Vñ Gregorius dicit q̄ nō sūt hoies electi iuxta nūm̄ eorū q̄ ceciderūt: sed iuxta eorū nūm̄ q̄ p̄māserūt. Gregori⁹. Quia supna ciuitas ex angelis & hoibus cōstat, ad quā tantos humani generis credimus cōscēdere, q̄tos illic cōtigit angelos remansisse: sicut scriptum est. Statuit terminos gētiū iuxta numerum angelorū dei.


M
N
Questio.

P
Questio

Q

R
Ephē.

De missione angelorum. Cap. VI.



q̃ illud peccatũ grauius omnibus aliis fuerit: cum legatur. Qui peccat in spiritu sancto, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Sed illud peccatũ primis parẽtibus postea fuisse condonatum dicunt auctores. Augustinus in libro de baptismo paruulorum. Sicut illi primi homines postea iuste viuendo, vnde merito creduntur per domini sanguinẽ ab extremo liberati supplicio: non tamen illa vita meruerunt ad paradysum reuocari: sic & caro peccati etsi remissis peccatis homo in ea iuste vixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti quã traxit a propagine peccati. Ad hoc quod dixim⁹ in Adam fuisse omnes, solet sic opponi. Sic omnes qui descenderunt a Chain in Adam fuerunt, per illam substantiam quam accepit Chain in primis parentibus sibi extiterunt: sed in illa particula quẽ in Chain fuit propagata nõ tot atomi fuerunt quot homines ab eo descenderunt: vnde non videtur verũ q̃ substantia vnus cuiusq̃ fuerit in primo parente. Ad quod potest dici q̃ quãuis illa particula primum fuerit valde parua, tamen nulla substantia exteriori in eam transeunte augmentata est & facta est magna: tanta scilicet quãta in resurrectione erit. Fomentum enim habet a cibis: sed non transeunt cibi ipsam humanam substantiam, quod ita probari potest. Puer qui ea moritur die qua nascitur, illa natura resurget quã habiturus erat si viueret vsq̃ ad plenam etatem nulla egritudine vel vitio corporis impediẽte. Vnde apparet q̃ etiam si viueret non aliunde sumerentur partes illius substantię: sed in se augmentarentur sicut costa de qua facta est mulier, & sicut quinq̃ euãgelici panes. Nec tamen negamus quin cibi & in humores & in carnem transeant: vnde quidã hoies grossiores sunt q̃ debeat: sed illa superfluitas non erit in resurrectione, quia non est de veritate humane nature. Veritas humane substantię dicitur quod in primis parentibus fuit: & illud solum in resurrectione erit. Sed illę partes quẽ de cibis sunt, & in quas transeunt,

Rom. 5.

Phil. 2.

Z

C
Obiectio.

canq̄ superflua deponentur.

Quid sit peccatum originale.
Caput. XI.

Dinceps inquirendum est quid dicatur originale peccati, & quare originale dicatur. Quodam dicunt quod originale peccatum sit debitum quo tenentur omnes pro peccato primi hominis: quia pro illo omnibus debetur poena eterna nisi per gratiam liberentur. Isti dicunt quod originale peccatum non sit peccatum: Sed si scriptura quandoque vocat illum peccatum: astruit quod ibi peccatum pro poena peccati accipitur: Et sicut pro peccato parentis quandoque exulant filii secundum iustitiam seculari: ita ex iustitia dei omnes tenentur rei pro peccato illo. & ita secundum istos in anima pueri nullum peccatum est. Quia dicunt ipsi: si anima pueri nunquam peccauit, non est in ea peccatum: & tamen concedunt quod in ea est originale peccatum, quia tenetur debito peccati. Sed plane contra apostolum loquuntur isti: cum apostolus dicat. Per inobedientiam unius, peccatores constituntur multi. Ecce quod apostolus vocat eos peccatores antequam regenerentur: sed si tantum esset poena & non culpa in istis, (ut ipsi aiunt) non peccatores essent. Item dicit apostolus. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Aliud peccatum quod intravit: aliud ipsa poena que innuitur in verbis apostoli. Alii dicunt quod originale peccatum sit inobedientia: & hec inobedientia in omnibus est antequam renascant. Sed non videtur quod puer inobediens sit: quia nihil unquam fuit ei imputatum. Et qui nondum potest ratione uti: quomodo aut obediens aut inobediens potest dici? Inobedientia namque voluntatis est ut obediens: sed peccatum originale non est voluntarium. His itaque omnis dici potest quod originale peccatum est concupiscentia mali & ignorantia boni. Unde Augustinus in libro de correptione & gratia. Sunt omni homini ista duo poenalia: ignorantia & difficultas, Ex

ignorantia error, ut probet falsa per veris: Ex difficultate cruciatus: ut resistere & torquente dolore carnalis vinculi non possit a libidine temperare. Sed potest opponi. Quum anima pueri nondum aliquid velit vel nolit: quomodo concupiscentiam mali habet? Vitium est in ea non actus, quod probatur: cum venerit ad annos discretionis, tunc concupiscit malum & dimittit bonum.

Similiter opponitur: cum nondum aliquid quid debeat scire, quomodo ignorantiam habet? Sed sicut in oculo ceci in nocte vitium cecitatis est, sed non apparet, nec discernitur inter videntem & cecum nisi luce veniente: sic & in puero vitium est, sed nondum apparet, sed veniente tempore in quo deberet bonum concupiscere, malum ignorare, ignorat bonum & concupiscit malum. Item opponitur. In baptismo remittitur peccatum originale, sed post baptismum remanet concupiscentia mali & cetera: & ita non videtur quod in baptismo remittitur peccatum originale. Sed ut dicit Augustinus: licet remaneat concupiscentia post baptismum, non tamen ad reatum: quia his qui renati sunt non imputatur, sed hoc est remitti peccatum originale, non imputari. Licet enim concupiscentia carnis sit in baptizato: tamen non imputatur ei nisi eat post concupiscentias, quod si fiat non iam originale sed actuale est. Augustinus de nuptiis & concupiscentia. Ex hac carnis concupiscentia (que licet in regeneratis iam non reputatur in peccatum) quecumque nascitur proles obligata est originali peccato, & paulo post. Dimittitur concupiscentia carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut peccatum non imputetur, hoc est enim non habere peccatum, non esse reum peccati, Ite. Quo modo alia peccata preterierit actu & remanent reatu, ut homicidium & similia: ita & e contrario fieri potest ut concupiscentia pretereat reatu, & remaneat actu. Ecce ex his auctoritatibus patet concupiscentiam mali esse peccatum originale: sub qua continetur ignorantia boni, quoniam ex ea est. Nisi enim precessisset concupiscentia mali, non

F
obiecchio

esset sequuta ignorantia boni. Et inde est quod quandoque reperimus in sacra scriptura pluraliter peccata originalia, quia diversa sunt ignorantia boni & concupiscentia mali: quandoque singulariter reperimus peccatum originale: quia, sicut diximus, unum istorum ex altero est. Unde & sub eo vel in eo continetur.

De ratione originalis peccati.
Caput. XII.

Hoc videndum est quare dicatur illud peccatum originale. Ideo scilicet quia ab origine trahitur: id est, a parentibus quando generatur aliquis traducit ipsum peccatum. Unde David. In peccatis concepit me mater mea. Hic potest opponi hoc modo. Cum aliquis generatur, sola caro a parentibus propagatur: quoniam (ut superius diximus) anime non sunt ex traduce: etiam in ipsa propagatione carnis nondum infunditur anima (ut philosophi dicunt) sed iam effigiatore corpore, id quod Moyses in Exodo manifestissime ostendit dicens: Si quis percusserit mulierem pregnantem & abortivum fecerit, si adhuc informatum fuerit multabitur pecunia: quod si informatum fuerit, reddet animam pro anima, formatum intelligit iam animatum. Quod si in ipsa propagatione transmittit a parentibus peccatum originale: videtur quod in eo sit peccatum originale quod propagatum est, sed illud adhuc inanimatum est, & omne peccatum animatum est: quomodo ergo in illo semine peccatum poterit esse sicut enim virtus in anima, ita & omne peccatum. Ad quod potest dici quod non solum anima obnoxia est vinculo originalis peccati, sed etiam caro: non quod sit in carne illud peccatum: sed ex corruptione carnis illud contrahit anima. Nisi enim caro in concupiscentia traduceret: illo peccato anima non teneretur. Unde inveniuntur quod Christus non habuit carnem peccatricem sed similem carni peccati: quia illa caro non ex concupiscentia viri de matre fuit propagata, sed operatione spiritus sancti. Ceteri habent carnem peccatricem: non quod in carne sit peccatum, sed

causa peccati. Augustinus de fide ad Petrum. Dum sibi inuicem vir & mulier miscentur ut filios generent, sine libidine non est parentum concubitus: & ob hoc filiorum eorum ex carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus, ubi peccatum in paruulos non transmittit propagatio sed libido. Apparet itaque quod in ipsa conceptione transmittatur peccatum originale: quia nisi conceptio sic fieret in carne, anima ex carnis unione concupiscentiam non contraheret. Si quaeratur quid sit illa corruptio quam in carne diximus esse, utrum peccatum sit an non? Potest dici peccatum, id est poena peccati, scilicet sicut solem accipere peccatum culpam: sed ipsa peccatum non dicitur. Sed quod in carne corruptio peccati sit, per effectum potest sciri: ut in vase scitur esse vitium per hoc quod reddit vinum acidum. Item solet queri: cum parentes alicuius baptisimum mundati sunt a peccato originali: quomodo potest filius contrahere peccatum illud? Quod Augustinus in libro de baptismo paruulorum his similitudinibus ostendit. Quo modo preputium per circumcisionem auferitur, manet tamen in eo quem genuerunt circumcisi: quo modo & palea que humano opere tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu qui de purgato tritico nascitur: Ita peccatum quod mundatur per baptismum, manet in eis quos genuerunt baptizati. Item in eodem. Ex hoc enim gignit quod adhuc vetustum trahit, non ex hoc quod in nouitate promouit eum inter filios dei. Non enim generant parentes filios suos secundum generationem illam qua de nouo sunt nati: sed potius secundum eam qua carnaliter & ipsi primum sunt generati. Præterea solet queri quare iustitia teneatur peccato illa anima innocens a deo creata, cum non sit in potestate eius illud vitare. Non enim est in potestate liberi arbitrii illud vitare vel non, cum nondum vtriusque libero arbitrio, & cum non sit prius in corpore illo quod sit obnoxia illi peccato. Quod ita solunt quidam. Ideo anima illa (quod quis ex traduce non sit, sed nouiter a deo creata, & munda) rea est illius peccati: quia cum infunditur corpori, inuenit illud corpus aptum & idoneum

K
Questio

ad peccandum, & in hoc delectatur, & ex hac tali delectatione contrahit peccatū illud. Sed si hoc esset, non originale sed actuale dicitur deberet. Si enim ex delectatione est hoc peccatum, non est alienum sed propriae voluntatis: cum Augustin⁹ & alii vocent illud alienum. Augustinus in libro de baptismo paruulorum. Manifestum est alia esse vniciq; propria peccata in quibus si tñ peccauerunt quorū sunt peccata: aliud illud vnū in quo oēs peccauerunt. Itaq; dicendum putam⁹ occultam esse dei iustitiam qua illius peccati anima tenetur rea, qđ non est in potestate sua vitare, & qđ ipsa propria voluntate non commisit. Vt enim apostol⁹ dicit, Incomphensibilia sunt iudicia dei, & inuestigabiles vię illius. Solet etiam queri vtrum voluntarium sit an necessarium illud peccatum. Sed qđ non sit voluntarium constat per supradicta. Iterum si dicatur necessarium, nō debet imputari. Et ideo voluit dicere quidā qđ nec necessarium nec voluntariū. Propheta tamen dicit, De necessitatibus meis erue me domine. Vnde non videtur absurdum qđ dicatur necessarium. Si quis iterum querat: cum deus qui facit animam ipsam immaculatam, sciat eam ex corpore maculam contrahere peccati, & quandoq; ante baptismū separātū iri morte ab ipso corpore, & sic damnari, qđ eam corpori coniungit? Respondemus hoc idem qđ superius: scilicet occultam Dei iustitiam esse. Solent quidam sic opponere. Cum anima in corpore creet, nec prius sit in corpore qđ in illo peccato teneatur: igitur cū primū est, maculam peccati habet. Itaq; nunq; talis est, qualis creatur a deo. Creatur namq; a Deo innocens: sed nūq; innocens est cum sit maculata cum primū est creata. Sed dicendum qđ Deus creat eam mundam, id est ex creatione nullam maculam habet: & ita talis est quantum ad creationem, qualem creat eam deus. Semper est enim bona & mūda quantum ad creationē. Propterea solet queri an sint omnes animę ex creatiōe equales: an sint alię aliis excellentiores: sicut & in āgelis fuit? Et videtur pluribus qđ ex ipsa creatione vna sit habilior ad intelligendū & ad memoriter retinendū qđ alia: quod sa-

ris probabile est. Opponit: qđ si decedat a corpore ante baptismum equalem habet poenam: si statim post baptismum equalem habent coronam: & ita videtur qđ in ipsa creatione indifferētes sint. Sed sicut nos iam diximus in tractatu liberi arbitrii, ea quę sunt ex ipsa creatione, vt ingenium, memoria, nec plus nec min⁹ beatum constituunt, vel poena dignum faciunt.

De peccato actuali.
Caput. XIII.



Ostē de originali peccato dixim⁹, adiciendum videt de actualibus: de quibus primum videndum est qđ non imputantur posteris iuxta illud

Ezechielis. Non vltra erit istud prouerbiū in israel. Patres nostri manducauerunt vnam acerbam: & dentes filiorū obstupuerunt. Anima quę peccauerit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatē patris. Ad hoc videtur contrarium quod dicitur in Exodo. Ego reddo iniquitatē patris in filios vsq; in tertiam & quartā generationem iis qui oderunt me. Sed sic cut Hieronym⁹ dicit, hoc dictum est de filiis imitantibus patrū mala: qđ inuuit per finem illius authoritatis, iis qui oderunt me. Si enim filius non imitat peccata patris: nō inde punietur. Opponit Si de imitantibus illud intelligendū est, quare solūmodo vsq; in tertiam & quartam dixit, cum omnes qui imitantur peccata parentum in qualibet generatione sint, illis teneantur? Quod ita sancti solent. Ideo dictum est in tertiam & quartam: quia vsq; ad quartā magis solet euenire vt filii imitentur facta parentum: cū adhuc eis nota & velut presentia sint. Augustinus de temporalī poena illud exponit: quia in vltione parentum puniuntur sape filii temporaliter pro peccatis parentum, vt cæci nascantur, vel claudī post ortū fiant, vel quauis alia poena afficiantur. Sed in futuro (sicut apłs ait) vnusquisq; onus suum portabit. Hieronymus super Ezechielem dicit in nobis esse quasi patrē suggestionē carnis, filiiū primum impulsū cogitationis ad peccatum: & hæc est prima proles. Nepos, si decreuerit facere vel opere compleuerit. Pronepos, si non solum fecerit qđ malum est: sed etiā in suo scelere gloriatur. & hæc est quarta generatio, non qđ tres præcedant generationes: sed dicitur quarta a primo motu (qui est quasi pater) posita. Deus ergo primum & secundum filium, scilicet cogitationes (sine quibus nullus esse potest) non punit ad damnationem: sed tertiam & quartam generationem, quę sunt peccata ad mortē. Ad probationem cuius rei qđ scilicet primus motus non punietur: Cham peccatē dum irideret nuditatem patris: non ipse qui iri sit, sed filius sententiā suscepit. Maledict⁹ (ait) Chanaā seruus erit fratrum suorū. Quę enim iustitia est vt pater peccauerit & in filium sententia proferatur: nisi fieret propter huiuscemodī significatiōnem?

De peccato in generali.
Caput. XIII.



Signauimus differentiā inter originale & actualia peccata, nunc indifferēter de peccato dicendum est. de quo hæc quatuor inquirenda sunt: qđ sit causa peccati, quid dicatur peccatum esse & quare, & in quibus modis dicatur fieri. Causa enim omnis peccati est voluntas a deo deficiens. Augustinus. Omnium bonarum rerū causa est dei bonitas: malorum vero causa, est deficiens a deo & mutabilis voluntas, prius angeli deinde hominis. Si queratur quid sit peccatū vel malum: potest responderi: nihil, iuxta illud. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Vt enim dicit Augustinus, malum nihil aliud est qđ priuatio boni. Itaq; malum nō est aliquid, sed alicuius priuatio. Quicquid enim est vel opus dei est, vel opus hominis imitantis deum. Quod peccatum nō sit opus dei manifestum est: nec opus hominis imitantis deum, quia per peccatum recedit a deo. Illud enim potest dici opus imitantis deū: quod operando nō recedit a deo: vt domum & similia. Quod si subtiliter vo-

luntus hæc pensare, potest dici qđ quicquid est, opus dei est. Operatur nāq; deus duobus modis, quādam per se, sicut naturalia: quādam per seruos suos, sicut artificialia. Cum ergo per seruos suos illa faciat: constat eum & ipsa facere. Vnde potest dici qđ quicquid est, opus dei est: sed malum dei opus non est: nec igitur aliquid est. Sed malum cū nihil sit, quomodo potest bonum corrūpere? Augustin⁹. Abstinere a cibo non est aliqua substantia: & tamen substantia corporis si omnino abstinetur a cibo languescit & frāgitur. Sic non est substantia peccati: sed deus substantia est, & verus cibus rationalis creature. Sed cum malum dicatur priuatio boni, videndum est cuius boni. Ad quod videndum est qđ bonum differenter dicitur. Deus est summū bonum: cuius essentia bonitas est. Idē est ei bonū eē qđ esse. Itaq; sicut non potest non esse, cum ipse careat principio & fine: sic nō potest non esse bonus, cum essentia eius bonitas sit: & ideo hui⁹ boni nulla potest esse priuatio. Creaturæ dicuntur bonæ participatiōe: & ideo possunt priuari a bono suo. Et sicut sunt duę creature, spiritalis & corporalis: ita duplex bonum creaturæ. Aliud nāq; bonum est spiritalis creature: aliud corporalis. Bonum spūalis creature maxime consistit in duobus, in cognitione veritatis, & in amore virtutis. Bonū corporeę creature est, vel in ipsa, vel extra ipsam. Bonum in ipsa, integritas est sensuum & affectionum secundū quinque sensus: bonū extra ipsam, ordinata distributio in creaturis. Quod enim hæc corrumpuntur vel emendantur, pro homine est: & quicquid bonum est vel malum, homini bonum est vel malum. Triplex itaq; est bonum hoīs, aliud extra ipsum, quod scilicet est in creaturis: aliud in ipso. Et quod in ipso, aliud in anima aliud in corpore. Et ita triplicia sunt mala. Vniuersaliter enim cuiuslibet boni priuatio malum dicitur: siue illius boni quod est in anima, siue illius quod est in corpore, siue illius quod est in creaturis. sed cum vnū quodq; istorum malum sit, aliud est culpa, aliud est poena & nō culpa, aliud nec culpa nec poena, sed ad poenā. Illius nāq;

Rom. ii

Psal. 24.

L

M

Gene. 9.

Eze. 18.

Exo. 34.

O


Gala. 6.

R
Questio
Ioan. ii

boni quod in anima est, corruptio & peccatum est & culpa. Boni siquidem huiusmodi incorruptione viuimus deo: corruptione elongamur a deo. Sicut diximus in duobus precipue bonum anime consistit: quæ sunt cognitio veritatis & amor virtutis. Cognitionis corruptio ignorantia potest dici. De qua apostolus: Qui ignorat ignorabitur. Amoris corruptio, cupiditas: quæ est radix omnium malorum. Et quæto magis crescit hæc ignorantia & cupiditas: tanto magis bonum animæ corrumpitur, & secundum hoc anima dicitur corrumpi. Cum anima enim sit substantia incorporea, secundum substantiam sui non potest corrumpi: sed secundum bonum quod participat.

Questio **¶** Hic potest quæri in quo amplius corrumpi potest anima, postquam caret illis duobus cognitione scilicet veritatis, & amore virtutis. Cum enim non sit ibi nisi substantia ipsa & vitium, sicut in demonibus vel in malis hominibus: cum iterum peccant cuius boni dicitur corruptio ipsam peccatum. Aliud bonum ibi non est nisi ipsa natura quæ deformata est: sed ipsa non potest corrumpi secundum essentiam, quia simplex & incorporea est: nec virtus in ea est quæ possit corrumpi. Vnde ergo priuari potest? Oculi namque postquam se mel priuatur visione: non potest amplius priuari. Ad quod potest dici quod quanto magis diligit iniustitiam: tanto magis priuatur iustitia, non amittendo iustitiam quam non habet, sed habilitatem recuperandi eam, quæ utique bonum est. Quanto enim iniustior: tanto magis a iustitia recedit, ita & in aliis. Sicut aliquis infirmus quæto magis infirmatur, tanto magis sanitate priuatur: non amittendo sanitatem quam non habet, sed quia ab ea amplius elongatur. Illa etiam bona naturalia quæ adhuc habet anima ut ratio, ingenium, memoria, & cetera: tanto amplius deteriorantur & obtenebrantur: quæto magis anima peccatis deformatur.


In qua natura sit peccatum,
Caput. XV.



Nunc dicendum videtur in qua natura peccatum dicatur esse, utrum in spirituali, an in corporali, an in utraque. Sed ut iam diximus non qualibet corruptio boni peccatum est: sed illius boni tantum quod est in spirituali natura. Apparet itaque quod in sola spirituali natura culpa vel peccatum potest esse: nec negamus quin etiam in corporea natura malum sit. Vnde in prophetis. Non est malum in ciuitate quod dominus non faciat. Sed malum vocatur peccatum, non culpa: ut infirmitates & homines. Et cum natura omnis bona sit siue corporalis siue spiritualis: consistat non esse malum nisi in bono. Vnde Augustinus. Nullum est quod dicitur malum si nullum sit quod dicitur bonum, nec malum potest esse nisi ubi est aliquid bonum. Item Augustinus. Quid est malum nisi mala natura? quia homo natura est: & si homo aliquid bonum est quia natura est, quid est malum nisi malum bonum: sed bonum quia homo, malum quia iniquus. Qui ergo dicit quod malum est hominem esse, aut quod bonum est iniquum esse, incidit in illud. Vnde is qui dicit bonum esse malum & malum esse bonum. **¶** Hic videndum est utrum mali actus debeant dici peccata an non: Quidam dicunt quod omnes indifferentes sint: ut nec boni nec mali dicantur quantum ad se: sed dicitur bonus actus, quia sit bona intentione, malus quia mala intentione. Ut occidere hominem zelo iustitiæ bonum est, ex odio malum est: per se nec bonum nec malum. Vnde Ambrosius. Affectus tui operi tuo nomen imponunt. Cui sententiæ sic opponitur. Si omnis actus indifferens est, tunc adulterari & peierare actus indifferentes sunt: sed isti actus non possunt nisi mali esse: igitur non omnis actus est indifferens: Quod ita ipsi soluit. Adulterari & peierare, non tantum actum notant sed & vitium: & ideo quæuis hæc non sint indifferentia, non tamen minus actus ille scilicet agere cum muliere & iurare indifferentes sunt. Itaque secundum actum istos non sunt peccata. Nec ideo dicitur occidere hominem malum actus, quia peccatum est: sed quia mala intentione peccat: sic & in aliis. Sane tamen potest dici quod malum actus peccatum sit sub hoc sensu: occidere

hominem peccatum est, id est actus peccati. Duo enim (ut Augustinus dicit) considerantur in peccato: actus & reatus. Actus in opere, reatus in voluntate. Ut in hoc peccato quod homicidium est reatus est ipsa voluntas, vel vitium voluntatis: quæ manente homo reus est siue sit actus siue nondum fuerit, siue iam præteritus fuerit: & utrumque appellatur homicidium consuetudine loquendi & vsu scripturæ: nec duo sunt peccata, vel duo homicidia, sed vnum & idem, licet diuersis modis scilicet voluntate & actu. Duobus namque modis malum dicitur, substantiue & adiectiue. Ipsa corruptio vel priuatio boni quæ sit in anima non solum mala est, sed etiam ipsum malum est, id est malitia, ut iniustitia & similia. Actio dicitur mala non quod sit ipsum malum, sed mali exhibitio.

Qui sint modi peccandi,
Caput. XVI.



Vobis autem modis peccatum committitur (ut dicit Isidorus) cupiditate & timore: dum quis vel vult adipisci quod concupiscit, vel timet ne incurrat quod metuit. Item homo peccat in se, in deum, in proximum. Illud quod fit in deum dicitur delictum: ut perisurium, indigna participatio sacramentorum: quæ peccata dicuntur in deum fieri, quia in istis maior contempus dei est. Alia quæ sunt in nos & in proximum: non delicta sed peccata dicuntur. Delictum quoque appellatur, quando relinquimus facere quod iubemur: peccatum quando facimus quod prohibemur: & tamen indifferenter alterum pro altero ponitur. Item ut dicit Gregorius, septem sunt vitia capitalia. hæc scilicet: superbia, inuidia, ira, acedia, vel tristitia, auaritia, gula, luxuria. De istis quasi septem fontibus omnes animarum corruptiones emanant. Nec dicitur hæc capitalia quod maiora sint aliis, cum alia eque magna sint vel maiora, sed capitalia quæ

bus oriuntur omnia alia. Nullum enim est quod ab aliquo horum non sit exortum. Superbia est amor propriae excellentiæ. Nec vitium est quod excellenter amamus, sed quia illud quod bonum est scilicet excellentia, participatione usurpare nobis contendimus, quasi singulari possessione. Et superbiæ sunt quatuor species superbiæ, ut Gregorius dicit. Prima est cum homo bonum quod habet sibi attribuit: Secunda, cum credit a deo esse datum: sed tamen pro suis meritis: Tertia cum se factat habere ea quæ non habet: Quarta cum cæteris despectis singulariter vult videri. Hæc vltima species vicinior proxima diabolo: qui præ cæteris omnibus angelis voluit esse. Ex superbia primo loco nascitur inuidia: quæ est odium alienæ felicitatis. Cum enim superbus videat proximum in eodem loco æqualiter vel præ se exaltatum, incipit inuidere illi. Et inde ex leui iniuria incitatur ad iram erga proximum. Ira est interni doloris impatiencia. Ita tria omni interiori bono hominem spoliant. Tria enim sunt diligenda: deus, proximus, nos ipsi. Superbia tollit deum: Inuidia proximum, Ira seipsum. Deinde Deinde sequitur acedia, id est metis confusio siue interna tristitia. Et quia mens humana sine aliquo gaudio viuere non potest, amisso interiori euagatur ad exteriora: quod facit auaritia, quæ est immoderatus amor habendi. Et cum iam delectatur exterioribus, prius delectatur vitio quod est proximum natura scilicet gula. Inde luxuria quæ est libidinosus voluptatis appetitus. Superbiæ supponuntur cetera non quod de illis prædicetur: sed post eam ponuntur ut matrem aliorum. Est enim superbia initiū & radix omnium malorum. Sed iterum legitur, Cupiditas radix omnium malorum: non itaque superbia radix omnium malorum. Ad quod potest dici quod in superbia est auaritia: cum superbia sit amor propriae excellentiæ. Ut enim Augustinus ait, Quid auarius illo cui deus non sufficit? Vel potest dici superbia radix omnium malorum, id est malorum affectionum: Cupiditas vero omnium malorum radix, id est affectionum malorum.

Quae sit differentia inter dona & virtutes: & quae sint septem dona spiritus sancti. Ca. XVII.



Contra illa septem virtutes sunt virtutes quas pariunt septem dona spiritus sancti. Inter dona autem & virtutes haec est differentia quod dona sunt primi motus in corde, quasi quaedam semina virtutum iactata super terram cordis nostri: virtutes quasi seges quae ex ipsis confurgunt. Sunt enim effectus donorum habitus quidam confirmati iam boni. Et dicuntur septem dona septem spiritus.

Apoc. i.

Vnde in Apocalypsi. Vidit Ioanes septem spiritus discurrentes ante thronum dei. Spiritus dicuntur, i. aspirantes vel aspirationes quae praecedunt virtutes: & sunt dona solimodo & non merita. Virtutes sunt & dona & merita. In illis operatur deus sine nobis: in istis operatur nobiscum. Ex timore qui est initium sapientiae, nascitur humilitas: ex spiritu pietatis mansuetudo nascitur: & ita per singula quae numerantur ibi. Beati pauperes spiritu &c.

Matt. v.

B

Timores quatuor.

Sed hic videndum est quod quatuor sunt timores, ut Augustinus inquit, Seruilis, mundanae, initialis, filialis. Seruilis est cessare a malo pro poena ab homine instanti, retenta tamen voluntate mali. Mundana est cessare a bono propter poenam quae timetur ab homine: ut in Petro fuit. Et est poena timor diuini, timere deum propter poenam vel presentem vel gehennalem. Si timet deum propter poenam sine dilectione boni: languor est & poenae tormentum habet: quod scilicet malorum est & seruilis est timor iste. Si autem timet ad iuncta iocunditate boni: initialis est, & hic timor est initium sapientiae: quoniam homo incipit sapere & gustare deum ubi timor & spes se inuicem comitantur. Vnde legitur. Timor non sine spe est: & quanto plus bona voluntas crescit, id est caritas, tanto magis timor poenae decrescit. Si vero sola sit dilectio: filialis fit & castus: qui permanet in saeculum saeculi. Itaque constat quod timor initialis non est sine caritate: non dico perfecta sed inchoatiua. Vnde

de Ioannes in epistola sua dicit. Perfecta caritas foras mittit timorem, scilicet initialem. Vbi innuit quod licet nondum perfecta, tamen est caritas in timore initiali. Seruilis & mundanum timorem prohibet Christus dicens. Nolite timere eos qui occidunt corpus tantum, animae vero non habent quid faciant. Post de initiali timore subiungit dicens: sed cum timere qui potest animam & corpus in gehennam mittere. Quae non praecipiet nisi in eo caritas (tamen si nondum perfecta) esset. Et est notandum quod aliquando in diuina scriptura iste timor appellatur seruilis quod seruilis sit affinis: quia utrobique timore poenae cessatur a malo opere: sed hic timor cessare facit a malo opere & non a voluntate: iste vero & opere & voluntate. Beda super parabolas dicit quod uterque timor cessabit in futuro. Cui videtur contrarium quod dicit psalmista. Timor domini sanctus permanet in saeculum saeculi. Sed potest sic exponi quod dicit Beda, uterque timor cessabit, i. uterque effectus timoris. Effectus initialis timoris est timere puniri. Effectus filialis est timere separari. Vnde Augustinus. Timor castus gratis amat: non timens puniri sed separari. Non enim timet perfecti puniri gehennali poena: sed separari in praesenti per aliquam culpam. In futuro vero nec puniri nec separari timebunt: & tamen erit ibi timor scilicet reuerentia. Duo enim in ipso deo attendent, maiestatem & pietatem: ex maiestatem reuerentia, ex pietate dilectio. Itaque maiestatem timebunt, id est ei cum reuerentia subditi erunt. Solet queri vtrum in Christo uterque timor fuerit. Quod filialis timor in eo fuerit constat, Reuerentiam enim deo exhibebat secundum humanitatem. Initialis (ut quidam dicunt) non fuit in eo. De illo quippe dicit Ioannes in epistola. Perfecta caritas foras mittit timorem. Sed quis dubitat Christum summe perfectam habuisse caritatem? Item timor initialis timor est gehennae: sed Christus non timuit gehennam cum esset immunis ab omni peccato. Vnde certus erat quod illae poenae nullomodo comprehenderet eum. Sed opponit quod Esaias enumerat septem dona fuisse in Christo dicens: **Obiectio**

1. Ioan. 4.

Matt. 10.

Psal. 18.

1. Ioan. 4.

Esai. 4.

D

Esai. 4.

Requiescet spiritus sapientiae super eum & intellectus spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & spiritus timoris domini. Sed ut dicitur, quod est membrorum attribuitur Christo. Non enim habuit Christus illud donum in se: sed in corpore suo. Item opponit eis quod in Christo plenitudo omnium donorum fuit: igitur & in Christo istud donum fuit. Quod ipsi ita soluunt. Non habuit Christus in se singula dona cum non habuerit poenitentiam pro peccatis, quae quoddam donum est: & plenitudinem donorum omnium habuit, quia ei nihil ad perfectionem defuit. Sed si timorem initialem vel poenitentiam seu alia consimilia (quae etsi dona sunt, imperfectorum tamen sunt) habuisset, sine dubio non perfectionem darent, sed vite perfectae initium tantum facerent. Aliis videtur quod in Christo fuerit illud donum quod est timor initialis: nec tamen concedendum est: in Christo fuit timor initialis. Timor namque domini vnum donum est de illis septem, non duo: sed duos effectus habet. Secundum vnum effectum dicitur initialis, secundum alterum castus & filialis: & secundum hunc effectum fuit in Christo. Fuit igitur in Christo illud donum quod est in aliis timor initialis, & non tamen fuit in Christo timor initialis, quia non secundum effectum illum habuit Christum timorem. Sicut sunt duo quorum vnum fide imperfectam habet, aliud perfectam & constantem: vnam tantum dicitur eos habere fidem, vnam virtutem: nec tamen inde sequitur: si habent eandem, & iste imperfectam, igitur & ille perfectam. Et istud probabilius videtur quam quod prius diximus. Quidam concedunt haec verba. Christus habuit timorem initiale & gehennam timuit, & tamen certus erat quod non posset eum comprehendere. Ut si aliquis in magna turri positus timeret praecipitium ex quodam horrore, quibus certus esset quod non rueret.


Explicitus est tractatus tertius de creatione & statu humanae naturae.

SEQVI

tr. tractatus quartus de sacramentis in generali: & de praecipuis diuinis. Cuius haec sunt capita,

De sacramentis in generali	Cap. I.
De sacramentis legalibus	Ca. II.
De praecipuis primae tabulae	Ca. III.
De quatuor primis praecipuis secundae tabulae	Cap. III.
De quinto praecipuo secundae tabulae	Cap. V.
De sexto & septimo praecipuis secundae tabulae	Cap. VI.
De dilectione proximi	Ca. VII.
De dilectione dei	Ca. VIII.

De sacramentis in generali. Caput primum.



Contra peccata Etiam originalia quam actualia (de quibus iam diximus) inuenta sunt sacramentorum remedia de quibus haec tria consideranda sunt: quid sit

sacramentum, quare institutum, & in quibus consistat. Augustinus. Sacramentum est factae rei signum. Idem. Sacramentum est inuisibilis gratiae visibilis forma. ut in sacramento baptismatis figuratur ablutio interior per illam exteriorem & visibilem. Vnde quodque enim sacramentum eius rei similitudinem debet habere cuius est sacramentum. Vnde Augustinus. Si enim sacramenta quaedam similitudinem earum rerum quarum sacramenta sunt non haberent: omnino sacramenta non essent. **Obiectio** Opponitur quod praedicta definitio non solum competat sacramentis, cum & ante sanctificationem hoc congruat aquae: ut sit visibilis forma inuisibilis gratiae: quia sicut aqua auferuntur sordes corporis, ita per gratiam sordes animae. Sed ut solis sacramentis competat, sic intelligendum est. Sacramentum est visibilis forma inuisibilis gratiae in eo collata: quam scilicet confert ipsum sacramentum. Non enim est solummodo factae rei signum: sed etiam efficacia. Et hoc est quod distat inter signum & sacramentum: quia ad hoc ut sit signum non aliud exigitur nisi ut illud significet cuius perhibetur

signum, non ut conferat. Sacramentum vero non solum significat, sed etiam confert illud cuius est signum vel significatio. Iterum hoc interest: quia signum potest esse pro sola significatiōe quæ careat similitudine: ut circulus vini: sed sacramentum non solum ex similitudine significat, sed etiam ex similitudine representat. Sicut enim iam diximus sacramentum debet habere aliquam similitudinem eius rei cui dicitur sacramentum. Sciendum quoque est quod sacramentum appellatur quandoque in sacra scriptura res sacra & mystica: sicut sacramentum incarnationis. Deinde videndum est quare sacramenta instituta sunt. Tria sunt propter quæ instituta sunt: propter eruditionem, humiliationem, exercitationem. Propter eruditionem: quia cum homo ante peccatum haberet cognitionem veritatis & tunc sine medio posset deum videre, per superbiam excacatus est: & ut ad cognitionem redeat necessaria sunt hæc visibilia per quæ eruditur mens ad intelligenda inuisibilia. Propter humiliationem: quia cū rationalis creatura tantæ dignitatis esset ut non ipsa sibi bonum esset sed id solum quod est summum bonum (cū aliis rebus hoc quod sunt sit bonum suum ut lapidi ligno): ut illud obtineret ante peccatum non aliud oportebat nisi ut desideraret: quia si desideraret cognosceret bonum suum esse: si autem sciret suum esse bonum, sciret illud melius se esse: quia quicquid est bonum alicui extra ipsum melius est eo. quod si sciret melius se esse: subiliceret se ei & hoc desiderio haberet illud. Quia tantæ libertatis est rationalis natura, ut nunquam possit bonum illud habere nisi volens. unde ipsa sola in iudicium venit. Sed quia per superbiam illud bonum amisit: per humilitatem recuperare oportet. Sed non sufficit in hoc solo humiliari ut subiiciatur deo: quia & hoc ante peccatum debebat, post quod plus facere oportet. Et ideo sunt instituta sacramenta ut non solum deo subiiciamur, sed etiā inferiori naturæ: ut in istis querat homo salutem sed non ab istis. Magna enim humilitatis exhibitio, in istis visibilibus & homine multum inferioribus salutem querere. Propter exercitationem sunt instituta, quia

cum homo non possit esse sine exercitatio ne, ut remoueretur a mala exercitatio ne, & superflua, & exerceret se in bona: instituit deus sacramenta & eorum certa loca, ut in ecclesia audiat missa & ibidem sacerdoti confessio fiat, & similia. Tria sunt genera exercitationum: unum ad edificationem anime pertinet, secundum ad corpus fouendum, tertium ad anime subuersionem. Primum indixit: medium coeclit: vltimum prohibuit. In tribus consistit sacramentum, rebus, factis, dictis. Rebus: ut sunt aqua, oleum, & similia. Factis, ut sunt submersio, sufflatio. Dictis, ut est invocatio trinitatis. Hic potest queri: cum in istis sacramentis precipue hominis salus consistat: quare ab initio non fuerit constituta ut ab initio esset sacramentum baptismi, sacramentum confirmationis &c. Ad quod potest dici quod sicut paulatim creuit per interualla temporum agnitio fidei: ita congruebat ut tunc obscura essent sacramenta: non quia veritas in lucem venerat, manifesta. Cum enim circumcisio & baptismus signa sint eiusdem gratie intus a peccato liberantis: manifestius hoc in baptismo significatur quod abluit totum corpus, quam in circumcisione que vnus partis tantum pelliculam auferbat. Itaque ab initio mundi, & in tempore naturalis legis, & in tempore scripturæ legis contra peccata & originalia & actualia, fuerunt sacramentorum remedia. Primum sacrificia: ut hostia Abel, Noe, et aliorum delictum. Postea non solum sacrificia: sed etiam circumcisio, que fuit tempore Abraham imperata. Gregorius in moralibus. Quod apud nos valet aqua baptismi: hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificii, vel pro iis qui de stirpe Abraham prodierunt mysterium circumcisionis. Sed cum pro paruulis sacrificia offerrentur: quomodo verum erit quod dicit Gregorius sola pro paruulis fides? Ad quod potest dici quod per sola, non excluduntur sacrificia: sed dicitur sola fides, id est nuda & in mysterio velata tunc fuisse in paruulis, id est in iis quibus non erat reuelatio facta futura incarnationis. Pro maioribus virtus sacrificii: quia perfecti quibus reuelatum fuerat mysterium incarnationis virtutem sacrificiorum intelligebant: quid

L scilicet significarent illa sacrificia. Circumcisio Abraham imperata fuit: quæ octaua die fiebat & lapideis cultris. In carne preputii ideo iussa est fieri: quia in remedium instituta est contra originale peccatum quod a parentibus contraximus propagati in concupiscentia, quæ in parte illa magis dominatur. Et significabat circumcisio carnis circumcisionem mentis: qua mundatur anima a vitis. Octaua die ideo fiebat quod per octauam significatur resurrectio, que erit post hanc vitam quæ voluitur septem diebus: & ibi erit perfecta circumcisio quando liberabitur caro a seruitute corruptiois. Duplex itaque erat res illius sacramenti: circumcisio a peccatis quæ est in anima: & circumcisio a peccato & ab omni poena peccati que erit in resurrectione, & in anima & in corpore. Constat itaque tres esse circumcisiones. Prima est sacramenti: & due sunt res illius sacramenti. Cultri lapidei Christum significant. Unde Apostolus. Petra autem erat Christus: qui scilicet tollit peccata mundi. De mulieribus autem queritur quod remedium contra originale peccatum haberent. Respondetur: Fidem, oblationes, & sacrificia. Solet queri etiam de paruulis qui moriebantur ante octauam die quod remedium haberent, vel verum damneretur. Beda videtur dicere quod damnarentur dicens. Qui nunc per euangelium terribiliter ac salubriter clamat, Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei: & ipse dudum clamabat per legem suam: Masculus cuius preputii caro non fuerit circumcisus peribit anima illa de populo, quia pactum meum irritum fecit. Sed melius videtur hoc de re linquendum iudicio quam temere aliquid definire. Queritur quid distat inter baptismum & circumcisionem quantum ad efficaciam. Beda. Idem salutiferæ curationis auxiliium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod nunc baptismus agere reuelata gratia tempore consuevit: excepto quod regni celestis ianuam necdum intrare poterant: tamen in sinu Abraham post mortem beata requie consolati supernæ pacis ingressum spe felici expectabant.

De sacramentis legalibus.
Cap. II.



Ido que fuissent remedia ante legem contra peccata, restat videre quæ sunt supradicta ipsam legem. De qua consideranda ista sunt: quare sunt data, & quibus, & quando, & ubi. Lex scripta ideo data est ut repararet legem naturalem: & reuiuiscere faceret quæ per peccatum aboleta erant: & ut populum rudem legalibus figuris ad futuram veritatem prepararet. Primum efficit per naturalia decem precepta. Secundum per figuratiua, ut de agno paschali & similibus. Quibus data est Semini Abraham. i. duodecim tribubus que a duodecim filiis Israel processerunt. Hic potest queri: quare istis solis? Ad quod potest dici quod ideo vni populo sit data & non omnibus: quia in figuram fuit proposita. Unde Apostolus. Omnia illis in figura contingebant. Et sufficiebat in vno ostendere quod causa figuræ & exempli proponebatur. Sed a deo noua lex imperata ostendit: quia non est figura sed res ipsius figure. Et cum essent in populo illo perfecti aliqui, mediocres, pessimi: perfecti in signum fuit data, sicut circumcisio Abraham: mediocribus in pedagogum, ut facienda doceret, vitanda prohiberet, errata puniendo corrigeret: pessimis ab irato iudice in vindictam data est, ut qui in sordibus esset fordescat adhuc. Ecce contrario bonis a patre pio prouisa est: ut qui iustus est iustificetur amplius. Quando data est lex: Quin quagesimo die ab exitu de Egypto & immolatione paschalis agni. Sic & noua lex data est Apostolis, id est spiritus sanctus scribens in corde, quinquagesimo die post immolationem veri agni Iesu Christi. Vbi? In monte Sinai: sicut sermo perfectionem continens notat, que Christus facit in monte. In veteri sicut in nouo testamento ritia continentur: promissa, sacramenta, precepta. Promissa veteris, bona temporalia. unde & vetus dicitur: in quibus tunc licet obscure figurabatur eterna. Promissa noui, beatitudo eterna. Sacramenta illius, circumcisio, quæ & ante legem: & obseruantia sabbati. Sacrificia etiam multa ut agni paschalis & similia: que cum non essent prius superaddita sunt in lege: per que etiam futura veritas manifestius quam prius monstrata

batur etſi adhuc occulta. Sacramēta no-
ui: baptiſmus &c. Ideo autem deus bru-
ta animalia ſibi ſimolari voluit: vt popu-
lum in ſuo cultu exerceret, & eos ab ido-
latria remoueret: ne ſcilicet ea damo-
niis immolarent.

De præceptis primę tabule. Ca. III.

QUINGVE de præceptis re-
ſtat dicere. In præceptis
cõprehenduntur natu-
ralia & figuratiua. Na-
turalia dicuntur illa de-
cem quę a naturali ma-
nant lege: nec in ſcripta ſunt lege inchoa-
ta ſed renouata: quia per peccatũ erāt de-
leta. Hęc ſunt illa decem mandata quę &
moralia dicuntur: nec ſunt terminata in
noua lege, immo perfectius adimpleta. Fi-
guratiua ad tempus data ſunt ad futurã
veritatem præſignandam a deo ſunt præ-
miſſa, & veritate adimpleta ſinem accepe-
runt. In illis decem præceptis dilectio dei
& proximi imperatur. Tria quę in prima
tabula, ad dilectionẽ dei: ſeptem alia quę
in ſecũda tabula, ad dilectionem proximi
referuntur. Primũ præceptũ primę tabula-
tale eſt. Dñs deus tuus deus vnus eſt: ipſum
adorabis & ipſi ſoli ſeruies. Unde viden-
dũ eſt quod alia eſt ſeruitus quę ſoli deo ex-
hibenda eſt, quę gręcę dicitur latría: & alia
quę etiã hominibus poteſt exhiberi, quę
gręcę dicitur dulia. Debemus etiã homi-
nibus reuerentiã exhibere, ſicut præcepit
Apoſtolus: ſed nõ ſicut deo. Vnde illud,
Honorẽ meum nulli dabo. Honor iſte eſt
illa reuerentiã quã ſoli deo exhibemus: quod
eſt torã mentem per humilitatẽ & deuoti-
onem ei ſubſternere, & ipſum principũ
& finẽ omnis boni credere. Et hoc modo
ſolus deus eſt adorandus. Et iſta ſeruitus
ſicut diximus latría dicitur apud Gręcos.
Vnde idololatrę dicitur qui hunc cultũ
creature tribuit, ſeruientes creature poti-
us creatori: ſcilicet quod Dei eſt idolo attri-
buẽtes: de quo dicit Apl's quod nihil eſt ido-
lũ. Idolum nihil eſt in mũdo. Quod nec de
materia dictum eſt ſicut de lapide vel li-
gno quã creaturę dei ſunt: ſed de forma
videtur eſſe dictũ. Idea namq; dicitur forma:
& illud proprie idoli dicitur, cui impri-
mitur forma aliqua vt colatur taq; deus:
quę forma nõ eſt opus dei vel opus hois

imitãtis deum, quare nihil eſt. Quicquid
namq; eſt: vel eſt opus dei vel opus homi-
nis imitãtis deũ. Itaq; idolum nihil eſt: id
eſt illud propter quod idolum appellatur.
Vel ita dictum eſt ac ſi diceretur: corpo-
reus angelus nihil eſt. Nõ negatur ange-
lum eſſe, neq; corpus: ſed ex illis duobus
vnum eſſe negatur. Itaq; qui dicit idolũ
nihil eſt, negat eſſe aliquid illud quod ipſi
putabãt eſſe idolum, ſcilicet vnam perſo-
nã ex ſimulacro illo & ſpiritu præſidente
cõſtantem: ſicut ex corpore & anima con-
ſtat vnus homo. Putabant em̄ quod viuere
idolum & loqui poſſet tanq; perſona con-
ſtans ex ſimulacro & ex ſpiritu illi ſimu-
lacro præſidente: & illud tale nihil eſt.

T
Secũdũ præceptũ eſt. Non aſſumes no-
men dei tui in vanũ. Et ſicut præceptum
primũ pertinet ad patrem: ita iſtud ad fili-
um. In vanũ nomen dei aſſumit: qui cre-
dit filiũ dei tã eſſe hominẽ. In vanũ aſſu-
mit, qui eũ non adorat, & quia ab eo ſac-
tus, & quia ab eo redẽptus. Vnde & ipſe
dixit. Creditis in deũ? & i me credite. Vt
intelligamus eũ nõ ſolũ adorandũ a no-
bis in diuinitate qua condidit: ſed etiam
in humanitate qua redemit. Vnde Pro-
pheta. Adorate ſcabbellũ pedũ ei⁹ quã ſan-
ctum eſt. Qui em̄ ſic adorat humanitatẽ
Chriſti Ieſu, id eſt eũ qui in humanitate
redemit: nõ creaturã ſed creatorem ado-
rat. Tertiuũ ad ſpiritũ ſanctum pertinet. V
Obſerua diẽ ſabbatũ, id eſt expecta requiẽ
per bonitatẽ dei, id eſt ſpiritũ ſanctum.

De quatuor primis præceptis ſe-
cundę tabule. Cap. III.

H SECUNDA tabula primũ
præceptũ ad carnalẽ pa-
trẽ refertur: ſicut primũ
primę tabule ad patrem
celeſtẽ: quod tale eſt. Ho-
nora patrẽ tuũ & matrẽ
tuam vt ſis longeuus ſuper terrã. In his
honora quę cõtra deũ ſummũ non ſunt:
obediendo & in neceſſitatibus ſuis quã-
rum potes ſubueniendo. Vt ſis longeuus
ſuper terrã ſcilicet viuentiũ. Secũdũ
præceptũ eſt: Nõ occides. Homicidium ſit
iſtis modis: manu, lingua, conſenſu. Iudei
em̄ quãuis manu Chriſtum non occide-
runt: linguis ſuis tã occiderunt. Conſen-
ſu quoq; volũtatũ multi homicidę ſunt.

I IOAN. 3. Vnde, Qui odit fratrẽ ſuũ homicida eſt.
Iudici licet occidere, & ſuzelo iuſtitie hoc
facit nõ comittit homicidium. Tertium
Exo. 20. præceptum: Nõ moechaberis. Duplex eſt
Pſal. 72. fornicatio, ſpiritualis, de qua dicit. Perdi-
diſti omnes qui fornicãtur abs te, & cor-
poralis de qua agitur hic. Et in euãgelio
prohibet Chriſtus oẽm illicitã cõcupiſcẽ-
tiam dicẽs. Qui viderit mulierem ad con-
cupiſcendũ eã: iam moechatus eſt eam in
corde ſuo. In lege em̄ inchoata ſunt hæc
mandata, & in euãgelio conſummata.

Z QUARTũ præceptũ eſt. Nõ furtũ facies.
Sub furto comprehenditur ſacrilegium:
quod eſt auferre vel ſacrũ de ſacro, vel nõ
ſacrũ de ſacro, vel ſacrũ de nõ ſacro. Sa-
crũ appellatur quicquid mõi parũ eſt cul-
tũ diuino, ſiue ſit templũ ſiue res tẽplũ.
Rapina etiã ſub furto comprehenditur.
Qui em̄ furtũ prohibuit: rapinã nõ per-
miſit. De qua inquit Auguſtinus. Quidũ
res propter quã peccatũ eſt nõ redditur:
nõ agitur poenitẽtia ſed fingitur. Sub ra-
pina vſura cõprehenditur. Hieronymus.
Vſuras querere aut fraudare aut rapere
nihil intereſt. Cõmoda fratri tuo & acci-
pe quod dediſti: & nihil ſupfluũ quaeras.
Auguſtin⁹. Vſura eſt plus accipere quã da-
re. Quod filiũ Iſrael Egyptiis fecerunt nõ
fuit furtum: quia ex familiari mandato hoc
fecerunt. Si em̄ ille qui legẽ edit aliter præ-
cipit: nõ trãſgredis legem qui ei obedit.

De quinto præcepto ſecundę ta-
bule. Ca. V.

A VINTUM præceptũ eſt.
Non falſum testimoniũ
dices. Hic prohibet per-
iuriũ: ſed quia omne per-
iuriũ eſt mendaciũ: dicẽ-
dũ eſt quid ſit mendaciũ,
& quod mendaciũ ſit periuriũ. Auguſtin⁹.

B MENTIRI eſt cõtra hoc quod aĩo ſentire loqui.
Obiectio
Gen. 21. Cõponit de Iacob qui patri dixit ego
ſum Eſau matre cõſulere, quod ipſe cõtra cõ-
ſciẽtiã dicebat. Vere em̄ ſciebat ſe nõ eſſe
Eſau. Auguſtinus tamẽ inquit. Iacob quod
matre fecit authore vt patrẽ fallere vide-
retur, ſi diligẽter attendatur non eſt men-
daciũ: ſed myſteriũ. Item opponitur de
Gen. 42. Ioseph qui fratribus ſuis dixit: per ſalutẽ
Pharaonis exploratores eſtis: & dixit ſe
augurari in cypho, quod tamen verũ nõ

fuit. Dicunt quidam quod mendaciũ fuit:
ſed nõ tale mendaciũ quod peccatũ ſit. Di-
cunt em̄ quod nõ omne mendaciũ peccatum
ſit: ſed illud ſolum quod dicitur intẽtio-
ne fallendi. Intẽtio autem Iacob erat ma-
tri obedire. Similiter Ioseph nõ intẽde-
bat fallere: ſed nõ tam cito volebat ſe ma-
niſtare. Sed hoc non videtur velle Augu-
ſtinus dicens quod nec pro vita alicuius
mẽtiẽdũ ſit. Meli⁹ itaq; videt eſſe vt eos
nõ eſſe mẽritos dicam⁹, ſed familiari mã
dato hoc dixiſſe: ſicut & Hebręi excuſant
a furto, familiari mandato. Cũ em̄ mater
Iacob per ſpiritũ ſanctum hoc ei præcipe-
ret: matri obediendo ſpiritui ſancto ob-
temperabat. Item opponitur. Si quicquid
dicitur cõtra hoc quod a ſpiritu ſancto
eſt, eſt mendaciũ: tũc illud, Chriſtus eſt ve-
rus deus & verus homo: cum hoc dicat
Iudæus contra cõſciẽtiã. Sed nullus au-
deret dicere hoc eſſe mendaciũ. Ad quod
poteſt dici quod illud eſt verũ quod dicit, nõ
mendaciũ: & tamen ipſe mentitur, ſicut
iuſtus putans ſe verum dicere falſum di-
cens nõ mentitur. Auguſtinus in Enchi-
ridio. Nemo ſane mentiri iudicandus eſt
qui dicit falſum quod putat eſſe verum:
quia quantũ eſt in ipſo nõ fallit ſed ipſe
fallitur. Ille potius econtrario mentitur
qui dicit verũ quod putat falſum. Item
Auguſtinus. Mendaciũ eſt falſa ſignifi-
cacio vocis cum intẽtione fallendi: quod
ſic debet intelligi, cum intẽtione fallen-
di quę tũc in eſt vel poſtea aduenit. Quã-
doq; enim cum aliquid promittit, nõ tũc
habet voluntatem fallendi. Item Augu-
ſtinus. Cum cauſa humilitatis mentiris:
ſi anteq; mẽtiris peccator nõ eras: men-
dacio reus efficeris. Si enim te peccato-
rem dicis & ita non credis: veritas in te
non eſt. Item dicit Auguſtinus quod pro ſa-
lute alterius non ſit mentiendum. Celas-
te namq; licet veritatem vt non prodatur
eum qui queritur ad occidẽdum: ſed ne-
gare non debet veritatem. Cõponitur
contra illud. Si bona eſt intẽtio, bona eſt
operatio: ſed qui negat ſe vidiffẽ illum,
cum tamen viderit, bona intẽtione ſa-
cit vt liberet eũ a morte. Ad quod poteſt di-
ci quod non debet dici bona intẽtio illa quę
non eſt ſcãm ſcientiam licet ſit pia. Hoc
enim debet habere bona intẽtio & vt ſit

C
Obiectio

D
Obiectio

Deut. 9.
R

Eſa. 42.

I. Cor. 8.
S

Obiectio pia & ut sit recta: quia non est virtus misericordia sine iustitia. Quidam tamen dicunt illud non esse peccatum, & hoc dixit se Augustinus ad terrorem, ut homines a mendacio deterreret. Opponitur de obiectio stetricibus & de Raab quod pro tali mendacio remunerata sunt. Sed sicut dicit Augustinus, non pro mendacio sunt remunerata, sed pro pietate. Duo enim in hominibus mendacis attenduntur: affectus pietatis quo haec dicitur, & ipsum mendacium. affectus remuneratus non mendacium. locosa mendacia & ironiae, mendacia non sunt. Nunc videndum est quid sit periurium. Periurium est mendacium iuramento confirmatum. Si aliquis alteri facturus se aliquid mali iurare contingerit: melius est frangere iuramentum quam implere. Debet autem peccare quia temere iuravit. Isidorus. Non est conservandum sacramentum quo malum incaute promittitur. Velut si quisquam adulterem perpetuam cum ea permittit fidem pollicetur. Tolerabilis est enim non implere sacramentum quam permittit in stupro. Beda. Denique iuravit per iuravit per dominum David interficere Nabal virum stultum: sed ad primam intercessionem Abigail sceminæ prudentis misericordiam remisit, enssem in vaginam reuocavit: neque aliquid culpae periurio tali se contraxisse doluit. Item dicit Isidorus. Qui arte verborum iurat, deus qui inspector est cogitationum sic aspicit ut cui iuratur intelligit. Quod sic exponendum est. Arte verborum, id est qui ad fraudandum alium iurat: deus tunc vere sic aspicit ut ille qui iniuste decipitur intelligit. Si autem aliquid pro vitando periculo non ut proximum laedat, sed ut se vel alium a necessitate liberet, veritatem dixerit: & tamen per hanc veritatem aliquid occultaverit quod reuelatum periculo foret: non peccat: sicut Abraham de Sara, soror mea est, non est meritis: cui illa esset soror, cognata, & si illud iurasset non peccasset.

De sexto & septimo preceptis secundae tabulae. Ca. VI.

Exod. 20. Sextum preceptum. Non concupisces uxorem proximi tui. Septimum: non concupisces rem proximi tui. Hic opponitur de hoc quod dominus

in euangelio cum suppleret illud preceptum, non moechaberis dicit. Dicitur est antiquis. Non moechaberis. Ego autem dico vobis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam. Sed hoc non fuit superaddere cum in lege idem prohibeatur: ut in hoc precepto non concupisces uxorem proximi tui. Hic enim concupiscentia prohiberi videtur sicut ibi. Ad quod potest dici quod vere hoc preceptum bene intellectum & actum prohibet & voluntatem: & qui hoc precepto sic intellecto & opere & voluntate a malo cessabant, non homines veteris testamenti sed novi dicendi sunt: & lex eis sic intellecta non vetus sed nova erat. & secundum hoc in euangelio nulla superadditio facta est: sed explanatur quod ibi occultum fuerat. Sed cum utrumque prohiberet lex bene intellecta: secundum quod non litera sed spiritus dicenda erat: carnales autem alterum tantum intelligebant scilicet actum prohiberi: & hoc secundum literam legis. Unde illud. Litera occidit, spiritus autem vivificat. Et secundum hoc facta est superadditio in euangelio. Ut in hoc precepto, Non concupisces res proximi tui: utrumque prohibetur & voluntas & actus. Actus secundum quod litera sonat: scilicet non agas foris per quod concupiscere videaris. Voluntas prohibetur in hoc precepto spiritualiter intellecto. Unde & Augustinus dicit. Hoc inter veteris & novum testamentum distare videtur: quod ibi actus prohibetur, in nouo voluntas & actus. Vetus testamentum accipit Augustinus literam non spiritum: sicut & Apostolus ubique facit.

De dilectione proximi. Cap. VII.

Nisi septem preceptis dilectio proximi continetur. Unde in Levitico. Diliges proximum tuum sicut teipsum: id est in his in quibus diligis teipsum scilicet in habendis bonis aeternis. Vel ita, sicut teipsum: id est in quibus vis te diligere scilicet in necessariis subministrandis. Nec est intelligendum sicut teipsum: id est quantum teipsum, sicut quidam exponunt. Quæritur utrum debeamus omnes equaliter diligere, an unum plus alio. Quidam dicunt

quod par effectus caritatis omnibus impendi debeat: sed in operibus caritatis ordo servandus est. Unde Paulus. Operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Et hoc videtur Augustinus vel le ita dicens. Omnes eque diligendi sunt: sed cum omnibus prodesse non possis iis potissimum consulendum est, qui pro locorum & temporum vel quarumlibet rerum opportunitate nobis magis coniuncti sunt. Quod Augustinus dicit, omnes eque diligendi sunt ita potest exponi: omnes id est natura in omnibus aequaliter est diligenda: vel salutem omnium debemus equaliter diligere. Si enim aliquis plus diligit salutem patris vel amici quam aliorum, non est hoc ex caritate sed ex affectu carnali qui naturalis est: nec est culpabilis: sed hic non est perfectio. Opponunt quidam. Quod deus magis diligit & nos magis debemus diligere. Itaque bonum & iustum magis debemus quam alium. Ita etiam probatur quod magis alios quam nosmetipsos debeamus diligere: quandoquidem scimus eos meliores nobis & a deo magis diligere. Ad quod dicitur quod in homine duo sunt diligenda: natura & virtus. Natura equaliter diligenda: virtus autem magis vel minus diligenda secundum quod maior vel minor fuerit. Et ita magis debemus diligere bonum istius quam illius, quia maius est: non tamen naturam magis vel minus, vel magis salutem unius quam alterius cupere debemus.

Obiectio Sed opponitur quod eadem ratione magis debeo diligere bonum alterius quam meum, quia maius est. Satis potest concedi, sed non in eo magis diligo quam in me. Ut bona vestis alius cuius magis mihi placet quam mea minus bona: non tamen magis cuperem illi esse suam quam mihi meam. Et si alterum necesse esset, mallet illum carere sua quam ego carerem mea. Ita hic dicitur quod licet bonum illius maius sit quam meum si alterum istorum necesse esset, mallet illum carere suo bono: quam quod ego priuaret meo. nec in aliquo contra perfectionem facerem: si etiam essem adeo perfectus sicut Paulus fuit. Et in hoc etiam potest ordo caritatis considerari: quia deum pre omnibus diligere debemus scilicet toto corde, tota anima, tota mente: post ipsum nos ipsos: tertio loco alios. Unde illud. Diliges proximum tuum &c. Nisi

enim prius diligat se: quomodo alios poterit sicut se diligere?

De dilectione dei. Ca. VIII.



Aritas est amor honestus qui ad eum finem dirigitur ad quem oportet. Amor est bona ei galetur propter ipsum voluntas. Unde Tullius. Amicitia est voluntas erga aliquem bonarum rerum, illius causa quem diligit. De dilectione dei qua ad nos habet queritur utrum equaliter omnes diligat. Ad quod videndum est quid sit dicere, deus diligit istum quod est deus approbat opera eius: & sub hoc sensu potest dici quod magis unum quam alium diligit. De eodem etiam potest dici quod modo magis diligit eum quam prius: id est magis approbat eius opera quam prius. Vel magis diligit: id est ei gratiam suam amplius infundit quam prius. Eum enim dicitur diligere quem facit diligere se & cognoscere, infundendo ei gratiam suam. Appellatur etiam dilectio dei ipsa divina electio, odium dei ipsa reprobatio. Unde de. Dilixi Iacob, Esau odio habui. Et alibi. Qui elegit nos ante mundi constitutionem in caritate. Et in alio loco. Propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos deus: & cum essemus mortui peccatis nostris conuiuificauit nos in Christo. Et secundum hoc potest dici quod magis diligit unum alio: id est maiorem coronam preparauit ei. Sed non potest dici in ista acceptione quod eundem modo plus modo minus diligit. Ab aeterno enim tantum dilexit unumquemque quantum modo diligit. Et Paulus tantum diligebat etiam cum malus erat, quantum modo diligit: non tantum malum eius diligebat. Et enim omnia sunt presentia: & quod de Paulo in tempore futurum erat apud deum presentis erat, & talem eum diligebat qualis futurus erat (quod apud eum futurum non erat) & qualem in presentia est ab aeterno elegerat. Augustinus in libro de trinitate. Absit autem ut deus temporaliter aliquem diligit quasi noua dilectione quae in illo ante non erat: apud quem nec praeterita transierunt, & futura iam facta sunt: qui omnes sanctos ante mundi constitutionem dilexit sicut praesens

Mala. 1. Ephe. 1. Ephe. 2.

M

destinauit. Sed dum conuertuntur & veniunt ad eum: tunc incipere ab eo diliguntur. Et cum malis iratus, bonis placatus dicitur: mutatur illi non ipse.

Explicitus est tractatus quartus de sacramentis in generali & pręceptis diuinis.

SEQVI

itur tractatus quintus de sacramento baptismi. Cuius hec sunt capita.

- De baptismo. Cap. I.
- Que sunt consideranda in baptismo. Ca. II.
- De forma baptismi. Ca. III.
- Quid sit sacramentum baptismi. Ca. IIII.
- De susceptione baptismi. Ca. V.
- Vtrum paruuli sine baptismo saluuntur. Cap. VI.
- De iustificatione adultorum ante susceptionem baptismi. Ca. VII.
- Qui possunt baptizare. Ca. VIII.
- Vtrum sit baptismus cum verba corrupte proferuntur. Ca. IX.
- De materia baptismi. Ca. X.
- De responsione patrinorum. Ca. XI.
- Vtrum quis in vtero matris baptizari possit. Ca. XII.
- De catechismo & exorcismo. Ca. XIII.
- De baptismo. Ca. I.



OST legem Moysi successit lex euangelii, de cuius sacramentis deinceps dicendum est: & primum de baptismo, quod in sacramentis noui testamenti primum est. Baptis-

Matt. 3.

smum Christi pręnunciauit Ioannes suo baptismo quod sola aqua & non spiritu fiebat. Vnde ipsemet dicit. Ego baptizo in aqua in poenitentiam. Sola enim corpora abluere: peccata vero non tollebar. Ad quid ergo vtile? Vt pręparet ad baptismum Christi, sicuti catechismus baptismum pręcedit. Quod autem se dicit baptizare in poenitentiam, sic potest exponi: id est docens poenitentiam. Poenitentes enim baptizabat. Et ita licet baptismus ille nul-

lam conferret remissionem eis: tamen per poenitentiam & circuncisionem que habebant adhuc statim poterant saluari. Vel ita potest exponi. Baptizabat in poenitentiam: id est in signum poenitentię. Signaculum enim erat poenitentię baptismus Ioannis: quia sicut aqua abluit corpora, ita poenitentia mundantur animę. Itaque baptismo Ioannis noui testamenti sacramentum coepit insinuari. Vnde illud. Lex & prophetę usque ad Ioannem. Non quod in Ioanne terminata sit lex, cum adhuc legalia haberent statum: sed quia eius abolitio ibi coepit ostendi. Si enim ante passionem legalia finem habuissent: non tunc paschalem agnum cum discipulis Christus celebrasset. Et si queritur quibus verbis Ioannes traderet baptismum: non habemus de authoritate certum. Quidam tamen dicunt quod in nomine venturi. Item si queritur, quare non conferebat remissionem peccatorum: quia ad hoc non erat institutum, sed ut viam prępararet baptismi Christi. Habent enim sacramenta vim & efficaciam ex institutione. Ioanne baptizante venit ad eum Christus ut baptizaretur ab eo in Iordane: non quod ipse egeret qui sine peccato erat, sed ut aqua sanctificaret. Ibi enim collata est aquę illa efficacia ut quicunque postea mergeretur in eam inuocato nomine trinitatis, consequeretur remissionem: & tunc institutum est baptismum Christi: in quo tota trinitas operatur remissionem: cuius presentia ibi apparuit: spiritus in columba, filius in homine, pater in voce. De his qui a Ioanne baptizati erant, iterum quidam sunt baptizati baptismum Christi. Alii non sunt postea baptizati: sed manu impositione facta super eos acceperunt spiritum sanctum. Sed solet queri quare isti iterum baptizati, & non illi. Dicunt quidam quod de baptismum Ioannis presumebant, quod illi non faciebant. Hieronymus in epistola de vnus vxoris viro dicit. Quia spiritum sanctum nesciebant qui Ioannis baptismum acceperant: iterum baptizati sunt ne quis putaret & gentibus ac Iudeis aquas sine spiritu sancto posse sufficere.

Matt. u.

Questio

Questio

Q

Questio

Que sunt consideranda in baptismo. Ca. II.

RN sacramento baptismis hec consideranda sunt. Institutio, causa institutionis, forma baptismi, quod sacramentum, quid res sacramenti, Institutio sicut diximus facta fuit quando Christus ad baptismum venit. Causa institutionis: ut in baptismum homo a peccatis resurgeret. Est enim contra peccata tamen originalia que actualia remedium. Sed cum per circuncisionem & alia sacramenta legalia idem fieret apud antiquos quod per baptismum & cetera sacramenta apud nos potest queri quare illa cessent & ista succedat. Vnde Apostolus communem ponit solutionem cum dicit. Hac omnia in figura contingebant illis. Itaque postquam accessit veritas, figure cessauerunt. Ideo etiam cessare debuerunt ut duo populi in vnum iungerentur. Abhorrebant enim Gentiles Iudeorum ceremonias: & ideo ut Iudei & gentes vnus populus fierent, necesse erat remouere causam inimicitiarum. Quod Apostolus manifestat dicens: Et medium parietem soluens inimicitias, legem mandatorum decretis euacuans. Circuncisionis etiam sacramentum imperfectum erat: quia solis viris congruebat, sed qui legem venit adimplere, perfectum voluit tradere sacramentum: & qui dolore nostros portauit, ab huiusmodi dolore nos voluit liberare, & suauissimum conferre sacramentum baptismi quod nullus obhorreret. Solet queri an circuncisio amisit statum suum ex quo baptismum fuit institutum. Ad quod potest dici quod in illis dimiserat statum quibus ista nouitas sacramentorum nunciata erat, & ab eis credita & recepta: in aliis adhuc habebat statum, & conferebat eis remissionem usque ad illud tempus quo ipsa veritas per Apostolos vbique predicari & manifestari coepit: quando scilicet dictum est eis: Predicate euangelium omni creaturę: quod fuit post resurrectionem. Sic opponitur quod illa duo sacramenta scilicet circuncisio & baptismum cum idem conferret non debuerunt simul habere statum. Potest dici quod non habuerunt simul statum quantum ad eosdem.

1. Cor. 10.

Ephe. 2.

Questio

Mar. 16.

De forma baptismi. Cap. III



Item huius sacramenti tradidit Christus cum dixit: Ite docete baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. & in ista forma debet tradi sacramentum. Legitur tamen in Actibus Apostolorum baptizasse Apostolos in nomine Christi: in quo sicut dicit Ambrosius, tota trinitas intelligitur. In hoc enim nomine itelligitur quod vnus est. I. filius, & a quo vnctus est. I. pater, & per quem. I. spiritus sanctus. Ambrosius in libro de spiritu sancto. Cuius dicitur in nomine domini nostri Iesu Christi, per vnitate nominis impletus est mysterium: nec a Christi baptismate spiritus separatus. Si enim Christus dicas, & deus patrem a quo vnus est filius, & ipsum quod vnus est filius, & spiritum quo vnctus est designasti. Scriptum enim est: Hunc Iesum a Nazareth quem vnxit spiritus sancto deus. Hinc voluit habere quidam quod si aliquis baptizet in nomine patris tamen, vel in nomine filii tamen non intelligit errorem inducere baptismatus sit: nec debeat rebaptizari. Quod nobis de authoritate non est certum, sed ex illa autoritate Ambrosii si vultis & hoc dicere.

Matt. 28

Actu. 10

Quid sit sacramentum baptismi. Ca. IIII.



Nunc videndum est quid sit sacramentum & quid res sacramenti in sacramento baptismi. In omni enim sacramento ista duo consideranda sunt. Hic potest appellari sacramentum ipsa aqua sanctificata. Augustinus de catechismo. Debetis scire cur viret illi aquę & a se proficit & corpori. Non enim aqua mundatur: sanctificatur hec per consecrationem verbi. Tolle enim verbum: & quod est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Res huius sacramenti est iterum ablutio. Et ipsa trina immersio sacramenti dicitur vel trinitatis vel sepulture triduanę. Et alia multa sacramenta in hoc sacramento occurrunt ut insufflatio, iuocatio trinitatis, que sunt partes huius sacramenti: quorum singula non appellantur sacramentum baptismi sed in eo continentur. Baptismus est immersio facta cum in uocatione trinitatis. Alia namque precedunt ad decorum sunt & ad reuerentiam: sed non est in eis vis ipsius sacramenti. Baptismus enim interpretatur vnctio. Potest etiam baptismus appellari ipsum elementum sanctificatum: sed non ita proprie.

X

Y

Z In hoc loco dicendū est q̄ tertio debet fieri immersio. Augustinus. Postq̄ vos credere promissistis, tertio capita vestra in sacro fonte demersimus: qui ordo baptismi duplici mysterii significatiōe celebratur. Recte em̄ tertio merſi estis qui accepistis baptismum in nomine trinitatis. Recte em̄ tertio merſi estis, qui accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui tertio die resurrexistis a mortuis. Illa em̄ trina immersio typū dominicę exprimit sepulture: per quā Christo cōsepulti estis in baptismo. Item Gregorius Leandro episcopo de trina merſione baptismi. Nihil verius respōderi potest q̄ quod ipsi sensistis: q̄ in vna fide nihil officit ecclesię consuetudo diuersa: quia cū tribus subsistētis vna substantia est, reprehensibile nullatenus potest esse infantē in baptismate vel ter vel semel tingere: quoniā & in tribus merſionibus personarū trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Ecce q̄ ex ista authoritate licet semel mergere tm̄: nobis tñ videtur q̄ magis sit vsus ecclesię sequendus. Haimo super epistolam ad Romanos. In suo sensu abundabat Cyprianus, quoniā semel mergebat in baptismo paruulos: quia quod intelligebat studiose implebat bonis operibus abundando. licet in hoc nescius delinqueret. Sed quia bonis operib⁹ abūdabat, postea correptus a deo abundauit altiori sensu, ter illos mergendo.

De susceptione baptismi. Ca. V.

A Einde restat videre, q̄ quidā sacramentum & rem suscipiūt: Alii sacramentum & non rem: Alii rem & nō sacramentum. Sacramentū & rē sacramēti suscipiunt paruuli vbicūq̄ & a quibuscūq̄ baptizantur in nomine sanctę trinitatis: in quibus nō requirit propria fides. Adulti quoq̄ si ppria fide accedunt, & sacramentū & rem sacramēti habent. In istis propria fides requiritur: sine qua nullā remissionem consequitur. Sacramentū & nō rem illi qui sicte accedunt, vel sine fide & corde impenicentia. Augustinus. Omnis qui iam suę voluntatis arbiter est cōstitutus, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi poeniteat vere

ris vitę nouā inchoare nō potest. Ab hac poenitentia cum baptizatur, paruuli soli immunes sunt: nondū etiā vri possunt libero arbitrio. Petr⁹ quoq̄ in Actib⁹ Apostolorū sic loquitur ad Iudeos dicēs: Agite poenitentiam & baptizetur vnusquisq̄ vestrū. Sed supradictis opponitur illud quod dicit Ambrosius super locū illū: siue poenitentia sunt dona & vocatio Dei. Gratia dei in baptismo nō requirit gemitum vel planctum: & omnia gratis cōdonat. Sed hoc est dictū de gemitu exteriori: quia etsi desit poenitentia exterior, non minus condonatur omnia. Sed quod Gregorius dicit poenitentia quadraginta dierum indicendā: ad experientia fit, vt sciat quā animo quarat baptizari: quādoq̄ enim simulatorie quarunt baptizari. Item opōnitur illud Augustini ex libro quinto de vnico baptismo. Nō impeditur baptismi gratia quomin⁹ peccata dimittat omnia: etiā si odiū fraternū in eius cui dimittitur animo perseuerat. Solutur hesternā die & quicquid supra commissum est: soluitur etiā quod commissum ipsa hora momētanea quę est ante baptismū & in ipso baptismo. Deiceps autem cōtinuo esse reus incipit nō solum consequentiū, sed & p̄teritorū dierum, horarū, momentorū, redētib⁹ oībus quę dimissa sunt. Sed hoc non scdm se dixit: cū dñs in euāgelio dicat. Si nō remiseritis hōib⁹ ex corde peccata eorū: nec poterit vester remittere vobis peccata vestra. Id quoq̄ Augustinus alibi dicit. Tūc valere incipit ad salutem baptismus, cū illa fictio veraci cōfessione recesserit. Oppōnitur illud Apostoli. Quicūq̄ in Christo baptizati estis Christū induistis. Sed dicitur in Christo baptizari eos, qui in conformitate Christi baptizantur, vt moriantur vetustati peccati: sicut in Christo per mortem vetustas peccati crucifixa fuit. Augustin⁹ aliter soluit hoc dicēs. Induit autem hōies Christū aliqñ vsq̄ ad sacramēti perceptionem: aliqñ vsq̄ ad vitę sanctificationē: atq̄ illud primū & bonis & malis potest esse cōmune. Rem & nō sacramētū habēt, sicut martyres: & appellat ipm̄ martyriū baptism⁹, quia vicē baptismi cōplet. Oppōnit de hoc qd̄ in euāgelio legit. Nisi qs renatus fuerit ex aqua

Actū. 2.
B
Obiectio

Marc. 11.

C
Obiectio
Gala. 3.

D

Ioan. 3.

& spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Sed cōsuetudo est scripturę determinatę p̄cedentia per sequentia
Matt. 10. Dicit enim alibi. Qui perdidit animā suam propter me inueniet eam. Item.
Matt. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus: & ego confitebor eum coram patre meo. De illis qui fidem Christi habent, sed articulo necessitatis nō possunt sacramenta suscipere, queritur vtrū saluentur, an non. Qz ipsi saluantur auctoritas & ratio videntur approbare. In euangelio dicit dominus. Qui crediderit in me, etiā si mortu⁹ fuerit viuet. Et alibi. Sic enim dilexit mundum vt vnigenitum filium suū daret: vt omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam eternā. Sed opponitur illud.
Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnū dei. Nisi em̄ per sequentia determinaretur, illud falsum esset q̄ martyres sine baptismo saluarentur. Augustinus de vnico baptismo, libro quarto dicit. Baptismi vicē aliquando complere passionē: vt in latrone illo cui non baptisato dictū est. Hodie mecum eris in paradiso.
Lucę. 23. Beatus Cyprianus non leue documentum assumpsit: quod etiam atq̄ etiā cōsiderans inuenio non solum passiones pro nomine Christi id quod deerat ex baptismo posse suppleri: sed etiam fidē cōuersionēq̄ cordis si forte ad celebrandum mysterium baptismatis in angustiis temporum succurrī nō potest. Neq̄ enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est: sed pro facinoribus suis. neq̄ quia credidit passus est: sed dū patitur credit. Quantū igitur valet etia; sine visibili sacramento baptismus (qd̄ ait apostolus) corde creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutē. in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter mysterium baptismi cum non contēptus religionis sed articulus necessitatis excludit. Sed dicunt quidam hoc retractasse Augustinum: quod falsum est. Non em̄ sententiam retractauit, sed exemplū quod de latrone induxerat. Augustinus in libro retractationū. Cum dicerem vicem baptismi passionem posse habere, non sa-

Rom. 10.

E

tis idoneum posui exemplum illius latronis: quia vtrum non fuerit baptisatus incertum est: magisq̄ baptismatum fuisse credendum est. Ambrosius de Valentiniano. Ventrem meum doleo, & propheticum vtar exemplo: quia quę re generaturus eram amisi: ille tamē gratiam quā poposcit non amisit. Istis auctoritatibus patet q̄ sufficit fides sine sacramento non habentibus tempus: quod & ratio probat. Sicut enim baptismus sine ppria fide valet paruulis nō valentibus habere fidem: ita fides non valentibus habere sacramentum debet valere. Item nullus negabit ante baptismum fidem & caritatem posse haberi: multi enim cum fide & caritate ad baptismum accedunt. Nullus etiam negabit eos tunc posse mori: & si tūc morerentur cum fidem & caritatem haberent, certum est eos non damnari. In caritate enim nullus damnatur. Sed dicunt non posse esse vt aliquis habeat fidem & caritatem & moriatur sine baptismum. Non enim vt dicunt permitteret eos mori dominus sine baptismum. Sed vt mihi videtur cum ipsi non sint consiliarii dei. stultum est & temerariū eos hoc affirmare. Item qui hoc dicunt scilicet nullū saluari sine baptismum vel martyrio, auctoritates nobis opponūt. Augustinus de fide ad Petrum. Ex illo tempore quo saluator dixit: Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto: nō potest introire in regnum dei: absq̄ sacramēto baptismi p̄ter eos qui in ecclesia catholica sine baptismate sanguinem fundunt: nec regnum celorum potest quisq̄ accipere nec vitā eternā. Item ex dictis Anselmi episcopi. Catechuminum quis in bonis operibus deus functum vitam habere non credimus: excepto dūtaxat nisi sacramentū martyrio cōpleat. Sed hęc & similia de cōtinentibus dicta sunt. Si quis enim cōtēnit sacramētum baptismatis, cetera non sufficiunt.

F

Ioan. 3.

Vtrum paruuli sine baptismum saluentur.
Cap. VI.
Mmm. i.

H Veritur de paruulis q sine bapismate moriuntur, non ex contemptu religionis, sed quia non potest succurri eis necessitate aliqua: vtrum saluentur? Ad quod dicitur q non saluentur: quia non habent fidem, que in adultis (sicut diximus) cum non sit contemptus religionis, vice bapismi supplet. Et q non saluentur in multis ostendit locis Augustinus, tamen vt ipse ait in enchiridio: Mitissima omnium poena erit illis qui pter peccatum originale nullũ insuper addiderunt. Hic queri solet si capta ciuitate aliqua a paganis interificerentur pueri vtrum saluarentur an non: cum pro Christo cuius patres eorum sunt cultores occiderentur? De quo nihil definitur habemus. viderur tamen q eius misericordia q paruulos ab Herode occisos liberauit: & istos nõ despiceret: si ideo occiderentur: quia in Christum creditur ab illis crederent. Sed qa non habem? inde auctoritatem, diuino iudicio relinquamus.

De iustificatione adultorũ ante susceptionem bapismi. Cap. VII.

I E adultis qui cum fide & dilectione corde cõtrito ad bapismum accedunt, queritur vtrum ante bapismum iustificati sint? Quod videt illa auctoritas velle. Peccator quacũq; hora ingemuerit vita viuet. Item. Corde creditur ad iustitiam. Et alibi. Iustus ex fide viuít. Ex quo cũ habet fidem & dilectionem spiritũ habet inhabitantem. Sed scriptum est in libro Sapientie. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum: & non habitabit in corpore subdito peccatis. Vnde videt q iam sit mundatus a peccatis. Sed si p fidem & cordis veram contritionẽ iam solut? est a peccatis, quid in bapismo ei postea remittitur? Videtur enim q in bapismo nihil remittitur ei, cũ pri? sint ei remissa peccata. Ad hoc poreff dici q quis iste de quo loquimur iam iustus sit, quia non habet voluntatem peccandi, & de pteritis dolet: tamen nondum iustificatus est, cum adhuc de

bito peccati teneatur. Cum enim vulnus per confessionem cordis iam ostensum sit medico, restat eius recipere medicinam. Sed quis nesciat sacramenta esse medicamenta? Vnde. Qui sanat cõtritos corde: & alligat contritiones eorum. Nec sufficit medico vulnus confiteri, si contẽnitur eius medicamentũ. Itaq; cõstat q pro peccatis suis adhuc debet medicinam sacramenti suscipere. Nondum igitur est a debito peccati solutus, quare nec a peccato plene iustificatus cuius debito adhuc tenetur. Sed post susceptionem sacramenti plene mundatus est: & si moreretur tunc sine dilatione iret in gloriam. Si opponitur q nullum peccatum impunitũ. Dicimus q ipsa contritio cordis mors quoq; ipa etiam erubescencia quam patitur dum nudus bapismatur: non relinquunt peccatum impunitum. Sed si aliquis fidẽ habens cum dilectione velit bapismi & nõ potest articulo necessitatis interueniente: credimus eum per ineffabile dei misericordiã a p̄dicto solui debito. Quandiu em potest soluere, tenetur nisi soluat: sed cum iam non potest, & tamen vult, non imputat ei deus. Non enim alligauit deus sacramentis potentiam suam: & quis per sacramenta salutem dare decreuerit, potest tamen & dat sine eis salutem.

Qui possunt bapizare. Caput. VIII.

N Vnc dicendum est quibus sit concessum vel licitum bapizare. Cõstat bapisma solis sacerdotibus esse traditum eiusq; ministeriũ nec ab ipsis diaconibus expleri est licitum absq; presbytero vel episcopo: nisi his procul absentibus languoris cogat vltima necessitas, quod laicis fidelibus plerunq; permittitur ex dictis Isidori episcopi. Romanus pontifex non hominem iudicat qui bapizat sed spiritum dei subministrare gratiam bapismi licet paganus sit qui bapizat. De his qui a mulieribus bapizantur queritur vtrum rebapizari debeant? Quidam dicunt q rebapizandi sint: pro ista

obiectio

Ezech. 38.
Rom. 10.
Rom. 1.

Sap. 17.

auctoritate ex concilio Chartaginensi quarto. Mulier bapizare non p̄sumat. Sed non est p̄sumptio quod necessitas cogit. Isidorus quoq; dicit. Qui a mulieribus bapizantur, rebapizandi non sunt. De illis quoq; qui ab hereticis bapizantur queritur vtrum rebapizari debeant. Beda. Siue hereticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisq; in cõfessione sanctę trinitatis bapizer: non valet qui bapizatus est, a bonis catholicis rebapizari ne cõfessio vel inuocatio tantĩ nominis videatur annullari. Augustinus ad questionẽ Orosii. Quis vnũ bapisma sit & hereticorum, eorũ scilicet qui in nomine patris & filii & sp̄s sancti bapizant in ecclesia catholica: tñ q extra ecclesiam bapizantur non sumunt ad salutẽ bapismum sed ad perniciẽ, habentes formã sacramenti, virtutem eius abnegantes. Ideo eos ecclesia non rebapizat: quia in nomine sanctę trinitatis bapizati sunt, ipsa profecto sacramenti forma. Augustinus in libro de fide ad Petrum. Si in heresi quacũq; vel schismate quisq; in nomine patris & filii & sp̄s sancti bapismi sacramentum accepit, integrũ sacramentum accepit: sed salutem que virtus est sacramenti non habebit, si extra ecclesiam catholicã ipsum sacramentum habuit. Item Augustinus super Ioannem. Bapism? talis est qualis est ille in cuius potestate datur: non qualis est per cuius ministerium datur. Idem. Potestas bapismi in nullum transit: sed ministeriũ trãsit in bonos & malos. Non exhorreat colũba ministeriũ malorum: sed respiciat domini voluntatem. Quid tibi facit malus minister, vbi est bonus dominus? Ne q qui plantat, neq; qui rigat est aliqd: sed qui incrementum dat deus. Si superbus fuerit minister, cũ diabolo computatur: sed non cõtaminatur donũ Christi. Quod per illum fluit purum est: qd per illum transit liquidum est. Itẽ. Per lapideum canalẽ transit aqua ad areolas. In canali lapideo nihil generat: sed ortus plurimos fructus affert. Itẽ nos dicimus, iustos esse oportet tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti si voluerint: si autem noluerint esse iusti qui

Cor. 3.

in cathedra sedent Moyfi, securum me fecit magister meus de quo dicit eius Ioana. spiritus: Hic est qui bapizat. Iuxta auctoritates p̄dictas indubitanter dicimus q per quẽcũq; detur bapismus si ibi seruata forma fuerit sacramenti, si in nomine sanctę trinitatis tradit, non sunt rebapizandi: quia sacramentum bapismatis habent, rem vero sacramenti non habent si errori eorũ cõsentiant. Et ideo cum ad ecclesiam veniunt instruuntur de fide: & per man? impositionem accipiunt spiritũ sanctũ Manus impositio aliquando vnctione chrisimatis fit: aliquando sine chrisimate oratione dicta super hominem. De illis qui ab hereticis bapizantur nescientes eos hereticos esse, & in nullo eorũ errori consentientes, potest dici q sacramentũ & rem sacramenti suscipiunt: & tamen cum ad ecclesiam veniunt, manus superimponitur eis vt ostendatur error detestari. Illi vero qui ab hereticis bapizantur & non in nomine trinitatis cũ ad ecclesiam veniunt rebapizari debent: nec dicitur iteratio, qa pri? bapisma Christi non susceperant. Cyprianus tamen & quidã alii dicunt hereticos non posse bapismũ Christi tradere: & eos qui apud hereticos bapizantur rebapizandos esse. Cyprianus. Oportet sanctificari aquam prius a sacerdote vt possint bapismo suo peccata ablueri. Quomodo autẽ aquã sanctificare potest qui ipse immundus est: & apud quem spiritus sanctus non est? Cum dominus dicat in libro Numeri. Quẽcũq; tetigerit imundus immundauerunt. Quis autẽ potest dare quod ipse non habet? Aut quomodo potest spiritalia agere qui ipse amiserit spiritum sanctum? Et idcirco bapizandus est & innouandus. Sed Cyprianus & alii hoc dixerunt de hereticis extra formam ecclesie bapizantibus, qui vere non tradunt bapismum Christi: vel ex ignorantia hoc dixerunt, quod videtur velle Augustinus de vnico bapismo ita dicens. Martyrem gloriosissimum Cyprianum qui apud hereticos vel schismaticos datum Christi bapismũ non lebat cognoscere, dum eos nimium de

Nmm. ii.

estare, tanta eius merita vsq; ad tritium martyrii consequuta sunt vt & caritatis qua excellabat luce obumbratio illa fugaretur: & vt si quid habebat purgandum passionis falce vltima tolleretur. Nec nos (quia baptismi veritatem in hereticorum siquitate agnoscerimus) Ideo Cypriano meliores sumus: sicut nec Petro: quia gentes iudaizare non cogimus,

Vtrum sit baptismus cum verba corrupte proferuntur.
Caput.IX.

Q

B Veritur, si quis corrupte pferat verba illa: vtrum baptismus sit an no. Zacharias papa Bonifacio. Retulerunt mihi nuncii tui q; fuerit sacerdos in eadem prouincia qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptisaret nesciens latine loqui, infringens linguam diceret: Baptisate in nomine patrie & spiritus sancti: & q; propter hoc considerasti rebaptisare. Sed si ille qui baptisauit, non errorem introducens aut heresim, sed pro sola ignorantia latine loquutionis infringendo linguam quod supra facti sumus baptisatis dixisset. Non possumus consentire vt denuo baptisentur. Solet queri de illo qui pro ludo vel mimice, commemoratione tamen trinitatis immergitur, si rebaptisandus sit. Augustinus inde nihil desinit, sic tamen loquens. Si totum ludicre, mimice, ioculatorie agitur: vtrum approbatus esset baptismus qui sic daretur, diuinum oraculum implorandum esse censerem. Sed non videtur sapientibus q; debeat baptismus dici vbi non est intentio baptisandi: sicut & mulieres quando in balneum immergunt pueros, inuocant nomen trinitatis: sed quia baptisare non intendunt non est baptismus. In omni enim sacramento ista duo necessaria sunt: vt forma sacramenti seruetur: & intentio illius celebrandi habeatur.

De materia baptismi.
Caput, X,



S Vare in aqua tantum baptismus fiat: Haimo super epistolam ad Romanos. Querit aliquis quare in aqua solimodo & non aliquando in vino baptismus consecratur. Cui respondit beatus Ambrosius. Idcirco vniformiter id fieri in aqua vt intelligatur q; sicut aqua fordes corporis aut vestis abluunt: ita baptismus maculas anime fordesq; vitiorum emundando abstergit. Augustinus reddit hanc causam vt nullum inopia excusaret: qd posset si vino vel oleo fieret: & vt communis ordo baptismi sancti materia esset apud oes. Vel ideo in aqua: quia de Christi latere aqua manauit. Si de aliquo dubitatur vtrum baptisatus sit, baptisari debet. Non enim (vt dicunt sancti) iudicatur iteratum: quod nescitur factum. Sed queritur an secundo conferat ei baptismus remissionem: Quod non est concedendum: quia si illud fieret, sepe baptisandum esset. Si a matre causa necessitatis baptisatur filius, vtrum a viro debet separari. Deus dicit Romanus pontifex dicit separanda esse. Aliorum decreta negant: quibus magis credimus. Vt enim Christus in euangelio dicit sola causa fornicationis vxor dimitti debet.

De responsione patrinorum. Ca. XI.



De responsione patrinorum queritur in cuius persona fiat. Cum enim qrat sacerdos, vis baptisari & patrinus respondereat volo: certum est q; non in sua persona respondet. Item cum qrit. Credis in deum: & patrinus respondereat Credo, si in persona pueri responderet non videtur verum cum puer nondum credat. Si autem dicatur sub tali sensu credo, i. crediturus est: temeraria videtur responsio cum non sit incertus. Augustinus dicit q; sacramentum fidei appellatur fides: & sub tali sensu verum est q; puer credit, i. sacramentum fidei suscipit. Augustinus ad Bonifacium episcopum. Itaq; paruulum etsi nondum fides illa que in credentium voluntate consistit: iam tamen fidei sacra-

mentum fidelem facit. Nam sicut credere respondentur: ita etiam fideles vocantur, non rem ipsam mente annuendo: sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Cum homo in baptismo liberetur ab omni peccato solet queri: cur non & a poena peccati. Isidorus de summo bono. Si a poena presenti homines liberarentur per baptismum: ipsum putarent baptismum peccatum, non illud eternum. Ergo solo reatu peccati, manet quidam temporalis poena: vt illa vita frequentius queratur que erit a poenis omnibus aliena.

Vtrum quis in vtero matris baptisari possit. Cap. XII.

X



Veri solet vtrum aliquis baptisari possit cum adhuc in vtero matris sit. Isidorus. Qui in matris vtero sunt ideo baptisari cum matre non possunt: quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secundum Christum nasci non potest. Neque dici enim regeneratio in eis potest: in quem generatio non processit. Augustinus ad Dardanum. Nec renatus quisque potest antequam natus sit. Sed operatur de Ioanne & de Hieremia: qui ab vtero sanctificati sunt. Legitur enim de Ioanne in euangelio luce. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suo. Item. Exultauit infans in vtero. Sed quomodo plenus spiritu sancto nisi a peccato mundatus esset: Et ita videtur quod prius renatus quam natus: & prius secundum Christum natus quam secundum Adam nascetur. Augustinus in libro ad Dardanum. Si vsque adeo in illo puero acceleratus est usus voluntatis & rationis vt intra viscera materna iam posset agnoscere & credere, quod in aliis paruulis vt possint etas expectatur: in miraculis est habendum diuine potentie, non ad humanam trahendum exemplum nature. Nam quando voluit deus etiam iumentum loquutum est. In eodem dicitur de

Lucę. 1.

Lucę. 1.

Hiere. 1.

Ioan. 3.

Hieremia. Priusquam exires de vulua sanctificauit te. Tamen illa sanctificatio qua efficitur templum dei: non est nisi renatorum. Nisi quis renatus fuerit denuo non potest introire in regnum celorum. Non enim renascitur homo nisi prius

nascatur. Vnde illa sanctificatio Hieremie potest secundum predestinationem non inconuenienter intelligi: sicut filios appellat euangelium nondum regeneratos. Ecce quod Augustinus dubitanter loquitur inde: & nihil inde asserit. Poruit enim esse vt ab vtero a peccato originali mundaretur: sed non est de hoc in aliis regula trahenda quod in istis per miraculum est factum. Et hoc verissimilius est. Vel licet non sint mundati ab vtero a peccato originali: tamen sanctificati: quia iudicium sanctificationis seque predestinati essent in eis ab vtero apparuit. Dicit enim Augustinus in eodem libro. Non est dictus, credidit infans in vtero: sed exultauit. Nec ipsa Elizabeth dixit. Exultauit in fide: sed exultauit in generatione. Et potuit ista significatio esse rei tante maioribus cognoscende non a paruulo cognite.

De catechismo & exorcismo.
Cap. XIII.



De illis que precedunt baptismum videndum quid conferat vt exorcismus & catechismus. Exorcizare est adiurare, vt exi ab eo spiritus imunde: & catechizare est instruire, vt de simbolo & aliis rudimentis fidei. Symbolum dicitur signum vel collatio. Signum quia eo fideles ab infidelibus discernuntur. Collatio quia in eo apostoli omnem fidei integritatem contulerunt. Discessuri enim ab inuicem symbolum, id est torius fidei collationem ediderunt. Ista que precedunt baptismum non conferunt remissionem. Ad quid ergo valent? Minuunt diaboli potestatem: vt de aliquo etiam videmus quod signo crucis minus potest in eum diabolus. Quidam tamen volunt vt exorcismus incipiat remissio: quod non videtur esse verum.


Finitur Tractatus quintus de Sacramento baptismi.

Mmm. iiii.

Sequitur Tractat⁹ Sext⁹ de Sacramē-
tis confirmationis, eucharistię, & ex-
treme vnctionis. Vñ sunt hec capita.

- De sacramēto cōfirmationis. Ca.I.
- De sacramento altaris Ca.II.
- Qz tria sunt in sacramento altaris. Cap.
- III.
- De forma huius sacramenti. Ca.III.
- De errore quorũdam circa sacramen-
tum eucharistię. Ca.V.
- Quare in duabus fiat sp̄bus. Ca.VI.
- De duplici sumptione. Ca.VII.
- De apparenti fractione. Ca.VIII.
- Quid partes significent. Ca.IX.
- De poenitentia. Cap.X.
- Quando soluat homo a pctō. Ca.XI.
- Quid sit poenitentia. Ca.XII.
- Vtrum peccata redeant. Ca.XIII.
- De duabus clauibus. Ca.XIII.
- De sacramento olei seu vnctionis extre-
me. Cap.XV.

De Sacramento confirmationis.
Caput. I.



Vnc de Sacra-
mēto confirma-
tionis videndũ
est. Dicũt aucto-
res q̄ hoc sacra-
mentũ a sũm̄is
sacerdotib⁹ tm̄
dari debet. Si-
cut in tpe apo-
stolorum ab eis
solũmodo datum fuit: & si ab alio tra-
deretur irritũ haberetur. Ex quo enim
quodlibet sacramentũ cōtra institutio-
nem celebratur: irritũ deputatur. Euse-
bius papa. Manus impositionis sacramē-
tum magna veneratione tenendum est:
quod ab aliis perfici non potest nisi a
summis sacerdotibus. Nec tēpore apo-
stolorũ ab aliis q̄ ab ipsis apostolis legi-
tur esse factum: nec ab aliis q̄ qui eorũ
locũ tenent vnq̄ perfici potest aut fieri
debet. Nam si aliter p̄sumptum fuerit:
irritum & vacuũ habebitur: nec intra
ecclesiastica reputabitur sacramenta.

Questio. Queritur quę sit efficacia huius sacra-
menti: scilicet cū in baptismo plene sit
aliquis mundatus: quid cōferat ei istũ

sacramentum. Ad quod dicitur q̄ in ba-
ptismo datur sp̄s ad remissionem: hic
datur ad robur. Rabanus. Nouissime a
summo sacerdote p̄ impositionē man⁹
paracletus traditur baptisato: vt robo-
retur per sp̄m sanctũ ad p̄dicandũ aliis
quod ipse in baptismo est consequut⁹.
Hoc sacramentũ dicit Melciades pa-
pa) maiorĩ veneratione tenendum est q̄
ipsum baptisma: q̄a maiorib⁹. i. summis
pontificibus est cōmissum. Non enim
maius dicitur q̄ maiorē efficaciam ha-
beat, cū paruuli possint saluari sine isto
De adultis dicunt sancti q̄ nec sine isto
possunt saluari, si ex cōtēptu vel negli-
gentia dimittitur.

De sacramento altaris. Ca.II.



Ost sacramentũ bap-
tismi sequitur sacramentũ
altaris. Per baptismũ
abluium a vitis: per
sacramentũ altaris refi-
cimur. Et hec sũt duo
principalia sacramenta quibus & a ma-
lis homo liberatur, & bonis implet. Et
quia non possunt refici corda nisi pri⁹
munda fuerint, p̄cedit baptismus, se-
quitur cōmunicatio altaris, quę est sa-
cramentũ sacramentorum. Vnde p̄ ex-
cellentiam dicitur eucharistia. i. bona
gratia. In hoc em̄ sacramento non solũ
gratia sed ille a quo est omnis gratia su-
mitur. Huius sacramenti figura in ve-
teri testamento p̄cessit, sc; Māna: quod
populo iudeorum in deserto fuit datũ.
Et sicut Māna nō fuit datum nisi post
trāsitum maris rubri, vbi egyptiis sub-
mersis liberabantur hebrei: ita & bap-
tismi tantum tradi debet hoc spirituale
Māna dñici corporis. Et sicut illi pa-
ne illo corporali peruenerunt ad terrã
promissionis: ita & nos per desertũ hu-
ius seculi peragrantes ad terrã viuē-
tium hoc celesti pane perducimur. Vñ
& viaticũ appellatur. De hoc pane di-
cit propheta. Parasti in conspectu meo
mensam aduersus eos qui tribulāt me.
Huius etiam figura sacramenti p̄cessit
in pane & vino a Melchisedech oblati.
Vnde Ambrosius. Intellige anteriora
esse mysteria Christianorum q̄ iudeo-
rum. Hoc sacramentũ dominus noster

Iesus Christus in cœna discipulis tra-
didit: vbi institutio huius sacramenti
primũ facta fuit. Causa institutionis,
vt esset remediũ contra reditiua pctã.
Si em̄ nobis necessaria fuit illa manife-
sta p̄sentia Iesu Xpi qua cū hominibus
cōuersatus fuit, vt in ea posset flagella-
ri, mori pro nostra redemptione: ita ne-
cessaria est in tota ista p̄sentia vita eius
p̄sentia, eo modo quo posset panis viu⁹
qui de celo descendit māducari. Vnde
ipse dicit. Nisi manducaueritis carnem
meam & biberitis meum sanguinẽ nō
habebitis vitã in vobis. Itaq̄ qui ex ni-
mĩa dilectione se exhibuit qui posset lã-
cea vulnerari, vt nos suo sanguine mis-
daret: & modo vsq̄ ad finem seculi ta-
lem se exhibet qui posset in sacramento
manducari: vt eius participatione mē-
bra sua vnitate capiti, & a peccatis li-
berentur quotidianis. Qz aut̄ dicimus
talem ac talem: humanũ dicimus pro-
pter infirmitatem. Cum em̄ idem cor-
pus quod in cruce pependit, in sepul-
chro iacuit, indubitanter fateamur esse
in altari: & tantũ hic q̄cum & ibi fuit,
& modo est ad dexteram patris. non est
dubiũ ipsum corpus Corpus Christi in
altari sua non carere forma sed ibi vi-
sibiliter: in altari inuisibiliter latēs sub
forma aliena.

Ioan. 6.

Qz tria sint in sacramento altaris.
Caput. III.



Vnc videndũ est in hoc
sacramēto, quid sacra-
mentũ, quid res sacra-
menti. Tria hic consi-
derare oportet: vnum
quod est sacramentum
tantũ, alterũ quod est sacramentum &
res sacramenti, tertium quod est res tm̄.
Sacramentũ & non res, sunt sp̄s visibi-
les. i. panis & vini: & ea quę ibi visibili-
ter celebrantur: vt fractio, depositio, ele-
uatio. Sacramentum em̄ est sacre rei si-
gnum. Signum aut̄ est quod p̄ter spe-
ciem quã ingerit facit aliquid in men-
tem venire. Hęc autem visibilia faciũt
in mentem venire mortem, vel sepultu-
ram vel ad celos ascensionem: & totum
ordinem rei cuius sacramenta sunt. In
hoc etiam species panis & vini dicun-

tur sacramenta corporis & sanguinis
dominici: quia sicut pane & vino p̄
omnibus aliis cibis siue potibus corp⁹
reficitur: ita illo vero cibo verocq̄ potu
anima ad veram vitam nutritur. Cum
ecclesia quoq̄ sepius in sacra scriptu-
ra dicatur corpus Christi, & huius cor-
poris panis & vini sacramenta esse le-
guntur: q̄a sicut panis ex multis granis
efficitur vnus, vinũ ex multo racemis
in vinum confluit: ita ex plurimis mē-
bris ecclesia, quę est corp⁹ Christi, adu-
natur. Sacramentũ & res, ipsum corp⁹
Christi & sanguis: res q̄tũ ad illas spe-
cies quibus significatur. Hęc res iterũ
sacramentum est alterius, scilicet vnita-
tis capitis & membrorum quã efficit
fides corporis & sanguinis domini: &
ista res sacramenti virtus appellatur.
Dicitur etiam spiritualis caro Christi.
Hieronym⁹ in epistolam ad Ephesios.
Dupliciter intelligitur caro Christi:
vel spiritualis illa atq̄ diuina, de qua
ipse dicit: Caro mea vere est cibus. vel
caro quę crucifixa est & sepulta. De
hac spirituali carne dicit Ies⁹. Qui mā
ducatur carnem meã in me manet & ego
in eo. Istam carnem manducat, qui per
fidem Christo connectitur & cōforma-
tur. Augustinus. Nulli aliquatenus am-
bigendum, vnũquęq̄ fidelium corporis
& sanguinis dominici tunc esse parti-
cipẽ: quando in baptisate Christi mē-
brum efficitur: nec alienari ab illius pa-
nis calicisq̄ consortio, & si anteq̄ illum
panem comedat de hoc seculo migra-
uerit: in vnitate corporis Christi con-
stitutus est, sacramenti quoq̄ illius par-
ticipatione non priuatur: quando in se
hoc quod illud sacramentum signat in-
inuenitur. Itaq̄ tria in hoc sacramento
consideranda sunt: species visibiles, quę
sacramentum sunt & non res, & verũ
corpus Christi quod sub specie est pa-
nis & vini, tertium ipsa efficacia sacra-
menti: quę spiritualis caro Christi &
virtus sacramenti appellantur, vt di-
ximus.

Ioan. 6.

De forma sacramenti eucharistię.
Caput. IIII.

Mmm. iiii.



Orma huius sacramēti est commemoratio illorū verborū quę in cœna Christus dixit, qñ discipulis corpus & sanguinē dedit dicens. Accipite, hoc est corpus meū &c. Et sicut tunc panē illū & calicem in verū corpus & in verum sanguinē verbo suo cōmutavit: ita in dubitanter credimus verba illa a sacerdote eo ordine & ea intēione dicta panem & vinū in verū corpus Christi & in verū sanguinē commutare. Hęc autē tria ad istud sacramentū necessaria sūt.

Ordo, actio, intētio. Ordo: vt sit sacerdos. Actio: vt verba illa proferat. Intētio: vt proferat ad istud. Quandoq; em̄ aliquis sacerdos profert verba illa vt alii doceat quomodo hoc facturus sit: sed non habent tunc illā efficaciam, quia non ad hoc dicuntur. Quis autē substantia panis in corpus Christi conuertat: non tamen corpus Xpi augmentatur inde.

Questio.

Si quis q̄rat quomodo fieri possit vt substantia panis in alia substantiam transeat, videlicet in corpus quod in sepulchro iacuit, quod in celum ad dexterā patris ascendit, & quomodo nō augmentetur illud in quod transit: ei⁹ voluntati & potētię ascribatur q̄ idē corp⁹ de virgine & sine viri semine p̄dire fecit. Ambrosius. Pręter naturę ordinem virgo generauit: & hoc quod cōficimus corpus ex virgine est. Idem. Quid hic queris naturę ordinē in Xpi corpore, cum p̄ter naturā sit ipse domini part⁹ ex virgine? Et quis nō sit post consecrationem panis neq; vinū quod prius erat panis & vinus: species tamē remanent, sapor etiam remanet. Videtur nāq; panis: videtur vinum. Habet etiam eundē saporē quē prius: cum tamen non sit panis materialis neq; vinū materiale: sed vera caro Christi, verus sanguis Xpi. Quod sit tribus de causis vt. s. fides comprobetur, quia de his q̄ non videtur est fides: ne etiam sumere obhorreamus, & ne ab infidelibus irriteremur si nos sanguinem sumere viderēt. Queritur in quo sint illę species & sapor ille. Non em̄ possumus dicere

q̄ sint in substantia panis & vini cum non sit ibi substantia panis & vini, sed verum corpus Christi. nec audem⁹ dicere q̄ insint corpori Xpi. non em̄ habet corpus Christi rotundam figuram in se: sed qualē in iudicio visuri sum⁹. Sed cui creare de nihilo & formatū & formā fuit facile: mutare formatum & conseruare formā non erit difficile: & vt pręter substantiā subsistat efficere. Itaq; ad mysterii ritum, ad gust⁹ suffragium, remanent ista subsistētia ad corpus dñi quodamō obtegendū, quod in forma & in natura sua sub illis vere persistit.

De errore quorūdam circa sacramentum eucharistię, Ca. V.



Contra pręfatam veritatem & olim & nūc quidam dicere pręsumpserūt. Et quia clarius sit lumen cōparatione te nebrarū, illorū errorē non silentio pręterire nobis visum est.

K

Occasiōe illorum verborum quę Christus dixit: Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent: sed sacramentum aliquod vobis commendauit: quidam ausi sunt dicere in altari non esse veritatem corporis Christi: sed solum sacramentum & non rem ipsam. Et vt dicunt, appellatur corp⁹ Christi sicut dictum est in apostolo: Petra autem erat Christus, non re sed significatione. Sed ipsa veritas satis ostendit quid a nobis credendum sit dicens. Accipite, hoc est corpus meum. Item Ambrosius in libro de sacramentis. Anteq̄ cōsecraretur panis est: vbi autem verba Christi acceperint corp⁹ Christi est: & ante verba Christi calix est vini & aque: vbi autem verba Christi operata fuerit, sanguis efficitur. Idē Sermo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quę sunt, mutare in id quod non erant? Item Eusebius Emisenus. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiā corporis & sanguis sui verbo suo secreta potestate commutat. Gregorius in dialogi libro quarto. Est quidē etiam in

De cōse. dist. 2. c. non hoc corpus.

1. Cor. 10.

L

Mat. 28.

M

peccatoribus & indigne sumentibus vera Christi caro, verusq; sanguis Christi: sed essentia non salubri efficientia. Si etiam non esset alia auctoritas, sufficeret q̄ vniuersalis hoc tenet ecclesia: cui semper adest Christus vt ait. Vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. In vita etiam sancti Basili legi⁹ q̄ eo agente diuina mysteria Hebręus q̄dam se Christianis commiscuit, muneris mysterium explorare volēs. viditq; infantem in man⁹ Basili: & communibus aliis, venit ipse, data estq; illi hostia vere caro facta. Vnde credēs ad mirabile Christianorum mysterium in crastino baptisatus est a Basilio. Illd̄ qd̄ eos in illum errorem inducit, in pluribus locis sancti exponunt quomodo intelligēdum sit. Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis: id est non in hac specie cernentes sicut putatis, sed in sacramento. Alii volūt dicere q̄ verum corpus Christi sit in altari: sed negant panem in ipsum commutari. Dicunt nāq; panis substantiam ad nihilari & non in aliud transire: & ea substantia ad nihilata sub illa specie remanente, corpus Christi esse. Quos supradictę auctoritates confutant.

Quare in duabus: sumat speciebus. Caput sextum.

N



Vnc dicēdum videtur q̄ licet in duabus sumatur speciebus: tamen in vtraq; integer Christus sumitur. Non enim corpus sine sanguine vel sanguis sine corpore esse potest: sed ideo i duabus speciebus sumitur vt significetur huius sacramenti effectus duplex. Valet enim (vt ait Ambrosius) ad tuitionem corporis & anime: & quod sumitur in pane valet ad vtrūq; & similiter quod in vino sumitur: quia & in pane totum & integrum, & in vino similiter totum & integrum sumitur. Sed si in pane tantum sumeretur, alterum tantum significaretur, scilicet q̄ ad tuitionem corporis valet: & iterum si in vino tantum sumeretur (licet hoc sufficeret ad corporis & anime tuitionem) tamen hoc solum significaretur q̄ pro sa

lute anime sumeretur. In sanguine enī anima significatur. Itaq; in duabus sumitur speciebus: quia redēptio est corporis & anime. Animam enim a peccatis liberat: & corpus resurrectioni future preparat. Vnde etiam in veteri testamento legitur q̄ postem vtrūq; sanguine agni liuierint Hebręi: quia in Egypto liberati sunt ab angelo exterminatione. Per vtrūq; postem anima & corp⁹ significantur. Gregorius. Quid namq; sanguis agni sit iam non audiendo, sed bibendo didicistis: q̄ sanguis sup vtrūq; q̄ postem ponitur quādo nō solum ore corporis, sed etiam ore cordis haurit. Integer Christus sumitur in vtraq; specie: scilicet illa persona in qua sunt illa nature, diuinitas, caro, & anima: & tamen in solum corpus Christi transit ille panis materialis: sicut integer Christus in cruce, & tamen sola caro vulnerata fuit. Item notādū est q̄ non duplex sumptio debet dici quā in duabus sumatur speciebus: quoniam vnum sacramentū est & vna benedictione consecratū. Vñ non bis sed semel tantum communionem dicitur accipere qui in illis duabus sumit speciebus: neq; debet dici iteratio huius sacramenti nisi secundum eandem speciem.

O Exo. 12.

De duplici sumptione: bonorum & malorum. Cap. VII.



Ost supradicta videndū est q̄ & boni & mali sacramentum corporis & sanguinis Domini sumitur: rem vero sacramenti boni tantum accipiunt. Sacramentū in hoc loco ipsum corp⁹ & ipsum sanguinem domini appellamus: rem vero sacramenti ipsam efficaciam sacramenti: quam (vt superius diximus) Hieronymus vocat spiritualem carnē Christi. Idem namq; Iudas accepit cum Petro. Idem dico q̄rum ad essentiam, scilicet licet verum corpus Christi: sed nō idē q̄tum ad efficientiam. Petrus enim ad vitam: Iudas ad dānationem. Augustinus. Sacramētum aliquibus ad vitam, aliquib⁹ ad exitium: res vero sacramenti omni homini ad vitam, nulli ad exitium. Item Ad quid paras dētē & veni

P

Mmm.v.

1. Corin. II.

trem: crede & manducasti. Itaq; virtutem sacramenti habent qui corde credunt siue sacramentum suscipiant, siue non. Sed qui sine fide operante per dilectionem accedunt: & si in sacramento verum corpus Christi accipiat, rem tamen sacramenti non habent. Qui nisi pollutum ducerent sanguinem testamenti: considerarent horrèdum esse in cidere in manus dei viuētis. Qui enim indignè māducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit. Indignus est ille qui in crimine est. Indignus, etiam est qui irreuerenter tractat. Eadem tamen patientia & istos tolerat Deus, quia ipse tolerauit Iudeos irridentes & conspuentes & crucifigentes. Itaq; sicut dupliciter intelligitur caro Christi (sicut diximus) ita & sumptio corporis & sanguinis Domini duplex esse dicitur, scilicet sacramentalis & spiritalis. Sacramentalis (quæ communis est & bonis & malis) sine spiritali non prodest. Spiritalis qua; fide percipitur & sine sacramentali (ubi non est contemptus religionis) sufficit. De hoc sacramento ita loquitur Augustinus in libro sententiarum Prosperi. Hoc est quod omnibus modis approbare contendimus sacrificium ecclesie duobus consistare: duobus confici: visibili elementorum specie & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: sacramento & re sacramenti, id est corpore Christi, sicut Christi persona constat & conficit deo & homine: cum ipse Christus verus sit Deus & verus homo: quia omnis res illatum rerum naturam & veritatem in se continet ex quibus consistitur. Est igitur sacramentum & res sacramenti idem corpus Christi. Item caro eius quam forma panis operat in sacramento accipimus: & sanguis eius quem sub vini specie ac sapore potamus: caro videlicet carnis, & sanguis sacramentum sanguinis, carne & sanguine utroque inuisibili, intelligibili spiritali intelligitur: significatur corpus Christi visibile & palpabile, plenum gratia & diuina maiestate. Quomodo sit intelligendum quod dicit Augustinus, caro sacramentum carnis: videndum est & sciendum quod illa

la visibilis species appellat caro ea consuetudine scripturæ qua solent sacramenta earum rerum nomina sortiri quarum sunt sacramenta. Inuisibilis & intelligibilis dicitur caro: quia secundum illam speciem non videtur caro, sed intelligitur. & est sacramentum carnis visibilis, palpabilis, que ad dexteram patris est, & est sensus, Caro Christi secundum illam speciem in qua non videtur caro sed panis, est sacramentum visibilis: secundum visibilem speciem qua in dextera patris potest conspici.

De fractione apparenti.

Caput octauum.



Varitur de fractione illa qua; ibi videtur cuius sit, vel in qua re sit. Cum enim non sit ibi aliud quam corpus Christi, quod ad substantiam, si in aliqua re est illa fractio in corpore illo erit: sed ex alia parte non audeamus dicere quod corruptibile sit corpus Christi quia immortale, impassibile. In hoc etiam reprehendit Christus carnalem discipulorum sensum qui putabant sicut aliam carnem in partes diuidendam. Quidam dicunt: non est ibi fractio: sed videtur tantum & non est. Quibus opponitur quod si illud est, fallitur sensus noster cum dicat Ambrosius. Nihil falsum putandum esse in sacrificio veritatis: vel sicut in magorum prestigiis, ubi delusione quadam falluntur oculi, ut videatur esse quod non est omnino. Sed dicunt: non fallit nos visus nec fallitur. quod esset si crederet sic fragi ut videtur. nec illusio est quod ad veritatem & non ad deceptionem fit: sicut nec illud quod Christus ostendit se duobus discipulis in forma peregrini. Alii dicunt quod sicut species panis, est ibi & non est alicuius rei quæ ibi sit, sed panis qui fuit, & non est: ita fractio est ibi sed non est alicuius rei quæ ibi sit, sed fractio panis cum tamen ibi non sit panis. Et hoc videtur velle apostolus dicens. Panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini est: Quia est indubitanter credendum quod in vna quæ illa; prius, totum & integrum corpus Christi

1. Cor. 10.

est. Augustinus. Quando Christus manducatur, ita manducatur ne occidatur ut manducetur: nec quando manducatur de illo partes facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Item. Norunt fideles quemadmodum manducant carnem Christi. vnusquisque partem suam accipit: per partes manducatur & manet integer: totus in celo, totus in corde tuo. Ecce iuxta sacræ scripturæ auctoritates integrum & incorruptum manens in se corpus Christi manducatur: & corpus Christi diuidit in sacramento. Magnum est & inscrutabile istud mysterium: credere iubemur, sed discutere prohibemur. Augustinus in libro sententiarum Prosperi. Cum igitur fragitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium fundit: quid aliud quam Domini corporis in cruce immolatio eiusque sanguinis de latere effusio designatur?

Quid significant partes.

Caput nonum.

V



Ergius papa. Triforme est corpus Domini. ps oblatæ in calicem missa corpore Christi quod iam surrexit monstrat. pars comesta: ambulans adhuc super terram. pars in altari usque ad finem missæ remanens: corpus iacens in sepulchro: quia usque ad finem seculi corpora sanctorum in sepulchris erunt. Quia vero morte Domini liberati sumus, huius rei nos esse memores in edendo carnem & potando sanguinem (quæ pro nobis oblata sunt) significat. Per aquam quæ in calicem ponitur populus significatur: quæ idcirco cum vino offertur, ut populus passione Christi redemptus intelligatur. Solet queri si obliuione vel negligentia aliqua non apponere tur aqua: utrum irritum fieret sacrificium. Sed quia de auctoritate nihil inde habemus: de nostro sensu nihil asserere de his audeamus. hoc tamen dicere possumus quod huiusmodi grauer puniendus esset. Quæ intincta non debeat dari eucharistia, ex decretis Iulii papæ habetur: quia (ut dicit) soli Iudæ panem intinctum Christus dedit. Sed ut Augustinus super Ioannem dicit, non tunc

X
Questio

Y

Iudas corpus Christi accepit, sed solum panem: prius vero acceptat cum discipulis. Breuiter de hoc sacramento quodam exequuti sumus: inde tamen auctores multum obscure & ut videtur secundum verba contrarie loquuntur: quorum aliquas auctoritates ponamus. Augustinus. Donec seculum finitur sursum est Dominus: sed tamen hic etiam nobiscum est veritas Domini. Corpus enim Domini in quo surrexit vno loco esse oportet: veritas autem eius ubique diffusa est. Quod ita intelligendum est, corpus Domini vno loco esse oportet secundum visibilem formam. in ea forma in qua videri potest: veritas ubique diffusa est, id est diuinitas vel ipsum corpus ubique celebratur. Potest enim referri quod dicitur eius, vel ad Christum vel ad corpus ipsum. Ideo diximus: ubique celebratur: quia non est dicendum ubique esse corpus Christi: quod est soli diuinitatis. Augustinus. vna persona Deus & homo: ubique per id quod Deus est: in celo per id quod Deus & homo est. Eodem modo & illud exponitur. Pauperes semper habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis. Quod exponunt sancti secundum eam presentiam qua conuersatus fuerat prius cum illis manducans bibens & cetera faciens. Item Augustinus loquens alibi de corpore Domini ponit hæc verba: ipsum & non ipsum. quod sic intelligendum est: ipsum essentia: non ipsum visibili forma. Hieronymus in Esaiam. Comeditur cibos impietatis dei non sunt sancti corpore & spiritu: nec comedunt carnem Iesu, nec bibunt sanguinem eius. Augustinus de ciuitate dei. Non sunt dicendi manducare corpus Christi: qui non in membris computatur Christi. Denique ipse dicit Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in eo. Quod intelligendum est de illa spiritali & diuina, de qua supra loquuti sumus. De iis qui sunt extra ecclesiam ut excommunicati & manifesti hæretici, queritur utrum conficiant corpus Christi. Quibusdam videtur quod quis sit eis ad donationem tamen conficiant: quæ ordinationem non amiserunt in qua daf

Matth. 26.

Ioan. 6.

potestas illud conficiēdi. Aliis videtur q̄ nec excōmunicati nec manifesti heretici conficiunt. Nullus enim in ipsa consecratioe dicit offero, sed offerim⁹ ex persona totius ecclesię. Cum autem alia sacramēta extra ecclesiam possint fieri: hac nunq̄ extra, & istis magis videtur assentiendum.

De pœnitentiā. Cap. X.

Sacramentum pœnitentię redeuntibus ad deum semper est necessarium. Est enim pœnitentiā secunda tabula post naufragium: quia post baptismum, si quis vestem innocentie peccando amittit per pœnitentiā recuperare poterit. A pœnitentiā incipit prædicatio Ioannis. Dicit namq̄. Agite pœnitentiā, appropinquabit regnum cęlorum. Quod dixerat præco, illud docuit postea ipse Christus in principio sue predicationis dicens. Agite pœnitentiā appropinquabit regnum cęlorum. Et merito illud præmisit ut istud sequeretur: quia ut ad regnum cęlorum perveniat, in adultis, pœnitentiā prætere oportet. Pœnitentiā incipit a timore qui est initium sapiētię. Timore enī gehēnalis pœnē ad pœnitentiā homo compellitur. In cœnitentiā cōsideranda sunt hæc tria: compunctio, cōfessio, satisfactio. Compunctio est in cōtritione cordis: quæ nascitur ex recordatiōe præteritorum malorū & ex timore iudicii futuri. Confessio est proprii actus cum sui accusatiōe execratio. Vnde illud.

Matth. 3.

Matth. 4.

B

Prouer. 18.

Iohel. 2.

Iacobi. 5.


Matth. 3.

lud. Iustus in principio sermonis accusator est sui. Satisfactio post cōfessionē fit per ieiunia, oratiōes, & cętera bōa opera. Compunctio præcipitur in propheta ubi ait. Scindite corda vestra & non vestimenta vestra. Confessio in epistola Iacobi præcipitur cum dicit. Cōfitemini alterutrū peccata vestra. Satisfactio ubi ait Ioannes. Facite fructus dignos pœnitentię. In his qui habent tempus hæc tria sūt necessaria: nec sufficit vnū sine aliis. Non enī sufficit corde cōfiteri nisi ore cōfiteatur qui temp⁹ habet: nisi etiā fructus pœnitentię faciat. **C**Opponit de hoc quod maximus epi-

scopus dicit. Inuenio (inquit) q̄ Petr⁹ fleuerit nō inuenio quid dixerit: lachrymas eius lego satisfactionem non lego: lauat enī lachryma delictum, quod voce pudor est confiteri. Quod ita exponi potest, quod voce manifesta pudor ē confiteri: occulte sacerdoti confiteri quādoq̄ sufficit. Vel potest dici q̄ ista institutio in nouo testamēto nondum facta erat, quando scilicet Petrus pœnitentiā de peccato egit: & ideo sine cōfessione oris potuit veniam consequi.

Quando soluatur homo a peccato.

Caput vndecimum.



Solet queri vtrum soluat ur homo a peccato: vt primum habet veram cordis contritionem. Quod videtur illa auctoritas velle. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Item. Peccator quacūq̄ hora ingemuerit saluus erit. Sed si per contritionem cordis solutus est a peccato, in confessione oris nō soluitur: ad quid ergo confessio oris est vtilis? Est ante confessionem oris solutus est a peccato. Sed si per contritionem cordis solutus est a peccato: a quo soluit eum sacerdos? Dicunt quidam q̄ illud quod sacerdos dicitur solvere non est aliud q̄ solutum ostendere: similiter dicitur ligare, id est ligatum ostendere. Et hoc videtur probari istis auctoritatibus. Ait Dominus in propheta. Ego sol⁹ deleo iniquitates & peccata populi. Itē Ambrōsius, Ille solus dimittit peccata populi qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Item Hieronymus super Mattheum. Quodcūq̄ ligaueris super terram erit ligatum & in cælis & cętera. Hunc locum quidam non intelligētes aliquid sibi sumit de supercilio Pharisęorum, vt dānare innoxios vel solvere se putent noxios: cum apud Deū nō sententia sacerdotum, sed reorum vita quæratur. Vnde in Leuitico ostendere se sacerdotibus iubentur leprosi: quos illi non faciunt leproso, sed discernūt qui mundi vel immūdi sunt. Ita & hic cum pro officio suo sacerdos pecca-

Psal. 31.

Eia. 43.

Leui. 13.

Dtorum audierit varietates: scit qui ligandus sit, & qui soluendus. Sed istas auctoritates ita interpretari debemus: vt non auferamus quam Deus potestatem tribuit hominibus. Dicit namq̄ Ioan. 20. ipsa veritas. Quorum remiseritis peccata remittentur eis: & quorum retinueritis retenta erūt. Item post q̄ Christus lazarum suscitauit, ait discipulis. Ioan. 11. Soluite eum. Hoc non fuit solutum tantum ostendere, sed soluere. Videndum est itaq̄ q̄ & Deus soluit a peccato, & q̄ etiā homo soluit: sed aliter homo aliter Deus, & q̄ deus dimittit peccata & q̄ homo (cui Deus potestatem dedit) peccata dimittit: sed aliter Deus aliter hō. Deus enī ex semetipso, Et per semetipsum peccata dimittit quando vult: hōies autē non ex se, sed ex gratia in eis & per eos operante, peccata dimittunt. Et ita verum est q̄ solus Deus peccata dimittit. Sicut & illud Tu es solus quis facis mirabilia. Et tamen non negatur quin & homines miracula faciant: sed non ex se, sicuti Deus ex se. Item nemo bonus nisi Deus, quia ex se bonus. Nec tamen negamus homines bonos esse: sed non eodem modo quo deus. **C**Sed vt aperius videamus qualiter Deus sine homine soluat, & qualiter per hominem: prius inspiciamus quomodo ipse peccator ligatus sit. Duobus enī peccator ligatus est cæcitate mētis: videlicet & p̄ ea debito futurę dānatiōis. p̄cō enim & pœnā peccati tenetur. Per veram cordis contritionem soluitur a cęcitate mētis: qui enim mortu⁹ fuerat iam viuūt: & quia viuūt interius illuminatus est: sed tamen adhuc debitor est donec satisfaciatur ecclesię. Ecce q̄ iam de monumento prodiit, sed adhuc ligatus est: quia a debito futurę pœnā nondum solutus. Venit ad sacerdotem, non vt se iustum ostendat: sed peccatorem. Confitetur peccatum suum sacerdoti: qui ei iustam satisfactionem iniungit, non enim ad arbitrium suum, sed iuxta arbitrium sacerdotis satisfacere debet, & tunc soluit eum sacerdos a debito damnationis futurę, id est Deus per sacerdotem. Sed si (vt ipsi dicunt)

anteq̄ ad sacerdotem veniat plene mūdatus est, nec iam tenetur illo peccato: mentitur si se iniustum & peccatorem confiteretur, quod dicere omnino deuiat a fide ecclesię. Sed opponitur q̄ a prædicto debito iam prius solutus erat per cordis cōtritionem: Quia cor contritum & humillatum deus nō despicies. vnde in alio Psalmo: Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meā dño: & tu remisisti impietate p̄cā mei. Iuxta qđ alibi dictū: Quoties ingemuerit hō, oīm iniquitatū eius nō recordabor. Ex quibus inferri posse videtur debitum per cordis contritionem iam esse solutum: quod etiam ratione confirmat: quia vere cōtrit⁹ in via saluariōis cōstituit: si enī tūc moreretur salu⁹ esset. Ad qđ dicimus, q̄ vere inuisibilis sacerdos eum qui vult confiteri & non potest ab hoc debito solui: sed q̄ diu illud potest, nisi ore confiteatur non absoluitur. Certum namq̄ est q̄ ille qui habet cor contritum vult confiteri: sed istam bonam voluntatem deserere potest. Nihil enim vult homo dum est in hac vita, quod non possit nolle: & si hac voluntate amissa nollet confiteri & tunc moreretur, nulli est dubium eum dānari pro illo peccato quod confiteri noluit. Nullum enim peccatum impunitum: aut enim homo puniatur, aut Deus. Liqueat itaq̄ eam a debito futurę pœnā non fuisse solutum in contritione. Hoc ideo dicimus, quia solent quidam dicere eum non pro peccato illo puniendum, sed pro contemptu. **C**Apparet igitur q̄ solus Deus dimittit peccata viuificando interius per gratiam: & q̄ sacerdos dimittit, non intus viuificando, sed a debito futurę pœnā absoluendo per eam iniungit satisfactionem. Quod vero dicunt. Peccator quacūq̄ hora ingemuerit, saluus erit. De his dictum putatur qui instante articulo necessitatis tempus satisfactionis habere non possunt: ac si diceret quacūq̄ hora in hac vita vere pœnituerit: in futura vita non peribit. Vel de omnibus potest dici quacūq̄ hora peccator ingemuerit saluus erit: quia tūc peccatis salus

Obiectio.

G

Psal. 31. incipit. Itēq; de psalmo opponitur. Dixi confitebor & tu remisisti impietate peccati mei. Impietas peccati rectissime ipsa mentis excommunicatio dicitur q̄ soluitur in compunctione: nondum tamen (vt diximus) plene solutus est. Sicut enim de vulnere prius ferrum extrahitur vt post medicina superponatur: ita & prius peccati impietas, scilicet illa interna cecitas de corde tollit, vt post sacramenti medicina per sacerdotes superaddatur. Sunt enim sacramenta quasi emplastra.

Quid sit poenitentia.
Caput duodecimum.

H **O**stē de is dixim⁹ quæ in poenitentia consideranda sunt: dicendum est quid sit poenitentia vt vero ait Gregorius, Poenitentia est perpetrata mala plangere & plangenda non committere. Nam qui sic alia deplorat vt alia tamen committat: adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxurie quis desinat: & adhuc auaritia estibus anhelet? Hęc verba Gregorii magis q̄ sensum quidam attendentes, dicunt non amplius ad mortem peccare eum qui semel poenitet: et si amplius eum contingat ad mortem peccare, nō fuit poenitentia quam prius egit. Alias quoq; inducunt auctoritates ad idē ostendendum. Isidorus de summo bono. Irrisor est enim poenitēs qui adhuc agit quod poenitet: nec videtur deum poscere subditus, sed subannare superbus. Esaias peccantibus dicit. Lauamini, mundi estote. Lauatur & mūdus est qui & prateritis plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur & nō est mundus qui plangit quæ gessit: & post lachrymas ea quæ fleuerat repetit. Itē. Inanis est poenitentia quam culpa sequens coinquinat. Ambrosius de vniuersa poenitentia. Reperiuntur qui sapientia agendam poenitentiam putant qui luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent in Christo poenitentiam, ite-

radam non putarent. Idem. Sicut vnus I baptismus, ita est vna poenitentia. Sed quoniam non litera, sed spiritus viuificat: sensum auctorum in supradictis inspiciamus. Poenitentia est perpetrata mala plangere; & plangenda non committere: id est de prateritis dolere, & non tunc vt iterum peccet in voluntate habere. Non enim iudicat Deus hominem pro iis quæ futura sunt & non presentia opere seu voluntate: nec vlla probabilitate sequitur (si poenitentia est perpetrata mala plangere & plangenda non committere) & iste committit plangenda: igitur non fuit poenitens. Sed hoc sequeretur: igitur non est poenitens: quod nos bene concedimus, scilicet q̄ tunc non est vere poenitens. Sed q̄ olim non fuerit nullatenus a catholicis est dicendum. Illud quod Isidorus dicit. Inanis est poenitentia quam sequens culpa coinquinat: sic est intelligendum. Inanis scilicet carens fructu. Est enim fructus poenitentia vitare poenam gehennalem & adipisci gloriam. Est enim illa poenitentia mortua, sicut & alia bona propter superueniēs malum: & q̄q; mortua sint illa bona non tamen audet aliquis dicere q̄ non fuerint bona. Ita & de poenitentia priore dicimus, q̄ vera poenitentia fuit, si habuit cor contritum: & licet modo mortua sit sicut & alia priora bona, tamen reuiuiscere potest, si de isto quod postea commisit poenitens fuerit. Quod iterum dicit Ambrosius. sicut vnum baptismum, ita est vna poenitentia. Dicitur est de solenni poenitentia. In eodem enim capitulo Ambrosius supponit quæ tantum publice agitur. Solennis poenitentia dicitur quæ fit in manifesto extra ecclesiam, scilicet quæ de grauib; peccatis tantum iniungitur: & de iis qui manifeste ecclesiam laeserunt. Et olim illa poenitentia non iterabatur & adhuc quidem in quibusdā ecclesiis hoc seruatur pro reuerentia sacramenti: nec iniungitur illa solennis poenitentia iterum criminaliter peccanti, sed datur aliquod consilium. Itaq; nos non literæ quæ occidit, sed spiritus qui vi-

uificat sectatores, nō ideo dicimus aliquem non poenitere, quia iterum delicturus sit: sed ideo veraciter poenitere quia de prateritis dolet, & vt alia committat tunc non habet in voluntate. De Daud namq; legitur q̄ post poenitentiam peractam cum iam ei esset dictum: transtulit Dominus peccatum tuum a te: commisit illud peccatum pro quotor milia hominum perierunt, scilicet quia populum numerauit.

Vtrum peccata redeant.
Caput XIII.

L **I**cunt aliqui q̄ ille qui habet cordis contritionem & condignam facit satisfactionem pro prateritis peccatis vere consequitur remissionem: et si tunc moreretur non incurreret dānationem: sed si postea ad mortem peccat redeunt omnia: etsi tunc moreretur de omnibus puniretur. Et hoc volunt probare illa parabola. Serue neq; omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui? Et iratus Dominus eius tradidit eum torribus, quousq; redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus caelestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Itē Hieronymus. Si non dimiserimus ex corde quod in nos delinquitur: & hoc quod poenitentia dimissum erat, a nobis exigitur. Idem dicit Gregorius. Sed istis opponitur illud quod in propheta legitur. Non confurget duplex tribulatio. Vel iuxta aliam translationem. Non iudicabit Dominus bis in idipsum, qd̄ dictum est de saluandis. Quidam dicunt nec habent pro inconuenienti, si duplex tribulatio super alios confurget: vel (vt dictum est) q̄ non hic est sufficiter punitum si postea punitur non est duplex, sed vna tribulatio & vna punitio. Sed iterum opponitur eis q̄ satis potest eē, vt aliquis post condignam poenitentiam criminaliter peccet. Nec potest negari quin illa poenitentia sufficienter peracta fuerit: quia

si peracta illa poenitentia mortuus esset nullam poenam inde habuisset. Ad qd̄ ipsi dicunt q̄ nisi sit cū perseuerantia non est sufficiens. Aliis (quibus magis videtur assentiendum) dicunt q̄ pro illis peccatis pro quibus deo per poenitentiam satisfecit non sit amplius puniendus: etiam si postea vel similia vel grauiora committat. non enim iudicat Dominus bis in idipsum: sed pro ingratitude, scilicet quia gratia quam ipsi condonata fuerant priora ingratus fuerat, eum vere fatendum est grauius esse puniendum. Inde est etiam q̄ ecclesia difficiliorem ei iniungit poenitentia q̄ pro fecisset. Illud vero quod dicitur in parabola. Non exiet inde donec reddat vniuersū debitū: sic exponendū videtur. Vniuersum debitū vocat non illud quod iam condonatum erat: sed potius misericordiam quam aliis impendere debuit pro eo q̄ a Domino misericordiam acceperat: Vnde dicit. **Qua** mensura mensi fueritis remetietur vobis. Hęc enī parabola de misericordia est. ac si diceretur si aliis non vultis misereri sicut miserus est vobis pēta condonando pater cęlestis: hoc debitū exiget a vobis. Illud quod dicunt expositores quod dimissum erat per poenitentiam exiget a vobis: ad terrorē dictū esse videtur. Nec tamen negamus quin Deus si districte vellet agere posset iuste pro eisdem punire quę ipse prius dimiserat: ex quo hō suscepti beneficii ingratus existit. Sicut & q̄ de seruo liber fact⁹ est tā grauius pōt offendere dām q̄ iure in seruitutē redigatur: sed quoniam in deo non est iustitia sine misericordia, verisimilius est vt non ulterius pro dimissis puniat. Solet quari de p*er* iis qui sunt in duob⁹ criminibus vtrū possint de vno per poenitentiam satisfacere dum remanent in altero. Quod videtur velle Gregorius, super Ezechielem dicens. Pluit Dominus super vnam de ciuitatibus & cetera: cum ille qui proximum odit ab aliis vicis se corrigit. vna eademq; ciuitas ex parte compluitur, & ex parte a rīda remanet. Quia sunt qui cum quadam vitia ressecant, in aliis grauius perdurant. Ad

Mat. 18.

Matth. 7.

M
Obiectū
Nati.

Esa.

Quaestio.

Amos. 4.

quod dicitur q̄ etſi minus malus fiat (quod eſt ex parte complui) non tamē delet omnino illud delictum talis pœnitentia. Non enim poteſt ſimul viuere & moruus eſſe. Etſi nōdum viuūt nec vere pœnitent: compluitur itaq; ſed nō irrigatur.

De duabus clauibus. Cap. XIII.

Quod in hoc loco dicendū videtur de clauibus quas habent ſacerdotes. Dicitur eſt Petro & in Petro aliis: Tibi dabo claues regni cęlorum. Videndum quid ſint & quādo dentur: & qui habeant. Iſtę clauis ſunt diſcretio & poteſtas. Prius enim eſt diſcernere q̄ ſint ligandi qui ſoluendi: & poſt utendum eſt poteſtate. In conſecratione per miniſterium epiſcopi, dantur hęc clauis ſolis ſacerdotibus. Sed nō videtur q̄ vel ſoli vel omnes ſacerdotes habeant eas: quia multi ante ordinationem habent diſcretionem qui ſint ligandi q̄ eriam ſoluendi: plures poſt cōſecrationem carent illa diſcretionem: & ita non omnes ſacerdotes illas duas habent. Quod quidam ſatis cōcedunt. Sed melius videtur vt dicamus & ſolos, & eos omnes illas habere. Licet enim aliquis ante conſecrationem habeat illam diſcretionem, non tamen in eo clauis eſt: quia non habet ex officio hoc facere nec poteſt claudere vel aperire, quare non eſt in eo clauis. Iterum, indiſcretus ſacerdos etſi careat illa diſcretionem tamen habet officium ſic diſcernendi: & ita ſi uſum eius non habeat eam tamē videtur habere. Et iuxta hoc poteſt dici q̄ in conſecratione dantur omnibus illę duę: id eſt officium exercendi diſcretionem, & officium exercendi poteſtatem. De huiusmodi tamen ubi contra fidem nihil vel cōtra auctoritatem dicitur: ſatis poteſt cōcedi vtrumlibet. Gregorius tamen in tractatu Euangeliorum ſic dicit. Illi ſoli habent in carne poſiti ligandi ac ſoluendi poteſtatē, ſicut ſancti Apoſtoli, qui illorum exemplum ſimul cum doctrina tenent. Iterum

ex dictis Origenis. Hęc poteſtas ſoli Petro conceſſa eſt, & imitatoribus Petri. Nam quicumq; veſtigia Petri imitatur: recte habent ligandi & ſoluendi poteſtatem. Sed aliud eſt, non recte & digne illud poſſe: aliud eſt, nō poſſe abſolute. Quod non poſſunt, non habetur illis auctoritatibus: ſed q̄ recte non poſſint. Illud quod Petro dictum eſt. Quodcumq; ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cęlis: & quodcumq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cęlis. ſic eſt intelligendum. Quodcumq; ſolueris ſecundum clauis tibi cōmiſſas vel quodcumq; ligaueris ſecundum illas clauis, erit ſolutum & in cęlis, vel ligatum in cęlis: id eſt approbatur a deo ligatum, vel ſolutum. Si autem iniuſte aliquem ligant vel ſolunt non eſt apud Deum ligatus vſi ſolutus niſi, ipſe cōtempſerit. Nec dicimus ſacerdotem iniuſte aliquem ligare vel ſoluere ex quo adhibet tām diſcretionem quantum poteſt. Nam etſi ille iniuſte ligatur q̄ tum ad ſe: eccleſia tamen illud iuſte facit, & ipſe eccleſię in hoc debet obcedere. Verbi gratia. Aliq; derelicta vxore ſua tranſiit in aliam prouinciam, & ibi aliam duxit vxorem quam poſtea vult dimittere recognoſcens ſe aliam habere: ſed ſi forte datis iudiciis prorsus non poterit teſtibus illud probare: excommunicat enim eccleſia, niſi ad ſe cundam redeat: & iuſte hoc facit eccleſia cui in hoc debet obcedere. Si opponitur q̄ non poteſt cum iſta ſaluari cum aliam legitimam habeat vxorem. Dicimus excuſari per obediētiā quam deſert eccleſię: ſemper tamen quaſi inuitus debitum reddat. Aliquū tamen dicitur eccleſię in hoc nō debere obcedere cum ſciat eccleſiam falli: non tamen contemnat, ſed timeat & reuereatur excommunicationem. Si autem opponitur illd. Quodcumq; ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cęlis. Dicunt ligatus eſt in cęlo, id eſt a deo approbatur quod eccleſia fecit: non tamen ille reus eſt apud Deum. Vel ſic. Quodcumq; ligaueris & cętera. eorum meritis exigentibus ſubaudiendum eſſe dicunt. De iis vero qui

indiſcrete & non ſecundum clauis ſibi commiſſas ſolunt vel ligant, dicitur in Ezech. 13. Propheta. Vñ iis qui viuificāt animas quę non viuunt: & morrificant animas quę non moriuntur.

De ſacramēto olei ſeu extremę vñtionis. Cap. XV.

Terter ſupradicta eſt & aliud ſacramentum, ſcilicet vñctio infirmorū: quę ſit oleo conſecrato per epiſcopum. Hoc ſacramentum inſtitutum fuit ab ipſis Apoſtoliſ. Vnde in epiſtola Iacobi. Si quis infirmatur in vobis inducat preſbyteros eccleſię & orent ſup eū, vngētes eum oleo in nomine domini. Sicut in aliis ſacramētis: ita & iſto aliud eſt ſacramentum, aliud res ſacramēti. Sacramentum ipſa inunctio: res ſacramēti remiſſio quę ex interiori vñctione conferitur. Eſt enim in eadem epiſtola canonica: Et ſi in peccatis fuerit remittentur ei. Et ſi ex contempu hoc ſacramentum præmittitur vere periculofum eſt & damnable. Hoc ſacramentum in quibuſdā eccleſiis ſolet reiterari, cum dicat Auguſtinus ſacramentum non eſſe iterandum: & nulli ſacramēto faciendam eſſe iniuriā.

Obiectio Sed cōtra illud poteſt opponi de ſacramēto altaris: ſape enim iteratur in eodem. Dicitur quidam illud dictum eſſe de ſacramēto baptiſmi & de ſacramēto ordinationis, quę nunq̄ debent iterari: ſed de aliis (vt dicunt) non eſt illud intelligendum. Sed melius eſt vt de omnibus generaliter dicatur. Cum enim dicitur ſacramentum non eſſe iterandum: non eſt intelligendum de ſacramēto ſcđm partem ſui: ſed ſcđm ſe totum, verbi gratia. Cum baptizatur aliquis, benedicitur aqua per inuocationem trinitatis: ſi in eadem aqua iterum baptizatur alius eadem benedictio aquę ſcilicet inuocatio trinitatis qua ſanctificatur aqua iteratur: nec tamen dicitur iterari baptiſmus: quia pro parte iterata non iteratur ipſum ſacramētū. Sed ſi illa ſanctificatio aquę iteraretur, & in eadem perſona hoc fieret: tūc iniuriā fieret ſacramēto. Ita & de ſacramēto altaris vel vñtionis, licet iteratio fiat quantum ad perſonam quę iterum ſuſci-

pit ſacramentum: tamen quia non iterum benedicitur eadem hoſtia vel idem oleum, non iteratur ſacramentum. Si enim pro parte iterata dicuntur hęc ſacramēta iterari: eadem ratio & baptiſmus iteratur: cum ibi (vt diximus) parris fiat iteratio, ſcilicet illius ſanctificationis quam ſuſcipit aqua per inuocationem trinitatis.

Expliciteſt tractatus ſextus de ſacramētis conſecrationis, eucharistię, pœnitentię, & extremę vñtionis.


SEQVI

TVR Tractatus ſeptimus de ſacramēto coniugii, Cuius ſunt hęc capita.

De exordio coniugii. Ca. I.
 Q̄ bona ſit res coniugium. Ca. II.
 Q̄ ſine peccato fiat aliquando concubitus coniugalis. Ca. III.
 Quę ſint bona coniugii. Ca. IIII.
 De variis cōſuetudinibus cōiugiorū iuxta diuerſitatem temporum. Ca. V.
 Quid ad contrahendum coniugii tēpore gratię ſufficit. Ca. VI.
 Q̄ iuramentū de futuro nō faciat in præſenti coniugium. Ca. VII.
 Q̄ inter fidelē & infidelem non cōtrahatur cōiugium: ſed inter vtriq; fidēlem vel infidelem. Ca. VIII.
 Q̄ fidelibus cōiugibus vno viuente nequeat alius alii copulari. Ca. IX.
 Q̄ perſonę deuote videantur poſſe facere cōiugium & quę non. Ca. X.
 Q̄ cognati non debent niſi poſt gradum ſeptimum copulari. Cap. XI.
 Q̄ in ſpirituāli cognatione nō poſſit fieri coniugium. Ca. XII.
 Vtrū ſibi cōiungi valeāt qui ſe prius ad ulterio cognouerunt. Ca. XIII.
 Vtrum inter ſeruilem perſonam & liberā poſſit contrahi cōiugium. Ca. XIII.
 Qua etate poſſit fieri cōiugii. Ca. XV.
 Q̄ a furioſis non poſſit contrahi coniugium. Ca. XVI.
 Q̄ frigidū nō poſſint facere coniugium. Cap. XVII.
 De ſtabilitate coniugii. Ca. XVIII.
 De cauſis diuortii cōiugalis. Ca. XIX.
 De ſpirituāli fornicatione. Ca. XX.
 De ſecundis nuptiis. Ca. XXI.

De coniugii exordio. Ca. I.

X



Coniugiu qd & matrimoniu ap pellat ab institu tione creatoris anteq peccasset homies sumpfit exordium. Legi mus em in Ge nesi facta prima muliere virum

Gene. 2.

post extasim(per os eius loquēte dño) p phetice pronūciasse. Propter hāc relīquet homo patrē & matrē & adhārebit vxori suę. Iā nunc demonstrandū est(arbitror) ppter quas causas soleat fieri cōiugium. Est ergo coniugii causa principalis, spes prolis: propter quā primī homines cōiun cti sunt a dño dicente. Crescite & multi plicamini. Scda est post pctm Adē vitatio fornicationis: iuxta Apostolum dicētem.

Gene. 1.

Vnusquisq habeat propriā ppter forni cationē. Præterea sunt alię honestę causę de quibus nihil vel parū scriptū inueni tur: velut inimicorū recōciliatio & pacis redintegratio. Sunt etiā alię minus hone stę, sicut viri vel mulieris pulchritudo: q̄ animos amore inflāmatos frequenter im pellit ad ineundū cōiugiu vt suū valeāt explere desiderū. Questus quoq̄ & amor diuitiarū frequēter causa est: & quædam alia quę per se asaduertere potest quicq̄ diligentiam adhibere voluerit. Nec cre dendū est quibusdā qui dicunt nullaten⁹ esse cōiugium quod cōtrahitur propter causas posteriores: id est propter pulchri tudinem, vel alias. Constat em coniuges fieri quicunq̄ ex cōmuni cōsensu se inui cem recipiūt: quīs amore inflāmati ad explendum desiderū conueniant. Etem hoc manifestissime liquet per exemplum patriarchę Jacob: q̄ Rachel magis q̄ Liam sibi copulare voluit causa pulchritudi nis: dicente scriptura. Lia lippis erat oculis, Rachel decora faciē & venusta aspe ctu, quā diligēs Jacob ait: Seruiā tibi pro Rachel filiā tuā septē annis. Eadē res in Deuteronomio declarat his verbis. Si vi deris in numero captiuorū mulierē pul chra & adamaueris eā, voluerisq̄ habere eā vxorē introduces in domū tuam.

1. Cor. 7

Y

Coniugiu qd & matrimoniu ap pellat ab institu tione creatoris anteq peccasset homies sumpfit exordium. Legi mus em in Ge nesi facta prima muliere virum post extasim(per os eius loquēte dño) p phetice pronūciasse. Propter hāc relīquet homo patrē & matrē & adhārebit vxori suę. Iā nunc demonstrandū est(arbitror) ppter quas causas soleat fieri cōiugium. Est ergo coniugii causa principalis, spes prolis: propter quā primī homines cōiun cti sunt a dño dicente. Crescite & multi plicamini. Scda est post pctm Adē vitatio fornicationis: iuxta Apostolum dicētem. Vnusquisq habeat propriā ppter forni cationē. Præterea sunt alię honestę causę de quibus nihil vel parū scriptū inueni tur: velut inimicorū recōciliatio & pacis redintegratio. Sunt etiā alię minus hone stę, sicut viri vel mulieris pulchritudo: q̄ animos amore inflāmatos frequenter im pellit ad ineundū cōiugiu vt suū valeāt explere desiderū. Questus quoq̄ & amor diuitiarū frequēter causa est: & quædam alia quę per se asaduertere potest quicq̄ diligentiam adhibere voluerit. Nec cre dendū est quibusdā qui dicunt nullaten⁹ esse cōiugium quod cōtrahitur propter causas posteriores: id est propter pulchri tudinem, vel alias. Constat em coniuges fieri quicunq̄ ex cōmuni cōsensu se inui cem recipiūt: quīs amore inflāmati ad explendum desiderū conueniant. Etem hoc manifestissime liquet per exemplum patriarchę Jacob: q̄ Rachel magis q̄ Liam sibi copulare voluit causa pulchritudi nis: dicente scriptura. Lia lippis erat oculis, Rachel decora faciē & venusta aspe ctu, quā diligēs Jacob ait: Seruiā tibi pro Rachel filiā tuā septē annis. Eadē res in Deuteronomio declarat his verbis. Si vi deris in numero captiuorū mulierē pul chra & adamaueris eā, voluerisq̄ habere eā vxorē introduces in domū tuam.

Gen. 29.

Deut. 21.

Q̄ bona res sit cōiugiu. Ca. II.



Via vero sūt quidā hę Z retici qui detestātur nu ptias & iudicāt dānabi lē viri & mulieris copu lā coniugale: ad presens dicendū est vtrū res bo na an mala sit cōiugiu. Affirmamus igif cōiugiu rem esse bonā & nullo modo ma lā. Qd̄ apparet nō solūmodo ex hoc q̄ cō iugiu dñs primus instituisse legit in Ge nesi dicēs. Crescite & multiplicamini: sed Gene. 1. etiā per hoc q̄ Christ⁹ in chana Galileę. Ioan. 2. vino in aquā mutato nuptias miraculo cōmēdauit: & postea inter virū & vxorē (nisi causa fornicationis) dissidiū fieri p̄ hibuit. Ap̄tus quoq̄ dicit. Virgo nō pec cat si nubat. Cōstat itaq̄ rē bonā esse cō iugiu. Cuius opus id est sexus cōmixtio inter primos hoies & eorū successores si ne carnis incētiu & ardore libidinis oī tpe cōpleretur: si hoies in obediētia sui creatoris pmāssissent. Et sicut elemosynā dare bonum est opus & remunerabile: ita coit⁹ viri & mulieris bon⁹ & remunerabi lis esset q̄ tūc ageret absq̄ oī vitio & sola intētiōe generādi. Quia vero hoies trās gressiōe sua carnalē cōcupiscētiā incur rerūt, sine qua nequeūt vir & mulier cō misceri: idcirco fact⁹ est actus ille, malus & rephēnsibilis nisi excuset per bona cōiu giū. Q̄ aut̄ per cōiugiu excuset testat̄ Au gustinus sup̄ Genesim ad literā de cōiugio loquēs his verbis. Quod sanis posset esse officiu, egrorātis est ad remediū.

Q̄ sine peccato fiat aliqñ concu bitus coniugalis. Ca. III.



Am ad p̄sens videt̄ inge reddū an toriēs peccēt vir & mulier quotiēs cōmi scētur. Sciēdū est igif q̄ coit⁹ cū extranea mulie re pctm̄ est. Oīs autē ille coit⁹ qui sit cōtra naturā cū quacūq̄ fiat muliere criminofus & abominabilis est. Coitus etiā cū ppria coniuge si fiat solū modo pro explenda voluptate culpabilis est: sed p̄ cōiugiu venialis & p̄ lenē satisfactiōe excusabilis. Vnde August. de bo no nuptiarū. Hoc quo cōiugati victi per cōcupiscētiā vtrūtur inuicē vltra necessi tudinē liberos p̄creādi: ponā in iis p̄ qui bus quotidie dī. Dimitte nobis debita Matt. 6.

nostra sicut & nos demittimus debitoribus nostris. Nō aut̄ videt̄ illoz coit⁹ culpabilis q̄ cū suis cōiugibus causa plis generāde & in cultū dei educāde cōmiscen tur: vel q̄ suis cōiugib⁹ exigētib⁹ reddūt carnīs debitū. Hoc. n. ex autoritate dñi videt̄ approbari, q̄ post diluuiū cū iā ho mines sine cōcupiscētia carnīs nō possent cōmisceri: tñ virū & mulierē ad generan dū p̄cepit copulari dicēs. Crescite & mul tiplicamini. Qd̄ vtiq̄ dñs non iussisset si nullo modo sine pctō fieri posset coit⁹ cō iugalis. Dñs em̄ pctā p̄hibet: nec propter bonū p̄cipit facere malū. Illud quoq̄ dñi p̄ceptū Augustinus cōsiderās cōiuges causa prolis coeūtēs nō peccare affirma uit, sic dicēs in libro de bono cōiugali. Cō iugalis cōcubitus generādi grā nō habet culpā: cōcupiscētię vero fatianda: (sed tñ cū cōiuge) p̄pter tori fidē veniale habet culpā. C̄si aut̄ opponit aliq̄ dicens: oīm carnīs delectatiōe esse malā & pctm̄ sine qua nō pōt fieri coit⁹ cōiugalis. Rñdem⁹ equidē q̄ talis delectatiō mala est: q̄ pcti p̄cena est: sed tñ non oīs carnīs delectatiō pctm̄ est. Etem verisimile est carnem dñi nostri Iesu Christi quæ semp fuit imunis a pctō delectatā esse requiescēdo post fatigationē, & comedēdo post esuriē. Dele ctatiō nāq̄ talis oī hoī naturalis est post trāsgressiōe primorū hoīm: & nisi sit im moderata nō est pctm̄. Silt̄ delectatiō quę sentit̄ in coitu naturaliter, nisi sit imode rata nō videt̄ esse pctm̄ in cōiugib⁹ q̄ cau sa plis coeūt vel debitū reddūt. Excusat̄ em̄ penit⁹ cōiugiu, nec vsq̄ legit̄ p̄ ea cō iuges aliqūā poenā sustinere: quīs nullum pctm̄ remaneat ipunitū. Videt̄ ab hac sentētia beat⁹ Gregori⁹ dissentire & testa ri q̄ cōiuges sine pctō nequeāt cōmisceri: dicit em̄. Romanoz ab antiquis t̄pibus semp vsus fuit post admixtiōe cōiugis: & lauacri purificatiōe querere, & ab in gressu ecclesię paululū se temperare. Nec hoc dicētes culpā deputam⁹ esse cōiugiu: sed q̄ ipsa licita admixtiō cōiugū sine vo luptate carnīs fieri nō potest a sacri loci ingressu abstinēdū est: q̄ ipsa voluptas si ne culpa nullaten⁹ esse potest. Nos aut̄ si priores auctoritates & rōnes sequi volu mus: determinemus beatū Gregoriū hoc dixisse de illa voluptate. i. imoderata libi


Gene. 8.

B

C
Obiectio

dine pro qua explēda cōiuges frequēter coeūt: nō q̄ semp hoc faciūt: sed q̄ nulli sunt cōiuges qui valeāt illā semp evita re. Quia igif talē voluptatē aliqñ cōiuges incurrebant: ab ingressu ecclesię post tuam cōmixtiōem temperabant.

Que sint bona cōiugii. Ca. III.



Vnc quę sunt bona cō iugii breuiter inquirā mus. Sit igif tria bona cōiugii: fides, p̄les, sacra mētū: de quib⁹ sic dicit Augustinus. Bonū nu ptiatū tripartitū est: fides, p̄les, sacramē tū. In fide attēditur ne post vinculū cōiu gale cū altero vel altera cōcūbat. In prole vt amanter suscipiat, religiose doceat. In sacramēto vt cōiugiu non separet: & di missus aut dimissa nec causa prolis alteri cōiugatur. Et attēde q̄ tertiu bonū ideo vocat̄ sacramētū: quia signū est sacre rei, hoc est inseparabilis cōiugatiōis quę est in ter Christū & ecclesię. Præterea sunt alia cōiugii bona velut vitatio fornicationis & amicitia viri & mulieris ex societate p̄cedēs cōiugali: & aliqñ pax inter hoies sibi pri⁹ hostiliter aduersant es. Sciēdū est aut̄ inter quosdā p̄sonas aliqñ cōtrahī cōiugiu in quo nullū tñ de p̄dictis bonis pōt fueniri. Cōiugit. n. vt aliq̄ cōiugatur nō causa plis, nec p̄ vitādo malo fornicatiōis: ex quoq̄ cōiugatiōe nec inter ipsos nec iter alios amor aut cōcordia puenit.

De variis cōsuetudinibus coniu giorum. Ca. V.



Via hoies diuersoz rem porū diuerfas leges & cō suetudines in coniugiis habuisse cognoscim⁹: id circo diuersos stat⁹ cōiu giū iuxta diuersitates tē porū breuiter trāscurramus. A principio tēporis inter duos. i. solū virū & solā mulierē inchoatū est cōiugiu, per os Adē dicēte dño. Erūt duo in carne vna. Est et ve risimile q̄ inter p̄sonas duas & nō plures cōtractū fuisset p̄ oīm successiōe t̄pis: si primi hoies in obediētia permāssissent: tñc em̄ hoies absq̄ carnīs incētiu coeūtēs filios deo subditos generassent, & nūq̄ opus fuisset aliqūē virū simul duab⁹ vxoribus copulari, p̄pter cultū dei dilatādū: Nnn ii

Gene. 2.

cū oēs vnū deū cognoscerēt & amarent. Post cōiunctionē primī viri & primę mulieris filii & filię eorū matrimonio sūt cōiūcti: sed vnus vni tm̄. Hoc autē q̄ eo tpe frater sorori suę cōiūctus est cōstat ob hęc causam euenisse q̄ nō inueniebantur alię mulieres & alii viri quib⁹ filii & filię

G Adā cōiūgerēt. Primus autē oīm Lamerh legitur simul duas sibi fœminas copulasse: & hoc factū respēditur in Lamerh, q̄ p̄ explēda voluptate carnis compertū est eum hoc egisse. Postea vero multiplicato hūano gñe cū iā fere oēs falsos deos adorārēt: paucissimis in cultu vni⁹ dei permāntib⁹ permīssum est. Imo specialiter inuētū est cū duab⁹ vel plurib⁹ eodē tpe matrimoniu cōtrahere. Qd̄ idcirco factū est ne illis paucis & filiis eorū deficiētib⁹ no tīria & cult⁹ dei obliuiscē deleret. Nec illē fuit institutioni dñicę cōtrariū. Quis. n. dñs inter duos cōiugiū inchoauerit: non tñ si vrgeret necessitas inter plures fieri phibuit. Moyses autē a tpe legis interdixit fieri cōiugia cū matre ppria, cum no uerca, cū sorore, cū nepte, cū amita cū matertera, cū nuru, cū pprię vxoris filia. Permissit autē separationē fieri ex cōiugibus legitime copulatis dato libello repudiū. Et arbitror q̄ sufficiebat illo tpe ad cōtrahēdū cōiugiū altera viri & mulieris in necessariis reb⁹ prouidētia: & cōsensus de soluēdo carnis debito: ita tñ q̄ mulier p̄mitteret se fidei tori viro seruatū, vir autē poterat aliā ducere, & dato libello repudiū vxorē dimittere. Supueniēte autē tēpore gr̄e cū iā ppl's fidelis ad copiosā multitudinē creuisset: redacta est lex matrimonii ad priorē & honestiorē institutionē vt solus solū iūgeret. qua copulatiōe vni⁹ Christi & vni⁹ ecclesię cōiūctio honesti⁹ designat. Prohibitu est etiā ne itra septimū cognatiōis gradū aliq̄ sibi m̄imonio iūgerēt. Qd̄ factū ē vt extraneos q̄s null⁹ iūgebat cognatiōis affect⁹: caritas ex societate cōiugali pueniēs colligaret. Separatio q̄q̄ p̄ libellū repudiū ē penit⁹ interdīcta.

Quid ad cōtrahēdum matrimoniu tpe gratię sufficiat. **Ca. VI.**

I Am nūc videamus qd̄ ad cōtrahēdū cōiugiū tpe gratię sufficiat. Credim⁹ igit̄ sufficere duā rē idonearū personarū legitimū

de cōiūctiōe cōsensum. iuxta authoritatē Nicolai papę, q̄ dicit. Sufficiat scđm leges solus eorū cōsensus de quorū cōiūctiō nibus agit. Qui cōsensus cū solus in nuptiis forte defuerit: cetera oīa etiā cū iplo coitu celebrata frustrātur. Vnde etiā loannes Chrysostomus dicit. Matrimoniu nō facit coitus, sed volūtas. Beatus quoq̄ Ambrosius de eadē re sic ait. Nō desolatio virginitatis facit coniugiū: sed pactio cōiugalis. Iā nūc restat vt verba in p̄dicta cōiugaliōe cōiugii posita breuiter explicemus. Ideo diximus duarū personarū: q̄a hoc tpe cū vna muliere nō simul cum plurib⁹ initur cōiugiū. dicēte Ap̄lo. **Pro. 1. Con. 7.** p̄ter fornicationē vnusquisq̄ vxorem suā habeat & vnaqueq̄ virū suū. Dicēdo vxorē suā & nō suas indicauit q̄ Christiano homini non liceat habere simul plures. Ideo autē idonearū p̄sonarū diximus: q̄a multę sunt maneries hominū quib⁹ non licet inter se vel etiā cū aliquib⁹ aliis personis facere cōiugiū, de quib⁹ latius postea disseremus. Ideo diximus legitimū de cōiūctiōe cōsensum: q̄a eos q̄ cōiunguntur sic oportet cōsentire vt inuicē spōtaneē se recipiāt: quod iudicat fieri si in desponsatione minime contradicant. **Con. 7.** sentit em̄ qui minime cōtradicit: iuxta illud Pandectarū. Intelligitur filia semper patri cōsentire, nisi euidenter dissentiat. Et alibi. Quę patris volūtati non repugnat, cōsentire intelligitur. Quādo autē cōsentiēdo se inuicē recipiūt: in illo cōsensu cōtinetur q̄ dū vterq̄ vixerit sibi in necessariis prouidebit: nec carnis debitū nisi ex cōmuni cōsensu sibi subtrahēt, & q̄ fidei tori custodient. Debent autē ad hoc cōsentire ex volūtate non ex coactione. **Con. 7.** actus em̄ cōsensus (qui nec cōsensus appellari debet) minime cōiugium facit. Sicut testatur Urbanus Sāctio regi Aragonū scribēs in hęc verba. De neptis tuę cōiugio quā te cuiadā militi daturū necessitatis instāte articulo sub fidei pollicitatione firmasti: hoc discernimus vt si illa virum illum omnino (vt dicitur renuit) nequaq̄ eam inuitam & renitentem eiusdem viri cogas coniugio sociari. Quorum enim vnum corpus est: vnus debet esse & animus. Ex hac authoritate intelligitur coniugiū fieri inter consentientes

& spōtaneos: & nō inter renuētēs & inuitos. Verūtū si cōrigerit eos q̄ iuiti & coacti cōiuncti sunt p̄ aliqđ tps spatii cōhabitates familiariter & amicabiliter cōuersari & diu in suo consortio remanere cū habeāt opportunitatē discedēdi: p̄fecto videt q̄ cōsensus sequēs suppleat illē qđ p̄cedēs coactio minuerat. Cōsensum p̄dicto modo diffinitū sufficere credimus ad cōtrahēdū cōiugiū: licet dos defuerit & sacerdotalis bñdictio & alia nuptiarū solennia, vel etiā ipsa sexus cōmixtio sine qua cōiuges vere appellari possunt: sicut ex coniugio virginis Marię & Ioseph euidenter est declaratū. Illud autē qđ Euaristus papa dicit, aliter legitimū nō sit cōiugiū nisi dote vxor & a sacerdote bñdicatur ac solēniter accipiat: non ideo dictū est quin solus cōsensus faciēdo cōiugio satisficiat: sed q̄a nō adeo honeste & legitime cōiungunt qñ clam & furtiue copulātur illis p̄missis, quā ad honestatē sacramētū leges fieri p̄cipiūt. Leo quoq̄ nō negat fieri ex cōsensu solo cōiugiū quis sic dicat. Cū societas nuptiarū ita ab initio cōstituta sit vt p̄ter sexus cōiūctiōē etiā haberet i se Christi & ecclesię sacramētū: dubiū nō est eā mulierē non prinere ad matrimoniu in qua doceat nuptiale non fuisse mysteriū &c. Nā hoc dicit de cōcubinis quę cū ad tēpus a viris assumptę sint absq̄ cōsensu pmanēdi & pmissione fidei cōiugalis & celebratiōe mysterii nuptialis nō sunt cōiuges appellandę: nō q̄a celebratiō nuptiarū defuerit, sed q̄a cōsensus cōiugalis nō adfuit.

Q iuramētū de futuro nō faciāt in presentī cōiugium. **Ca. VII.**

credenda sit spissitudo eius: & utrum ipsum calidum an frigidum: aut cuius alterius qualitatis existat merito quereretur: si in de aliquid certum sciri potuisset. Nunc autem in questionibus harum rerum non mihi multum laborandum videtur, quas nec ratio vlla comprehendit: nec auctoritas (cui fides adhibenda sit) probat. Solum hoc quod legimus credere sine dubitatione debemus: quod factum est firmamentum ut divideret aquas ab aquis: hoc est ut partem aquarum intra ambitum suum concluderet: partemque extrinsecus segregaret. Sacramentum supradictorum.

Cap. XIX.

Vare autem factum sit ut firmamentum aquas a se divideret: partimque supra atque infra, partimque earundem aquarum naturam consistere: non quae rat extra se, qui haec propter se facta credit. Nam est illo qui interiori fabricatur est mundo, quiddam huius operis formam & exemplar habens: ubi terra quaedam deorsum posita consistit sensualis naturae hominis: coelum autem sursum puritatis intelligentiae: & quasi quodam immortalis vitae motu vegetata ratio. Duas vero istas tam dissimiles in vno homine naturas, magna quaedam desideriorum motus hinc inde fluctuantium, & in contraria sepe motu alterno redentium oberrant: quia & aliud est quod subter caro ex infirmitate pressa appetit: & aliud quod spiritus sursum per contemplationem veritatis eleuatus intendit. Sed sit aliquo modo ut contrarii motus confusionem gignant: nisi ratio media interueniens diuidat ab iniunctis, & discernat voluntates & appetitus, desideriaque diiudicet. Quid sit videlicet quod ex carne deorsum trahit: quod ex spiritu in superna inahiat, summum illud & immortale bonum ambiens. Nam cum ipsa ratio fortiter iudicium censura quasi firmamentum quoddam in medio sese collocat: atque hinc supercelestes aquas: illinc autem eas quae sub caelo sunt disponit separatim: non potest inferior corruptela inferiori animae puritatem inficere: neque ipsa quae sursum est sinceritas, ad ea quae subter sunt abiecta & vilia finitur sese inclinare.

Quare non dicitur deus vidisse opus secundę diei, q̄ bonū esset. Ca.XX.

A **S**ed mirū est quare nō vidit deus opus secundę diei q̄ esset bonū: sicut in ceteris oībus diebus vidisse legitur & vidit deus q̄ esset bonum. Aut. n. opus eius non fuit & bonum non fuit: aut si opus eius fuit, bonum fuit. Si autē bonū fuit, & opus eius fuit: vidit utiq; q̄ bonū fuit qui nō potuit ignorare quod fuit: siue bonum siue malū fuit. Quare ergo hic nō dicitur est. Vidit deus q̄ esset bonū: sicut alibi vbiq; dicitur est: Vidit deus q̄ esset bonū? Nam si ideo alibi dicitur est quia factum est: cur etiam hic dici non debuit si factum fuit? Fortassis quia binariū signū diuisionis est: qui primū abvinitate distcedit: sacramētū aliquod hic cōmendatur. Et non sunt laudata opera secundę: non q̄ bona non essent: sed q̄ mala erant signum essent. Prima enī opera fecit deus & illa oīa bona valde erāt: qui bus neq; inerat corruptio, neq; deerat perfectio. Sed venit deinde diabolus & homo, & fecerunt ipsi opera sua: & hec erant opera secundę post prima: mala post bona: & noluit deus videre opera ista q̄ mala erant, sed q̄ per sapiētiam vidit: per iudicium improbanū.

Quomodo congregatę sunt aquę in vnum locū, vt arida appareret. Cap. XXI.

B **T** dixit deus. Congregatę sunt aquę q̄ sub celo sunt in locū vnū. Quātum ad literā spectat, locus vnus in quo congregatę sunt aquę q̄ sub celo erant abyssus magna credit: quę ab ipso mundi exordio in terrę corpore tantę capacitatis facta fuisse putatur: vt omnīū receptaculū aquarū esse poruisset. Nam aquarū natura in principio tenuis admodū leuissq; & in modum nebule cuiusdā dispersa: postq̄ diuina virtute & iussione in vnā (vt ita dixerim) massam cōpingi quodā modo atq; desari cepit: ipso suo pōdere deorsum vergens in ima collapsa a terra ex

cepta est: spatiūq; illud quod desuperq; ad ipsum firmamentū occupauerat, se renū purūq; dereliquit. Ipsa quoq; terrę superficies (aquis omnibus inter alueos suos conclusis) apparere cōcepit. Primo quidē lurulēta & lubrica nudaq; velut quę germina necdū vlla protulisset: quibus vestiri & superduci potuisset.

Quomodo terra germina produxit. Caput. XXII.

Dixit ergo deus vt produceret terra herbā virentē & facientē semen: lignūq; p̄ miferum faciens fructū in genere suo: cuiū semē in femeripso esset super terrā: & factū est ita. Deinde ad irrigandā vniuersam terrā ab illa magna abyssō quasi a fonte quodam aquę interius q̄dem intra viscera telluris p̄ trachones occultosq; meatus, desuper vero in superficie per aluos suos in oēs partes deductę sunt, itū & reditu mirabili & indefesso, lege perpetua, ad vnum locum.

Quare aquę illę q̄ supra celū sunt, non dicit scriptura q̄ sint congregatę in vnū locū. Cap. XXIII.

De illis aquis q̄ supra celum sunt non dixit scriptura q̄ cōgregatę sunt in locū vnū: quę admodū de illis q̄ erant sub celo. Magna sunt in his oībus sacramenta, nec explicabilia p̄sentī abbreviatione: q̄ aquę q̄ sub celo sunt congregatę in vnū locū, q̄ apparet arida & germina producit: simulq; ipsa aeris spatia cōtracta tandē caligine serenant: & aquarum tractus ad irrigandā atq; infundēdā terrā per corpus illius quacūq; sparguntur: & nihil sine causa factū est. Hoc mirū videtur, q̄ aquę q̄ sub celo sunt, congregatę in locū vnū: & illę q̄ sunt supra celū non congregant neq; eis locus vnus tribuit: sed relinquuntur diffuse atq; expāse, quasi aquę coarctari nō līt vel colligi. Quid putas hoc sibi vult nisi q̄ Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui dat est nobis? Et istę sunt supcelestes aquę: quia adhuc excellentiorem (inqt ap̄s) 1. Cor. 2,

1. Cor. 12. viam vobis demōstro. Si lingua hominū loquar & angelorum: si habuero omnem

1. Cor. 13. pphetiam: si nouero mysteria omnia, qd est: nihil pdest si caritatem nō habeam.

Phil. 4. Pax (ait) dei quę exuperat omnē sensum custodiat corda vestra & intelligentias vestras. Iam quodāmodo videmus quare

E aquę illę quę supra celum sunt nō debuerunt colligi & in vnum coarctari, qm̄ caritas amplificanda semper est & dilatanda: & quanto latius pandit tanto celus sublimatur. Quę autē sub celo sunt aquę, cōgregandę sunt & constringendę in locū vnū: vt inde per certos tramites & exitus ordinatos, quacūq; deducātur. Quoniam affectū animę inferior nisi certa lege constringatur, non potest apparere arida: nec germina pducere, sicut apostolus castigat corp⁹ suum & in seruitutem redigit: ne forte cū aliis p̄dicauerit, ipse reprob⁹ fiat.

1. Cor. 9.

Quis tribus diebus facta est rerum dispositio. C. XXIII.

F **A** Cce ista sunt trīs dierū opera, anteq̄ sol vel cetera lumīaria facta fuissent. In his primis trib⁹ diebus disposita est vniuersitatis huius machina & partibus suis distributa firmamento desuper expanso. Deinde terra reuelata atq; in imo residente & suo pondere librata, collectisq; aquarum molibus intra receptacula sua aere serenato: quatuor mundi elemēta locis suis distincta & ordinata sunt.

Quomodo tribus diebus sequētib⁹ quētib⁹ ornatus est mund⁹.

Caput. XXV.

G **D**einde sequebatur ornat⁹ eorum, & hoc trib⁹ sequētib⁹ irē dieb⁹ factū est. Quarto q̄ fuit primus in tribus ornat⁹ tum est firmamentū sole & luna & stellis. Quinto die (qui fuit secundus in tribus) aer in volatilibus, & aquę in piscibus ornamenta acceperūt. Sexto die (qui fuit tertius in trib⁹) accipit terra bestias & iumēta & reptilia ceteraq; animalia quę mouentur in terra. Homo autem nouissimo die factus est

Gene. 1.

Rom. 5

1. Cor. 2,

de terra & in terra, non tamē ad terram, neq; propter terram, sed ad cælum: & p̄pter eum qui fecit terram & cælum. Ergo factus est homo non quasi ornat⁹ terra, sed domin⁹ & possessor: vt non ad terram referatur conditio eius propter quę facta est terra.

Vtrū de ipsis elemētis facta sunt quę ad ornatum illorum facta sunt. Caput. XXVI.

H **E** ornatib⁹ elemētorū si interroget quis, vtrum nam credendum sit ex ipsis ea quęq; elementis esse cōdita ad quorum decorem vel pulchritudinem facta probātur: vt verbi gratia: q̄ ad ornatum terrę facta sunt: non nisi de terra sumi potuerūt: hoc & si in aliis verum concedimus, non tamen in elemēto aeris vilo modo probare valem⁹: cum manifeste volatilia legamus accepisse & ab aquis originem & in aere mansionem. Quod quare factum sit vt non (ad similitudinem aliorum quę ad ornatū elemētorū mūdi creata sunt) ex ipso elemēto materiam sumerent in quo locum sortiari debuerunt forte quis ad ipsius elemēti materiam referat: q̄ quasi tantam aer corpulentiam non habuerit, vt animātū corpora quę solidam materiam regunt ex eo conderētur. Aquarum autē naturā magis terrę affinem plusq; corpulentię habentem, ac per hoc formandis corporibus aptiorem. Sed altior in his rebus sacramenti virtus obiecta est.

Sacramētum quare pisces & aues de vna materia facti sūt: & in vna sede dispositi nō sūt.

Caput. XXVII.

I **Q**uo sunt genera animalium quę ex vna origine prodeūt: sed nō vnā mansionem sortiuntur. Pisces in originali sede pmanent. Volatilia sursum tolluntur: & fiunt quasi supra id qd facta sunt. Sic de vna massa corruptibilis nature, & sua mutabilitate defluentis vniuersa generis humani p̄pago trahitur, sed aliis deorsum in ea qua nati sunt corruptione iuste derelictis: aliis sursum

dono gratiæ ad sortē cælestis patriæ eleuat, iudicii seruatur aquiras.

Quare opera cōditionis pri⁹ cōmemorantur: deinde opera restauratiōnis. C. XXVII.

K



Et q̄ multa sūt alia que de his dieb⁹ mystica dici potuerūt. Sed nos quasi extra materiā nostrā cursum ista perstrinxim⁹ vt ad eandem materiā tractandam quasi ex præcedenti accessum conuenientiorē haberemus. Nos siquidem propositum habemus de sacramento redemptiōnis humanæ (q̄ a principio in operibus restauratiōnis formatū est) quantum dominus dederit in hoc opere tractare. Sed quia opera cōditionis tēpore priora fuerūt: ab his exordium sermōnis sumpsimus, vt inde ad reliqua que sequuntur suo ordine viam facerem⁹. Dicimus nāq; opera cōditionis creatiōne yniuersorum: quādo facta sunt vt essent quæ non erant, opera vero restauratiōnis quibus impletum est vel figuratū est sacramentum redemptiōnis quo reparata sunt, quæ perierāt. Ergo opera cōditionis sunt quæ in principio mundi sex diebus facta sunt: opera vero restauratiōnis quæ a principio mundi propter reparatiōnem hominīs sex atatiōibus sūt: Quæ (vt breui definitione stringamus) opera restauratiōnis esse dicimus incarnationē verbi: & quæ in carne & per carnem gesit verbum cū omnibus sacramētis suis: siue iis quæ ab initio mūdī ad ipsam incarnationem figurandā præcesserunt: siue iis quæ vsq; in finem sæculi ad ipsam annunciandam & prædicandā subsequuntur. De his loquitur omnis diuina scriptura: & de his & p̄ his facta est oīs diuina scriptura: q̄a quemadmodū libri gētilium opera cōditionis inuestigant, & tractant: sic diuina eloquia ad opera restauratiōnis tractanda & commēdanda maxime operam dant.

¶ **CO** in operibus restauratiōnis maxime versatur tractatio.

Caput. XXXIX.



Rgo in operibus restauratiōnis a principio redemptiōnis mysterium inuestigandum est: & si hoc diligēter in his oīsbus secundum seriē tēporum & successiones generationum ac dispositionem præceptorum inquirimus summam totam diuinarum scripturarū fidenter nos attigisse pronunciamus. Hoc autem incipiendum est a cōditione primi parentis: & eruēdum paulatim progredientibus nobis semper ad ea que ordine subsequunt. Sed breuiter in clausula ipsa supradicta colligimus: ad intelligentiam dicendorum comparandam. Opera ergo cōditionis, id est mundus iste sensibilis cū omnibus elementis suis in materia quidem ante omnem diem in tempore pariter & cum tempore facta sunt, postea sex diebus in formam disposita: tribus primis diebus ordinata: & sequentibus tribus ornata. Nouissime sexta die factus est homo Adam & Eua: propter quem facta sunt cætera omnia: & ipse in paradiso collocatus est: primo mansurus ibi & operaturus vt post opus cōsummatum & obediētiā impletā exinde illuc prouheretur vbi erat semper mansurus. Sed quia sequentis operis seriem, a cōditione primi hominīs deducere instituiimus, iustum est vt in ipsius exordio libri, primum causam cōditionis humanæ inuestigemus: vt simul demōstretur & primū rationabiliter a deo conditus: & postmodum misericorditer reparatus. Ibi quoq; dum cōderetur gratuito factū opus rationale: & hic dum redimeretur rationabiliter impletū op⁹ gratiæ.

Quatuor esse per quæ sermo subsequens decurrit.

Caput. XXX.



Vatuor igitur sunt per quæ sermo subsequens ordine decurrere debet. id est primum quare creat⁹ sit homo. Deinde qualis creatus sit: deinde qualiter lapsus sit: postremo autē qualiter sit reparatus.

Explicit prima pars.


INCIPIT SE

cunda pars de causa creatiōnis

hoīs: & de causis primordialibus rerū omnium.

Caput. I.

O



In principio operis, qd vestra instantia magis q̄ alacritate propria aggressus sum, mūdī huius sensibilis originē & dispositionem, q̄ breuissimo potui sermone & qui maxime, vt propositum nobis fuerat, introducendis conueniat, explicui. Nūc vero consequens est vt creatiōnem hominīs (propter que mundus ipse factus est) sermone prosequamur: eo sane ordine loquēdo incedentes: que creator ipse rerum demonstrauit operando. Prius siquidē opifex deus mundum fecit: ac deinde hominem possessorem & dominum mundi vt ceteris omnibus iure cōditionis dominaretur homo, ipsi a quo fact⁹ fuerat soli voluntaria libertate subiectus. Vñ constat creatiōnem hominīs, rerum omnium visibilibus cōditione posteriorem quidē tempore, sed causa priorem fuisse: quia q̄ factus est post omnia, propter es omnia facta sunt. Causa ergo cōditionis humanæ ante omnia est: & ipsam inuestigare oportet supra omnia & ante omnia quæ tempore orta sunt, & ante tempora ordinata sunt. Si enim omnia deus fecit propter hominem, causa omnium homo est: & causaliter homo prior omnib⁹ est, ipsum vero propter quod homo factus est pri⁹ homine est: & multo ante omnia quibus homo causaliter prior est. Id autem propter qd factus est homo, quid aliud erit nisi ipse a quo factus est hō: Si ergo causa mundi homo est, quia propter hominem factus est mūdus: & causa hominīs deus est, quia propter deum factus est homo: ergo deus erat, & mundus non erat, neq; homo erat, & factus est propter deū homo qui non erat: & mundus propter hominē qui necdū erat, & quasi eadē cau-

sa videbatur q̄ factus est homo propter deum: & q̄ propter hominem mūd⁹ factus est. Nam & homo factus est vt deo seruiret propter que factus est: & mūdus factus est vt seruiret homini propter que factus est. Et quasi idem erat & idem nō erat: quia idem nō erat propter quos erat. Deus perfectus erat & plenus bono consummato: neq; opus habuit aliudē iuuari, quoniam nec minui potuit æternus, nec imensus augeri. Homo vero natura egēs erat alieni auxiliū, quo vel cōseruaret qd mutabile acceperat, vel augeret quod nō cōsummatum habebat. Ita positus est in medio homo, vt & ei seruiret & ipse seruiret, & acciperet vtrinq; ipse: & toti sibi vendicaret: & reslueret totum ad bonum hominīs, & quod accepit obsequiū, & quod impendit. Voluit enim deus vt ab homine sibi seruiretur: sic tamē vt ea seruitute non de⁹ sed homo ipse seruiēs iuuaret, & voluit vt mūdus seruiret homini, & exinde similiter iuuaret homo: & totum hominīs esset bonū, quia propter hominem totum hoc factū est. Ergo totum bonū hominīs erat: videlicet & qd factum est propter ipsum, & propter qd factus est ipse. Sed aliud bonum deorsum erat & de subtus sumebatur ad necessitatem, aliud bonum sursum erat, & desuper sumebatur ad felicitatem. Bonum quippe illud quod in creatura positum erat, bonum erat necessitatis: quod vero in creatore erat bonum, bonum erat felicitatis. Et vtrūq; ad hominem ferebatur quia vtrūq; homini debebatur: quia propter alterū factus est homo vt illud possideret & frueretur: alterum propter hominem factum est: vt illud acciperet & iuuaretur. Intantum ergo rationalis creaturæ cōditio cæteris oīsbus quæ propter ipsam facta sunt excellentior esse probatur: q̄ omnium causa ipsa est. Causa vero eius alia nulla est, nisi ipse a quo ipsa est. Sicut, n. ab ipso est vt aliqd esset: sic propter ipsum est vt beate esset: alterum sumēs ab ipso, hoc est q̄ esset: alterū in ipso hoc est q̄ beate esset. Sed dicit aliquis. Quare deus creaturā fecit si iuuari ipse nō potuit per creaturam: cui alteri fecit quod sibi non fecit: quādo alter nemo erat: nisi ipse qui fecit? Quasi enī pro ni-

hilo factum esse videretur & causam non habuisse vt fieret quod ita factum est: vt inde nec iuuaretur ille qui fecit quia perfectus nõ eguit: nec alter inde iuuaretur, quia præter ipsum qui iuuari posset alter non fuit. Et hoc fortassis diligentius consideratum aliquē mouere possit: propterea causam conditionis rationalium quā in solo rerum auctore constituitur, non solum pro hominibus de quibus sermo propositus erat, verum etiā pro angelis: quoniam & ipsi sicut eiusdem nature participes sunt, ita quoque ab eodem fonte originis causam trahunt: generali quadam consideratione inuestigare oportet: quoniam in ipsa principium consistit vniuersorum quæ facta sunt.

De causis primordialibus & effectibus earum. Cap. II.

Rerum omnium ordo dispositioque a summo usque ad imum, in vniuersitatis huius cōpage ita sese causis quibusdam rationumque genituris persequitur: vt omnium quæ sunt, nihil in cōnexū aut separabile natura externūque inueniatur. Quæcūque enim sunt rerum omnium: aut causæ inueniuntur subsequētium effectuum esse, aut effectus præcedentium causarum. Et rerum quidē aliæ causæ tñ sunt, non etiam effectus: sicut prima omnium causa. Aliæ effectus tñ, non etiā causæ: sicut vltima & postrema vniuersorum. Aliæ autē & causæ sunt ad posteriora quæ generant: & ad priora a quibus generantur effectus. Et sicut his quæ vltima sunt & effectus tñ priorum nihil posterius cernitur: sic quidem iis quæ prima sunt & causæ tñ subsequētium, nihil prius inuenitur. De mediis autē quæcūque priora sunt, magis causæ nominantur, & minus effectus. Quæcūque vero posteriora sunt, magis sunt effectus: & minus causæ, & prima causalissima. Et quæ prima sunt post prima: primi sunt effectus: & quæ vltima sunt ante vltima: causæ vltimæ & vltima gñata, & prima generantia. Primæ autem causæ aliæ creatæ sunt & quæ sunt in suo genere primæ, aliæ in creatæ & quæ vniuersaliter primæ sunt.

Quæ enim in suo genere primæ sunt: ad aliquid primæ sunt: sed vniuersaliter primæ non sunt: quoniam & si præcedunt quæ subsequuntur omnia, habet tamē & ipsæ aliquid quo posteriores inueniatur: quoniam non præcedunt omnia. In hac enim vniuersitate rerum omnium, ita cunctis causaliter coherentibus aliquid primū inuenitur, vt ex his omnibus nihil prius esse possit, quoniam ipsum ex omnibus primum est omnium: & tamen ipso aliquid prius esse necesse est: quoniam ex omnibus est quibus vniuersaliter aliquid prius est. His vero causis quæ vniuersaliter primæ sunt, nihil prius est: quoniam ipsæ primæ sunt omnium, nec habent alias causas ipsæ priores: quoniam omnium causæ ipsæ sunt.

De generatione causarum primordialium. Ca. III.

Nec autem sine motu efficiunt & generant sine traductione: quā aternitas nec in suo statu deseruit tempora ordinans neque ex suo substantiam ministravit corruptibilia creans: sed manens quod erat, fecit quod non erat: in se continens potestatem faciendi, nõ sumens ex se materiam facti. Neque enim degeneravit inferiora cōdens, vt natura in ipsa descenderet, quibus dedit initium: quoniam & hoc ipsum omnipotentis eius natura continebat sine natura naturā creare, qua initium fumerent quæ non erant: quoniam opus & factor natura idem eē non poterant. Sicut ergo in faciendis, se non minuit aternitas: sic in factis se non auxit immensitas. Sed ante facta sine defectu plena consistit: & post facta sine motu indeficiens permanit. Nihil nouū assumens, nihil antiquum amittens: totum dans & nihil abiciens. Hęc prima causa rerum omnium secundum se & propter se operata est opus suū: scdm se, quoniam extrinsecus operis sui formati non accipit: propter se, quoniam aliudē causam operandi non habuit. Fecit enim ad similitudinem suam, quod disponebat ad participationem sui: vt ex ipsa eandem formā traheret, quod cum ipsa idem bonū possidere debuisset.

Quæ sit prima causa conditionis rationalium. Ca. III.

Hinc ergo primā causam sumpsit creaturæ rationalis conditio: quæ voluit deus aterna bonitate suæ beatitudinis participes fieri quā vidit & cōmunicari posse, & minui omnino non posse. Illud itaque bonū quod ipse erat & quo ipse beatus erat: bonitate sola nõ necessitate trahebatur ad cōmunicandum. Quoniam & optimi erat prodesse velle: & potentissimi noceri non posse.

Quæ diuina voluntati & bonitas affuit & potestas. Cap. V.

Diuina enim voluntas sola bonitate perfecta nõ fuisset, nisi pariter adfuisset potestas: quoniam id quod bonitate præeunte voluit: potestate subsequente adimpleuit. In prædeterminatione itaque creatorum operata est bonitas: In creatione autem prædeterminatorum operata est potestas. In beatificatione vero creatorum, potestas simul & bonitas.

De tribus perfectis & perficientibus omnibus. Cap. VII.

Rant enim tria quædam, & hæc tria erant vniuersæ & aterna erant tria hæc: & nihil perfectū esse poterat sine his tribus, & cum his nihil diminueretur. Constat enim vt si adessent tria hæc, nihil perfectum deesset: & si deesset de his tribus vnum, aliquid consummaturū esse non posset. Et hæc tria erant potentia, sapientia, voluntas: & ad omnem effectum concurrunt tria hæc: nec aliquid absoluitur nisi ista afferent. Voluntas mouet, Scientia disponit, Potestas operatur. Et si horum discretionem proponas nõ est posse illud quod scire: neque scire illud quod velle: & tamen deo vnum sunt posse, scire, & velle, & discernit illa ratio, & natura non diuidit: & venit nobis trinitas indiuisa quæ totum continet: & si ne ipsa totum est nihil. Quicquid de deo vere dicitur, aut pie credi potest in deo, hæc tria continent: potestas, sapientia, &

bonitas, & plena sunt hæc tria pariter. Si immensum nominas, si incorruptū dicis, si æternum, si incommutabilem, & quæcūque horum similia totum hoc potestatis est. Si sciētem appellas, si prouidum, si inspectorem, si scrutantem & considerantem, & discernentem: totum hoc sapientia est. Si mitem, si mansuetū, si cōpatientem & benignum, vel quæcūque huiusmodi similia sunt vocas: totum hoc bonitatis est. Et, nihil est quod in istis non est: & quod in istis est, plenum est, & cōsummatū totum. Propterea tria hæc specialiter discreta sunt: & suscepit fides catholica trinitatem, quā nec numero augeri voluit, ne extra tria aliquid consistere videretur: nec natura confundere, ne trium aliquid negare conuinceretur. Et inuenit in deo tria esse: & in deo tria vniuersa esse. nec propterea tria nõ esse, quia vniuersa erant, neque vnum non esse, propterea quæ tria erant: & tribus admonita, dixit tres personas tria: quia naturaliter deus erat, & vna substantia: & ideo vnus deus, & assignauit potestatem patri, sapientiam filio, bonitatem spiritui sancto: & confessus est trinitatem patrem & filium & spiritum sanctum.

Quæ tria hæc de deo secundū substantiam dicitur. Cap. VII.

Ne videbat filius quæ si non de suo potes, quia potentia patris erat, neque pater de suo sapiens, quia sapientia filii erat: neque pater vel filius de suo bonus, quia spiritus sancti bonitas erat: & si hoc diceretur scandalum pertinebat veritas, & vniuersa scissionem: nec poterat in tribus perfectus dici vnus: cui propriū deesset aliquid: quod alter singulare haberet. Propterea potentia patris erat, & filii erat, & spiritus sancti erat: & substantia liter erat, & æqualiter erat. Et sapientia filii erat, & patris erat, & spiritus sancti erat: & substantialiter erat, & æqualiter. Et bonitas spiritus sancti erat, & patris erat, & filii erat: & substantia liter erat, & æqualiter erat, & tamen causa erat, vt personaliter distingueretur, quod substantia liter idem erat.

Quare hæc tria cum secundum substan-
tiã dicantur quasi propria in quibusdã locis, pro-
prie at tributa inveniuntur. Ca. VIII.

B **N**on enim his tribus secundum
propriam fidem per-
sonas significavit, quia se-
cundum substantiam erant:
sed hæc tria secundum ne-
cessariam notionem per-
sonis assignavit ut assereret quod secundum
communione naturæ erant. Nominandus
erat in trinitate pater, & filius, & sumpta
sunt vocabula ipsa ab usu humano: cui
primo data sunt. Et quod secundum aliquid
tantum simile erat: in toto similiter dicen-
dum erat. Et cavet prudentia eloquii sa-
cri ne plena similitudo crederetur inter
disparia, si in deitate pater prior aut filius
posterior diceretur. Sic enim in hominibus
natura habet ut pater esse non possit, qui
non filio fuerit prior: neque filius qui pa-
tre posterior non sit: ideo patri potentia as-
signata est, & sapientia filio: non quia ma-
gis erat, sed quia minus esse credi pote-
rat. Dixerat enim scriptura sancta quod deus
pater est: & audiuit hoc homo, quod homi-
nem patrem viderat, deum patrem non vi-
derat: & cogitare cepit secundum hominem
quem viderat eum quoddam prolixum &
multitudinem annorum preteritorum & se-
nectutis defectum: & occurrit scriptura
& dixit patrem potestem ne crederes im-
potentem aut minus potentem: nec solum
potentem, sed etiam omnipotentem. Non
ergo quia solus hoc est pater, solus hoc
esse dicebat: sed quia minus hoc esse solus pa-
ter putabat. Rursum cum diceret scriptura
filium deum, ne putaret homo qui hu-
mana nouerat, diuina non nouerat, mino-
rationem quamdam sensus & intelligentiæ
esse in filio: quasi adhuc infra perfectio-
nem ætatis consummate, addidit sapien-
tiam. non quia singulariter hoc ipse erat quod
esse commune omnibus erat: sed quia sin-
gulariter ipse erat de quo magis an hoc
esset dubitari poterat. Vocatus est etiam
spiritus deus, & dicitur est spiritum habe-
re deus: & videbatur hoc quasi nomen in
flationis & tumoris: & considerabatur con-
scientia humana ad deum pro rigore &
crudelitate: & subsecuta est scriptura, &
reperavit dictum sui spiritum benignum no-

minans ne crudelis putaretur qui mitis
erat: & distincta sunt personaliter quod sub-
stantialiter communia erant, ut humana
mens diuinorum veritatem non secundum
humana estimare disceret: cum contra con-
suetudinem humanam quædam de deo
dici audiret. Deus ergo trinitas trina hac
virtute omnia opera sua consummauit:
ut perfectum perfecta sequeretur: & emu-
larentur authorem suum cuncta que fece-
rat. Quicquid enim in tempore apparuit,
ante tempora in æternitate dispositum fuit:
& ipsa dispositio æterna: coeternam ha-
bit causam omnium rerum voluntatem
creatoris: qua factum est ut fieret quicquid
factum est: & ipsa facta non est.

Quia sapientia dei cum vna sit
in se, secundum nos diuersa no-
mina sortitur. Cap. IX.

Sapientia autem sapientia & sci-
entia vocatur, & prescientia,
& dispositio, & predestinatio,
& providentia. Scientia
existentium, prescientia
futurorum, dispositio faci-
endorum, predestinatio saluandorum: providentia
subiectorum. Et totum hoc vna erat
sapientia, & vna dispositio, & ipsa æterna
erat: & cum ipsa coeterna voluntas erat: &
secundum voluntatem ipsa dispositio erat
& tamen voluntate posterior non erat.

Quia voluntas dei æterna fuit de
opere temporali. Cap. X.

Secundum voluntatem quæ
pe disposuit, quod volun-
tate facturus fuit: & vo-
luntas æterna fuit, & op-
voluntatis æternum non
fuit. Semper enim voluit
ut faceret: & non voluit ut semper face-
ret: sed ut aliquando faceret, quod semper
voluit ut aliquando faceret. Sic voluntas
æterna fuit de opere temporali: quoniam
& ipsum tempus in æterna voluntate fuit:
quando fieret quod futurum fuit. Duo
itaque hæc in creatore pariter erant boni-
tas & sapientia, & hæc æterna erant: & ad-
erat simul potestas coeterna: & bonitate
voluit, sapientia disposuit, potestate fecit.
Et videtur quasi quædam esse distinctio &
successio temporalis: & demonstrat se considera-
tioni prima bonitas, quia per eam voluit deus,

deinde sapientia, quia per eam disposuit:
nouissima potestas quia per eam fecit: quoniam
ordo videtur esse, & fuisse voluntas pri-
ma: & post eam dispositio: & nouissime ope-
ratio subsecuta, nisi enim voluisset non dispo-
suisset: & si non disposuisset, non fecisset.
Et occurrit magna ratio, quia semper in
hominibus præcedit voluntas consilium:
& consilium opus subsequitur. Sed quod faci-
mus: Nunc audeamus inducere tempo-
ra in æternitatem: Nam si hæc in deo sunt
quæadmodum in hominibus: aliquid in eo
prius fuit: aliquid posterius: & non totus
deus deus æternus est. Sed hoc nefas est
confiteri.

Quia tria in deo coeterna fuerunt,
Capitulum XI.

Tria autem eterna bonitate
semper voluit, & æter-
na sapientia semper dis-
posuit: quod coeterna po-
testate aliquando facit.
Et erant simul semper
bonitas, sapientia, & potestas: nec diuisi
vel separari ab invicem tempore poterant
quæ substantialiter idem erant: & ab his
forma dedit operi suo artifex deus, quibus
consummata sunt omnia ab ævo inchoatio-
nis, & æternitatis principio ordinata.

Quia tria visibilia mundi, tria in-
uisibilia dei demonstrat. C. XII.

Trium inuena est in tribus
trinitas ineffabilis: quæ
in creatore quidem vnum
sunt: sed per creaturæ spe-
cie diuisim se ad cogni-
tionem effundunt. Susce-
pit enim formam potestatis rerum immen-
sitas: sapientia vero pulchritudo, boni-
tas utilitas. Et videbant hæc foris & con-
currebant cum alio simulacro quod in-
tus perfectius erat.

Quia similitudo dei in rationa-
li creatura perfectior est quam
foris. Caput XIII.

Rationalis enim crea-
tura venit habens in
se perfectiorem horum
similitudinem in vo-
luntate & consilio &
potentia: & comparat
uit que foris inuenit,

cum his quæ habuit intus, & coniunxit
duo hæc: ut per visibilia inuisibilia vide-
ret. Et vidit creatoris potentiam & sapien-
tiam & bonitatem a semetipso: per ea quæ
foris apparuerunt in agnitione excitata.
Et hæc erant quasi admonitio & recor-
datio prima trinum esse deum: sed non
dum perfecta consummatio agnitionis: quoniam
ad substantiam erant, nec poterant singu-
lariter diuisi que vnum erant. Non enim sin-
gulariter persona patris potentia erat quod
filii erat & spiritus sancti erat: neque singu-
lariter sapientia persona filii erat, que pa-
tris erat, & spiritus sancti erat, neque singula-
riter persona spiritus sancti bonitas erat, quod
patris erat, & filii erat: sed prædicabatur
trinitas ex istis: non significabat in istis:
& tamē hæc tria æterna erant: & causa
omnium erant: & per hæc facta sunt omnia:
& ipsa non sunt facta, & assignauimus bo-
nitati voluntatem: & sapientiæ dispositio-
nem: & potestati operationem. Et oboritur
cogitatio grauis & inuestigatio profun-
da de voluntate dei, & de prescientia il-
lius, & providentia, & dispositione, & po-
testate. Hæc enim omnia in causis rerum con-
sistunt: & obiciunt quæstionem inuesti-
gationi propositæ.

De scientia & prescientia dei: & quod ex ea in re-
bus necessitas provenire videtur. C. XIII.

Idem enim in deum necessi-
tas cadere rerum faci-
darum, quasi creator esse
non posset nisi creatu-
ra esset. Deinde ex ipsa
prescientia & providentia dei
alia necessitas in re-
bus factis vel faciendis provenire, quasi fieri
non possit ut non eueniat quod primum est vni-
prescientia a deo: quod vtriusque pari inconuenientia
animam pulsat, & consideratione perturbat.
Primum ergo considerandum est qua ratione re-
rum faciendarum necessitas in deum cadere vi-
deat ex prescientia & providentia: ex dispositio-
ne & predestinatione eorum quæ facienda
fuerant ab ipso. Omnis enim scientia & prescientia
& providentia & dispositio vel predestina-
tio ad aliquid esse videtur: & alicui esse videtur.
Omnis quippe scientia sicut alicui est, quia in aliquo
est: ita alicui est, quia de aliquo est. Omnis enim quod
scit, aliquid scit: & quod non scit, aliquid, nihil sit.
Scientia quippe quod de nullo est: & ipsa nulla est.

Omnis ergo sciētia de aliquo est: quia si nihil esset de quo sciētia esset sciētia nulla esset. Non ergo in deo aeterna sciētia vel praescientia esset nisi futurū esset aliquid de quo esset. Si ergo creatum nihil vel creandū fuisset: nihil in creatore sciētum vel praescitū fuisset. Ac per hoc sciētia nulla vel praescientia fuisset. Si autem sciētia nulla in creatore fuisset: manifeste cōsequit, quoniā nec ipse creator fuisset: qui utiq; sine sciētia esse non potuisset, cui idē est esse qd sciētia. Ut ergo sciētia vel praescientia in creatore esse potuisset, necesse erat aliquid esse vel futurum esse de quo esse potuisset: cum sicut dictū est si de nihilo esset nulla esset. Omnis. n. sciētia alicui⁹ est sciētia: & de aliquo est. Si ergo ex creatoris pendet praescientia creatoris causaliter, prius esse videbitur qd creatum est, ipso qui creauit illud.

Quomodo oīa in deo ab aeterno erant priusq; in semetipsis subsisterēt: & eorū illic nō praescientia, sed scīa erat. Ca. XV.

L N dicemus qd omnia in creatore ab aeterno in creatura fuerunt quae ab ipso temporaliter creata sunt, & illic sciebant ubi habebant: & eo modo sciebantur quō habebantur: & nō cognouit aliquid extra se deus qui oīa habebat in se! Nec ideo ibi fuerunt, quia hic futura fuerūt: nec causa illorum fuisse credat ex istis: neq; ideo huc uenerūt quia ibi fuerūt: quasi esse nō potuissent illa sine istis. Nam & illa fuissent etiā si ista ex illis futura non fuissent: tū istorum causa non fuissent, si ista futura non fuissent.

Si res futurae non fuissent: praescientia dei sciētia esset: sed praescientia nō diceret. Cap. XVI.

M T fuisset qdem scīa eorū qd essent: praescientia autē nō fuisset eorū qd futura nō esset. Nec idcirco minus aliquid i creatore fuisset si praescientia eorū qd nō essent futura nō fuisset: quia ipsa qd praescientia est scīa fuisset, etiā si praescientia nō fuisset: quoniam futurū aliquid non fuisset.

Quō utriq; aeternū est, & praescitum esse & futurum esse. Cap. XVII

N Vnc autē quod ab aeterno praescitū est ab aeterno futurū est: & non est aeternū ipm qd futurū est. quia si aeternū eēt: futurū nō esset, sed praesens. Et non prius praescitum fuit qd futurū fuit sed prius praescitū fuit, & prius futurū fuit qd fuit. Et anq; fuit, qm adhuc futurū fuit: potuit esse scdm contingēs vt nō fieret: & hoc semper potuit esse: qd futurum fuit vt non fieret, sicut semper futurum fuit vt fieret. Qd futurū fuit ad hoc spectabat qd futurū fuit: qd esse potuit, ad hoc spectabat qd eē potuit & futurū nō fuit. Et currebant simul ab aeterno duo hęc qd futurum fuit: & qd esse potuit qd futurum non fuit.

Quō si rerū euentus mutarentur: praescientia tamen non mutaretur. Ca. XVIII.

T si factū fuisset qd esse potuit, & tū futurū non fuit: futurū fuisset & praescitū qd futurū nō fuit, nec praescientia hui⁹ futuri mutata fuisset: sed nūq; habita, quia futurū nō fuisset. Qd autē pdestinauit deus facturū se disposuit: nec praedestinauit nisi qd facturū fuit. Praesciuit autē qdā qd facturū nō fuit: quia praesciuit oē qd futurū fuit, in quo qdā futura fuerūt qd facturū fuit: qdā qd permissurū. Propter hoc aliquid ampli⁹ praedestinatio habere videt qd praescientia, quia praescientia ē de alieno est: praedestinatio autē nisi de proprio esse nō pot. De praedestina dei, & qd duplex est praedestina dei: in suis & alienis. Cap. XIX.

I autē qras de praedestina dei, nos recte dicim⁹ qd praedestina est cura eorū qd exhibenda sunt subiectis, & qd commissis conuenit impertiri. Scriptum est, qm ipsi cura est de oib⁹. Hęc est ergo praedestina illa qua deus curat de omnib⁹ quae fecit: & nihil derelinquit ex oib⁹ qd pertinent ad ipsum, & quae subiecta sunt ipsi: sed prouidet singulis vt habeat vnū quodq; quod sibi debetur & cōuenit. Secundū hęc itaq; vniuersalē praedestina cū

etorū non solum suis quae bona fecit: sed alienis quoque quae ipse mala non fecit sed permisit: quod debitū est, dispensat: vt nihil in regno suo iustā ordinationem euadat. Nā & ipsa iniquitas ex hac prouidentia stypem habet: & nō potuit vel ipsa malitia in obliuionē venire apud prouisorē omnū. Vis scire quae sunt iniquitatis & peccati stypedia? Scriptū est. Stypedia autē peccati mors: gratia autē dei vita aeterna. Stypedia peccati mors: stypedia iustitiae vita. Peccato datur mors, iustitiae vita: culpe poena, virtuti gloria. Vnūq; qd suū est accipit. Hęc est prouidentia: Vtriq; opatur i suo & i alieno. In suo qd fecit: in alieno qd permisit. Cūcta illi subiecta sūt, & prouidet oibus praesidens oibus: creaturę gubernationem, iustitię glorificationem: malitię damnationem.

Rom. 6.

De dispositione diuina. Ca. XX.

S Imili modo dispositio diuina dupliciter cōsideratur. Bona quippe dispositione desuper habet: & vt sint quae bona sunt: & vt sic sint quia ordinata sunt. Mala vero ex dispositione supna nō habet quae sunt quia mala sunt: & tū habent qd sic sunt, quia ordinata sunt. Deus em̄ malū nō facit: sed cū factū est, inordinatū esse nō permittit: quia malorum author nō est, sed ordinator.

De praedestinatione diuina.

Ca. XXI.

R edestina est gratie preparatio. Propositum ergo dei in quo gratia electis suis dare disposuit: ipsum est praedestina: quae idcirco praedestina vocat: quoniam in ea quod faciendū fuit, dispositum est priusq; fuit. Potest autem praedestina generaliter aliquādo itelligi ipsa faciendorum dispositio: vt dicatur deus quicquid sic facturū fuit ab aeterno praedestinasse. Quod autem facturū nō fuit sed permissurū nō praedestinasse, sed praescisse solum.

De potestate dei & qd potestas dupliciter consideratur in deo esse: & vtroq; modo deum omnipotentem esse. Cap. XXII.



Icut de sapientia dei quae secundam scdm tempus dixi mus: ita & de potestate eius aliqua ad eruditio nē legentiū cōmemorare oportet. Potestas duplex est: altera ad aliqd faciendū: altera ad nihil patiendū. Scdm vtrāq; deus oīpotēs verissime affirmat. Quia nec aliquid est quod ei ad patiendū corruptionē possit inferre: nec aliquid qd ad faciendū impedimentū afferre. Oīa quippe facere potest: praeter id solū quod sine eius lesione fieri nō potest: in quo tū non minus oīpotens est, quia si id posset, omnipotens non esset.

Dico ergo qd deus oīa potest: & tamen se ipsum destruere nō potest. Hoc em̄ posse, posse nō esset: sed non posse, itaq; oīa potest deus, quae posse potētia est. Et ideo vere omnipotēs est, quia impotēs esse nō potest. Eant ergo nūc & de suo sensu gloriētur qui opera diuina ratione se putāt discutere: & eius potētia sub mēsurā coartare. Cū em̄ dicunt: Hucusq; potest & nō amplius: quid hoc est aliud qd eius potētia quae infinita est cōcludere & restringere ad mēsuram! Aiunt. n. Nō potest deus aliud facere qd facit: nec meli⁹ facere qd facit. Si. n. aliud potest facere qd facit, potest facere qd non prauidit: & si potest facere quod nō prauidit potest sine prouidentia operari deus: quia omne quod prauidit se facturū, facit: nec facit aliqd qd nō prauidit. Si ergo nō potest prouidentia eius aut mutari vt aliud fiat qd prauidit: aut cassari, vt nō fiat quod prouisum est: necesse est totū fieri quod prouisum est: & nihil fieri qd prouisum nō est. Porro quicquid sit prouisum esse constat: & quicquid prouisum est, fieri dubiū nō est. Quod si praeter prouidentia fieri aliquid impossibile est: (oē autē qd prouisum est eē, fieri necesse est) aliqd fieri qd sit nulla rōne possibile ē. Ampli⁹ quicquid facit deus si meli⁹ potest facere qd facit: in hoc ipso nō bene facit qd optime quidem nō facit quod facit. Meli⁹. n. faceret si quod facit melius faceret. Faceat quippe & nolle melius facere: etiā boni facientis male est facere. Sed hoc pia mens in deum dici nō sustinet: & ob hoc proximi videtur & consequēs, qd melius facere nō potest qd facit qui sic facit vt nō

faciat male i eo q sic facit. Eiusmodi cau-
sis atq rationib⁹ quidã inducuntur vt di-
cãt deũ suorũ operũ mensura ac lege ita
astrictũ atq alligatũ: vt præterq facit, qe q
nec aliud facere possit nec melius. Ac per
hoc plane infinitã illã atq immẽsam di-
uinitatis potẽtiã sub termino ac mensu-
ra alligare cõuincuntur: qui vsq ad aliqd
qd vere finẽ ipsum habet eã extẽdunt &
vltra negãt procedere. Certũ est em q oẽ
quod factũ est in numero, pãdere, & mẽsu-
ra: legitimũ terminũ & finẽ suũ habet. Et
idcirco si ad operis mẽsurã modũq crea-
toris potẽtia cõponitur: ipsa proculdubio
& sine & mensura terminari declaratur.

X Quapropter ne vel his que vident rones
sine causa assensum negare videamur, vel
osno creduli sine cõsideratione falsum p
vero recipere: oportet pro cõpendio præ-
senti breuiter ad ea quã dicta sunt respõ-
dere. Primũ cõsiderandũ est vtrũ de⁹ vlla
ratione neq; mutata neq; cassata sua p-
uidẽtia aliud facere possit q facit. Cõstat
em q omne qd fit ab eterno præuisum est
futurũ esse: qã ab eterno futurũ est, quod
ipsum tñ ab eterno non est. Et dicimus q
possibile est nõ fieri qd futurum est. Et si
nõ fieret qd fiet, & non fieri possibile est,
nũq futurũ fuisset nec præuisum. Qd qã
fiet, & futurũ semper est & præuisum est.
Nulla ergo mutatio hic, aut cassatio pro-
uidẽtiã apparet: qã sicut præuisum est, &
fiet: sic si præuisum nõ esset, nõ fieret. Sed
iã inquit præuisum est. Bene. Præuisum
est, qã futurũ est. Et dicitur. Sed prouidẽtia
mutari nõ põt nec cassari: euẽtus aut im-
pediri põt vt nõ fiat qd futurũ est. Si aut
impediret euẽtus rei (qd fieri põt) muta-
ret vel cassaret prouidẽtia qd fieri oĩno nõ
potest: Sed nos ad hoc rãdem⁹, qd si mu-
taret euẽt⁹, qd fieri põt: nec mutaret nec
cassaret prouidẽtia: qã hoc oĩno fieri non
põt. Sed poti⁹ nũq fuisset pũsum qd nũq
fuerat futurũ: & cõstaret prouidẽtia in eo
vt nõ fieret: sicut modo in eo consistit vt
fieret nõ mutata vt post aliam alia esset:
sed vt nũq alia esset. Ergo deus aliud po-
test facere q facit: vt tamen ipse aliud fa-
ciẽdo alius non sit. Sed siue idẽ siue aliud

Y faciat: ipse tñ semper sit idem. Nũc illud
restat vt discutiamus an ne melius aliqd
facere possit q facit deus. Hic illi nostri

scrutatores qui defecerũt scrutãtes scruta-
tiones, nouũ aliquid & vere nouũ: nec
tam verũ q nouum asserere se dicũt. Et di-
cunt singulas quidem creaturas per se cõ-
sideratas a perfecto min⁹ habere. Vniuer-
sitatẽ autẽ rerũ oĩm in tanta cõsumma-
tione boni expressam: vt nõ possit esse me-
lior q est. Vbi mihi primũ responderi ex-
postulo: cũ dicit vniuersitatem rerũ non
posse meliorem esse q est: qualiter id accipi-
endũ sit quod dicunt meliorem eã esse non
posse. Siue ideo non potest melior esse qã
summe bona est ita vt nulla oĩno boni p-
fectio ei desit: siue ideo nõ potest esse me-
lior qã maius bonũ qd ei deest capere ipsa
nõ põt. Sed si ita summe bona dẽ vt nul-
la ei boni pfectio desit, iã opus suũ plane
creatori equaret: & vel extra metã extẽdi-
tur qd infra est: vel infra imenitatẽ coar-
ctatur qd summũ est: qd vtrũq pari inco-
ueniẽtia impossibile est. Si vero ideo non
potest melior esse, qã bonũ amplius qd ei
deest capere ipsa nõ potest: iã hoc ipsum
nõ posse defectiois est nõ cõsummatio-
nis: & potest melior esse si fiat capax ma-
ioris boni: qã & hoc ipse qui fecit potest.
Ergo in se nõ potest, in deo põt: quia ipsa
nõ potest: sed deus potest & quãtum ipse
potest dici nõ põt. Ergo ipse melior esse
nõ potest. Sed qd fecit omne melius esse
potest, si tñ ipse voluerit q potest. Et ipse
qd fecit melius facere potest: nõ tñ corri-
gẽs male factũ, sed bene factũ pmouẽs in
melius: nõ vt ipse quãtũ ad se melius fa-
ciat: sed vt qd fecit ipso identidẽ operãte
& in eodẽ perseverante melius fiat. Ergo Z
summe potẽs est q potest omne qd possibi-
le est: nec ideo minus potest quia impossi-
bilia nõ potest, qã impossibilia posse non
esset posse, sed nõ posse. Itaq oĩa põt deus
que posse potentia est: & ideo vere omni-
potens est, qã impotens esse nõ potest. Cũ
sint ergo triã in deo: sapientia, potentia,
voluntas: primordiales causã a volunta-
te quidem diuina quasi proficiscuntur, per
sapientiam diriguntur, per potentia pro-
ducuntur. Voluntas enim mouet, sapien-
tia disponit, potentia explicat. Hęc sunt
æterna fundamenta causarũ oĩm & prin-
cipium primũ: quã ineffabilia & incom-
prehensibilia sunt omni creaturã. Sicut
enim æternitatẽ dei non æquat tempus:

nec immensitatẽ locus: sic nec sapientiam
eius sensus, nec bonitatem virtus, nec po-
tentia opus. De voluntate dei & prouidẽ-
tia, multa querenda restãt. Primũ vtrum
vim facit rebus præscientia & prouiden-
tia dei, de quo iam multa dicta sunt. Post
ea de voluntate dei de qua quedã dicen-
da sunt. Ita tñ vt prius ad ipm fidei ocu-
lis cõtemplandũ respiciamus, quãtũ pos-
sibile est humane fragilitati.


Explicita est secũda pars de sacramẽtis.

INCIPIT

Tertia Pars de cognitione diuinitatis.

Qualiter ab initio Deus agnitus
est: & q vnus & q trinus. Ca. I.

A
Ioan. i.



Criptura dicit:
Deum nemo vi-
dit vnq: tamẽ fi-
des quod nõ vi-
det credit. Et ex
hoc meritum fi-
dei constat: non
vidisse & crede-
re. Vnde pul-
chrum illud di-
ctum est. Nam si vides, non est fides. Cre-
dit ergo fides quod non vidit: & non vi-
dit quidem quod credit. Et vidit tamen
aliquid per quod admonita est & excita-
ta credere quod non vidit. Deus enim sic
ab initio notitiam sui ab homine tempe-
rauit: vt sicut nunq quid esset totum po-
terat comprehendere: sic qã esset nũq pro-
fus posset ignorari.

Quare deus nec tot⁹ sciri, nec to-
tus ignorari potest. Ca. II.

B



Ropterea quippe de⁹
a principio nec totus
conscientiã humanã
manifestus esse voluit
nec totus abscondit⁹:
ne si totus manifest⁹
esset, meritũ fides nõ
haberet: nec infidelitas locum. Infidelitas
enim de manifesto conuinceretur: & si-
des de occulto non exerceretur. Si vero
absconditus totus esset: fides quidem ad
scientiam non adiuuaretur: & infidelitas
de ignorantia excusaret. Quocirca opor-
tuit vt proderet se occultum deus ne to-
tus celaretur & profus nesciretur: & rur-

sum ad aliquid proditum se & agnatum
occultaret ne totus manifestaretur: vt ali-
quid esset quod cor hominis enutritet co-
gnitum: & rursus aliquid quod abscondi-
tum prouocaret.

Quib⁹ modis cognitio dei ad ho-
minem venit. Ca. III.



T illud nunc primũ con-
siderandum est quomo-
do primum deus occul-
tus & absconditus & la-
tens interim a corde hu-
mano deprehẽsus est: vt
sciri poruisset quia deus est, vel q erat
credi. Modi sunt duo & viae duæ, & ma-
nifestationes duę: quibus a principio cor-
di humano latens proditus est & iudica-
tus occultus deus: partim scilicet ratio-
ne humana: partim reuelatiõe diuina. Et
ratio quidem humana duplici inuestiga-
tione deum deprehendit: partim videlicet
in se, partim in iis quã erant extra se.
Similiter & reuelatio diuina duplici in-
stauatione eum qui nesciebatur vel dubie
credebat: & non cognitũ indicauit, &
partim creditum asseruit. Nam huma-
manã ignorantia nũc intus per aspiratio-
nem illuminans edocuit: nunc vero foris
vel per doctrinã eruditionẽ instruxit: vel
per miraculorũ ostensionem confirmauit.
Vtrũq manifestatiõis diuine modũ quo
vel ratione humana deus ab homine co-
gnitus est: vel reuelatione diuina homi-
ni manifestatus, exponit Apostolus dicens:
Quod notũ dei erat, manifestũ est in illis. Rom. i.
Deus enim illis reuelauit. Et deinde sub-
iungit. Inuisibilia em ipsi⁹ a creatura mũ-
di per ea quã facta sunt intellecta conspi-
ciuntur. Cum em dicit qd notũ dei erat, i.
noscibile de deo, ostendit nec totũ absco-
ditum, nec totũ manifestũ. Cum vero di-
cit manifestũ est in illis & nõ dicit mani-
festũ est illis, ostendit plane qm non solũ
reuelatione diuina quã facta illis fuerat,
sed etiã rone hũana in illis q erat, notũ il-
lis factũ erat. Cũ autẽ subiungit: Deus a u-
tẽ illis reuelauit, ostendit qã ratio huma-
na ad hęc sublimia & alta inuestiganda
& intelligenda infirma & insufficientis oĩ-
no fuisset: nisi diuina reuelatio illi in ad-
iutoriu & firmamentũ cognoscendã ve-
ritatis adiuncta fuisset. Postea ostensio eo

qui intus erat inuestigationis vel reuelationis modo: statim de illo qui foris sit utroq; sententiam simul subiungit dicens. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. Inuisibilia em̄ dei quę intus erant & abscondita erāt: per ea quę foris erant, & nota erant visibilia sunt visa vel in cōditiōe rerum a ratione humana: vel in gubernatione & administratiōe visibilia facta sunt reuelatione diuina.

¶ Quid deus trinus & vnus: & quid in vnitate, & quid in trinitate. Ca. III.

Ergo ab initio productus est deus conscientię humane & adiuta fides iudiciis veritatis cōfessio est deū esse, & ipsum vnum. Deinde etiam trinum esse. Et in vnitate quidem confessio est aternitatem & immensitatem: in aternitate autem incommutabilitatem: in immensitate autem simplicitatem: hoc est aternitatem sine tempore & immensitatem sine quantitate. In trinitate vero confessio est cōmunionem vnitatis, æqualitatem immensitatis, cōiunitatem æternitatis. Et cōmunionē quidem vnitatis sine diuisione: æqualitatem immensitatis sine diminutione: cōiunitatē aternitatis sine ordine vel successiōe. Hoc est singulis in vnitate totum, in immensitate plenum, in aternitate perfectum.

¶ Explicatio propositarū discretio num. Ca. V.

Nunc oportet per singula quę proposita sunt curantem considerare qualiter mens humana quę tam longe a deo est tanta de deo potuerit comprehendere: vel ratione propria directa, vel reuelatione diuina adiuta. Et primū vsq; quo ipsa humana ratio ex insito sibi lumine veritatis conualuerit dignum est cōsideratione: ne si vel totum homini datur negare conuincamur gratiam: aut si tollatur totum ignorantia excusare. Ita q; utrumq; modū humane inuestigationis ordine prosequamur: quo ratio hominis vel per se directa vel ab iis quę extra

tra se naturalia erant visibilia admonita, ad verum cognoscendum enisa est.

¶ De illo cognitionis genere quomens rationalis in se deum videre potest. Cap. VI.

Quod in ea erat (quonia & hoc illi erat primū & principale speculū veritatis cōtemplandę inspiciam). In eo igitur primū & principaliter inuisibilis deus (quātum ad manifestationem expressitū est) videri poterat quod illius imaginis & similitudini proximū & cognatū magis factum erat. Hoc autem ipsa ratio erat & mens ratione vtens quo ad primā similitudinem dei facta erat: vt per se inuenire posset eum a quo facta erat.

¶ Quomodo se ipsam esse videt mens rationalis. Ca. VII.

Non enim (vt id loquimur quod primū occurrit) & scientibus nihil minus esse potest: se ipsam esse aliquid ignorare potest, cum ex his omnibus quę in se (hoc est in corpore suo) visibilia videt nihil se esse: vel esse posse videt. Secernit ergo & diuidit se per se ab eo toto quod visibile videt in se: & inuisibilem omnino se esse videt: in eo q; se videt, & tamen videri se nō posse videt. Videt ergo inuisibilia esse: quę tamē visibiliter non videt: quia se inuisibilem esse videt, & tamen visibiliter non videt.

¶ Et quomodo se cōcepisse intelligit. Cap. VIII.

Quomodo ergo de se dubitare non possit quonia est (quia se ignorare nō potest) cogit ex se & hoc credere q; aliquando se cōcepisse meminit: quonia non semper est, quia se nescire non potest cum est. Cum ergo per se & in se cōcepisse & initium habuisse se videat: nec hoc ignorare potest. Quonia cū nō fuit, sibi ipsi vt esset initium & substantiā dare omnino non potuit.

¶ Quomodo deus est & quomodo sine principio est. Cap. IX.

Vtergo inciperet quod non erat ab alio factum est quod erat. Quomodo idcirco ipsum esse ab alio non cōcepisse necesse est: quonia qui ab alio esse accepit primus omnibus existendi author esse non potuit. Non ergo ab alio accipere esse potuit qui omnibus esse dedit: quem propterea semper fuisse & nunq; cōcepisse fatentur oportet: quonia omne quod aliquando esse incipit auctorem habuit per quod cōcepit. Cōstat ergo nec dubitari villo modo potest q; ille per quem cōcepit quod non semper fuit nunq; cōcepit, sed semper fuit. Illum autem rerum auctorem & primum principium hoc modo ratio inuestigat: & inuētū pietas veneratur & adorandum fides predicat deum.

¶ Eiusdem rei argumentum foris in creaturis. Ca. X.

Hoc autem ratio inuētum in se probat, & in his quę videt extra se: quia ortū & occasum habentia creature: sine auctore nec originem habere possent nec reparationem. Quę in toto aliquando cōcepisse idcirco dubium esse non potest: quia & in partibus suis sine cessatione quotidie & oriri videtur quod non est, & præterire quod est. Omne autem quod mutabile est, aliquando non fuisse necesse est: quia quod stare non potuit cum præfens fuit indicat se aliquando nō fuisse priusq; fuit. Sic respondent qui foris sunt iis quę intus videntur ad veritatem comprobantem, & auctore suū natura clamat quę se ab illo factam ostendit.

¶ Quomodo deus est trinus & vnus. Ca. XI.

Hęc ratio per rationem deum esse inuenit: & veniunt alia ratio quę nō solum esse deum, sed vnū esse & trinum comprobaret: & primum per se, deinde per ea quę erant extra se facta secūdū se. Vna pietas: vna deuotio: vna cultura: dominū vnū & deum vnū. Sic dixit ratio & comprobauit in se ne schisma mentium fieret in plura principia: & non

esset certa salus. Et melius esse & consonum magis veritati & consentaneū naturę principium vnū & finem vnū in quibus habere possent conuersionem quę ab illo existerent omnia. Alioquin dissipationem esse vniuersitatis sine capite & principio & moderatore. Et clamauit illi natura foris: & cōfessata est ad eandem veritatem: & dixit opus vnū & auctorem vnū: & concordia vna cōsiliū vnū, & vna administratio prouidentiam vnā. Et manifestat est deus vnus, creator vnus, moderator vnus & rector: quia totum vnū & vnū totum.

¶ Quomodo deus vere & summe vnus. Cap. XII.

Probauit hæc ratio & accepit: & dixit q; vnus: nec collectione diuersorum ne turbam faceret: nec compositione partium, ne massam formaret: nec similitudine multorum ne pluralitas superflua vel singularitas imperfecta appareret. Omnis enim vnitas in similitudine sola consistens plurimorum: aut imperfectionem ostendit in parte si minus habet singula, aut superfluum geminationem in toto si perfecta sunt vniuersa. Et non est in his omnibus vnitas vera, sed amulatur solum hæc vnitas: quia quodāmodo appropinquant ei: sed non contingūt ad illam, quonia vnū non est: & quod sunt vere vnū non sunt: sed vnū tantū & accedūt ad se. Et fit illis simul esse & conuenire in vnū, vnū esse. Nec tamen vnū vere sunt: quonia essentialiter non sunt, nec est vnū totū quod sunt. Deum autem vnū oportet esse, & essentialiter vnū esse, & immutabiliter vnū esse, & summe vnū esse. Quod em̄ essentialiter vnū est, vere vnū est: quod immutabiliter vnū est, summe vnū est. Quod autem in vtroq; bonum est, melius est vtroq; q; alterum tantū. Et bonum est essentialiter vnū esse: & immutabiliter vnū esse: & vtrumq; esse melius est. Deus autem summū bonum est, & non potest deesse summo bono bonum quod melius est. Et suadet ratio optimo dare, quod melius est bonum. Et idcirco fatetur deum suū & auctorem suū, & principium suū

vnun esse: quoniam hoc melius est, & vere vnun esse: quoniam substancialiter est: & summe vnun esse: quoniam inuariabiliter est.

Quoniam inuariabilis est deus. Ca. XIII.

Ascendit & transit & probat quoniam ita est, & quoniam variari & mutari non potest deus omnino. Non enim augeri potest qui vnus est. Nec locum mutari qui vbique est. Nec tempore qui æternus est. Nec cognitione qui sapientissimus est. Nec affectu qui optimus est.

Quoniam rationem creatura recte considerata adiuuat ad cognoscendum deum. Ca. XIII.


Lamat creatura foris, & probat ipsa ratione hæc: & commendat quoniam ita est. Et demonstrat summam pulchritudinem operis perfectam esse sapientiam conditoris. Et apponit se perseverantia decoris ipsius. Et quod non minuitur quod institutum est primum bonum. Et dicit quod æterna est sapientia eius & minui omnino non potest: nec decrescit aliquando plenitudo sensus illius a consummatione. Et exit ratione cum attestatioe alia: & videt quoniam voluntas dei æterna est: & ita sentire bonum est. Et quoniam hoc probat opus eius quod non mutatur: & ordo vniuersitatis idem perseverat. Et adicit ipsa rationem, quoniam nihil nouum deo est ut illud tunc vel nunc amare incipiat quod prius non nouerit: aut obliuisci sicut homo dilectionis antiqua: ut in memoriam non veniat quod prius cognitum fuerat: aut errare bonum existimans quod malum est, ut diligat illud quod non oportet: & postea quasi poenitens & mutans cor & affectum varians cum coeperit agnoscere errorem suum. Quia hæc digna deo non sunt: nec probat ratio ut ita sentiamus de illo qui sapiens est & bonus & perfectus: & non inuenitur mutabilitas in eo vlla: cum omnia genera mutabilitatis fuerint in consideratione adducta: siue quæ in corporibus inueniuntur: siue quæ spirituum naturam contingunt.

Quibus modis corpora mutantur. Cap. XV.



Mne enim corpus aut loco mutatur, aut forma, aut tempore. Et quæ forma mutantur: aut augmentum suscipiunt, aut diminutionem, aut alterationem. Et quæ alterationem quidem suscipiunt non illis accedere quicquam videtur quod non erat, aut quod erat recedere probatur: sed quod erat tamen alteratur, & aliter habetur. Et non fit sine loco hoc quoniam partes locum transmutant in eodem consistente toto: & non fit tamen nisi secundum locum: nec tamen dicitur secundum locum propter totum quod locum non mutat: sed apparet tamen forma alia in toto propter partes quæ locum mutauerunt. Et ideo hæc mutatio secundum formam dicitur: quoniam hæc in toto manifeste videtur. Et non dicitur secundum locum (cum tamen in partibus secundum locum sit) quoniam hæc manifeste non videtur. Et non est forma aliquid omnino nisi dispositio partium in toto: & cum hæc mutatur (quia partes locum mutant) mutatur forma in toto: quia dispositio partium mutatur quæ est forma totius. Et ita mutatio formæ in toto fieri non potest sine mutatione loci in partibus. Sed non dicitur mutatio loci nisi est totum locum mutat consistentibus partibus in toto. Sic mutatio temporis sequitur mutationem loci & formæ: & non est vnquam sine ipsis in corpore. Quoniam secundum has solum ordo inest: & successio quæ tempus vocatur. Item considerandum est quoniam ex his tribus mutationibus duæ extrinsecus sunt: quoniam non mutant esse rei, sed circa rem aliquid: hoc est mutatio loci & temporis. Iterum prima mutatio secundam & tertiam infert: quoniam causa illarum est. Secunda autem tertiam: quoniam causa illius est. Tertia vero tamen inferatur & non inferat, quoniam effectus solus est. Sola autem mutatio formæ intrinseca vocatur: quoniam non circa rem, sed in ipsa re mutat aliquid: & ipsa tamen non fit sine mutatione loci & temporis.

Quibus modis spiritus mutantur. Ca. XVI.



Ost has mutationes corporum (quibus subiacet quæ corporaliter mutantur omnia) trāsimus ad spirituale creaturam, mutabilitate ipsius considerantes: si quarum mutationum illi conueniat. Et si qua alia mutatio quæ extra corporum naturam sit, in illam cadat. Et videmus quod spiritus omnino nec augmento partium crescere potest quoniam corpus non est: nec decrescere diminutione quoniam simplex natura est: & tamen affectu & cognitione mutatur spiritus. Et trāsit de hoc in illud: & variatur & vicissitudinē suscipit gaudii, doloris, & poenitudinis & voluntatis: & crescit scientia & obliuio in eum cadit: & variat cogitationes & succedenter intelligit: & est quasi formæ mutatio ista in eo mutatio scientiæ & affectus. Et sequitur ista temporalis mutatio: & subiacet temporis propter ista quæ variatur in eo. Nec ambiguum hoc vili est de spiritu creato, quoniam tempore variatur secundum hæc quæ eadem non permanet in ipso. De mutatione vero loci magna inter cōquirentes ambiguitas generatur: quoniam sunt quæ dicitur nullum spiritum mutari loco posse: quoniam locus proprie corporis sedes sit & capacitas corporis quæ determinat secundum corpus: aliquando quod in illa est: aliquando in quo est ipsa. Et non est corpus locus: quoniam locus non est aliquid: nec ponit aliquid locus: sed quasi inane & vacuū vbi corpus est vel esse potest: & non est corpus ipse. Nec tamen vocatur locus nisi determinatus per corpus: vel quod in ipso est secundum finem dimensionis vbi definit corpus & vltra non est: siue secundum corpus quod locum continet: siue secundum ipsius corporis circumscriptionem: quoniam itra ipsam corpus non est. Ita nihil posse esse in loco nisi quod dimensionem habet corporalem & circumscriptionem: quoniam locus secundum dimensionem corporis constat & circumscriptionem: & non posse vilo modo hoc spiritui conuenire quod corporalis quantitatis expertus est. Propterea corpus soli in loco esse & loco mutari & tempore. Spiritus autem creato in loco non esse: quoniam corpus non est: nec loco mutari sed tempore. Spiritus autem creator nec in loco esse nec loco mutari, quoniam corpus non est: nec tempore mutari, quoniam inuariabilis omnino est. Pro-

pterea soli corpori recte assignari: & hoc aliquid esse quoniam definitum est, & hic alicubi esse quoniam circumscriptum est: & nunc aliquando esse quoniam variabile est. Spiritui vero creato conuenire: & hoc aliquando esse quoniam definitus est: & nunc aliquando esse quoniam variabilis est: sed non hic alicubi esse quoniam circumscriptus non est, qui dimensionis capax non est. Creatorem vero spiritum: nec hoc aliquid esse quod definitum non est: nec hic alicubi esse quod circumscriptum non est: nec nunc aliquando esse quoniam inuariabilis est: præsentem tamen veraciter & essentialiter omnino quod hoc aliquid est, & omnino quod nunc aliquando est: quoniam in omnibus est, & vbique est, & semper est. Semper sine tempore, vbique sine loco, in omnibus sine termino & definitione. Et nos quidem horum considerationem sublimem nequaquam falsitatis arguimus: verba tamen supra capacitate & possibilitate minoris: & simpliciter intelligenti fortia nimis iudicamus.

Quoniam Deus essentialiter est, & vere est: & in omni creatura siue natura, siue sui definitione: & in omni loco, siue circumscriptione: & in omni tempore, siue vicissitudine vel mutatione. Ca. XVII.



Entemus autem & omnino ita oportere approbamus, multo sanius & commodius veraciter affirmandum quod deus substancialiter siue essentialiter & proprie & vere: & in omni re siue natura, siue essentia est sine sui definitione: & in omni loco sine circumscriptione: & in omni tempore sine mutabilitate. Nam id quod quidam insipientes imo solam carnem sapientes & quæ carnis sunt solam considerantes existimant quasi corporalium sordium & pollutionum inquinatioes deum contingere possint si rebus omnibus essentialiter vel substancialiter inesse dicatur: tamen friuolum est ut nec responsione sit dignum. cum & ipse spiritus creatus corporeis sordibus inquinari non possit. Si enim spiritus sordes corporeas contingunt: dicant ipsi quomodo anima humana in carne posita immaculata esse possit, cum carnis humanæ sordibus nulla inquinatio vel pollutio maior inueniri possit. Dicat de carne leprosi cuius

etiã contactũ homo sine horrore sustine-
re nõ potest. Quõ aiam sanctã & iustã nõ
inquinat, quẽ intm̄ in ea sine pollutione vi-
uit, vt ex ea etiã a pollutione emundet.
Postremo respondeat vtrũ potius conce-
dẽdũ de deo existimãt, q̄ nũq̄ sit deus, an
q̄ vbiq̄ sit. Q̄ si absurdum est oĩno con-
fiteri q̄ deus nũq̄ est: cogãtur necesse est
ĩpsi suo iudicio id quod ad dictum etiam
cõmodius & pulchrius suscipitur, confia-
teri q̄ alicubi est. Qui enim vocibus ser-
uire elegerunt potius q̄ veritati, & id so-
lum respũdũ putant quod aures vul-
garitatis obhorrent: iustum est vt in hoc
quoq̄ a sententiã sua non declinent. Di-
cant ergo si hoc auribus efferre præsu-
mant q̄ deus nũq̄ est: & nõ statim ex eo
consequi arbitrentur: quoniã quod nũq̄
est ipsum omnino nihil est. Si ergo conue-
niẽter dici non potest q̄ deus nũq̄ est:
quẽ esse & verius omnibus quẽ sunt esse
necesse est credi: dicant vbi est. Si em̄ ali-
cubi est, & vbiq̄ non est, est vbi est, & est
vbi non est: & iam localis fit deus: & ter-
mino & sine concluditur qd̄ omnino im-
possibile est. Fatendũ est itaq̄ & sine du-
bitatione confitẽdũ q̄ diuina natura quẽ
pro immensitate sui nũq̄ deesse potest in
omni loco veraciter & essentialiter est: nec
tamen loco cõprehenditur villo, quoniã
oĩno incircumscripibilis est. Est ergo vbi
est totũ quã continet totum & penetrat
totũ: nec sine ea esse potest aliquid ex oĩ-
bus quã facta sunt ab ea: quã nec pro sui
simplicitate diuidi, nec pro sui puritate
maculari, nec pro sui immẽsitate villo mo-
do comprehendĩ potest.

¶ Quomodo spiritus creati locales
sunt: & quõ corpora. Ca. XVIII.

Sane de spiritu creato
hoc commodius dictũ
& ad intelligentiã hoc
accommodatius esse fate-
mur, vt nõ solum in lo-
co esse: sed localem esse
pronociemus sine dubitatione. In loco
quidem quoniã hic alicubi præfens cer-
nitur: localem vero quoniã cũ sit alicubi
nõ vbiq̄ inuenitur. Omne em̄ quod defi-
nitũ est, scdm̄ aliquid locale est: qm̄ in eo
ipso q̄ finem & terminũ habet locum ha-
bet: & determinat locũ sicut determinatũ

est in loco. Sed corpus dimensionẽ habẽs
loco circũscribitur: qm̄ ei scdm̄ locũ prin-
cipiũ mediũ & finis assignãtur. Spiritus
vero quoniã dimensionẽ non capit (sed
definitione sola terminãt) circũscriptio-
nem quidem nõ recipit loci: & tamen lo-
co quodãmodo cõcluditur: qm̄ cum hic
alicubi præfens sit totus, alibi non inueni-
tur. Itaq̄ corpus locale est, quoniã loco
circũscribitur: spiritus autẽ quoniã in lo-
co per præfentiã nature & operationis cõ-
cluditur, localis & ipse iure nominãt. Spi-
ritus autẽ increatus, qm̄ omni loco præ-
fens est, nec tr̄ villo in loco concludi aut
circũscribi potest, veraciter in omni loco
esse dicitur: nec tamẽ localis aliquãdo ra-
tione vlla appellãt. Nõ ignoro tr̄ quosdã
ab omni spũ locũ vniuersaliter remouere
voluisse: qm̄ scdm̄ dimensionẽ solũ & cir-
cũscriptiõnẽ corporale locũ cõstare pba-
uerũt. Sed horum, vt supra diximus, con-
sideratio nimis a cõmuni existimãtiõne &
possibilitate recessit. Magis autem ea po-
nenda in vsum loquẽdi quẽ se sponte ac-
commodant: & nihil a latere ingerãt aliẽ
num a veritate.

¶ Ratio qualiter deus nõ solũ vnus
sed trinus sit. Ca. XIX.

Nunc dixim⁹ quõ ratio ve-
ra probat q̄ de⁹ vnus est:
& quã ad vnitatem deita-
tis spectant vera esse con-
siderat. Deinde etiam ar-
guit & cõmendat q̄ nõ solũ vnus, sed &
trinus est deus. Et habet huius quoq̄ in-
uestigatiõis & cõsideratiõis bonẽ a deo
exẽplariã vera. Deus em̄ qui in se videri
nõ potuit, in suo opere manifestat⁹ est: &
vidit eũ ratio humana nõ in se, q̄ inuisi-
bilis fuit: sed in similitudine sua quoniã
ad hoc facta est vt videatur in ea deus.

¶ De verbo extrinseco & intrinse-
co. Ca. XX.

Nam sicut sapiẽtia homi-
nis nõ videt nisi ab ipso
hoĩe donec exeat & ma-
nifestetur per verbũ: ita
sapiẽtia dei inuisibilis
fuit & nõ potuit cogno-
sci nisi ab ipso solo cuius erat, donec ma-
nifestata est per opus suum. Et erat ipsa
sapiẽtia verbum, sed quasi verbũ intrin-

secum & absconditũ qd̄ oĩno sciri non
posset nisi per verbũ extrinsecũ manife-
staretur: quẽadmodum cogitatio hoĩs
quasi intrinsecũ verbũ illius est qd̄ latet
& absconditũ est donec reuelet per pro-
lationẽ oris: & est ipsa platio vocis ver-
bũ similiter vt verbũ est cogitatio cor-
dis. Sed verbũ qd̄ manifestũ est pdit &
reuelat verbũ qd̄ occultũ est. Sic & in
deo verbũ intrinsecũ & occultũ & inui-
sibile verbũ fuit cordis eius: & sapiẽtia
erat hoc verbũ & inuisibile donec ma-
nifestatũ est per verbũ extrinsecum qd̄
visibile factũ est, quod erat op⁹ eius. Si-
cut per verbũ oris manifestatũ est ver-
bum cordis. Sic loquitur oĩs natura ad
auctore suũ: & indicat qd̄ factũ est opi-
ficẽ intelligendi sensum habentibus.

¶ Imago dei in rõnali creatura ex-
p̄ssior est: & vestigiũ trinitatis inue-
nitur in ipsa. Ca. XXI.

T sunt in his simula-
cra quẽdã quasi de. Iõ-
ge significãtia & habẽ
tia similitudinẽ p par-
te. Quẽdã vero exp̄ssa
imagine, & pfecta emu-
latione consignata, clarã demonstratio-
nẽ efficiũt. In his ergo citi⁹ qd̄ inuisibi-
le dei est agnoscit in gbus euidentĩ⁹ ma-
nifesta declaratione demonstrãt. Ea nã
q̄ pfectius auctore suũ manifestãt: quẽ
illius similitudinẽ vicinĩs, appropin-
quãt. Hoc autẽ est ipsa rationalis crea-
tura, q̄ excellenter & p̄prie ad illius si-
militudinẽ facta est: q̄ tunc citi⁹ creato-
rem suũ (quẽ non videt) agnoscit: quĩ
seipsam ad illius imaginẽ factã intelli-
git. In hoc ergo primũ trinitatis vesti-
gium inuẽtum est cũ agnoscere cõcepit
ipsa quod erat in se: & ex eo considera-
uit quod erat supra se. Vidit, n. q̄ ex ip-
sa nascit sapiẽtia q̄ est in ipsa: & dili-
git ipsa sapiẽtiã suã: & procedit amor
ex ipsa: & sapiẽtia sua quo amat eam
genitã de se, & in se manentẽ nõ diui-
dit a se. Et apparent triã qdam in vno:
mens, sapiẽtia, & amor: & est mens &
sapiẽtia de mente: & de mẽte & sapiẽ-
tia amor: & surgit trinitas qdam, & vni-
tas non recedit: & sunt simul trinitas
& vnitas scdm̄ potestatem & imaginis

virtutem. Et conscendit mens ab istis
per hęc illuminata: & cõsiderat creato-
rem suũ sapiẽtẽ esse, & sapiẽtiã habe-
re: & ex ipso esse sapiẽtiã suã: nec fuisse
vnq̄ sine sapiẽtia: qm̄ semper sapiẽs
fuit. Et q̄ semper sapiẽtiã suã ipse di-
lexit & semper amorẽ habuit ad sapiẽ-
tiã suã: & erat coetern⁹ amor aeterno,
& coeterna sapiẽtiã illius.

¶ Quomodo tres psonã sint essentia si-
ue substantia vna. Ca. XXII.

Resum considerat q̄ D
non potest in deo esse
aliquid diuersum ab ip-
so: & q̄ vnũ est totũ qd̄
est: & p̄pterea vere est
trinitas, & vnitas ma-
ner. Quia em̄ ibi est q̄ a nullo est, & est
ibi qui ab illo est, & pariter cũ vtroq̄ q̄
ab vtroq̄ est, trinitas est. Neq̄ em̄ qui a
nullo est, esse potest ille q̄ ab alio est: &
qui ab vtroq̄ est: vel ille q̄ a nullo est:
vel q̄ ab illo tr̄ est, esse potest. Itaq̄ tri-
nitas est vera & vnitas manet perfecta:
qm̄ in deo nihil esse potest qd̄ deus nõ
est. Natura sigdẽ indiuisa & vnitas ve-
ra scissionem prohibet: discretio vero
& proprietates trinitatem docet.

¶ De discretione nominũ in trinitate.
Cap. XXIII.

Dosuit⁹ noĩa fides gbus
significaret qd̄ creditur:
& dictus est pater in tri-
nitate: quia ab ipso fili⁹
erat, q̄ de ipso substantia
erat. Qui, n. gignit, & de sua substantia gi-
gnit: id qd̄ ipse est, gignit. Et p̄pterea a
quo erat q̄ cũ ipso erat idẽ qd̄ ipse erat,
p̄ dictus est: q̄ ab ipso erat filius. Qui
autẽ ab vtroq̄ erat, vtriusq̄ fili⁹ nõ erat:
ne duo essent patres vnus filius: & pater
qui filius diceret: & cõfunderet trinita-
tis discretio: sed spũ sanctus patris &
filii, pcedẽs a patre & filio. Et pfecta est
fides catholica patrẽ & filii & spũ san-
ctũ. Et est p̄ qui filii habet: & filius q̄
patrẽ: spũ sanctus q̄ a patre est & filio.
Et est qdem pater spũs, qm̄ deus est. Et
est p̄ similiter sanctus, qm̄ de⁹ est. Sed
voluit fides vnã in trinitate personam
distinguerẽ: cum diceret spũm sanctũ.
Ipse em̄ est qui ad sanctificationẽ dat:

cū inspiratur sanctificandis. Et non tñ venit sine patre & filio: quoniam trinitas est indiuisa.

Quomodo spūs sanctus a patre & filio mittit eterna processione ab illis, & spali aduētū ad nos. Ca. XXIII.

F Ed inspirari a patre & filio: hoc est illi uenire esse a patre & filio. Quod eternum illi est ne nomē sit perfunctio nis q datur ex tēpore & accipit: quia tēporale nō est illi esse a patre & filio sed aternū. Pro quo dari dicitur: cū uenit a patre & filio: q̄a est a patre & filio qd̄ eternū est, & nō tēpale illi. Sicut spiritus sanctus donū dei est: quia donū est patris & filii. Et cū datur ex tēpore datur & dat a patre & filio: & dari a patre & filio, non aliud illi est q̄ cū datur esse a patre & filio: ex eo qd̄ eternū illi est a patre & filio. Et est i trinitate pater, & filius: & spūs sanct⁹. Pater a se ipso: filius a solo patre: spūs sanctus a patre & filio. Et q̄a vna natura est & vna substantia: vna trinitas est in vna natura & vna substantia. Et cū mēs vna q̄ discreta sunt & ppria in trinitate considerat: tria inuenit: & tres confiteretur. Cum uero qd̄ idem est tribus attendere cōp̄it vnum ostēditur.

Quare tria illa ineffabilia in deitate psonarum tres dicunt: & tria in humanitate nō dicunt. Ca. XXV.

G Turgit rursus ex aduerso alia dubietas: & pulsata mentē profundo rerū caligātium: & exit q̄stio et interrogat seipsam ratio, quare tria illa q̄ in deitate reperta sunt psonę dicantur: cū in trinitate illa quā i semet ipsa primū mens reperit tria similiter inuēta sint, nec tñ tres psonas in se mētē rationalē continere, aut tribus psonis cōstare animā rationabilis cōsideratio patiat. Et diligenter cōquirat ratio quare ita sit: cū nec ita esse dubitare liceat: nec quō sit facile sciri possit. Et tamen uidet aliqd̄ ex eo qd̄ totum nō uidet: nec ignorare pmittit qd̄ non finit apprehendere. Videt, n. qm̄ q̄ in mente

sunt non uere idē sunt qd̄ est ipsa mēs. Separant, n. a mente hęc aliquādo: & cū affuerint recedunt, & redeunt iterū cū abierint & variant circa ipsam: nec uere sunt idē cū ipsa: sed quasi affectiōes quēdā & formę ipsius: qbus nō sit hoc aliqd̄ esse: sed ad esse tantū ei qd̄ est hoc aliqd̄. Itaq̄ cū sit hō ipse psona, hęc aut tñ affectiōes quēdā adherētes psonę & circa ipsam existētes inueniant: non est oīno eis propriū esse psona: sed psonę inesse tñ. Cum aut quę in deo sunt aliud ab ipso esse nō possunt: quasi nec accidētia aut affectiōes ex tēpore mutabiles siue separabiles natura incōmutabili essentia: & cui idē sit totū esse qd̄ est: Conuenire tria in eo ueraciter p̄dicantur, & trib⁹ vnū esse: & p̄p̄riū idē esse eternū et p̄fectū asserit. Et dicunt tria tres psonę: nō tres essentia, q̄a natura i tribus est p̄fecta singulis, et trib⁹ idiuisa. Et ideo dñr psonę singulę, q̄a de⁹ sūt et vn⁹ deus tres, q̄a vna deitas i trib⁹.

Quare potētia patri attribuit: sapientia filio: bonitas siue benignitas spiritui sancto. Cap. XXVI.

A Tribuit patri potētia: et filio sapientia: et spiritui sancto bonitas siue benignitas. Et disceruntur q̄ cōmunia sunt. In qbus nō dicit qdem quod nō est: tñ qd̄ est tacetur, ne credatur qd̄ nō est. Dicit, n. pater potēs: & est p̄ potēs: & non solus pater: q̄a potēs est pater & filius & spūs sanctus: & nō tres potēs: sed vnus potēs. Quia potentia vna in natura vna: & substantia vna. Et est filius sapiēs, sed nō solus: q̄a sapiēs est p̄ & filius et spūs sanct⁹: et nō tres sapiētes, sed vn⁹ sapiēs. Quia sapiētia vna in natura vna et substantia vna. Et dicit spūs sanct⁹ benignus et bon⁹: et est qd̄ benignus et bonus spūs sanct⁹: sed non solus spūs benignus et bon⁹ est: sed bonus est et benign⁹ pater, et filius, et spiritus sct⁹. Nec tñ tres benigni et tres boni: sed vnus benign⁹ et vnus bonus. Quia benignitas vna, et bonitas vna in natura vna, et substantia vna. Sed cauit scriptura cōsciētie hūanę ne erraret i deo suo similia hoībus quę nō erant in

ipso arbitrās: qm̄ ab oībus sumpta erāt uocabula qdam: non ad omnē similitudinē. sed ad significāda q̄ dei. erant sumpta hoīes: & erat aliqd̄ simile ibi ne imitatio aliena esset: sed non totū: ne idē crederet: qd̄ i tātū differebat: & dictus in deitate pater: qm̄ ibi erat a quo erat q̄ de sua substantia erat. Sicut q̄ gignit de sua substantia gignit: & non est q̄ gignit ipse quē gignit: sed alter ab altero. Et nō altera natura gignētis & geniti. Et erat i hoc similitudo inter diuina & hūana: & p̄pterea ex hoc dictus est pater & filius: q̄a genuit ille, & iste genitus est. Et non est q̄ genuit pater: iste q̄ genitus est filius: & tñ q̄a natura vna est gignētis & geniti: & substantia vna non alius est gignens a genito, q̄a deus est: & deus vnus, gignēs & genitus: q̄a deitas vna gignētis & geniti. Propterea vnū inuēta sunt in illo q̄ deus erāt: q̄a vnū erāt totū qd̄ erāt: sed nō vn⁹ i vno: q̄a pater erat q̄ a nullo erat: & filius q̄a p̄ter erat: & spūs sanct⁹, q̄ ab utroq̄ erat: q̄ filius non erat: qm̄ ab utroq̄ erat & equaliter erat: & dicta sunt tres psonę tria hęc: q̄a vnū quodq̄ trium totum hoc erat: & psona erat: nec tñ vna psona: q̄a vnū hoc totū: sed tres psonę: q̄a tria in hoc vno: & hoc vnū vn⁹ deus: & hęc tria hoc vnū: & tres psonę vnus de⁹: pater & filius & spūs sanct⁹. Dicit⁹ est ergo pater q̄a de sua substantia filius genuit: & erat i hoc similitudo. Sed ne putaret prior pater filio sicut semper in hoībus est: & nunq̄ aliter esse potest nisi pater filiu antecederet: propterea potens dictus est pater nō q̄ solus erat. q̄a potēs erat & filius & spūs sanct⁹: sed solus dicēdus erat potēs: q̄a de ipso solo magis dubitari poterat quasi de priore & antiquo & annorū ueritate defecto. Et dictus est filius sapiēs, nō q̄ sol⁹ erat: sed q̄a de ipso solo magis dubitari poterat quasi de posteriore & etate ad huc imaturo & sensu imperfecto. Idcirco dictus est pater potēs, ne putet prior filio: & filius sapiens, ne credat pater posterior: & spūs sanctus bon⁹, siue benignus: ne crudelis existimaret de⁹ & cōsternaretur ad eū conscientia hūana si

spm̄ habere diceret deus: & non additū fuisset sanctus vel benignus. Quoniam spūs per se rigorē quēdam significare uidetur: & crudelem denotare.

Alia ratio quare illa q̄ scdm̄ substantia dicunt & cōia sunt: personaliter sunt discreta. Ca. XXVII.

Reterea p̄pter similitudinē suā quo est inuēta trinitas summa & ipm̄ similiter trinitatē p̄rebat quasi uestigiu qd̄dam & imaginē ineffabilis trinitatis. Et in ipso hoc ita erat: qm̄ in mēte rationali quasi potētia qd̄a & uis quēdā erat ex qua esse posset qd̄ nondū erat. Et ex ea natus est intellect⁹ q̄ solū sapientia ei⁹ erat: & sine ipso mēs sapientia nō erat: & p̄cessit nouissime amor siue gaudiū mētis ad sapiētiam suā: & ipse solū dilectio erat: q̄a sine ipso in mēte & sapiētia dilectio non erat. Et posita sunt hęc noīa ad p̄prietatē: quia vnū quodq̄ p se erat: & distincta sūt tria hęc: primū potētia a qua sapiētia erat: deinde ipsa sapiētia, q̄ de potētia nata fuerat: nouissime amor q̄ de potētia simul & sapiētia p̄cesserat. Et distinguebatur hęc, q̄a prorsus hęc idē nō erant q̄ separabant adinucē: & nō cōstabāt in vno. Propterea in mēte rationali aliud potētia erat q̄a prior erat sine sapientia: & adhuc sapiētia nō erat. Et uenit postea sapiētia, & cū potētia esse cōp̄it: quasi aliud in alio. Et erant iā duo, potētia & sapiētia: & additū est tertiū. Et tria esse cōp̄erūt, potētia & sapiētia, & amor. Et nō erat potētia de alio: & de ipsa sapiētia erat: amor autē de potentia: & sapiētia p̄cesserat. Et nō erat potētia sapiētia: q̄a potētia ante sapientia erat: & de ipsa sapia exierat. Neq̄ rursū amor potētiæ uel sapia dici poterat: q̄a p̄cesserat tñ ab ipsis: & ipsa aliq̄ sine ipso existerat. Et erāt tria hęc discreta i aīa: & in his trib⁹ trinitas aīę inuēta est. Et ascēdit aīa ab his ad summā trinitatē: & inuenit ibi patrē q̄a nullo erat: sicut in se potētia: & filiu q̄a patre erat, sicut in se sapia, et spm̄ sanctū q̄a patre et filio erat, sicut in se dilectio a potētia & sapia p̄cesserat. Et ideo potētia patri N

tribuit: quia si se similitudo fuerat illi: & sapientia filio: quoniam haec in se. Imago illi: erat: quia potentia orta erat: & dilectionem spiritus sancto attribuit: quoniam in se a potentia & sapientia processit, sicut spiritus sanctus a patre & filio, quod dilectio est patris & filii. Et sic quidem distinxit veritatem ad imaginem per quam inuenerat veritatem: ut quod hic proprium inuentum est ad significationem: illic quasi singulare diceret ad proprietatem. Et tamen quia deo totum quod est, esse unum est: & non potest diuersum inueniri quod in simplici natura idem est: neque unum esse potest quod alterius non est: ubi idem est vnus est quod alter est. Cum enim potentia patris aliud non sit quam essentia eius: neque sapientia filii aliud quam essentia eius: neque amor spiritus sancti aliud quam essentia eius: necesse omnino est ubi vna est essentia vna esse potentia, vna sapientiam, & vna dilectionem: & communem esse, & totam esse & proprie esse & aequaliter esse. Ita quod potentia patris est, & filii est: & spiritus sancti est: & proprie est: & aequaliter est. Et sapientia filii est & patris est & spiritus sancti est & proprie est & aequaliter est: & amor siue bonitas spiritus sancti est: & patris est, & filii est: & proprie est, & aequaliter est. Et quia deo habere idem est quod esse: & omne quod in deo est aliud quam deus esse non potest: pater potentia est, & filius potentia est, & spiritus sanctus potentia est: & vna potentia quia vna essentia. Similiter pater sapientia est & filii sapientia, & spiritus sanctus sapientia: & vna sapientia, quia essentia vna. Et pater est dilectio, & filii dilectio, & spiritus sanctus dilectio: & dilectio vna, quia essentia vna. Sed pater potentia est, & potentia nullius est: quia a nullo est: Similiter & sapientia est pater & nullius sapientia est: quia a nullo est. Dilectio est pater & nullius est dilectio: quia a nullo est. Filii autem potentia est et patris potentia est: quia a patre est. Sapientia filius est: et sapientia patris est: quia a patre est. Spiritus sanctus est dilectio patris et filii: quia a patre et filio est. Vbi diligenter cauendum ne comunione confundat quod distinguendum est: neque singularitate distinguat, quod proprium est: hoc est cum personas in trinitate distinguere volumus, non attribuiamus vni quod alteri commune

est: neque cum substantia unitatem demonstrare assignemus alteri: quod vni proprium est. Quod vestigium trinitatis non solum in rationali creatura sed etiam in corporea reperitur. Cap. XXVIII.



Certe demonstrauimus vestigium aliquod trinitatis summae quatuor valet ratio humana de modico quod suum est, et datum est illi et est in illa: et modicum est ad perfectum totum. Tria enim inuenit in se: & ex his trinitatem deprehendit quod erat supra se. Et contestata est illi natura foris: sicut de unitate deitatis. Et apparuerunt tria foris signa trinitatis: sed non imago ut illa quae intus erant: et haec ipsa imago secta similitudine erat. Erat enim potentia intus, et sapientia, et amor. Et tria haec imago erant potentiae creatoris: et sapientiae, et amoris: quia hic erat et ibi erat. Sed hic in imagine erant: ibi in veritate: tamen utrobique erant: et idem erant: quia hoc hic erat quod ibi erat. Sed quod hic erat imago erat: quod ibi erat veritas erat. Foris autem potentia non erat, sed signum tamen: neque sapientia sed signum tamen: neque amor vel bonitas: sed signum tamen: nec et ipsa signa, neque potentia erant neque sapientia neque amor sicut intus: sed signa tamen potentiae sapientiae et amoris: Potentia enim signum fuit rerum inuestitas: sapientiae pulchritudo: bonitatis utilitas. Et non erant ipsa signa potentia vel sapientia vel bonitas: sed tamen signa eorum attestantia his quae intus erant propria. Et probata est trinitas vera in operibus suis: nec potuit ratio his adhaerere quod quod perfecta erant: neque tollere aliquid quod constabant discreta. Sic enim tria haec quae omne rationale perficiunt: nec sine his perfectum est aliquid. Similiter ad omnem effectum concurrunt tria haec: quorum siquid de fuerit, nihil absoluit: Et si adsint pariter omnia consumantur. Haec sunt potentia, scientia, & voluntas: ex quibus si tollas vnum aliquid perfectionem imminuis: Si cuncta pariter constiterint: nihil deesse cõfiteris. His ergo & ipse rerum conditor opera sua perfecit: & constat ipse perfectus: quoniam in ipso perfecta sunt quae neque in parte augeri possunt, quia plena sunt: neque in toto consummari, quia perfecta sunt: neque in unitate diuidi, quia vnum sunt.

Quod in his tribus omnia. Ca. XXIX.

R.



Itaque quod de deo dicitur, & creditur veraciter in deo: ad haec tria referuntur, et constant in his tribus: in ipso: quibus, ut dictum est, si quod tollas perfectum non est quod relinquas: si quod adhaerere coneris, maius non est quod explicat. Si enim forte dicitur & incorruptum & incommutabile & inuincibile & cetera quae similia sunt: hic totum hoc potentia est. Si primum, si in spectore, si scrutare occulta, & intelligere tem: hoc totum sapientia est. Si primum, si mansuetum, si misericordem, si patientem: totum hoc bonitatis est. Et non potest his adhaerere veritas quod quia totum in his constituitur quod perfectum est & verum: ideo tria haec veritatem monstrauerunt in simulacro perfecto & profuerunt nihil adhaerendum tribus: quia hoc perfectum est: & nihil tollendum quoniam sic constat consummatum: & tria haec in deo erant vnum: & deo vnum erant, sed distincta inuenta sunt hic ubi non erant vnum: & propterea trinitatis imago facta sunt. Et secuta est consideratio proprietatis inuenta hic usque ad ineffabilem trinitatem: & distinctum ibi proprium quod proprium hic erat tamen: & differens inuentum est: ibi autem in vno erat totum, & vnum totum.

Recapitulatio supradictorum.

Cap. XXX.



Vnde ergo diximus quod ratio humana primum & in se deum esse repperit & extra se approbauit & quod adiudicauit: quod vnum est deus, & simplex natura: & inmensus & aeternus. Magnus & non quantitate: simplex, & non paruitate. Et quod trinitas est sine diuisione unitatis: & vnum sine confusione trinitatis. Et quod trinitas summa inuenta est per eam quae erat imago illius in nobis: & quod arguit non esse personas, tria in nobis: & in deo tria esse personas, quia deus sunt. Et quod tribus nihil adhaerere potest quia perfecta sunt: nec demum aliquid, quia distincta sunt. Et quod distincta sunt quae in deo sunt & secundum ea quae discreta sunt in nobis: quoniam imago sunt ad illa & demonstraerunt trinitatem: Et haec quod secundum rationis iudicium coniecit in vnum, quoniam ita veritatem approbauit. Si quid additum est ex his

quae supereminet rationi & non contingit ad ea sufficere: quoniam secundum rationem formantur. Alia enim sunt ex ratione, alia secundum rationem, alia supra rationem: & propter haec quae contra rationem. Ex ratione sunt necessaria: secundum rationem sunt probabilia: supra rationem mirabilia: contra rationem incredibilia. Et duo quod extrema omnino fide non capiunt. Quae enim sunt ex ratione omnino nota sunt: & credi non possunt, quoniam scilicet. Quae vero contra rationem sunt nulla similitudine ratione credi possunt. quoniam non suscipiunt vllam rationem, nec acquiescit his ratio aliqua. Ergo quae sunt supra rationem sunt, & quae sunt contra rationem, tantummodo suscipiunt fidem. Et in primo quod genere, fides ratione adiuuat, & ratio fide perficit: quoniam secundum rationem sunt quae creduntur. Quorum veritatem si ratio non comprehendit: fidei tantum illorum non contradicit. In iis quae supra rationem sunt: non adiuuat fides ratione vlla: quoniam non capit ea ratio: si fides credit: & tamen est aliquid quo ratio adhaerere venerari fide quae non comprehendit. Quae dicta sunt ergo, & secundum rationem, fuerunt probabilia rationi, & spiritus te acquirit eis. Quae vero supra rationem fuerunt ex diuina reuelatione prodita sunt: & non operata est in eis ratio: sed castigata tamen ne ad illa conderet. Nunc ergo legem demonstrare quantum his quae in ratione docta sunt & conuicta probabiliter reuelatio diuina adiecit. & quae per inspirationem manifestata & quae per doctrinam allata sunt: & quae per miracula approbata: ex his quantum videbitur & possibile erit.

Breuis summa eorum quae supradicta sunt cum adhaerentione quorundam. Cap. XXXI.



Nunc omnes creaturas creator erat solus quod deus, sed tamen non solitarius: quia cum ipso erant sapientia sua in qua omnia ab eterno per prouidentiam fuerunt quae ab ipso in tempore per essentiam facta sunt. Solus fuit quoniam nihil praeter ipsum fuit: & tamen solitarius non fuit: quia aliena societate non eguit quae sibi sufficiens fuit: cui nihil deest fuit: quia sicut dictum est: totum in ipso prouidentiam fuit: quod ab ipso per essentiam faciendum fuit. Haec ergo duo diligenter & inter se distinguenda sunt & si se consideranda: creator. scilicet & creatura: ne vel creatura aeterna credatur: vel creator temporalis. In his enim duobus omnis cognitio constat veritatis. Per

mū ergo cōsiderare oportet q̄ de crea-
tore dicēda sunt vel credēda. Creatorē
ignit oīm rerū vnū cōstitimur & trinū:
vnū in essētia, trinū in psonis: q̄a essen-
tia deitatis vna est, & i essētia vna, tres
psona: p̄f & fili⁹ & spūs sanct⁹. P̄f a nul-
lo est: fili⁹ a p̄fē solo: spūs sanct⁹ a p̄fē &
filio est. Quēadmodū in vna aīa mēs &
intellect⁹ & gaudiū: & mēs qdē a se est:
intellect⁹ vero de sola mēte est: de mēte
autē & intellectu gaudiū: & hęc tria ad
substātiā qdē vna sunt aīa. Ita in corpe
vno, & figura est, & forma & pulchritu-
do tria hęc. Et videt̄ figura p̄fē esse ad
substātiā, deīde forma: & ex vtrōq; pul-
chritudo: & hęc tria i vno corpe & vnū
corp⁹: vt i vtraq; natura imago creato-
ris eluceat. In prima qdē ad similitudinē
nem. In scda autē ad similitudinē imita-
tionē. Si ergo deū cōstitimur in essētia
vnū: & i psonis trinū. Et in vnitāte qdē
agnoscim⁹ a ternitatē & imēnsitatē. In
aternitate autē incōmutabilitatē. In im-
mēnsitate vero simplicitatē. Hoc est q̄er-
nitātē sine t̄pē: imēnsitatē sine quātita-
te. In trinitate cōstitimur cōiōnē vnita-
tis: aq̄litatē imēnsitatis: cōiōnē q̄er-
nitatis. Et cōiōnē qdē vnitatis sine diui-
sione: equalitatē imēnsitatis sine dimi-
nutione: cōiōnē aternitatis sine ordine
vel successione. Et hoc est singularis vni-
tate totū, imēnsitate plēnū, aternitate
p̄fectū. Tres autē psonas nihil aliū esse q̄
essētiā vnā: q̄a trib⁹ esse vnū est & vna
essētia est. Quapropt̄ tres vnū sūt: sed
tres vn⁹ nō sūt: q̄a si tres vnū nō essēt
vna essētia trinū nō esset: & si tres vn⁹
essēt, tres nō essēt. Idcirco tres vnū
sūt: ne substātia diuidat̄: & tres vn⁹ nō
sunt: ne psona cōfundant̄. Qd̄ ergo p̄f
est, fili⁹ est: q̄a vna est natura p̄fē & fi-
lii. Sed nō q̄ p̄f est, fili⁹ est: q̄a alia est p̄f
na p̄fē & filii. Itē q̄ de deo scdm substā-
tiā dicūt: equaliter dicūt de p̄fē & filio
& spū sc̄tō. Qm̄ substātia p̄fē & filii &
spūs sancti vna est & aqualiter est. De⁹
nomē est substātia: & hoc deo eē est qd̄
substātia esse. Ideo p̄f de⁹ est, & fili⁹ de⁹
est, & spūs sc̄t⁹ deus est: & nō tres dii:
sed vn⁹ de⁹: qm̄ vna substātia. Et simili-
ter alia q̄ de deo scdm substātiā dicūt,
aqualiter dicūt. Et de singulis singula-

riter & aqualiter dñr, & de oib⁹ simul:
non plr: sed singlr dicūt & aqualit. Et
cū de singlis singlr dicūt nō min⁹ dñ:
& cū de oibus cōiter dñr nō ampli⁹ p̄-
nunciat̄. Cū em̄ dñ p̄f est de⁹, nō minus
ēf q̄ cū dñ p̄f & filius & spūs sanct⁹ est
de⁹. Tota. n. deitas in p̄fē & tota i filio
& tota in spū sc̄tō: nec minor i p̄fē solo
q̄ simul in p̄fē & filio & spū sc̄tō. Simili-
ter & de filio & de spū sc̄tō intelligēdū
est. Vnū nomē solū est qd̄ de singlis sin-
gulariter dñ: in sūma tñ nō singlr sp̄l̄r
pnunciat̄: cū tñ ad substātiā dicat̄. Dñ
nāq; p̄f est psona: & fili⁹ est psona: & sp̄i-
rit⁹ sc̄t⁹ est psona: & tñ simul dici non
pōt. p̄f & fili⁹ & spūs sc̄t⁹ est psona: sed
tres psona. Hoc. n. solū ex his q̄ ad sub-
stātiā dicūt de singlis singlr dñ. in sum-
ma tñ nō singlr sed plr pnunciat̄. Que
autē scdm relationē dicūt ad se dicunt̄:
& de singulis singlr dicunt̄, in sūma tñ
nec singlr nec plr pnunciant̄, qm̄ ad se
dicta sunt: & ideo adimūcē dici nō p̄t
Itē qd̄ est patrē esse: a seipso est eē: qd̄ est
filiū esse a p̄fē est esse: qd̄ est spū sc̄tū
esse ab vtrōq; est esse: Fili⁹ habet nasci,
spūs sanctus procedere: & soli⁹ filii est
nasci: nō spūs sancti. Quod em̄ nasci est,
de alio est esse: nō tñ in aliud. Quod au-
tē procedere est: de aliquo est esse, & ali-
quoriens in aliud. Quod. n. spiratur ab
aliquo spirat̄, & spirat̄ in aliquo. Ideo
sumpta sunt vocabula ad significandū
id qd̄ dicendū erat de deo: vt intelligi
aliquaten⁹ posset quod cōprehēdi nō
poterat. Itē sic ab initio suā notitiā de⁹
tēperauit ab hoīeyt nec tor⁹ manifest⁹
esset nec tor⁹ absconditus. Si em̄ tor⁹ ma-
nifestus esset: fides nō exerceret̄ & infir-
delitas cōuinceretur. Si vero tor⁹ esset
absconditus: fides nō inuaret̄ & infideli-
tas excusaret̄. Itē quatuor modis inui-
sibilis de⁹ ad notitiā hoīs egredit̄: duo
bus itē: duob⁹ foris. Int⁹ p rōnē & aspi-
rationē: foris p creaturā & doctrinā. Ex
his duo ad naturā p̄tinet̄, duo ad ḡfam
Rō & creatura ad naturā p̄tinet̄, aspira-
tio & doctrina ad ḡfam. Propterea post
hęc i doctrīa aspiciēda sūt q̄ auctoritas
pbat: q̄a rō hūana nisi verbo dei fuerit
illuminata viā veritatis videre nō pōt.
Explicita est pars Tertia.

INCIPIT

quarta pars de voluntate dei q̄ aterna
est & vna, & de signis voluntatis eius q̄
qdem tēporalia sunt & scdm figurā vo-
luntatis dicunt̄: q̄a signa sunt voluntatis.
De voluntate igitur dei: q̄ iusta est.
Cap. Primum.



Rima rerū oīm
cā est voluntas
creatoris quam
nulla p̄cedēs
causa mouit: q̄a
atēna est: nec
subsequens aliā
qua confirmat̄:
quoniam ex se-
metip̄a iusta est
Nec. n. idcirco iuste voluit: q̄a futurū
iustū fuit qd̄ voluit: sed quod voluit id
iustū iustū fuit: q̄a ip̄e voluit. Sum. n.
ac propriū voluntatis eius est esse iustū
quod est: & ex eo qd̄ in ea iustum est qd̄
ex ea iustū est. Quoniā scdm eā iustum
est quod iustū est: quod vtriq; iustū non
esset: si scdm eam non esset. Cū ergo q̄ri-
tur quare iustū est quod iustū est: cōue-
nientissime respondet: qm̄ scdm volun-
tatem dei est: q̄ iusta est. Cū vero q̄ritur
quare voluntas dei iusta est: hoc sanius
respōdetur qm̄ prima cause causa nul-
la est cui ex se est esse quod est. Hęc autē
sola est vnde ortū est qcquid est: & ipsa
non est orta sed aterna.

Quor modis scriptura voluntatem
dei accipiat. Cap. secundū.

Ic non p̄tereundū nobis
est, q̄ sacra scriptura de
voluntate dei diuersis
qb̄sdā modis loqui cō-
suevit: & non est volun-
tas diuersa, sed locutio diuersa est de
voluntate q̄ non est diuersa. Nā volun-
tas dei in sacro eloquio aliquando acci-
pitur illa q̄ vere est in ip̄o, & idē cum
ip̄o: & coatēna ip̄i. Aliquando vero
scdm quandā dicendū figurā voluntas
eius vocatur quā scdm proprietatem
non est voluntas eius: sed signū volun-
tatis eius. Et dicit̄ ipsū signū volun-
tatis voluntas: cū voluntas non sit sed
signum tm̄. Quēadmodum & signa ira-

ira dicunt̄: & dilectionis signa dilectio
appellant̄. Et dicitur iratus deus: & nō
est ira aliqua in eo. Sed signa tm̄, q̄ for-
ris sunt quibus iratus ostēditur, ira ip̄-
sius nominantur. Et est figurā dicendū
scdm quā non est falsum quod dicitur
sed quod dicit̄ similitudinē respectu
obumbrat̄. Et scdm istos modos figura-
rum quasi diuersa voluntates deo at-
tribuuntur: quia diuersa sunt illa q̄ per
figurā dicunt̄ voluntas ei⁹: cū ea q̄ scdm
pprietatē dicit̄ vna sit voluntas ipsius.
Prima voluntas dei beneplacitū dicit̄.
Cap. Tertium.

igitur q̄ & primū & p̄ri-
cipaliter voluntas dei
dicit̄: est illa q̄ vere est vo-
luntas ei⁹. Et hęc ē vna:
nec multū sp̄licitatē reci-
pit, nec mutabilitatē.
Secunda operatio: t̄tia permissio,
Cap. quartū. n.

de sequuntur diuē-
voluntates: & duo quae
dicunt voluntates. Et
hęc duo de deo dicun-
tur: & dei voluntates
dicunt̄: q̄a signa sunt
voluntatis eius. Harū voluntatū vna
pmittens vocat̄, altera faciens: hoc est
permissio & operatio: q̄a permissio eius
dicit̄ voluntas ei⁹: & operatio ei⁹ dicit̄
voluntas eius: qm̄ scdm voluntatē ei⁹
fiunt, & signa sunt voluntatis eius. Et
sunt duo ista quasi consequētia volun-
tatis summa: & quasi explicatio eius &
effect⁹ illius & paria illi, non tñ coatēna.
Quicqd̄ em̄ in illa semp̄ est i istis alq̄
qn̄ est: & qcqd̄ in istis aliquid nō est i illa
nūq; est. Oē. n. qd̄ est i illa semp̄ est: & oē
qd̄ est in istis aliquādo est: q̄a nec aliqd̄
est p̄ter eius voluntatē: nec aliquid fieri
pōt extra operationē ip̄i⁹ siue p̄missio-
nem. Et sequunt̄ duo vnā & vna in am-
bobus iuenit̄: qm̄ nec nolēs operat̄, nec
pmittit nisi volens. Et cū sit aliquid: dā-
citur hoc voluntas dei. Quia voluntate
dei factū est: vt hoc fieret vel p̄missum.
Et voluntate fecit qd̄ fecit: & bene fecit
& bonū fecit qd̄ fecit. Et voluntarie per-
misit qd̄ pmisit: & bonū fuit q̄ pmisit:
etiā si illud bonum non fuit qd̄ pmisit.

Qz deus bona fecit mala permisit.

Cap. V.



Ona em fecit & bene fecit: & mala permisit & non fecit. Et bene fecit: quia vtriusque bonum fuit. Et idcirco vtriusque voluit: quia vtriusque bonum fuit. Et fuerunt bona bona, & mala mala, nec bona fuerunt mala: nec mala bona: sed bonum fuit esse & bona & mala. Et voluit vtriusque esse deus: quia vtriusque bonum esse fuit: & non vtriusque bonum fuit: quia malum bonum non fuit. Et idcirco non voluit deus malum: cum voluit ut esset & malum. Quod tamen non fecit in eo quod fecit bonum: sed permisit ut esset: quia bonum fuit quod voluit. Nec id bonum malum fuit: sed ex malo bonum fuit. Nec malum bonum fecit: sed ex malo bonum fecit. Qui malis & bonis vni nouit ad bonum.

Quare deus mala permisit. Ca. VI.



Virque maius bonum esse bonum ex bono & malo quam ex solo bono: pro quo voluit summum bonum ut esset hic bonum: & quod voluit fuit bonum. Sicut ergo aeternae sapientiae illius ignotum esse non potuit omne quod futurum fuit: sic coaeternae voluntati eius displicere non potuit omne quod fuit. Et vidit totum quod futurum fuit: & bonum esse hoc totum ut esset totum, & voluit ut esset totum: quia bonum fuit ut esset totum. Et vidit mala quae erant procul futura cum bonis priusquam erant: & considerauit: quod his malis adiunctis bona commendarent: & pulchriora fierent comparatione malorum: & bona essent mala inter bona quae non erant bona. Quoniam ex eis ornarentur bona & commendarent: & amplius bonum acciperent ad decorum & pulchritudinem vniuersorum. Et respexit cuncta in ordine suo: & vidit bona ibi, & quae bona sibi bona non fuerunt. Et voluit sic esse omnia ut bonum fuit: quia ita bonum fuit ut vidit & voluit quod futurum fuit. Et pensauit a quo iudicio vniuersa: quae vidit in conspectu vno quo bonum fuit & iustum totum esse: & nihil aliud esse: & voluit totum esse & aliud non esse. Et

hac voluntate postea fecit ut bona essent quae esse bonum erat: sicut viderat & voluerat. Et permisit ut mala essent quae esse bonum erat: quae cum bonis futura esse prauiderat: & ut essent cum bonis voluerat quia bonum erat. Et erat quidem voluntas eius aeterna & de bonis & de malis quae voluit ut essent: sed non erat notum hominibus donec complerentur & fierent: de quibus bonis & malis voluntas eius erat ut essent.

Quare operatio dei & permissio voluntas eius dicunt. Cap. VII.



Vm autem fecit bonum & permisit malum: apparuit nobis voluntas eius de illo: quoniam esse voluit quod facit vel permittit ut sit: & non incipit tunc cum illo quod sit voluntas eius quae aeterna est: sed ostenditur ex illo quando fit quae occulta est. Et ideo ipsum quod fit dicitur voluntas eius: quia signum est voluntatis eius. Et apparet quasi alia & alia voluntas: quia signa sunt alia & alia vnius voluntatis.


Quare duplex sit discretio voluntatis dei in beneplacito eius & in signo beneplaciti eius. Cap. VIII.



Exit inde nobis discretio cognoscenda voluntatis diuinae in beneplacito eius & in signo beneplaciti ipsius: & dicimus quod beneplacitum eius est voluntas eius. Et signum beneplaciti eius vocamus voluntatem eius. Et verum est vtriusque & vtriusque vere dicitur: sed beneplacitum eius aeternum est: nec potest non esse quicquid in illo est: & quicquid in illo non est, esse non potest. Nec contra ipsum, nec extra ipsum, nec sine ipso aliquid est, in omni quod est. Et constat ipsum & ratum est: nec cassari potest aliquando quod in ipso est. Omnia quaeque voluit fecit, in hoc probatum est: quia non cassatur voluntas eius. Et voluntati eius quae resistit: in hoc probatum est quod non impedit beneplacitum ipsius. Ita consonat rebus effectibus beneplacitum ipsius: & ipsi effectus rebus non discordant ab illo. Fit enim omne quod vult: & omne quod non vult non fit: & omne quod

vult semper vult ut fiat: quod non semper est aliquando quod vult. Et hoc beneplacitum vniuersale quod aeternum est, & omnia quae sunt temporibus suis pariter simpliciter iustitiae suae approbat ut ad effectum procedant & fiant: perficitur & consummatur, & manifestatur duobus his quae subsequuntur in tempore permissione & operatione diuina: quae & ipsa rerum omnium quae effectum capiunt vel subsistent vniuersitatem complectuntur: & respondent illi quod vnum est in vtroque: & indissimile ad dissimilia omnia beneplacitum creatoris. Et propterea etiam ipsa duo voluntates dicuntur. Et est voluntas dei beneplacitum eius: & voluntas eius operatio eius: & voluntas eius permissio eius.

Quarta est in praecipione: quinta in prohibitione. Cap. IX.



T sequitur adhuc praecipium eius & prohibitio eius: & dicitur vtriusque voluntas eius. Quia cum quid fieri praecipit monstrat se velle ut fiat: & cum quid fieri prohibet monstrat se velle ut non fiat. Et idcirco dicuntur haec similiter voluntas eius: quia signa quaedam sunt voluntatis eius: sicut operatio eius & permissio eius. Sed dissimiliter & alio quodam modo significantia voluntatis eius & signa ex parte.

Quare non sunt similia signa aeterni beneplaciti praecipio & prohibitio: sicut operatio & permissio. Cap. X.



On enim, sicut operatio eius & permissio eius, per omnia tenduntur, quia sine illis non fit aliquid: sic & praecipium eius & prohibitio eius.

Sed ad rationalem creaturam diriguntur hic duo termini: quae sola capax est praecipii & prohibitionis cauta secundum insitam rationem ad vtriusque. Itaque signa sunt ex parte haec quae non pertinent ad omnia neque vniuersaliter summam voluntatem & quae in ea sunt omnia educunt ad manifestationem, sicut operatio & permissio: sed ea tamen quae ad ipsos spectant

quibus sunt haec: hoc est praecipium & prohibitio significant: quoniam haec sunt in summa voluntate & beneplacito aeterno. Neque similia signa sunt haec: quae admodum operatio & permissio eius certa sunt & vera signa beneplaciti aeterni. Haec autem videlicet praecipium & prohibitio, non omnino certum faciunt quid sit in beneplacito aeterno: donec operatione vel permissio probetur cum factum fuerit. Tunc enim certum est cum hoc fecerit deus, siue permiserit ut fiat, & factum fuerit: quod in beneplacito aeterno ita fuit ut esset ut factum est: secundum quod voluntarie fecit siue permiserit ut fieret quod factum est: quoniam bonum ita est esse: ut est. Cum autem praecipium fuerit vel prohibitum aliquid nondum constat adhuc quid de ipso definitum sit in beneplacito aeterno: donec illud rerum effectus educat in euidentiam siue operatione siue permissio: ut bonum est esse & beneplacitum quod futurum est antequam est. Praecipium autem & prohibitio innuntiant tamen quod ita est in voluntate iubentis ut fiat, siue non fiat. Et demonstrationem faciunt: quod iustum est & pius non aliud credere illum cui sit etiam si aliud est in illo a quo fit. Et praecipit sepe ut fiat quod futurum non est, nec fiet. Et prohibetur ut non fiat quod futurum est: & fiet: & non est in beneplacito nisi hoc solum ut sit quod fiet: quoniam bonum est ita esse & non aliud quam fiet siue operatione dei quod bonum est: siue permissio quod malum est: quod totum esse, bonum est. Et non respondet praecipium eius & prohibitio eius beneplacito eius: sicut operatio eius & permissio eius: sed procedunt ex aduerso & dissimiliter ordinantur: & non consentiunt aliquotiens secundum id quod futurum est: & fiet.

Quomodo fallere videtur deus praecipione vel prohibitione aliud innuens quam sit in beneplacito suo. Cap. XI.



Identur autem praecipia dei fallaciae obnoxia, & mentiri de veritate, cum aliud significant de voluntate eius, & affirmant nobis alie

na quedam & extranea: & quae conducta non sunt neque constant secundum beneplacitum illius quod ratum est de his omnibus quae fiunt. Et grauius colluctatur conscientia humana in duobus aduersantibus quae non conueniunt: vel quare praecipit deus quod noluit: vel quare factum non est quod voluit. Si enim veritas est praecipit voluit omnino voluisse quod iussit: & si omnipotentia est in beneplacito, videtur factum esse quod voluit. Non est autem factum quod iussit: & factum est quod prohibuit. Quid ergo consequitur ad haec nisi vel noluisse id quod praecipit: vel non potuisse quod voluit: Quod enim factum est ab eo factum est: & si factum non est tamen permissum est: & si factum est voluntarie factum est: & si permissum est voluntarie permissum est: quia neque ad faciendum contra voluntatem suam compelli potuit: neque ad permittendum sine voluntate cogi. Igitur quod factum est voluntate eius factum est: etiam si propter voluntatem eius factum non est: quoniam alia factum est voluntate: quae voluntati eius amica non est. Tamen omnino voluit quod factum est quoniam bonum est sic esse factum ut factum est: & sic esse: ut est. Quare ergo praecipit ut aliter esset & prohibuit ne sic esset: cum bonum sit ita esse: & ita futurum fuit priusquam fuit & beneplacitum: quia bonum fuit ita esse: & aliter non esse.

Vtriusque durum sonare vel quod deus praecipiat quae fieri noluit: vel quod quae noluit fieri permittat. Cap. XII.

N Ali quaestione coarctamur & ductimur in ambiguum, ut non facile audeamus hoc vel hoc aliquid affirmare: vel quod deus fieri praecipit quod noluit: vel quod quod noluit, fieri permisit. Et tamen e duobus vnum facilius approbamus: quod voluit quod praecipit bonum, quam malum quod permisit: cum tamen quod praecipit factum non sit bonum: sed malum quod permisit. Leue enim est, & sine conscientiae scrupulo dicitur: deus vult bonum: & cum dicitur bene sonat Deus vult bonum. Si vero dicitur, Deus

vult malum: graue est audire & non facile recipit hoc pia mens de bono quod malum vult. Videtur enim hoc solum dici cum dicitur deus vult malum, quia bonum malum diligit & approbat quod prauum est: & amicam sibi reputat iniquitatem: & gaudet quasi de consimilitudine & bonum putat quod malum est. Et ideo refutat hoc mens pia: non quia quod dicitur non bene dicitur: sed quia quod bene dicitur non bene intelligitur.

Quod deus non vult mala, quibus vellet ut mala sint, quia hoc bonum est.

Caput. XIII.

Non enim hoc solum dicitur sed in eo quod dicitur aliquid intelligitur quod non dicitur: quoniam malum esse vult & malum non vult.

Quod si hoc solum intelligendum est, in eo quod dicitur vult deus malum dicendum omnino non est: quoniam non approbat illud prorsus: neque existimat bonum: sed contrarium iudicat sibi bonum: & a suo alienum: & non desiderat illud quasi conueniens: & concordiam habens cum eo quod ipse est: & esse eo quod ab ipso est & cum eo quod simile sibi est: sed extraneum & longinquum & in omni dissimilitudine constitutum. Et tamen vult esse malum: & in eo non nisi bonum vult: quia bonum est malum esse: & non vult ipsum malum: quia bonum non est ipsum malum. Sed vult bonum tantum: & diligit & delectatur in eo: quasi in suo cognato & amico & proximo. Et propter hoc bene sonat & libenter accipitur cum dicitur deus vult bonum: quia illud tantum diligit & non malum cum quo sibi participatio nulla est, neque similitudo: sine his quae sunt ab ipso, & quae habent similitudinem cum ipso. Itaque vult deus bonum: & non vult deus malum: & vult omne bonum: & omne malum non vult. Et hoc totum suscipimus & approbamus & dicimus: quod verum est hoc totum, quoniam diligit quod suum est totum: & non diligit nisi quod suum est: neque odit nisi quod suum non est: & totum suum diligit: & odit totum non suum. Et ideo voluit bonum quod praecipit: & non voluit malum

quod permisit: quia suum fuit bonum & de suo: & amicum sibi & de suo: & dilexit suum & approbavit: & concupiuit ad se & amavit in se desiderio eter no. Et malum quod suum non fuit in se non dilexit: neque ad se concupiuit: sed reprobat & renuit animo dilectionis: & non suscepit in se consensu caritatis: ut locum ei daret in beneplacitis suis.

Quod semper implet voluntas dei. Cap. 14.

Sed dicis mihi. Ergo si bonum voluit immo quod voluit bonum quod praecipit: & malum quod permisit non voluit: factum est quod noluit, & quod voluit factum non est: quoniam factum non est quod praecipit: sed quod prohibuit factum est: quod permisit. Itaque factum non est quod voluit: sed quod noluit factum est. Immo factum est quod voluit, & non factum est nisi quod voluit: quia sic voluit fieri: & sic esse ut factum est, quia bonum erat sic fieri & sic esse ut factum erat: & non aliter esse. Et sic esse bonum erat etiam in eo quod bonum non erat. Et ipsum quod bonum non erat non voluit: sed esse ipsum voluit quoniam id bonum erat. Et cum factum est, id factum est quod voluit: quoniam bonum erat, & hoc voluit. Tamen dicis: minus habuit voluntas eius & minus adeptus est & minus impletus, & imperfectus remansit: quia factum non est bonum quod voluit: & quod noluit malum factum est. Non ergo consideras quod sicut malum non habet quod factum est quod noluit: ita neque bono caret, quod factum non est quod voluit. Quod enim vult & diligit habet: & quod non vult & odit non habet. Et quod vult esse adipiscitur quia fit: & quod vult non esse similiter: quia non fit. Et nunquam cassa est voluntas eius quando non fiat quod vult: neque infirma aliquid quando ut fiat quod non vult.

Quod mali excusabiles non sunt quibus per eos voluntas dei impleatur. Cap. XV.

Sed fortassis iterum mali excusabiles videantur cum mala faciunt: quoniam voluntas dei impletur etiam in malis quae faciunt. Sed voluntate

sua mali iudicantur: quia dei voluntati contrarii sunt. Non quidem voluntati eius resistendo ut fiat quod non vult quia non possunt: sed resistere volendo quia mali sunt. Et ipsa mala voluntas culpa est qua aliud volunt: facultas autem iusta quo aliud non possunt. Et cum volunt quod deus vult, non ideo boni sunt: quia non propter hoc volunt quae deus vult. Et quod volunt ipsum deus non vult: quoniam malum volunt, & malum deus non vult. Approbat enim & diligunt quod deus odit: ac per hoc deo contrarii sunt & mali, & peccatores, & rei. Non quidem faciendo quod deus iuste fieri noluit: sed faciendo amando & approbando quod deus non diligit. Non igitur in eo quia fit quod fit voluntatem dei impediunt: sed in ipso quod fit a dilectione Dei recedunt. Et mali sunt non efficiendo contrarium ipsius voluntati: sed amando contrarium ipsius dilectioni. Et sic quidem voluntas dei semper impletur: & non excusantur mali propterea quoniam in eis & per eos voluntas dei impletur. Quoniam non sua voluntate ad implendam dei voluntatem dirigitur: sed occulta ipsius dispositione qua aliud non possunt ad implendam voluntatem eius conducunt. Sed dicis iterum. Si deus voluit ita esse totum ut factum est quoniam bonum est ita esse totum: & non aliter esse quam factum est, cur ergo praecipit quod factum non est & prohibuit quod factum est: cum bonum sit utrumque: & factum non esse quod factum non est, & factum esse quod factum est? Quare non potius praecipit ut hoc fieret solum quod esse bonum erat: & ut hoc solum non esset quod non esse bonum erat similiter?

Quare praecipit Deus omne quod praecipit. Cap. XVI.

Sed hic alius modus & causam praecipit considerare oportet & prohibitois: secundum eundem modum. Omne enim praecipit vel prohibito aut propter ipsum fit cui fit: aut propter ipsum a quo fit: aut propter alium pro quo fit. Tota autem praecipit utriusque

litas & bonum siue in eo quod faciendum præcipitur siue in eo quod cauendum mādāt: ad eū solum referē p quo fit: siue idē sit ille, siue ali? ab eo cui fit: v? ab eo a quo fit. Finis autē mādātī fructus est & vtilitas & causa & bonū qđ consequitur post consummationem pcepti. Et hoc bonum ad eum tm referatur pro quo fit pceptum: & illius bonum debet esse impletio pcepti.

Omne quod bonum dicitur vel secundum se, vel ad aliquid bonum est.

Caput. XVII.

Terū considerādū ē, qđ omne quod bonum dicitur: aut secundum se bonum dicitur, aut ad aliquid. Quod secundū se bonum dicitur substantialiter bonum dicitur: quia ipsum bonū est. Quod vero ad aliqd & nō secundum se bonum dicitur, non substantialiter bonum dicitur quia ipsum bonum non est: sed accidentaliter & denominatiue: quoniam ex ipso bonum est. Quoddam ergo bonum, bonum est: quoniam ipsum bonū est. Aliud autem bonum est, quia alicui bonum est: & ipsum bonum nō est. Quod ergo bonum est: in toto bonum est. Quod autem bonum est & sibi bonum est & alteri bonum non est, ex parte bonū est: sicut quod bonum est & alteri bonum est & sibi bonum non est: ex parte bonū est.

Quod secundum se bonum dicitur & vniuersaliter dicitur vere & summe bonum esse.

Cap. XVIII.

St adhuc aliud bonum & excelis? bonis aliis quod & vere bonum est, quia in se bonum est: et vniuersaliter bonū est, quia ad omnia bonum est: & omnium bonum est. Qđ enim in se bonum est vere bonum est: et quod omnium bonum est vniuersale bonum est. Et omne bonum ipsum est, quoniam omnium bonum ipsum est, nec extra ipsum bonum est. Quod autem ad se bonum non est non vere

bonum est nec verum bonum est: sed bonum tm dicitur: non quia ipsum bonum est, sed quia ex ipso bonum est et prodest.

De tribus generibus boni.

Caput. XIX.

Bonum ergo summum, est, quod ipsum bonū est, et ad omne bonum, bonum est. Medium vero bonum est qđ ipsum bonum ē, et ad aliquid bonum est. Bonum autem infimum et quasi extrarium et denominatiue solum et conductum et non proprium bonum: quod ad aliquid bonum est, et ipsum bonum non est. Quod enim ipsum est, bonum non est, sed quod ex ipso est bonum est. Et idcirco secundū aliquem modum et ipsum bonum est: quoniam ex ipso bonum est et prodest. Et ex ipso bonum est esse etiam quod ipsum bonum nō est: quia nisi esset ipsum qđ bonum non est: esset quod ex ipso bonū est. Neq; idcirco prestant mala quoniam ex ipsis bonum est: sed seruiunt prestati et largienti, quia per ipsa non est qđ ex ipsis est.

Malus bonum esse illud ex quo maius bonum est.

Cap. XX.

Vm autem concurrunt duo ad vnum quod est bonum et alicui non ē bonum, et quod bonū non est et alicui bonū est et verumq; esse nō potest: sed e duobus alterum solum ē necesse est: maius bonum ē hoc esse qđ bonum ē alicui: etiam si ipsum bonum non ē: qđ quod ē bonum solum et alicui bonum nō ē. Ex eo enim quod bonum non ē et alicui bonum ē: illud etiam se qui necesse est qđ bonum est et alicui bonum ē: quod maius omnino bonum est qđ quod solū bonum ē et alicui non bonum ē. Non enim bonum esset quod bonum non ē et alicui bonum ē: nisi ex eo esset quod bonum ē, et alicui bonū est. Itaq; quod bonum est quoniam ipsum bonum ē: bonum non est alicui quoniam ex ipso bonum non ē: Et quod bonū nō est quoniam ipsum bonum non est: bonum

num est alicui quoniam ex ipso bonum est. Et contingit hoc aliquando: & in fine suo omnia iudicantur siue bona sint siue mala. Quoniam scriptura manifeste ostendit qđ bonum vnum & bonum ipsum aliis est odor vite in vitam: aliis odor mortis in mortem. Quoniam ex bono malum & ex malo bonum: & bonum malis ad malum: & malum bonis ad bonum. Et quod bonum in toto est maius est qđ quod in parte est solum: & hoc probatur in hunc modum. Omne enim vniuersale bonum, maius est qđ id quod in parte constat: & quod conducit magis & expedit: maius ipsum merito nominatur. Nunc autem congregemus in vnum & colligamus quæ dicta sunt: quoniam impletio omnis mādātī bonum illi est propter quem factū est ipsum mandatum. Et quoniam omne bonum aut per se bonum est, aut ad aliquid: & quod per se bonum non est & alicui bonum est: maius est bonum qđ per se solum est & alicui bonum nō est: & quod magis conducit & expedit: iure semper maius estimatur bonum: quoniam in fructu suo est omne bonum: & est tantum omne quantum est bonum.

Q; Deus propter se id est pro vtilitate sua vel commodo, nihil præcipit.

Caput. XXI.

Vnc ergo videamus omne quod præcipit deus: vtrum propter se præcipit: an propter illum cui præcipit. Si propter se præcipit ad bonum eius est quod præcipit: & bonum illi est præcepti sui impletio. Sed quomodo præcipit propter se qui profectu non indiget in se, neq; bono alicui adiuuari potest, qui melior esse non potest: Clamat hoc scriptura: & perfectior mandati in scriptura. Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Ergo propter se non præcipit Deus quod præcipit: sed propter illum cui præcipit: quoniam bonum est illi qđ præcipitur cui bonum præcipitur.

Q; Deus hoc vnicuiq; præcipere

habet, quod bonum est ipsi cui præcipit: etiam si bonum omnium non est.

Cap. XXII.



Quoniam ergo propter illum mandatum fit cui fit, ipsum mandatum: bonum ipsius esse debet cui mandatum mandatum. Neq; aliud mandari debet nisi quod bonum illi est cui mandatur mandatum. Frustra enim mandatum fieret: si illi propter quem fieret bonum non esset: maxime cum a bono mandatum esset qui nihil præter bonum mandare deberet. Neq; enim creature suæ Deus author mali esse debet: neq; causationem illius assumere si bi quasi docendo corruerit quod creauerat incorruptum. Non itaq; habet aliud illi præcipere nisi solum quod bonum est illi: quo habet illa totum qđ bonum habet: & quod malum habet nihil. Quoniam igitur creator nulli creature tuæ author mali esse potest: hoc solum illi præcipere habet quod bonū est illi: vt sincera sit eius instructio: quæ admodum conditio incorrupta fuit.

Q; bonum vniuersitatis Deus impedire non habet etiam si illud alicui bonum non est.

Caput. XXIII.



Contingit autem quod bonum est alicuius, bonum esse illius, & non esse bonum ad omnia: & iterum quod malū est alicuius malum esse illius: & bonum omnium esse: quoniam am ex eo bonum est omnium. Et quod bonum est, & alicui bonum est: minus esse bonum qđ quod malum est: & alicui malum est: quoniam ex eo ipso maius bonum est: quo omnium bonum est. Et maius bonum est esse illud a quo maius bonum est: etiam cum illud alicui bonum nō est: quoniam in toto bonum est. Non debet autem in compensatione minoris boni, impediri qđ maius est bonū ab illo qđ optimus est. Et diximus qđ maius bonū est esse bonū ex malo, & bono, qđ ex solo bono. Permitti itaq; mala

debuerunt vt essent: quoniam vt essent id bonum erat ex quibus bonum futurum erat. Præcepit itaque deus quod bonum erat singulis & permisit quod bonum erat vniuersis. Quoniam & maius erat bonum vniuersitatis quod impedire non debuit: & non bonum erat quod malum erat alicui: cuius auctor esse non potuit. Et ideo præcepit vnicuique quod bonum erat: & quod illi bonum erat: & precipiendo illud significauit se velle illud: & sunt signa voluntatis eius præcepta eius: & vocantur voluntas eius: quia signa sunt voluntatis eius. Quoniam vult & approbat & diligit & amica sibi iudicat bona quæ præcipit: & mala quæ prohibet odit & detestatur: & non inuenit concordiam & amicitiam in illis: & vult tamen ipsa esse mala quæ non vult: propter maius bonum quod ex illis est: quod magis vult. Sed non pertinet ad nos neque exigitur a nobis nisi quod nostrum est & quod bonum nostrum est: tamen vt faciamus & approbemus & diligamus in nobis: sicut & deus diligit & approbat bonum nostrum in nobis: vt ei similes facimus diligendo & faciendo bona: sicut & ipse tamen diligit & facit. Et cum præcipitur nobis quod bonum nostrum est significatur nobis quod deus hoc vult: & pertinet ad nos ita sentire & ita credere, quod deus hoc vult quod præcipit nobis vt faciamus. Et non fit tamen nisi tamen quod ipse vult fieri: siue faciamus siue non faciamus quod præcepit nobis. Et si facimus bonum voluit hoc deus: & voluit quia factum est hic: & approbat quod factum est & quod factum est: vult quod factum est: & bonum est. Et si facimus malum vult quod non facimus bonum: & approbat illud quoniam bonum est: & non approbat malum quod facimus quoniam malum est: & tamen vult quod factum est quia factum est quoniam id bonum est: quod factum est: & vult ipse quod bonum est. Et constat omnipotens voluntas eius certa & firma in beneplacito suo: approbans bona & permittens mala propter bona quæ nec potest impediri vt non fiat quod in ipsa est: neque infirmari aliquando vt fiat quod in ipsa non est.

Quod operatio & permissio dei signa sunt

quid esse bonum sit: etiam si illud bonum non sit: præceptio & prohibitio signa sunt quod bonum sit, etiam si illud esse bonum non sit. Cap. XXIII.



Sequuntur post ipsam signa eius permissio eius & operatio eius: & ostendunt quod in illa est: quoniam in ipsis idem est. Et adduntur præcepta & prohibitions: & sunt ipsa quoque signa & demonstrationes voluntatis summæ & complaciti æterni per approbationem et dilectionem: et non similia quædam signa prioribus: sed demonstrationes tamen et significationes approbationis et complaciti in eo quod bonum sit: et non in eo quod esse bonum sit: siue bonum ipsum siue malum sit. Et ideo significant ipsa non hoc quod in summa sit voluntate vt fiat: sed quid in complacito et approbatione sit si fiat: et tamen vtrumque voluntatis esse et hoc bonum esse etiam si non fiat: illud autem sic bonum esse vt fiat.

Beneplacitum Dei esse aliquando ad rem: aliquando ad actum rei.

Caput. XXV.



Vicinus ergo distinctio nem facere voluerit, loquens de voluntate dei: hoc dicere potest. Diligenter considerandum est quomodo quidem deus in alio hoc vult quod ipsum est: in alio autem solum hoc: quia ipsum est. Et in eo quidem quod vult ipsum quod est rem approbat: in eo vero quo vult ipsum, quia est actum rei. In eo autem quo approbat rem & non actum rei: vult aliquid & nondum adhuc esse vult quod vult. In eo vero quod approbat actum rei & non ipsam rem aliquid esse vult: & nondum tamen ipsum vult quod esse vult. Neque enim bonum est esse omne quod ipsum bonum est: quemadmodum aliquando quod malum est esse ipsum malum non est. Et non vult deus nisi quod bonum est: etiam cum ipsum esse bonum non est. Et non vult esse nisi quod esse bonum est: etiam cum ipsum bonum non est. Et cum vult aliquid quod bonum est, & ipsum esse non vult quia bonum non est: perficitur voluntas

eius: & non remanet sine effectu: etiam cum res non perficitur. quia sic vult & bonum est quod vult. Et cum non vult aliquid quod malum est: & ipsum esse vult, quia bonum est: perficitur voluntas cum res perficitur: quia sic vult & bonum est quod vult. Et semper impletur voluntas eius: & nunquam cassum est beneplacitum illi: quia bonum est semper quod vult & est semper vt vult. Et hæc sunt quinque proposita, beneplacitum, & permissio, operatio, & præceptio, & prohibitio. Et distinguitur beneplacitum in eo quo res approbatur: & in eo quo approbatur actus rei. Et distinguitur operatio in eo quod operatur, & in eo quod cooperatur: quia alia facit deus operando quæ solus facit: alia cooperando quæ solus non facit. Et distinguitur præceptio in eam quæ fit extrinsecus per sermonem: & in eam quæ fit intrinsecus per inspirationem. Et constat in his omnibus quod de voluntate dei dicendum fuerat: quod est beneplacitum eius & signum beneplaciti ipsius. Propter quod & multæ dicuntur voluntates eius cum sit vna voluntas ipsius: quia sunt multa signa voluntatis ipsius. Sicut scriptum est. Magna sunt opera Domini exquisita in omnes voluntates eius: propter ea quæ ex ipsa & secundum ipsam sunt multa. Hic de voluntate dei diximus: quoniam ipsa est prima causa rerum omnium sicut nobis propositum fuerat: & secundum intelligentiam profecti sumus. Et sunt alia multa fortassis quæ comprehendere non possunt & fugiunt ab intelligentia & sermone nostro.

De rerum ordine in primis & secundis & tertiis. Cap. XXVI.

Ic igitur constat rerum ordo: vt post prima posteriora sequantur. Prima omnium rerum est voluntas creatoris: quoniam ex ipsa sunt omnia. Post ipsam sequuntur quæ sunt ex ipsa. Prima sunt quæ sunt in ea. Secunda sunt quæ ex ea sunt. Quæ in ea sunt, æterna sunt, nec gradum habent nec successione: quoniam in vnitatem consistunt & in æternitate non transeunt. Quæ ex ea

sunt creata sunt per eam, quæ causam sumplerunt ex ipsa non substantiam in ipsa: quia diuina natura substantialiter ex se non genuit quæ causaliter creauit: quia non potest naturaliter idem esse qui fecit & quod factum est. Quæ igitur facta sunt vnum non sunt, & in his quædam prima sunt quædam secunda: non prima ad prima sed ad secunda prima. Quæ enim ad prima ante se secunda sunt ad secunda, a se sunt prima: & secunda ab ipsis: tertia sunt ad prima. Quæ in voluntate Dei æterna & inuisibilia sunt: prima omnium sunt. Quæ ex voluntate dei temporalia & inuisibilia sunt secunda sunt post prima: quæ temporalia & visibilia tertia sunt post secunda. Et in ipsis visibilibus quæ rationalia sunt propinquiora sunt inuisibilibus: quia in ipso inuisibilia sunt quæ rationalia sunt. Ponuntur ergo primo loco causæ primordiales & inuisibiles & increatæ creatorum omnium in mente diuina. Secundo loco angelica natura inuisibilis quidem sed creata. Tertio loco humana visibilis & creata: secundum aliquid inuisibilis & secundum aliquid visibilis. Quarto loco creatura corporea in toto visibilis & in toto temporalis. Post primas ergo causas increatas & inuisibiles exhibit consideratio: & procedet ad angelicam naturam rationalem & inuisibilem. Deinde ad humanam visibilem & rationalem: de qua propositum primum fuit vt consummetur. Nam de visibilibus quidem quæ postrema sunt idcirco primam propositionem fecimus: vt de his quæ patent ad latetium cognitionem humanam mentem commodius duceremus.

Explicit quarta pars.

Incipit quinta pars de creatione angelorum et natura: et confirmatione et lapsu: et ceteris quæ ad ipsos pertinent.

Quæ de angelis sint inquirenda. Caput Primum.

H



DE natura æge-
lorū post alia
q̄ dicta sūt de
mūdi exordio,
et idcirco præ-
missa sunt vt
de visibilibus
ad inuisibilia
conscendam⁹,
questionē pro-
ponitis: quando creati sunt angeli & q̄
les facti sunt dum conderentur primū:
deinde quales effecti sunt dum diuide-
rentur auersione & conuersione: & quo
modo dispositi sunt dum iudicarentur
damnatione & glorificatione. Et de nu-
mero & de ordinib⁹ & de excellētia &
de nob⁹, & de differētia donorū: & de
officiis & de moderatiōe & guberna-
tiōe dei i illis. Et multa alia q̄ cōsequi-
tur ad illa & quæ continentur in illis.
Propterea nos oportet de multitudine
rerum latentium secundum nostrā pos-
sibilitatem, doctrinam formare: & non
promittere quod consequi non possu-
mus.

Qz in principio creati sunt angeli.
Caput. II.

I



Scriptura dicit q̄ pri-
mo omnium creata est
sapientia: & intelli-
mus sapientiam crea-
tam rationalem crea-
turam dici: quoniam
& ipsa sapientia est sicut lumen lucens
ex lumine: non lumen illuminās. Nam
illa sapiētia qua sapit sapiētia ista, crea-
ta nō est, nec creatura est: nec aliūde eē
haberi sicut aliunde sapere non habet.
Ista autem quæ de semetipsa sapere nō
habet neq̄ esse habet a semetipsa & ipsa
creata est, & inritū habet. Et dicit scri-
ptura quādo facta est sapiētia ista: quo-
niam primo omnium facta est sapiētia
Et rursum alia scriptura dicit. In prin-
cipio creauit Deus cœlum & terram.
Et videntur quadam cōtraria oriri af-
fertionibus istis. Nam si primo omnium
creata est sapientia: omnia post ipsam
facta sunt. Et facta sunt post ipsam cœ-
lum & terra: & ipsa facta est ante cœlū
& terram. Iterū si in principio creauit

De⁹ cœlum & terram, nihil factum est
ante cœlum & terram nec facta est ipsa
sapientia ante cœlum & terram: quod
simul stare non potest. Propter hoc ne
diuinarum scripturarū testimonia con-
traria esse videantur: quod sentire fas
omnino non est: requirimus intelligen-
tiam veritatis: quoniam in veritate nō
repugnat quod verum est.

Qz rationalis creatura prima omni-
um facta est dignitate: quoniam ad
ipsam refertur conditio reliquorum
sicut ipsius conditio ad deum refer-
tur: quoniam ad similitudinem Dei
facta est sola. Cap. III.



Dicimus q̄ creatura ra-
tionalis prior facta est:
& post eam facta ē cor-
porea creatura: non ta-
men tempore, sed cau-
sa solum & respectu &
dignitate. Nam ipsius creature corpo-
reæ conditio ad ipsam refertur creatu-
ram rationalem, & scdm ipsam perfe-
cta est: sicut ipsius cōditio ad solū crea-
torem refertur: quoniam secundū ipm
facta est sola. Sola quippe rōnalis crea-
tura ad similitudinem Dei facta legit:
& non dicitur q̄ creatura aliqua præ-
ter solam rationalem ad similitudinē
dei facta sit: licet omnis creatura in ra-
tione diuina & in prouidentia æterna
ipsius causam & similitudinē habue-
rit ex qua & secundum quam perfecta
sit in sua subsistentia. Sed magna diffe-
rentia est & distantia magna similitu-
dinem in deo habere: & ipsum deum si-
militudinē habere. Quis enim i deo
nihil esse possit quasi minus aut diuer-
sum aut aliud a deo: longe tamen aliud
est factum esse aliquid ad similitudinē
ipsius quod in deo est: & in ratione ei⁹
& in prouidentia ipsius: & factum esse
ad similitudinē dei & deo simile esse.
Nam in deo quidem omnia erāt anteq̄
essent in se secundum rationem & cau-
sam & prouidentia ex qua futura erant:
sed quasi minus erant singula perfecta
& vnumquodq̄ hoc aliquid & non to-
tum secundum rationem & discretio-
nem vniuscuiusq̄ quæ ratio omnia cō-
tinebat: & maior erat in toto et q̄si su-

perabū dabat singulis. Et ideo nō erāt sin-
gula hoc totum sed in toto erant singu-
la: quoniam totū ad totū & singula ad sin-
gula. Et tñ deo in parte nihil minus erat
q̄ in toto: quia pars & totum vnum erat:
sed ratione & prouidentia vna discreta
sunt quæ futura erāt in parte & toto: &
min⁹ futura erāt in parte q̄ in toto. Ideo
& ipsa in ratione minus habuerunt, quo-
niā ex ratione minus futura fuerunt. Ta-
men deus minus non habuit: qui in toto
torus fuit & perfect⁹ & vn⁹. Propter hoc
ergo rationali creature nō vnū aliqd aut
hoc aut illud in ratione diuina pro exem-
plari sufficere potuit, ad cuius similitudi-
nem formaretur: sed quasi totū assumpsit
deū vt ei⁹ ipsius imago fieret: & expressa
est ad totū æmulans perfectionem. Vt si-
cut deus spiritus erat, & vnus erat, & in
ipso totū erat scdm rationē & prouiden-
tia & prescientia & causam: sic ipsa spū-
alis esset capax in vno prescientiæ & prou-
identie & rationis & prouidentie omnium.
Et eluxit perfecta imago imitans authorem
suū: & apparuit quasi ipsū in altero, &
idem vnū. Et inuēta sunt in secūdo quoq̄
quæ & in primo scdm emulatiōē & imi-
tationē, & imaginē & similitudinē ratio-
nes & causæ & similitudines & forme, dif-
positiones & prouidentia futurorū quæ fa-
ciēda fuerant. Et cū facta sunt illa quæ fa-
cta sunt ad similitudinē horū facta sunt
quæ erāt in secūdo facta: sicut facta sunt
ad similitudinē illorū quæ in primo erant
nō facta. Scdm huiusmodi rationē & cō-
siderationē corporea creatura post secū-
dā tertio loco est creaturā rationālē, quo-
niā ad eā est facta: sicut rationalis ipsa ad
primā facta est increatam naturam.

Qz in principio primo simul facta
sunt & corporea oīa i materia, & in
corporea i angelica natura. Ca. IIII.

M



Mantū vero pertinet ad
momenta tempore & in-
terualla & spatia, hoc in-
terim commodius & ve-
ritati vicinūs p̄fitemur:
q̄ simul in tēpore vno &
in principio tēporis quādo tempora ipsa
cœperūt facta est siue creata pariter rerū
omniū visibiliū materia, & inuisibiliū in
creatura angelica & spūali natura. Nec

fuisse in tempore nec cœpisse alterā sine
altera, nec prius vnā q̄ alterā, sed vtrāq̄
simul in tēpore & cū tēpore: & tamē prio-
rem fuisse ad quā facta est altera in qua
fuerit exemplaria sapientia: quorū effe-
ctus sunt & expressiones quæ visibilia cō-
dita sunt: & hoc modo primo oīm creata
est sapientia. Qui autē dicunt ante cœlū
& terrā angelos creatos, & substitisse an-
te oīa quæ mutabilia facta sunt, & cōpu-
tant spatia & annos & secula quibus an-
te mūdi cōstitutionem deo seruierūt: asse-
runt q̄ cum mūdo tempus cœpit & non
fuit tempus ante mūdū, qm mutabilitas
nō fuit: & tamen fuisse angelos imutabi-
liter & intēporabiliter priusq̄ mūdus fa-
ctus est: & cū mundus cœpit tunc primū
cœpisse tēpus, qm mutabilitas cœpit: &
factū mūdū in principio tēporis. Sed nos
interim magis approbamus qd dictū est
pro capitu intelligentiæ nostræ: salua reue-
rentia secretorū in quibus nihil temere
asserendū putamus. Et ad hunc modum
interim definiuimus, q̄ simul facta sunt
omnia visibilia & inuisibilia: sicut scri-
ptura dicit. Qui viuit in tēpore creatū
omnia simul.

Qz corporea & incorporea natu-
ra & scdm aliqd informis facta est:
& scdm aliqd formata. Ca. V.



Mnia quippe simul con-
dita sunt quoniam vno &
eodē tēpore pariter cœ-
pisse credimus & visibi-
liū omniū materiā & in-
uisibiliū naturā vtrāq̄
informem scdm aliqd & vtrāq̄ secū-
dū aliqd formatam. Sicut enim visibi-
liū & corporalium omniū materia in ex-
ordio illo conditionis primariæ & formā
confusionis habuit & non habuit formā
dispositionis donec postea formaretur &
ordinem concederet ac dispositionem: ita
spiritualis & angelica natura in sui con-
ditione per sapientiam & discretionē se-
cūdū habitum nature formata fuit: & ta-
men illam quā postea per amorem & con-
uersionem ad creatorem suum acceptu-
ra erat formam nō habuit: sed erat infor-
mis sine illa formanda ab illa.

Quales fuerunt angeli quādo pri-
mo facti sunt. Ca. VI.

Ret

Amplius adhuc pro eo quales facti sunt angeli diligētius inuestigatā rōnē proponimus. Nā diximus quā facti sunt, quā facti sunt in principio: & prima creatura ante quā nihil factū est, scdm quā factū est, & quā factū est cum ipsa. Vnde & scdm aliqd ante oīa facta est ipsa: quē forma est oīm & causa. Deīn aut oportet ostēdere quales facti sūt angeli tūc ī ipō primordio & prima subsistētia & initio cōditio nis suē: in eo quā primū esse coepit: & quē illud fuit, quā primū fuit ī eis cōditū esse.

Quā nō sunt facti de materia pręia cente sicut corporea. Ca. VII.

Non em̄ in materia pręia cēte creata est spiritalis natura, quē admodū corporeā diximus cōditā fuisse: quā non ita est: neque simul ipsa cuius substantiā simplicis non aliud esse potest id quā est, & id de quo est. Quia vnū & simplex & indiuiduū & imateriale est totū quod est: sed facta est in sua natura & esse quātum ad substantiā spiritalē perfectā: nō vt massa aut cōfusa materia vt rudis moles: aut aceruus, aut cōgregatio cum lara, aut ex his aliqd quā illā nō cōtingit: sed psonaliter distincta & expressa & cōsignata nūero spūalis & intelligibilis discretionis vt multitudo rōnalis & intelligibiles spūs subsistētes, hñtes ingenitā rōnē & formā sapiētīe cōcreate & qualitatē spūalē intelligētīe capācis scdm modū & mensurā conditionis pfectus sublimioris & illustrationis superuēturę in ipsos. Liberū quoque arbitriū mox exordio in situ inatū pariter possidētes quo poterāt sine violētīa ad vtrūlibet propria volūtate de flecti: in altero adiuti sine coactione in altero derelicti sine oppressione.

Quā de quatuor proprietatibus naturę angelicę. Ca. VIII.

Si quis igitur quærat qualis in exordio suo facta sit vel condita spiritalis natura: quatuor sunt ista quę proposuimus, & diximus angelis in cōditiōne sua attributa: hoc est primū substantiā

simplicem & imateriale: secundū, discretionem personale: & tertū formā sapiētīe & intelligētīe rōnalis: quartū vero siue ad bonū siue ad malū liberam inclinādē volūtatis & electionis proprię potestātē. Et sequitur post hoc consideratio magna & necessaria ad intelligētīa veritatis & de spiritali substantiā eorū: & de sapiētīa ipsorū, & de libertate arbitrii, & de ceteris quę circa ista cōsistūt: vtrūq; oībus æqualia erant quę æqualiter omnib; inerant. Æqualiter em̄ oībus inerant quę cōmunia oībus erant: de quibus nihil excipiebatur quā nō erat in oībus. Sed nondum cōstat an æquale erat quā æqualiter inerant. Et hic quērēndū est primū de substantiā, postea de forma, ac deinde de potestate. In personis em̄ substantiā est, in sapiētīa forma, in arbitrio potestas. Ad substantiā quidē pertinet naturę subtilitas. Ad formā aut intelligētīe claritas. Ad potestātē vero motus intelligibilis & appetit; & voluntatis rōnalis habilitas.

Quā de differentiā substantiā spiritalis. Cap. IX.

Hoc ergo quæratur vtrum essentia illa rōnalis quę spūs erant: & natura simplices, & vita immortales, vnus subtilitatis vel puritatis siue vigoris eiusdē vel quolibet alio nomine significandū sit quęlibet essētīa bona, siue alia melior aut decentior forma iure appellatur, creata sunt. Sic em̄ corporum natura se demonstrat: & sunt quędā corpora solida magis & firma & alia puriora apparēt & extersa magis & mūda & clara & quasi meliorem & digniorē substantiā vel essentiam vel formā habētīa: & alia leuīa & coapta & prōpta & integra & incorrupta magis: & alia fragilia & corruptioni proxima & infirma & scūlētā & vilia & pōderosa & incongrua. Et est pulchra tamē in vniuersitatis cōpage & ordine ista diuersitas: in qua minus bonum malum nō est, & differens bonū maius bonū est. Ad hunc ergo modū rōnabile est illas quoque spiritalis naturas quę vniuersaliter bene conditę sunt, cōuenientes puritati suę & excellentię: non indignas & in essentia & in forma differētias & gradus in ipso

mox exordio cognitiōis suę accepisse: quibus alii superiores, alii inferiores possent cōstitui scdm moderamen sapiētīe: cūcta bona creatis & bene ordinantis dei.

Quā de differentiā cognitionis. Ca. X.

Vi enim subtiles natura magis & sapientia ampli; pspicaces creati sunt: in merito dignitate superiores sunt constituti. Qui vero & natura min; subtiles & sapientia minus perspicaces conditi sunt: merito dignitate inferiores sunt ordinati: ita tamen vt ii qui excellentiores constituti sunt sine superbia prelati essent, & q inferiores positi sūt, sine miseria subiecti.

Quā de differentiā liberi arbitrii. Ca. XI.

Sed & ipsam arbitrii libertatem scdm differentem naturę virtutem & sapiētīe & cognitionis & intelligētīe vim: si quę differentem assignare voluerit nō est qui ex ratioe occurrat. Quia sicut differens vigor & subtilitas naturę infirmitatem nō adducit: minorque cognitio, sapiētīe ignorantia nō ingerit: sic libertas inferior nullam arbitrio voluntatis necessitatem imponit.

Quā in quo similes conditi sunt & in quo dissimiles. Ca. XII.

Vid ergo spiritus erant quę vita erant, quę indissolubiles vel immortales erāt: quę æquales omnib; erāt. Quę aut natura potētes erāt, quę essentia subtiles erant, quę intelligētīa sapientes erant, & libertate voluntatis prompti ad vtrūlibet & habiles: non æquale omnibus erant, & tamen sufficienter erant. Istas discretiones inuisibiles inuisibilitū & intelligibilitū natura solus ponderare potuit & vnusquisque mensurā & modū & terminū sapiētīa sua comprehendere, cuius potentia conditum erat totum, & providentia ordinatū. Nos vero caligante intelligētīa timide incēdimus ad illa, & palpamus sensu cognitiōis infirmę quę virtute non comprehendimus. Quę igitur vis & quanta potentia fuerit inuisibilitū essentiarū: quęve sapiētīa, qualisq; liberris, & quātū in his

cōmune omnib;, & quid singulis propriū vel singulare ac differens datum sit: valde ineffabile est, & a sensu humano remotum. Sola enim diuina potestas & sapientia diuina nec termino nec mensura concludit: & arbitrii libertas æterni, atq; incommutabilis voluntatis complacitū nulla vnq; minoratiōe siue necessitatis angustia coarctatur: sed absolutū est & dominans & superexcellēs & efficax & nutus sui libertate singulariter perfectū, ac propria potestate plenum. Omne autē quod creatum est ex parte est: & ex parte potēs & sapiens & liberū ex parte: quia nec oīs effectus potestati creaturę subicitur, nec omne occultum sapiētīe manifestatur, nec omnis euentus electionem sequitur, aut volūtati famulatur: sed scdm aliquid tm̄ possunt & sapiunt, scdm aliquid & liberi sunt. Et propterea determinanda est potestas eorū & determinanda est sapientia, & determinanda est libertas. Potestas autē ad operationem pertinet, sapiētīa ad cognitiōnē, libertas ad voluntatem.

Quā de triplici potestate illorum. Cap. XIII.

Terat primum triplex discretio potestatis illorū: quoniam alia pars potestas quam acceperant ad se, alia quā acceperant adinuicē inter se, alia autem quā acceperant ad ea quę conditione ordinata fuerant sub se. Prima potestas virtutis erat, secundā dominationis, tertiā administrationis. In ea potestate quā acceperant in se omnes differentes erant: in ea vero quā acceperant inter se quidem excellentes: in ea autem quam sub se acceperant differentes & excellentes. In ea potestate quam in semetipsis singuli acceperāt: vni cuique ad effectū famulabatur natura propria. In ea vero quam ad seinuicem habebant: quibusdā subiecta erat obediētīa aliena. In ea autem quam ad inferiora possidebant potestate, vnusquisque scdm virtutem naturę & dignitatem officii ministri exhibebat subiecta creatura. Hęc de potentia prima rationalis naturę dicta, futura inuestigationi primam occasionem exponunt.

De triplici cognitione angelorū.
Cap.XIII.

Z E sapientia quoque illorum in prima consideratione triplex nobis discretio occurrit. Quoniam illi luminabant tripliciter, vel ad tria simpliciter: & erat trina cognitio in eis ut agnoscerent quod facti erant, similiter & a quo facti erant, & cum quo facti erant. In eo quod facti erant, mali & boni cognitionem acceperant: ut intelligerent quid appetendum sibi foret vel quid respondendum secundum potentiam virtutis in se & libertatem voluntatis. Sed & ipsius a quo facti erant cognitionem acceperant: ut intelligerent & scirent principium & finem suum a quo conditione processerant: & ad ipsum debuerat intentione conuerti. Illius vero cum quo facti erant cognitionem acceperant: ut scirent quid vel sibi inuicem pro diuina dispensatione & ordinatione deberet: vel quantum in his que conditione sibi subiecta fuerant pro concessa potestate sibi diuinitus sine presumptione valerent. Et in hunc modum sapientes condita sunt & discernentes & intelligentes spirituales illae substantiae: & tantum in his omnibus sapientes quantum incipienti naturae congruum fuit, vel pro merito virtutis adipsi scendo necessarium.

Utrum perfecti facti sint angeli an imperfecti.
Ca.XV.

A Vti enim nesciunt & ignorant existimantes superfluente quadam sapientia eorum que ad rem non pertinet cognitionem & prouidentiam & prescientiam futurorum, & eorum que circa ipsos ventura erant fuisse in illis: & aliter imperfectos, & ignorant, & non sicut oportuit consummatos & plenos: qualia facere omnipotentis non decuit & perfectum & bonum. Sed non discernunt quod ad perfectionem aliquid facere ut perficiatur quod est imperfectum: & ideo imperfectum, ut sit primo imperfectum: deinde autem perfectum, ut ab eo perficiatur a quo imperfectum factum est, ut perficiatur: non est imperfectio facientis neque turpitudine facti: quoniam & aliter facere potuit qui fecit: &

non aliter fieri debuit quod factum est. Sed & hic dicendum quod perfectum est secundum aliquid quod habes totum quod habere debet: & si non habeat quod habiturum est totum.

Quod tribus modis perfectum dicitur: secundum tempus, secundum naturam, & vniuersaliter. XVI.

N Am tribus modis huius perfectio constat, & nominatur conuenienter perfectum. Est enim secundum tempus perfectum, & secundum naturam perfectum, & vniuersaliter perfectum. Primum perfectum est quasi initium perfectionis faciens secundum tempus perfectum: & sequitur quod maius est secundum naturam perfectum: & tertium est maximum & superexcellens vniuersaliter perfectum. Secundum tempus perfectum est quod habet quicquid tempus requirit, & conuenit secundum tempus haberi. Secundum naturam perfectum est quod habet omne quod vel datum est naturae suae, vel debitum est. Vniuersaliter perfectum est cui nihil deest. Prima perfectio est naturae condita. Secunda perfectio est naturae re glorificatae. Tertia perfectio & vera est increata natura.

Angeli perfecti conditi sunt secundum primam perfectionem. Ca.XVII.

H T ad hunc modum non mirabile est neque in questionem adducendum quare non fuerunt perfecti angeli conditi: quia in prima perfectione creati sunt, & ad secundam sub tertia venturi. Quoniam sicut non possunt ad tertia pertingere, sic nec a secunda incipere debuerunt. Alioquin proficienti locum aditumque inuenire non valuissent eundem in melius, nisi reliquum fuisset post prima dona naturae quo crescere potuissent vel deficere.

Utrum angeli praescripti fuerunt futuri euentus sui. Ca.XVIII.

H Ie quaritur utrum angelis praescripti fuerunt futuri euentus sui, & in sapientia data agnouerunt quod futurum esset super eos. Videtur enim utrumque aliquid inconuenientis occurrere. Si enim qui futuri erant mali, lapsum suum praescierunt, poenitentiam cognouerunt quae ruinae sequi debuerat:

& finiri non debuerat: tanta sibi mala imminere prauidentes aut vitare voluerunt sed non potuerunt & miseri erant, aut potuerunt & noluerunt & stulti erant & maligni. Si autem nescierunt caeci erant, neque agnouerunt quo pergerent: & in contingens ac fortuitum miserunt pedem ut ultra procederent quo nesciebant. Et videtur quasi aliquid absurditatis asserere si hoc dicatur: & melius sedere & aptum esse magis: ut scientes dicantur eorum quae futura fuerant. Et repugnat iterum alia ratio quam contra posuimus: & potest facile metibus infirmis scandalum nasci in alterutrum nisi conueniat. Propter hoc dicitur quod non erant praescripti euentus sui: neque eis data est cognitio eorum quae futura fuerant super eos. Quoniam non oportuit ut ita libera haberet electionem voluntatis suae sine terrore & spe in utroque. Propterea monstratum est eis quid faciendum esset non quid esset futurum: ut nulla necessitate prouidentiae impelli viderentur: sed ratione dirigi & propria deflectione voluntate in ambobus. Et ita bonum fuit & conueniens: & non esset sic reprehensione dignum opus dei: quia ita fecit ut bonum fuit.

Quales conditi sunt angeli boni an mali, iusti an iniusti, beati an miseri. Ca.XIX.

S Ed & multa alia queruntur de illa natura spiritali: quae curiositas humana metibus quiescente non finitur. Interrogatur utrum boni fuerunt an mali creati angeli, iusti an iniusti, beati an miseri: & fortassis alia quaedam his similia. Et quae multa sunt alia que in questione conuoluuntur non possumus nos ad omnia proluxa responsione occurrere: sed breuiter definitiuus quae tunc in illo principio primo & exordio inchoationis quod humana consideratio ita breue & momentaneum simpliciter in statu sine mora & intervallo prime subsistentiae de nihilo in aliquid appareret accipiat: ut id quod primum omnium illis erat intelligatur: hoc solum inuenitur in conditis quod natura conuoluit conditionis. Quod enim ceperunt totum acceperunt. Et non poterat in illis ex illis esse quicquid: quoniam omne quod ex illis est posterius est illis, itaque omne quod facti sunt non

fecerunt ipsi: sed tamen facti sunt & quod facti sunt boni facti sunt totum. Si enim quod facti sunt mali facti sunt, culpa est facientis non facti: quia aliud esse non potuerunt neque facere ipsi cum facti sunt tunc ut aliud essent quam facti sunt. Itaque ex faciente erant quando primum erant totum quod erant, & acceperant totum quod erant, & a se nihil habebant qui & hoc quod erant, ex nihilo: & a creatore acceperant quod erant. Non potuit autem creator optimus, auctor malis esse: & ideo totum bonum erant quod ex ipso illis erat: & totum bonum erat, quoniam ex ipso totum erat. Hoc modo probamus quod boni erant angeli quando primum facti sunt, & quod boni facti sunt omnes, quoniam a bono facti sunt qui malum facere non potest. Sic itaque boni erant & non mali: & quae admodum boni erant, ita & iusti erant & beati erant: sed ea bonitate & iustitia & beatitudine quam natura incipientis acceperat: non quam fecerat ipsa vel meruerat faciendo. Si enim boni dicuntur, boni erant: quae admodum bonum erat quod bonus fecerat totum. Et si meliores erant (sicut erant) meliores erant pro eo quod facti erant: non pro eo quod fecerant ipsi vel faciebant. Similiter & quod iusti dicitur, solum hoc illis erat iniustus non fuisse: & quod beati, non miseros extitisse. Veritatem neque iusti ad meritum, neque iniusti ad culpam: quemadmodum neque ad glorificationem vel consummationem beati, vel ad torquentium vel poenam miseri verissime affirmatur. Et forte expressius & ad intelligentiam euidentius sit, nec bonos nec malos, nec iustos nec iniustos, nec conuersos nec auersos, nec beatos nec miseros conditos, afferenti. Nam qui bonos dicit, significat virtutem: qui iniustos, meritum: qui conuersos dilectionem: qui beatos, glorificationem.

De libero arbitrio illorum in primo conditionis principio, quando subsistere ceperunt. Ca.XX.

N Illis autem quod erat primum incipere, velle non erat aut facere: quod ad volendum & faciendum tamen facti erant non volentes aut facientes. Velle enim aut facere motum habet, & de hoc in illud, & successum & moram: quod

incipientis principii esse non potest: quod incipit tamen amplius non est adhuc: sed primum est & non deinceps. Velle autem voluntate est velle, cum mouet voluntas & operatur iam aliquid: & est ibi hoc & illud: & de hoc in illud quod præcessit voluntas ex qua velle erat cum adhuc velle non erat: sed voluntas erat tamen ut ex ea velle esset quod inciperetis non erat aut facere. Non ergo sic intelligendum est simplex principium & prima origo nascentis nature. Sed vnum ipsum & hoc tamen & non amplius sine spatio & motu & mora: quæ omnia subsequuntur postea, in quibus velle constat & facere, & processus motuum & actionum post primum principium. Ex quo autem voluntas mouebatur velle erat: & a voluntate erat, quæ libere mouebatur: quia per se mouebatur & non impulsu alieno. Et hoc ipsum meritum erat & vocabatur bonum vel malum: quia liberum erat & ex se erat. Et ex tunc mereri cœperunt, ex quo voluntate moueri cœperunt. Et hoc post primum principium erat: & a primo principio erat: & non in ipso: quoniam ab ipso tamen erat. Ex quo autem voluntas erat, libertas erat: quia voluntas est libertas: quoniam potens erat per se moueri ut ultra iret huc vel illuc sine coactione vel adiuta vel derelicta: quoniam libertas est voluntatis ex quo est voluntas ipsa in ipso primo principio. Propter hoc erat arbitrium liberum in illis: quoniam in illis erat voluntas potens moueri & ferri suo appetitu in vtrumque.

Quid sit liberum arbitrium.

Ca. XXI.

H Voniã spontaneus motus vel voluntarius appetitus liberum arbitrium est. Liberum quidem in eo quod est voluntarius: arbitrium vero in eo quod appetitus. Sed & ipsa potestas & habitus voluntatis est libertas qua mouet ad vtrumque: & liberum arbitrium dicitur voluntatis. Voluntarie autem moueri & ferri spontaneo appetitu: hoc est potestate eligere & libertate iudicare, in quo constat liberum arbitrium. Et propter hoc facti sunt liberi arbitrii ut voluntario appetitu mouerentur: sed secundum electionem voluntatis & inclinationem desiderii sui sine coactione. Ver-

rum tamen quod primum erat in illis, incipere moueri non erat: neque eligere, neque concupiscere: quoniam simplex erat & principium primum: & tamen liberum arbitrium iam tunc erat: quoniam voluntas erat cui inerat hoc & ex qua hoc subsequatur: quoniam ex hoc mota est statim & spontaneo appetitu ducta in electionem propriam.

semper liberum arbitrium non ad presens spectat, sed ad futurum: nec ad omne, sed ad contingens tamen. Ca. XXII.



Sed & hoc sciendum quod liberum arbitrium quod diximus primum principium esse propter voluntatem quæ erat in primo principio, hoc ipsum ad primum principium non erat: quoniam liberum arbitrium ad presens tempus non referretur, sed ad ea quæ futura sunt postea in contingenti. Omne enim quod est determinatum nec potest aliud esse quod est dum ipsum est: & si aliud potest esse potest esse aliud postea: & non aliud esse tunc quoniam est hoc quod est: sed postea ut desinat hoc esse quod est: & incipiat aliud esse quod non est. Quod enim potest in presenti quidem potest, sed de presenti non potest: & si de presenti potest, non tamen nisi ad futurum potest. Quod igitur primum facti sunt ipsi, non esse non potuerunt: quia facti sunt hoc totum: & non fecerunt ipsi & non potuerunt non esse hoc cum primum erant: quoniam tunc ipsum erant, & esse cœperunt solummodo. Et si potestas illis erat ut aliud essent, quia liberum arbitrium erat: non erat tamen potestas illis ut tunc aliud essent: quia hoc erat: sed ut hoc esse desinerent quod tunc erat & aliud esse inciperent quod non erant. Non enim esse poterant quod non erant nisi prius esse desineret quod erant: & tunc deinde esse inciperet quod non erat. Quoniam liberum arbitrium de presenti esse non potest: tamen ipsum in presenti est: sed spectat semper ad futuros euentus, & solum qui in contingenti consistunt. Futura quippe quæ ex necessitate futura sunt, liberum arbitrium non sequuntur: sed constant immobiliter ad vnum tamen: nec recipiunt vtrumlibet contingentis. Sic igitur liberum arbitrium erat tunc in illis, non quidem ut tunc aliud essent quod erat: sed potestate quam habebant in eo quod erant ut hoc esse desinerent, & aliud esse

inciperent quod non erat. Et sic quidem studiosius inquirere ratio occurrit de statu primo angelorum, de primordio existentie illorum: quales facti sunt primum & de natura & de sapientia & de arbitrii libertate propolita.

De auersione & lapsu malorum: & de conuersione & confirmatione bonorum. Ca. XXIII.



Ost hoc consideratio adducit ingredi quales effecti sunt dum diuiderentur auersione & conuersione. Quod, n. primum erant secundum aliquid vnum erat, quia omnes boni erant: & quod boni erant non facientes sed facti erant. In hoc igitur vnum erant quod boni facti erant & nondum ad aliud erant quod facti erant: quia tunc primum facti erant: & non ante quicquam fecerant. Cœperunt autem diuidi ab eo quod facti erant, ut aliud iam essent: vel proficientes supra illud ut boni essent: vel sub illo deficientes ut mali essent. Hęc est conuersio & auersio qua diuisi sunt quod vnum erat & boni natura: ut sint alii supra illud boni per iustitiam: alii sub illo mali per culpam. Conuersio enim iustos fecit, & auersio iniustos. Vtraque enim voluntatis fuit: & voluntas vtriusque libertatis. Et propterea vtraque merito imputatur & vtraque merito iudicatur: siue pro bono merito ad gloriam, siue malo pro merito ad poenam.

Quomodo in labentibus culpa gratia auertit: & in statibus gratia meritum adiuvit. Ca. XXIII.



M Vi autem ad bonum conuertebantur voluntarie mouebantur gratia cooperante sine coactione. Qui autem a bono auertebantur sponte præcipitabantur gratia deserente sine oppressione. Et qui conuertebantur, idcirco bene mouebantur quia gratiam cooperantem habuerunt. Sed qui auertebantur non idcirco præcipitabantur quia gratiam cooperantem non habuerunt: sed idcirco a gratia deserebantur quia auertebantur & præcipitabantur. Et qui auertebantur non prius auertebantur & postea deserebantur quia cum gratia non ceciderunt: & qui conuertebantur non prius conuertebantur &

postea affumebantur quia sine gratia non profecerunt: sed qui auertebantur in eo ipso deserebantur: & qui conuertebantur in eo ipso affumebantur: pro auersione deserti & ad conuersionem assumpti.

in sola voluntate, & iustitia est & iniustitia. Ca. XXV.



Voniã vero in motu voluntatis rationalis iustitia pariter & culpa iuncta est, quia motu voluntatis factus est ut mali fieret auersio a bono in quo erat: & similiter motu voluntatis factus est ut boni essent conuersio a bono in quo erat ad bonum in quo nondum erat: propterea in motu rationis voluntatis omne meritum constabat quo vel boni vel mali erat. Illic ergo & malum bonum querendum est ubi iustitia & culpa est: quoniam iustitia boni & culpa mali est. Et ipsa culpa nec voluntas erat: quoniam voluntas mali non erat: quoniam a deo data erat: nec motus voluntatis mali erat: quoniam ex voluntate erat: & voluntatis erat: & moueri voluntas a deo acceperat: nec id ad quod motus voluntatis erat mali erat: quoniam aliquid erat: & omne quod aliquid erat a deo erat, & bonum erat.

peccatum nec substantia est nec de substantia: sed priuatio boni. Ca. XXVI.



Vid ergo illic malum erat nisi quia motus voluntatis non erat ad quod esse debuerat. Et ideo non erat quia ad aliud erat ad quod esse non debuerat: nec tamen ad hoc esse sed ad illud non esse peccatum erat: quia si illud non esset etiam si hoc esset: peccatum non esset. Mēs itaque rationalis sicut voluntatem acceperat, & moueri voluntate acceperat: sic & ad quam licite voluntate moueri posset acceperat: & ad illa moueri secundum mensuram erat moueri: & moueri secundum mensuram erat moueri secundum iustitiam. Et si ad illa tamen mota fuisset secundum iustitiam mota fuisset: & fuisset iusta voluntas: quoniam secundum iustitiam mota fuisset. Quoniam autem ad ea mota est quæ cœcessa non fuerant, extra mensuram mota est: & in eo secundum mensuram mota non est. Et ibi malum illi erat secundum mensuram non moueri. Neque illi malum erat moueri ad quod mota est: sed secundum mensuram non moueri ad quod mota non est: quia si secundum

mensuram mota fuisset etiam ad hoc mota peccati non fuisset. Extra mensuram autem moueri voluntate erat appetere quod cessum non erat: in quo secundum mensuram non moueri erat: et id malum erat: ipsum autem occasio mali. Quia, n. extra mensuram voluntas mota est, secundum mensuram mota non est. Nec tamen illi malum erat moueri ad quod mota est: sed secundum mensuram non moueri secundum quod mota non est. Et hoc si non fuisset, malum nullum fuisset. Hoc itaque malum factum est voluntati auertenti se & transgredienti mensuram: quod turpis facta est & praua & inordinata, effluens & non tenens modum & legem pulchritudinis suae. Quae autem recte mouebatur & secundum creatoris voluntatem conformabatur, conuertebatur ad eum a quo regebatur: & illi bonum erat extra illius voluntatem non moueri a quo erat.

Quomodo deus omnem voluntatem & potestatem angelorum ad suam voluntatis ordinem & dispositionem intorquet. Ca. XXVII.

Ponsiderandum est etiam hoc quomodo inuisibiles illas & spirituales naturas moueratur deus. Si enim liberi arbitrii sunt, faciunt quod volunt: & si faciunt quod volunt, quomodo ex sententia dei penderet quod faciunt? Nam si dicimus quoniam idcirco hoc faciunt quod vult deus, quia non aliud voluit aut velle possunt quod vult deus, qui & ipsum velle tribuit sicut posse concedit: hoc tamen si de bonis aliquando conceditur, de malis nulla ratione approbat. Malis siquidem deus potestatem tribuit solam, non voluntatem: quia licet ex ipsius permissione sit quod malum possunt ex inspiratione tamen eius non est quod malum volunt. Malorum enim voluntatum ordinator est deus non creator. Quomodo ergo non faciunt nisi quod deus vult, qui nunquam voluit nisi quod deus non vult: quia semper malum volunt quod deus nunquam vult? Si enim faciunt quod volunt, & voluit quod deus non vult, quomodo faciunt quod deus vult? Rursum si deus non vult quod faciunt, quare permittit ut faciunt quod non vult, cum fieri non possit nisi eo permittente, nec permitti nisi eo volente? Hinc coartamur diligentius inuestigare quomodo rationale naturam pra-

ecipue illam quae voluntate iniusta a diuina voluntate discordat: iniusta dei moderatio gubernat. Hinc consideramus quatuor generales modos gubernationis diuinae in ipsis quibus disponuntur & ordinantur in omnibus quae agunt: ut & ipsa mala quae contra dei voluntatem sunt quod sunt (quia non approbatur a deo quod mala sunt) extra eius dispositionem non effluant: in quibus bonum est & placet quod ordinata sunt. Et moderatur ergo deus & regit secundum voluntatem suam eos qui praua & iniusta voluntate contra suam nituntur voluntatem, ut conducantur & disponantur secundum ipsam quae sunt contra ipsam ad perficiendum quod illi fieri placet voluntate quae illi displicet.

Quatuor modis deus coercet voluntatem & potestatem malorum angelorum. Ca. XXVIII.

Hoc autem moderamen diximus quatuor percipitur modis. Aut termino naturali collata potestatis: aut miraculo temporaliter illata: impossibilitatis: aut obstaculo extrinsecus adhibite difficultatis: aut iudicio intrinsecus operantis dispositionis. Terminus naturaliter collata potestatis est quantum naturaliter posse conceditur. Miraculo temporaliter illatae impossibilitatis est quando id ipsum naturale posse subita & occulta virtute diuinae praesentiae sine exteriori impedimento comprimatur. Obstaculo extrinsecus adhibite difficultatis est quando nutu diuino per alias potestates extrinsecus obuiantes aliarum voluntates ne ad effectum venire possint impediuntur. Iudicium intrinsecus operantis dispositionis est quando ipsa vis diuina, quae intus omni creaturae praesidet: illas etiam voluntates quae contra suam voluntatem ortae sunt, ad perficiendam suam voluntatem intorquet. His ergo quatuor modis prauas voluntates angelorum & hominum deus ad imperium suae voluntatis disponit: ut in eo etiam in quo displicet id quod est quia malum est placeat quia est quod ordinatum est.

Quod de occulta dispositione Dei quae malas etiam voluntates ad suam voluntatem intorquet, & disponit secundum suam voluntatem. Ca. XXIX.

In illo autem modo diuinae moderationis, quo malas etiam voluntates praesides occulta & inuisibili operatione ad suum arbitrium temperat, & inclinatur hoc sentiendum est: ut creditur deus malis voluntatibus non dare corruptionem sed ordinem. Omnis enim voluntas prius est quam velle: & velle quidem semper ad aliquid est: quia omnis qui vult aliquid vult. Voluntas autem non semper ad aliquid est donec velle est: quia non omnis qui voluntatem habet, ad aliquid habet: donec ipsa voluntate velle incipit & aliquid velle. Sicut non omnis qui visionem habet statim ad aliquid habet: donec ipsa visione videre incipit & aliquid videre. Visionem vero habere aliquis & in tenebris potest quando non videt: videre autem non potest nisi in luce quando aliquid videt. Sic & voluntatem potest habere aliquis, & nondum ad aliquid: velle autem non potest nisi ad aliquid. Omnis ergo voluntas est alicuius: sed non semper ad aliquid est, donec velle incipiat. Velle autem omne & alicuius est quia in aliquo est: & ad aliquid est, quia de aliquo est. Omnis autem voluntas aut bona est si vel ex natura est vel secundum iustitiam: aut mala est si praeter naturam est vel contra iustitiam. Voluntati ergo malae vitium est ex ipsa quo mala est: ordo autem ex deo est, quo per velle siue ad hoc siue ad illud est. In voluntate ergo vitium est, & ipsum malum est, & ex ipso voluntas mala est. In velle autem & vitium est in quantum velle ex voluntate mala: & ordo est, in quantum ad hoc vel ad hoc ex disponente est. Et cum ipsum velle ad hoc aliquid est: malum est quod ad hoc est: quia mala voluntate est. Quod autem potius ad hoc quam ad illud est, bonum est: quia ordo est, & ex bene disponente est. Potest ergo voluntas mala in se corrumpi, & resolui per proprium vitium, quod ei aliunde non datur: sed non potest per velle extra se praecipitari nisi qua ei via aperitur. Et qui praecipit qua vult ad ruinam viam aperit, quodammodo ipsam inclinatur: non impellendo sed per mittendo & non tenendo: nec author illi est reuendi, sed incedendi ordinator. Do-

minus (ingr. Dauit) praecipit illi ut maledicatur. & ego (ait) vocaui seruum meum Nabuchodonosor ut disperdat terram: & in die illa sibilabit dominus muscae quae est in extremo flumine Aegypti: & apertus est in terra Assur: & venient & regescent omnes in torrentibus vallium & cauernis petrarum. In quibus omnibus manifeste ostenditur deus ad iudicia sua iusta complenda, malas voluntates hominum siue demonum quibus ipse vult modis & occasionibus siue intus siue foris & excusare ad volendum, & dirigere ad perficiendum, & ordinare ad subsistendum: in quibus quod sunt male dei non est: sed quod sunt ordinata. Haec autem dispositio interna inuisibiliter praesidentis, tam occulta est ut etiam ipsas voluntates malas in quibus fit lateat, quae putant suo se solum arbitrio dirigere: quia se sentit ut praeter coactionem proprio appetitu moueri. Quia enim non impelluntur, nequaquam intelligunt quod diriguntur: & nesciunt se habere contra praecedentem ut ordinantur: quia non sentit retrorsum impellentem ut praecipitur. De aliis modis diuinae gubernationis non multa hic disputare volumus: quia per se magis patent, nec tantam quaestionem adducunt.

De ordinibus angelorum quot in principio a deo conditi sunt.

Caput. XXX.

Ordinibus angelorum hoc auctoritas promulgauit: nouem in principio conditos a deo ordines angelorum, id est angelos, archangelos, principatus, potestates, virtutes, dominationes, thronos, cherubim, & seraphim: ut addito homine denarius consummare perfectionis coelestis. Non enim ut quidam putant conditio hominis ita ad restorationem angelorum prouisa est, quasi homo non fuisset factus, nisi angelus cecidisset: sed idcirco ad restaurandum & suppleendum lapsorum angelorum numerum factus homo dicitur: quia cum homo postmodum creatus illuc vnde illi ceciderunt ductus est, illius societatis numerus qui in cadentibus diminutus fuerat, per hominem reparatur. Nouem enim ordines an-

gelorum ab initio cōditū sunt: & ex illis qui ceciderūt (quā in vna simul omnes malitia consenserunt) quasi vnum ex se peruersæ societatis ordinem effecerunt. Habet autem traditio ex singulis ordinibus aliquos cecidisse. Vnde & Apostol⁹ Paulus cum de malignorum spiritū ty rannide mentionem faceret, principatus & potestates tenebrarū nominauit. Ve videlicet ostēderet q̄ idē nunc q̄s in malo ministeriū ex peruersitate exercet: qđ ad bonum perficiēdum ex cōditiōe accepit. Nusq̄ tamen in scriptura nequā spiritus seraphim appellatos inuenio: quā licet cetera dona post ruīnam adhuc in malo possideant, caritatem tamen in dilectione dei nequāq̄ potuerunt habere.

Vtrum plures remāserunt: q̄ ceciderunt. Ca. XXXI.

Numero autē lapsorū certa authoritas nulla reperit. Omnino tamen probabile videt̄ plures remansisse q̄ cecidisse. Propheta enim cum de mōstraret curr⁹ igneos, cōsolans ait. Plures sūt qui nobiscum sunt: q̄ qui cū illis. Hinc cōiūctim plures esse electos angelos q̄ reprobos. Sunt qui dicunt tot electos ex hominibus ad numerum angelorum ascensuros: quot ibi constat remansisse electos angelos. ppter scripturā quæ ait. Statuit terminos populorū: iuxta numerum angelorum dei. Quod si verū est cum multo plures sint in hoīb⁹ reprobi q̄ electi: plures inuenientur homines reprobi q̄ electi angeli. Si autē homines reprobi plures sint q̄ angeli electi (cum electi angeli plures sint q̄ reprobi angeli) plures erunt homines reprobi q̄ reprobi angeli. Quō ergo verū est quod dicit̄ vnus quisq̄ hominū duos angelos habere deputatos sibi, vnum malum ad impugnationem & vnum bonū ad defensionem, cum numerus hominum transcēdat numerum angelorū? Si enim in hominibus mali plures sunt q̄ boni, & in angelis boni plures q̄ mali, cum positum sit tot electos futuros hoīes quot sunt angeli boni: constat sine vlla dubitatiōe plures eē hoīes bonos q̄ sint angeli mali: multoq̄ plures homines malos q̄ angelos malos:

quā plures sunt hoīes mali q̄ boni, cum plures sint hoīes boni q̄ mali angeli. Nisi forte dicatur idcirco quā simul non subsistit genus hoīm: sed per temporū successionem alii post alios sequūtur: posse eos qui in hominibus simul subsistunt angelis cōparari nūero, licet vniuersitate præcedant. Quod tamē quā certum esse nō potest: meli⁹ inter occulta deputat: vbi ignorantia non culpatur: præsumptio arguitur.

De discreta cognominatiōe angelorum. Ca. XXXII.

De cognominatiōe spiritū ritū hoc hic præcipue cōmemorandum putamus: quā nomina illis non propter se sed propter nos data sūt. Qui enim sibi noti sunt cōtēplatione: nobis innotescunt cognominatiōe. Illa ergo dona gratiarum in singulis denotāt ex nomine: nō quæ singulariter sed quæ excellenter data sunt in participatione. In illa em̄ cælesti patria vbi plenitudo boni est, licet qđā data sint excellenter, nihil possidetur singulariter. Omnia. n. in omnibus sunt non quidē æqualiter (quā alii aliis qđam sublimius possident) sed cōmuniter, quā oēs omnia habēt. Itē sciendū q̄ oīa dona gratiarū supiores ordines sublimius & perfectius percipiunt: & tñ præcipuis tantūmodo nomina sortiēdo cetera sequentibus post se ordinib⁹ ad cognominatiōem relinquunt. Vt verbī gratia seraphim (qui ordo excellentissimus omnium existimat) tam dilectionē q̄ cognitiōem diuinitatis, & cetera virtutū dona ceteris omnibus sublimi⁹ percipit, tamen ab excellentiori dono, i. caritate vocabulum trahens, cetera sequentibus post se ordinibus ad denominatiōem reliquit. Proximus post hunc ordo a proximo dono, id est cognitiōe veritatis cherubim appellatus est: qđ plenitudo scientiæ similiter interpretatur, sicut seraphim propter ignem dilectionis ardens vel succedens dicitur. Ad hunc modum etiam de sequentibus intelligendum est ordinib⁹.

Vtrum omnes spiritus cælestes mittantur, Cap. XXXIII.

A Varis & hoc: vtrū omnes illi spirit⁹ cælestes ad exteriora nuncianda mittantur. Quidā putant alios esse in illa multitudine qui foras p officio ad exteriora nuncianda exeunt, alios qui intus assistunt, sicut scriptum est. Milia millium ministrabant ei: & decies milia centena milia assistebant ei. Apostolus autem excellentiam filiī cōmendans præ angelis omnes administratorios spiritus esse in ministerium missos, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis cōfirmat. Hinc q̄stio nascitur quō oēs mittuntur si quidam semper assistunt: & si oēs nunciū sunt quomodo quidam semper assistere dicuntur. Si omnes nunciū sunt: omnes angeli sunt: & si oēs angeli sunt, quomodo vnus tm̄ inter nouem ordines hoc nomine censetur? Quidam putant in illa cælesti curia, omnes qđ mitti: sed alios ex officio qui proprie angeli siue archangeli nominantur: alios ex tempore & causa extra cōmunem dispensationem oborta, qui & ipsi quoq̄ cum angelorum ministerium ex tempore suscipiunt: nomen in ministerio assumunt. Si cut scriptum est. Qui facit angelos suos spiritus. Quā videlicet qui semper natura spiritus sunt: pro tempore & officio aliquid quando angeli. i. nunciū sunt. Alii dicunt tres ordines supremos, i. seraphim, & cherubim & thronos ad sola diuina & interiora conuersionē habere: Semperq̄ creatori assistere. Inferiores autem tres ad exteriora agenda, & nuncianda mitti. Tres autem medios non solum dignitate vel loco: sed officio etiam inter vtrōsq̄ consistere: qui præceptum domini a superioribus accipiūt & deferunt ad inferiores. Ac per hoc cū supmi mediis: mediū imis atq̄ hi nobis præceptum diuinum nunciēt: omnes merito angeli nominantur.

De ministeriis angelicis. Ca. XXXIII.

Ministeria angelorū & officia quidā ita interpretantur, vt totum mundū. i. non solū vitam humanam sed omnia quæ ad hūanam vitā pertinent

secundū dei dispensatiōem ab angelis ministrari putet: sub deo & secundū deum. Malos autem ex officio potestati nō habere: sed aliquando ex permissione potestatem accipere.

Explicita est quinta pars.

INCIPIT SE

xta pars de creatiōe hominis, & ita tū eius ante peccatum.

Quare deus hominem ex anima & corpore fecit. Caput primum.



Væ in p̄sa p̄te huius operis de cōditiōe hominis proficunda distinximus, ordine nunc suscipimus explananda. Quatuor em̄ erāt a principio pposita. Primum quare creat⁹ sit

homo. Secundum qualis creatus, & qualiter institutus. Tertium qualiter lapsus sit. Quartū qualiter sit reparatus. Horū quidem quod primum positum est. i. causa creationis humane: superius iam secū dum possibilitatem nostram tractauim⁹. Et idcirco nunc superest vt ad secundā partem in qua propositū est qualis creatus sit homo, & qualiter disposit⁹: discutiendā transeamus. Deus opotens cuius beatitudo nec augeri potest omnino, quā perfecta est: nec minui, quā aterna est: sola caritate, nulla sui necessitate, rationalem spiritum creauit: vt eum illius boni quod ipse erat, & quo ipse beat⁹ erat, participem faceret. Verum quā hoc ad feclicitatis illius augmentum pertinuit vt gratiam conditoris sui per quem glorificandus erat agnosceret, voluit ipse cōditior prius ei in sua conditione ostendere: qđ postmodum in ipso facturū erat ex dignatione. Creaturam ergo rationalem quā fecerat, iussit partim in sua puritate persistere: partim eā corporeis indumentis & terrenis mansionibus copulans, iustam materiam fecit ad vite sensum vegetare. Hoc siquidem pro exemplo futuræ societatis q̄ inter ipsum & spiritū rationalem in glorificatiōe eiusdem persi

cienda fuerat proposito: vt videlicet ostēderetur quia qđ tunc erat in conditione corpus spūi: hoc scđm aliqd postmodum futurus erat ex dignatione assumpt⁹ spūitus sibi. Comprobauit ergo deus potentia suam: & gratiā ostēdit. Primo fingendo hominē: quā postea exhibiturus erat hominem glorificando. Vt sciret homo qđ si potuit de⁹ tam dispārem naturā corporis & animę ad vnā fœderationē atq; amicitia coniungere: nequaquā ei impossibile futurū, rationalis creaturę humilitatē (licet lōge inferiorem) ad suā glorię participationē sublimare. Rursus si tantū gaudium est & tanta iocunditas vita ista mortalis quę constat ex p̄sentia spūs in corpore corruptibili: quāta iocunditas foret & quantum gaudium: vita illa immortalis ex p̄sentia diuinitatis in spiritu rationali? Quia ergo in parte exemplo vniuersitatis humiliatū est rōnalis spūitus vsq; ad confortiū terreni corporis: ne forte hoc ipsum ad depp̄sionem ei⁹ pertinere videret: adiunxit prouidentia dei vt postmodum cum eodem corpore glorificato ad confortiū illorū qui in sua puritate persisterant sublimaret: vt quod minus ex dispensatione creatoris sui acceperat conditus, per gratiā eiusdē postmodū acciperet glorificad⁹. Sic ergo cōditor deus rōnalis spūs quos fecerat, varia sorte: p̄ arbitrio omnipotentis vocationis suę disposuit: illis quos in sua puritate reliquerat, sursum in cælo mansionē cōstituēs: illos vero quos corporib⁹ terrenis sociauerat deorsum in terrena habitatione disponēs. Vtrisq; regulā p̄ponens obediētię, quatin⁹ & illi ab eo vbi erāt non caderent, & isti ab eo vbi erant ad id vbi nō erant ascenderent: vt cum isti peruenissent & illi non cecidissent, supra id quod facti erant ad id ad quod facti erāt pertingerent, vt cum eo essent a quo facti erāt. Fecit itaq; de⁹ hoīez ex duplici suba: corpus s̄m materiā de terra sumēs: aiām vero sine materiā de nihilo fingēs.

E Quāst hō ad imaginē & similitudinē dei fact⁹ est. Ca. II.



Act⁹ est hō ad imaginē & similitudinē dei: quia in aīa cōpotior ps ē hoīs, vel poti⁹ ipse hō erat: fuit imago &

similitudo dei. Imago s̄m rationem, similitudo scđm dilectionē: imago scđz cognitio nem veritatis, similitudo scđm amorē virtutis. Vel imago scđm scientiā: similitudo scđm substantiā. Imago, quia omnia in ipsa scđm sapiētiā: similitudo, quia vna & simplex ipsa secundum essentiam. Imago quia rationalis: similitudo quia spūialis. Imago pertinet ad figurā, similitudo ad naturā. Hęc autē in anima sola facta sūt, quia corporea natura similitudinē capere nō potuit diuinitatis, quā ab eius excellentiā & similitudine in hoc ipso lōge fuit qđ corporea fuit.

De creatione & origine animę.
Caput. III.



Veruntur autē q̄plu prima de origine animę: quā creata fuit, & vñ creata fuit, & qualis creata fuit, nos vero ī p̄sentia abbreviatione tā multiplices opiniones prosequi superuacū & infructuosum existimam⁹: & hoc solum nobis sufficere putamus si ea tā quę sentiēda & asserēda sunt p̄ponim⁹. In his ergo fides catholica hoc potius elegit & veritati magis consentaneū iudicauit, vt credamus animam primī hominis quā facta est nō de preiacētī aliqua materia factā: sed de nihilo creatam: neq; factā a principio quā angeli facti sunt, sed postea (cū corp⁹ ipsum cui infundenda fuerat formatū est) ab ipso creatore simul & factā & corpori sociatā. Vtrum vero in corpore an extra corp⁹ creata sit: quātū difficult⁹ est scire, tanto minus est periculosum ignorare. Neq; vero in hoc ingenitū hoīs approbādū existimēt, si in iis quę difficultia sūt per tinaciter insistit: sed poti⁹ si ea quę scienda sunt prudenter discernit. Equalis. n. est stultitię p̄sumere in iis quę nō possūt sciri: & deficere in iis quę nō debēt ignorari. Propterea quātū sanę fidei satis est, quāmus agnoscere: & ea quę curiositas sola scrutari suadet, desistamus inuestigare. Creauit de⁹ animā primī hoīs de nihilo: & inspirauit eā corpi de terra p̄ materiā sumpto & formato: dās ei sensū & discretionē boni & mali: vt corp⁹ ipsum sibi sociatū per sensum viuificaret: p̄ rationē re

geret, & in ipso hoīe sensus esset subiect⁹ rationi: ratio creatori, vt scđm rationem corpus moueretur per sensum: ratio autē libero arbitrio moueretur scđm deum.

De libero arbitrio.

Caput. IIII.



Orro tres sunt mot⁹ in hoīe, motus mentis, mot⁹ corporis, motus sensualitatis. Motus mentis in voluntate est, mot⁹ corporis in opere, mot⁹ sensualitatis medi⁹ in delectatiōe. In motu mentis solo, liberū arbitriū est: in motu corporis & sensualitatis, illa sunt quę sequuntur liberum arbitriū. Sic. n. prima fuit dispositio nature: nam motus mentis voluntarius est appetitus: in voluntario liberum, in appetitu arbitrium. Mens igitur per se mouetur: & est primus voluntatis motus. Motum voluntatis sequitur motus corporis. Mēs itaq; sicut dixi per se moueri habet: sed scđm se moueri non debet: immo secundum voluntatem creatoris sui quā forma illi est, & exemplar, & p̄posita regula quā sequat. Et p̄pter hoc si scđm deū mouet: hoc est iustitia: si p̄ter deū mouetur, vel cōtra deū: hoc est iniustitia. Ergo motus mētis iustitia semper est vel iniustitia: mot⁹ autem corporis semper est obediētia. Quia enim mens mouetur, libertate mouet, quia voluntarie mouetur, & per se mouetur: & eius est quod mouetur, vel ad meritum si bene, vel ad culpam si male. Quia autem corpus mouetur, necessitate mouetur: quia ab alio mouetur hoc est a mente. Nec fuit est quod mouet: sed illi⁹ a quo mouetur, siue ad meritum si bene, siue ad culpā si male. Ita mot⁹ mētis dominatur motui corporis lege nature subiecto: & quā abutitur illo, vitium est imperantis, debetū obediētis. Nec culpā quod ducitur quia necessitate ducit: sed culpā quod ducit, quia in subiectū abutitur libertate. Porro voluntas si iustitiam tenuisset, haberet nō solū motū corporis obediētem: sed motum sensualitatis consentientē. Nunc vero quā recitūdinem suā ipsa non tenuit, habet quidē adhuc ex indulgentiā creatoris motū corporis obediētem: ex vindi

cta autē motum sensualitatis cōtradictentē: Cuius violentiam aliquā infirmata sequitur: aliquid autē corroborata coercet & moderatur. Si autē mot⁹ sensualitatis dominatur motui mentis, dominat⁹ & motui corporis, qui subiectus est illi: & tunc peccatū regnare incipit in nostro mortali corpore. Si autē non dominatur, virtus mens seruitio corporis sui: & exhibet membra sua arma iustitię: & sunt simul mot⁹ mentis & motus corporis: seorsum mot⁹ sensualitatis: & perficitur iustitia, & iniūquitas cohibetur.

De duplici sensu animę.

Caput. V.



Animā autē rōnalis idcirco duplici sensu instructa est, vt visibilia foris caperet per carnē & invisibilia intus per rōnē, quatinus & visibilia & invisibilia ad laudē creatoris illā excitarent. Neq; n. in oib⁹ opib⁹ suis deus a rationali creatura laudaret: si non opa dei omnia a rōnali creatura cognosceret. Vt ergo p̄fecta esset laus dei, mōstrata sūt rationali creaturę opa dei: vt ei int⁹ & foris miraret, & p̄ admirationē p̄ficeret ad dilectionē. Facta ē creatura vna cui⁹ iensus int⁹ tot⁹ erat: & creatura altera facta est cui⁹ sensus tot⁹ foris erat. Sensus angelorū int⁹ erat, & sensus brutorū aialū foris erat. Angeli quorū sensus int⁹ erat, cōtēplabāt quā int⁹ erāt: & per ea quę foris erāt. Bruta aialia quorū sensus foris erat contēplabāt visibilia quę foris erāt, sed nō per ea sūt invisibilia quę int⁹ erāt: quā invisibilia inuisibilibus cognoscunt, sed nō eque quę visibilia vidēt inuisibilia in eis vident: quia sensus quo inuisibilia percipiunt ī summis infima cōphendit: sed sensus quo visibilia contingunt in infimis summa nō capit. Sic itaq; vna creatura erat cui⁹ sensus tot⁹ intus erat: & alia creatura erat, cuius sensus tot⁹ foris erat. Et post⁹ est in medio homo vt intus & foris sensum haberet. Int⁹ ad inuisibilia: foris ad visibilia. Intus per sensum rationis: foris per sensum carnis: vt ingrederetur & contēplaretur, & egrederetur & contēplaret, intus sapiētiā, foris opa sapiētię, vt vtrūq;

contempleretur, & vtrūq; reficeretur: videret & gauderet, amaret & laudaret. Sapientia, pascua intus erat: opus sapientiæ, pascua foris erat. Et admissus est sensus hominis vt ad vtrūq; irer: & in vtroq; refectionem inueniret. Iret per cognitionē: reficeretur per dilectionem. Sapientia liber erat scriptus intus: opus sapientiæ liber erat scriptus foris. Voluit autē postea adhuc aliter scribi foris sapientia vt manifestius videret & perfectius cognosceretur: vt oculus hominis illuminaret ad scripturam secundam, quoniā caligauerat ad primam. Fecit ergo scdm opus post primū & illud euidentius erat: quoniam non solum demonstrauit sed illuminauit. Assumpsit carnem non amittēs diuinitatem: & positus est liber scriptus intus & foris: in humanitate foris, intus in diuinitate: vt foris legeret per imitationem, intus per cōtemplationem: foris ad sanitatem, intus ad foelicitatem: foris ad meritum, intus ad gaudiū. Intus in principio erat verbum: foris verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Liber ergo vnus erat semel intus scriptus: & bis foris. Foris primo per visibilia conditio nem, secundo foris per carnis assumptionem. Primo ad iocunditatem, secundo ad sanitatem. Primo ad naturam, secundo cōtra culpam. Primo vt natura foueretur, secundo vt vitium sanaretur: & natura beatificaretur.

De duobus bonis ipsius hoīs. Ca. VI.

I Via vero hō ex duplici natura compactus fuerat: vt totus beatificaret, duo ei illi bona: conditor a principio preparabat vnum visibile: alterum inuisibile. Vnum corporale, alterum spirituale. Vnum transitorium, alterum eternū. Vtrūq; plenum, & vtrūq; in suo genere perfectum. Vnū carnī, alterū spiritui, vt in vno sensus carnis ad iocunditatem foueret, in altero sensus mentis ad foelicitatem repleteretur. Carnī visibilia, spiritui inuisibilia. Carnī ad solatium, spū ad gaudiū. Ex his bonis vnum dedit, alterū promisit. Vnum vt gratis possideret, alterū vt per meritū q̄reretur. Qd visibile

bonū erat, gratis dedit: qd inuisibile erat merito quærendū proposuit: vt ex dono gratuito probaretur & excellentia pmisionis, & fides pmittentis. Si. n. tale & tm̄ est qd gratis dedit: quale & quātū eē putādum est illud pro quo seruitiū querit. Rursum si bonitas tanta illi inerat vt nihil meritis tam multa daret: quō malitia ei inesse poterit vt seruientes non remuneraret. Ad hoc spectabat qd visibilia omnia gratis data sunt homini: & continuo creatus, dñs rerū cōstitutus est. Post ea vero obcedentia inuncta est illi, & pceptum datū: vt primum mereretur, deinde remuneraretur. Nō remuneraretur in his q̄ iam data fuerant in p̄mio. Neq; vero idcirco seruitiū ab hoīe quēsitū est, qd oipotens cōditor hoīs a se facti seruitio indigeret, sed vt ipse homo vera bona merito acquisita gloriosū possideret. Et quia plus erat summæ bonitati & meritū dare & p̄m̄ium, q̄ sine merito solū p̄m̄ium: pro temporalib; autē & transitoriis homo seruire nō debuit ne dignitas humanæ conditionis ad vilitatem deduceretur, si pro his q̄ subiecta illi fuerant, seruire cogeret: Propter hoc inuisibilia quasi vera bñ seruiēti post meritū pmittunt: ista autē quasi modica & transitoria gratis inter meredū adiciūt. Ista iterim ad solatiū, illa postea ad gaudiū. Ista ad sustentationem, illa ad glorificationē. Sine illis nō pōt hō beatificari in patria: sine istis nō pōt sustentari in via. Propter qd talis factus est homo vt iterim nūc ad tēp̄ istis indigeret, quatin⁹ per ista indigētiā suā in illis agnosceret, & vt intelligeret ip̄a qd erat bonū sibi sufficiens nō erat nisi illud quoq; habere mereret bonum a quo erat. Hoc autē bonū illi fuit: qd ipse sibi sufficiens nō fuit. Magna quippe dignitas hūanę cōditionis: qd talis facta est: vt nullū ei bonū p̄ter summū sufficeret. Et rursum magna libertas: qd interim arbitrio suo dimissa est vt ad ipm̄ bonū summū cogi nō possit: q̄tin⁹ sola voluntate ad illū iret: qd sola dilectiōe possidere deberet. Vt ergo interioris vitę bonū q̄tere ad disceret: exterior vita eius talis est facta: vt ad tēp̄p se stare nō sufficiens alio p̄ter se & extra se bono sustentante indigeret.

De duobus præceptis, naturę & disciplinæ. Ca. VII.

M Onū homini a deo vel datum vel promissum nihil profuisset: nisi & ad illud quod datū fuerat apponeretur custodia ne amitteret, & ad illud qd p̄missum fuerat aperiretur via vt quæreretur & inueniretur. Propterea ad bonum datū posita est custodia, p̄ceptū naturę: & ad bonū p̄missum apta est via p̄ceptū disciplinę. Duo ista p̄cepta data sūt homini: p̄ceptū naturę & p̄ceptum disciplinę. P̄ceptū naturę fuit qd intus aspiratum est per naturam: p̄ceptum vero disciplinę qd foris appositū est ad disciplinam: itus per sensum, foris per verbum. In his duobus mandatis totum cōtinetur quicquid bonū vel faciendū vel cauendū præcipitur. In p̄cepto naturę tria sunt: p̄ceptio, prohibitio, concessio. P̄ceptum autē naturę nos nihil aliud intelligim⁹, q̄ ipsam discretionē naturalem quæ intrinsecus inspirata est vt per eam homo erudiretur de his quę sibi vel appetenda vel fugienda fuerunt. Quasi. n. quoddam p̄ceptū dare erat, discretionem & intelligētiā agēdi, cordi hominis aspirare. Quid ergo cognitio faciendorum fuit, nisi quædam ad cor hominis facta p̄ceptio: & quid rursus cognitio vitandorum fuit nisi quædam prohibitio: quid vero cognitio eorum q̄ media fuerunt existimāda est, nisi quædam concessio: vt illic homo suo libero arbitrio relinqueretur vbi quæcūq; partē eligeret non læderetur. Deo igitur p̄cipere: erat docere hominem quę sibi necessaria forent. Prohibere autem demonstrare noxia. Cōcedere vero insinuare ad vtrūlibet se habentia.

De tribus generibus rerū. C. VIII.

N rebus enim visibilib; quę per inferiorem vitā conditæ sunt: tria rerū genera creata inueniuntur. Quædam scilicet ad vsum ipsius vitæ necessaria intantum vt lædatur si non eis vtantur. Quædam vero noxia quibus si vtitur læditur. Alia autē media sunt, quibus vt

& non vtī sine læsione potest. Nam quia vita ista inferior superioris vitæ imago est: congruum erat vt in illis quę ad hanc vitam facta sunt, eorum quæ ad superiorē vitam spectant documentum homini p̄poneretur. Sunt autem quę per ista foris demonstrare debuerunt, quædam intus noxia vitæ spirituali: quibus ipsa similiter vtī sine læsione non potest: vt sūt vitia omnia quę animę corruptionē adducunt. Sunt item intus quædam salubria & necessaria, quibus sine læsione carere nō potest: qualis est cognitio dei & cognitio sui & virtutes omnes quæ ad sanitatem animę operantur, & nutrimentū præstāt. Sunt item alia quę adesse & abesse sine læsione possunt: & hæc ad vtrumlibet se habent: quia salutem non impediunt quasi noxia, nec velut necessaria operantur: qualis est cognitio rerum extrinsecarum & alia quædam huiusmodi. Ad necessaria ergo & salubria pertinet p̄ceptio: ad noxia prohibitio: ad media concessio.

De gemina custodia vitę inferioris.

Caput. IX.

N ata est homini ratio & prouidentia per quā hanc vitam suam inferiorem custodiret: eadem prouidentia naturali fugiendo noxia, salubria expetendo, medijs ad vtrumlibet vtens. Hac ergo custodia munitus negligentiam vitare potuit: violentiam repellere non potuit. In prouidentia enim hominis erat omnem negligentiam cauere: sed non æque in potestate hominis erat omnem violentiam repellere. Propterea rationi humanę adiuncta est prouidentia diuina: quatin⁹ ratio humana in parte vna vigilaret cōtra negligentiam: prouidentia diuina in parte altera stare contra violentiam. Hac itaq; gemina custodia munita ciuitas vitæ humanæ, nullis aduersis læderetur: quia si ratio humana non tepuisset aduersus negligentiam, prouidentia diuina nunq̄ in homine violentiæ locum dedisset. Quia vero ratio primum per negligentiam locum suum deseruit: diuina postmodum prouidentia iuste se a custodia subtraxit: vt iā in vita hoīs nō nunq̄ violentia p̄ualeat, & ratio

ipsa iam nunc etiā inuita cogatur sustinere, quod prius sponte cauere neglexit.

De tribus statibus hominis.

Caput. X.

P Ed fortassis alicui querendum videatur qualiter homo ante peccatum violentiam aliquā pati potuisset: qui si nō peccasset (sicut videt)

omnino pati non potuisset: Si ergo omnino pati non potuit, violentia ei nocere nō potuit, neque opus habuit custodia ne violentia pateretur qui quodcumque illatū sibi fuisset nihil omnino pateretur. Nā si violentiam pati potuit, quomodo etiam mori non potuit: Si autē mori potuit, quomodo immortalis fuit: Propter huiusmodi rationes soluendas quæ ab iis qui diligentius secreta scrutari solent obiciuntur tres status vitæ humanae prima confidit ratione distinguimur: & in his qualis homo fuerit siue in corpore siue in anima

Tres hominis status.

(quāvis ab eo quod primum factus est mutatus sit, aut in quo idem persistit) necessario determinandum putamus. Primus status hominis fuit ante peccatum in eo in quo fuit conditus. Secundus status est post peccatum (si tamen status dicitur est, & non potius ruina) in quem per peccatum & poenā peccati post peccatum sequentem, est lapsus. Tertius status erit hominis post resurrectionem a mortuis: quando plene & perfecte tam a peccato quā a poena peccati liberabitur: & nō solum in id in quo fuit conditus, sed supra id etiam usque ad illud ad quod conditus fuit restituetur. In primo statu diuisit deus & homo. In secunda statu diuisit diabolus & homo. In tertio statu, deus totum accipit. In primo statu, laus dei erat: & aliquid prater laudem nihil tamen contra laudem dei: In secundo statu nihil ad laudem: sed totum contra laudem dei: In tertio statu totum ad laudem: nihil prater laudem, nec contra laudem dei. Ad laudem dei caritas: prater laudem dei necessitas, contra laudem dei, iniquitas. In primo statu caritas & necessitas, In secundo statu necessitas & iniquitas, In tertio solo la caritas.

De primo statu hominis quæ ante peccatum. C. XI.



Q Veruntur autem plura de primo statu hominis ante peccatum, qualis fuit homo priusquam peccaret: & qualis futurus fuisset si non peccasset & in corpore & in anima: mortalis an immortalis: passibilis an impassibilis. de termino inferioris vitæ: & de transitu ad superiorem: de qualitate & modo viuendi: & de propagatione filiorum, de vita & de meritis nascentium ab ipso, & sequentiū post ipsum: & multa alia quæ licet aliquando cum curiositate quaeruntur: vtiliter tamen sciuntur, si cum discretione discutiatur. Nos vero in tam multis præcipue quæ a nostra intelligentia & capacitate remota sunt, responsionē nostrā moderari oportet: & ab iis quæ dubia non sunt, ea quæ probabiliter dicuntur ratiōne distinguere. Ita periculum diligentis inquisitionis nullum erit: si præsumptio temerariæ assertionis non fuerit.

De scientia hominis ante peccatum.

Cap. XII.



S Ergo quaeritur de primo homine qualis ante peccatum fuerit: secundum animam quidē rationalis fuit, habēs discretionē boni & mali: scientiā quoque rerum, quantum ad principium conditionis pertinuit perfectam. Nā sicut (quædam pertinet ad perfectionem naturæ & ætatis humani corporis) primum hominē perfectū credimus factū: ita quoque (quædam ad animam) cognitionem veritatis & scientiam (eā dūtaxat quæ primæ perfectioni congrua fuit) perfectā mox conditum accepisse putamus, & ad illam nō studio aut disciplina aliqua per intervalla temporis profecisse: sed simul & semel ab ipso sui conditionis exordio vna ac simpliciter diuinæ aspirationis illuminatione illam percepisse. Triplici autem cognitione primum hominē eruditum constat, cognitione, scilicet creatoris sui ut cognosceret a quo factus erat, & cognitione sui ut cognosceret quid factus erat & quid sibi faciendum erat, deinde cognitione quoque illius quod se cum factum erat: & quid sibi de illo & in illo faciendum erat.

De cognitione rerum visibilium.

Caput. XIII.

R Erum enim omnium visibilium quæ cum homine & propter hominem factæ erant, perfectā cognitionē hominem accepisse nulli dubium esse debet: quoniam videlicet siue ad animam eruditionē, siue ad corporalis usus necessitudinem pertinere videbatur. Nam idcirco ipse creator non a se aut ab angelo aliquo singulis quibusque animalibus, sed ab homine nomina formari voluit: ut manifeste ostenderet quod singulorum naturā & usum & officia ex insita sibi ratione homo agnouit. Quæ enim propter illum creata erant, ab illo regenda & disponenda erant: & idcirco horum omnium Deus illi & scientiā tribuit & prudentiā reliquit. Ait namque apostolus. Nūquid cura est deo de bobus? Curā etenim bouum & prouidentiam ceterorum animalium deus homini reliquit, ut dñatiōi illius subiicerentur, & ratione illius regerentur: ut a quibus debuerat obsequium accipere, sciret etiam illis necessaria prouidere. Hanc autem scientiam (quemadmodum & illam qua carnis suæ commoda & necessaria prouidere debuerat) quia homo peccando nō perdidit: idcirco deus postmodum illum per scripturas suas de eiusmodi erudire non curauit. De scientiā vero animæ sola idcirco homo cum reparabatur erudiendus fuit: quoniam solam illam prius peccando amisit.

De cognitione creatoris. Cap. XIII.

T



Cognitione vero creatoris sui primum hominem habuisse dubium nō est. Quoniam si pro vita temporalis conseruanda in rebus transitoriis tam magnam scientiam accepit: multo magis pro vita æterna adipiscenda excellentiorem & abundantiorē in celestibus cognitionē habere debuit. Cognouit ergo homo creatorem suum: non ea cognitione quæ foris ex auditu solo percipitur, sed ea quæ potius intus per inspirationem ministrat. Non ea quæ

dem qua Deus modo a credentibus ab sensu fide quaeritur: sed ea quæ tunc per presentiam contemplationis scienti manifestius cernebat. Sciendum tamen est quod illa primā cognitionē hominis quæ de creatore suo habuit, sicut maiorem & certiorē illa cognitione quæ nunc in sola fide constat veraciter dicimus: ita etiā illa quæ postmodum in excellenti cōtemplationis diuinæ manifeste reuelabitur, minorem necesse est cōfiteamur. Cognouit ergo creatorem suum homo tamen ita excellenter sicut postea cognoscere debuisset si persistisset. Sicut enim inobediētia hominis per subsequētē ignorantiam primæ cognitioni multum abstulit: sic eisdem cognitioni si inobediētia homo persistisset per subsequentem reuelationē plurimum addendum fuit. Modum vero cognitionis diuinæ quæ ille primus homo, habuisse creditur explicare difficile est: excepto eo quod diximus quod per internam inspirationem visibiliter edoctus, nullatenus de ipso creatore suo dubitare potuit.

De cognitione sui. Caput. XV.



Porro cognitionē suam eundem hominem a primā cognitione sua talem accepisse credimus: ut & debitum obediētiæ suæ erga superiorē agnosceret, & debitum prouidentie suæ erga inferiorē non ignoraret. Hoc signum erat semetipsum agnoscere: conditionem & ordinem & debitum suum siue supra se siue infra se sub se nō ignorare: intelligere qualis factus esset & quæ incedere deberet, quod agere, quod cauere sibi ter. Hoc totum erat semetipsum agnoscere. Si horum cognitionem & discretionem homo non habuisset semetipsum non cognouisset: neque præuaricationis horum postmodum extraxisset reus, si prius ad eorum cognitionem non fuisset illuminatus. Si autem quaeritur vtrum homo tunc a principio cognitionem eorum quæ circa ipsum ventura fuerunt habuerit, id est lapsus & ruinam suam præscierit: & cetera omnia mala quæ primum in ipsum, postea per ipsum in omnes quæ fuerunt.

X runt ex ipso trāfierūt: & similiter vtrū
preſcierit bona quæ habiturus fuisset
ſi in obœdientia perſiſſet. Illud omni
no probabile, & conſequens eſſe vide
tur: q̄ ad inſtitutionem & formam re
cte viuendi ſpectabat magis vt ei faciē
da indicerentur potius q̄ vt futura p̄
dicerētur. Illud namq̄ & arbitrii liber
tatem & obœdientia puritatem minue
re omnino videretur: ſi ipſe homo ante
meritum futurorum præcius dicere
tur: quia nec bona ſperare cum præſciē
tia malorum potuiſſet, neq̄ cum præ
ſcientia bonorum mala ventura timu
iſſet. Propter hoc igitur magis conue
niens iudicatur primum hominem eo
rum quidem quæ facienda fuerant, ſci
entiam & præceptum accepſiſſe: ſed eo
rum quæ futura erant præſciētiam nō
habuiſſe: vt liberum ad vtramq̄ partē
arbitrium ſtaret. Et hæc quidem de ſci
entia hominis quārum ad primum ſta
tum pertinet, dixiſſe ſufficiat.

De qualitate liberi arbitrii per tres
ſtatus. Caput. XVI.

Y Arbitrii vero liberta
te quantum ad eundē
ſtatū ſpectat, in p̄ſen
tri adiciamus. Liberum
arbitrium hominē ha
buiſſe ante peccatum
nullatenus ambigendum eſt, ea ſane li
berrate qua potuit ſiue ad bonum ſiue
ad malum voluntatis ſuæ appetitum
inclinare: Ad bonum quidem adiuuan
te gratia: ad malum vero ſolum deo p̄
mittente non cogente. Prima ergo li
bertas arbitrii fuiſſe poſſe peccare & poſ
ſe non peccare: ſicut vltima erit liber
tas poſſe non peccare & non poſſe pec
care. Prima libertas ad bonum quidem
adiutorium habuit, ſed ad malum in
firmitatem habuit: ſic tamen vt nec ad
bonum cogereſſet, nec contra malum
teneretur. Vltima libertas i bono gra
tiam habebit, in malo inſfirmitatem nō
habebit: nec ſolum gratiā in bono ad
iuuantem, ſed etiam contra malum cō
firmantem: Adiuuantem, vt ſit poſſe
non peccare: confirmantem, vt ſit non
poſſe peccare. Media libertas poſt pec
catum quidem ante reparationem gra

tiam non habet in bono, ſed inſfirmita
tem in malo: & idcirco in ea eſt poſſe
peccare: non poſſe non peccare: Poſſe
peccare, quia libertatem habet ſine gra
tia confirmante: non poſſe non pecca
re, quia inſfirmitatem habet ſine gratia
adiuante. Media libertas poſt repara
tionem, ante confirmationē habet gra
tiam in bono, inſfirmitatē in malo: gra
tiam in bono adiuuantem propter li
bertatem, & gratiam cōtra malum ad
iuuantem propter inſfirmitatem: vt ſit
in ea poſſe peccare propter libertatem
& inſfirmitatem, & poſſe non peccare p̄
pter libertatem & gratiam adiuuantē.
nondum tamen non poſſe peccare pro
pter inſfirmitatem adhuc perfecte non
ablatam: & propter gratiam confirmā
tem adhuc perfecte non conſummatā.
Cum autem inſfirmitas tota e medio
ſublata fuerit, & gratia cōfirmans fue
rit conſummata: erit non poſſe pecca
re. Non q̄a vel tunc aut arbitrii liber
tas aut naturę hūilitas deſtruat: ſed q̄
gratia confirmans (qua præſente pec
catum nequaquā ineſſe poſteſt) amplius
non auferatur.

De virtute hominis ante peccatum.
Caput. XVII.

A I autem quaeritur an
virtutes aliquę in ipſo
p̄rio homine ante pec
catum fuerint, & ſi in
ipſo virtutes fuerint:
Vtrum in eis aliquid
meruerit: cum certe videantur virtu
tes ſine merito eſſe non poſſe. Nos qui
dem virtutes dupliciter haberi reſpon
demus, ſecundum naturam & ſecundū
gratiam. Virtus nāq̄ nihil aliud eſt q̄
affectus mentis ſecundum rationem or
dinatus: qui ſecundum varias eiufdem
mentis applicariōes plurimū eſſe dicitur,
vnam tamen radicē & originē ha
bentes, voluntatem. Vna enim volūtas
ſecundum q̄ ſe ad varia vel appetendo
vel fugiēdo inclinat varios format affe
ctus: & diuerſa ſcđm eoſdē affect⁹ noīa
fortit, cū tñ oīa hæc in vna ſint volūta
te, & vna volūtas. Volūtas aut aliq̄ p̄
naturā fugit, aliq̄n excitatur p̄ gratiā:
& eſt ipſa quidē natura p̄ ḡram, ſed alia

est ḡra creatrix alia ſaluatrix. Per crea
tricem gratiam facta ſunt que nō erāt:
per gratiam ſaluatricem reparantur q̄
perierant. Gratia creatrix primum na
ture conditę quedā bona inſeruit, gra
tia ſaluatrix & bona que natura primū
corrupta pedidit reſtaurat, & que imp̄
fecta nondum accepit aſpirat. Per pri
ma bona liberum arbitrium reparatur
per ſecunda bona liberum arbitrii ope
ratur. In primis bonis, deus in homine
operatur. In ſecūdis bonis, deus homi
ni coop̄at. Prīa bōa donū dei ſūt nō me
ritū hoīs: ſcđa bōa & dei ſūt p̄ donū, &
hoīs p̄ meritū. Prīa dōa ḡra ſūt: ſcđa do
na ḡra pro ḡra. Quā ergo voluntas hoīs
ſcđm naturā ſolū mouet, extra naturā
nō meret: qm̄ vero ſcđm Deū mouetur,
ſupra naturā meret: qm̄ illū meret per
que & p̄pter que mouet. Omnis enī q̄
vult, aliqd vult: & p̄pter aliqd vult qd
vult. Quicūq̄ ergo vult aliqd & p̄pter
ea ſolūmodo vult quod vult quia na
tura hoc vult, velle habet ex natura: q̄
aut aliqd vult, & p̄tereavult qd vult,
q̄a deus hoc vult, id velle habet ex gra
tia: & hoc meritū hoīs eſt q̄ p̄pter De
um vult quod vult: & p̄pter deū facit
qd facit. Hoc nāq̄ deus reddere habet
quod propter ipſum ſit: ſiue voluntate
ſola in volendo, ſiue voluntate & ope
re in faciēdo. Bona igitur nature & af
fectus ordinati ſcđm naturam virtutes
ſunt naturales: quæ & ſi laudabiles ſūt
quia bonę ſunt & a natura ſunt, nō ſūt
tamē dignę merito illo qd eſt ſupra na
turā: quia nihil in ſe hñt præter natu
ram. Nihil tamē mereri etiā huiusmo
di virtutes non mihi cōuenienter dici
poſſe videt: quīs extra bona hæc quæ
propter naturā condita ſunt nihil me
reantur, quæ ex ſola ſunt natura. Vir
tutes autem quas gratia reparatrix na
ture ſupaddita format q̄a in merito ali
quid ſupra naturā accipiūt, in p̄nio &
ſupra naturam remunerari dignę ſūt:
vt quibus amor Dei cauſa eſt in opere:
preſentia dei præmium ſit i retributio
ne. Sed in his virtutibus q̄ per gratiam
reparatricē ſunt primū ſpūſſctūs bonā
volūtatē opaf: deinde bōę volūtati mo
uēt ſe & opantī coop̄at. Primū bonam

volūtatē aſpirat vt ſit: deinde bonę vo
lūtatē iſpirat vt moueat, & opet vt va
cua nō ſit. Primū opaf eā: deinde opaf
p̄ eā. Bona enī volūtas inſtrumentū eſt:
ſpūſſctūs eſt artifex. Quēadmodum au
tem artifex primum inſtrumentū opa
tur: deinde per inſtrumentum. Et q̄ in
ſtrumentum operatur primum ſol⁹ ipſe
operatur: quod vero poſtmodum per i
ſtrumentum operatur non ſolum ipſe
operat, ſed inſtrumentum etiam ipſum
per quod ipſe operatur. Sicut ſpiritus
ſanctus q̄ primum bonam voluntatem
operatur in homine ſolus ipſe operat:
q̄ vero poſtea per bonam voluntatem
operatur, etiam non ſolus ipſe opera
tur, ſed & volūtas per quam operatur.
Tamen opus bonum ex ſpiritu eſt qui
operatur, non ex voluntate hominis p̄
quam operatur. In ipſa quidem eſt bo
num, ſed ex ipſa non eſt. Ex ipſa nō eſt
quonia aliunde accepit. In ipſa tamē
eſt quonia habet quod accepit. Et idē
ipſum & ſuum eſt, inquantum habet: &
non ſuum, inquantum a ſemetipſo nō
habet. Tali igitur diſtinctione facta (q̄
quædam virtutes ex ſola natura ſunt,
quædam ex gratia) ſi quaeritur vtrum
primus homo in illo primo ſuæ condi
tionis ſtatu virtutes aliquas habuerit:
nullatenus ambigendo putamus aſſe
ctus bonos & ſecundum inſtitiam ordi
natos naturæ illius a prima ſua origi
ne inſertos per quos ad bonitatē & iu
ſtitiam exequēdā naturali appetitu tra
hebat. Et in his qdē affectib⁹ bonis na
turales virtutes cōſtituiſſe quibus a p̄
cipio natura hoīs formata eſt & inſtru
cta. De illis autem virtutibus quæ vo
luntate bona ex amore diuino mora p̄
ficiūtur, nihil temere circa ipm̄ (quā
tum ad primum illum ſtatū p̄inet) de
ſignare volum⁹: præcipue cum de ope
re caritatis illius nullū ſiue ex autho
ritate ſiue ex ratione argumentum cer
tum habeam⁹. Etſi quidem amare crea
torem ſuum cœpit: hoc tñ omnino lau
dabile nō fuit, q̄a nō p̄ſeuerauit: q̄a mo
tus incipiētis virtutis extinctus eſt &
abolitus p̄ teporē calpe ſublequētis.

Qualis creatus ſit primus homo ſe
cundum corpus. Cap. XVIII.

Nunc superest vt consideremus etiam qualis primus homo secundum corpus factus sit: hoc est an mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis, & cetera quæ de statu corporis humani querenda videntur. Primum igitur homo quantum ad naturam corporis terreni, & immortalis factus est secundum aliquid, quia potuit non mori: & secundum aliquid mortalis, quia potuit mori. Sicut enim in illo primo statu habuit posse peccare & posse non peccare, quia hæc fuit prima arbitrii libertas: ita etiam in eodem statu habuit posse non mori, & etiam posse mori, quia ista fuit prima corporis humani immortalitas. In secundo statu habet posse mori & non posse non mori, sicut etiam posse peccare & non posse non peccare habet: quoniam in hoc statu est & moriendi & peccandi necessitas. Moriendi necessitas quandiu adest vita: peccandi necessitas quandiu adest gratia. In tertio statu habebit posse non mori & non posse mori, sicut etiam posse non peccare & non posse peccare: quoniam ad hunc statum pertinet & moriendi & peccandi impossibilitas. Vtraque tamen ex gratia non ex natura: quia si gratia non adesset, in altero moriendi in altero peccandi naturæ possibilitas non deesset. Si ergo vltima immortalitas ex gratia erit, ubi moriendi possibilitas non erit: quanto magis prior immortalitas ex natura non fuit ubi moriendi possibilitas fuit. Ergo primum homo ante peccatum immortalis fuit: quoniam in corpore eius corruptio, & infirmitas nulla fuit, & extrinsecus præter cetera fomenta ciborum quibus corporalem vitam nutrire & sustentare debuit specialem in ligno vitæ medicinam accepit: qua eandem vitam contra mortis defectum sanam atque incorruptam potuit conservare, donec ad veram immortalitatem ubi iam mori non posset, transferretur, & translatus confirmaretur. Sicut ergo immortalis non dicimus primum hominem fuisse ante peccatum vt non mori omnino non posset: sic etiam nequaquam impassibile fuisse credere debe-

mus quasi nihil omnino pati potuisset quia naturam in se passibilem habuit. Sed tamen si non peccasset sicut non mortuus: ita etiam siue ad molestiam volutatis in mente, siue ad corruptionem integritatis in corpore passus omnino aliquid non fuisset. Nam quod primus ille homo non secundum qualitatem corporis terreni, sed ex beneficio vitalis edulii non mori potuit, manifeste scriptura ostendit: ubi eum ab eodem ligno eiecit ne vitam ipsam perpetuam conservare posset, testatur dicens. Ecce Adam quasi vultus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam & sumat etiam de ligno vitæ & vivat æternum: eiecit Dominus deus Adam de loco voluptatis. Qui ergo de ligno vitæ eiectus dicitur ne semper viveret: manifeste ostenditur ex ipsius ligni beneficio hoc habiturus, si semper viveret. Sic itaque primus homo ante peccatum natura immortalis & passibilis fuit: qui tamen ex beneficio creatoris præcedente, & proprio studio subsequente facere potuisset vt nec moreretur, nec in vita corruptionem pateretur. Quia ergo homo naturam passibilem habuit: ita contra passionem custodia ei necessaria fuit: vt videlicet per rationem propriam contra negligentiam cavendam excitaretur, & per providentiam diuinam contra violentiam omnem illæsus conservaretur: & sic vtrique munitus, nec moreretur nec pateretur.

Quandiu homo si non peccasset, in hac vita inferiori manere debuisset.

Caput. XIX.

Quandiu autem in hac vita terrena homo manere debuisset, argumentum aliud haberi non potest, nisi quia probabile omnino est quod post pactam obedienciam si in ipsa obediencia persistisset, statim ad præmium ipsius obediencie transferri debuisset: quatinus sine mortis interpositione de primo statu ubi habuit posse non mori, ad alium statum transiret ubi amplius mori omnino non posset.

De alimento eius.

Cap. XX.

G

Interim vero vitam terrenam fructibus terrenis nutrire: donec ad illam vitam transferretur ubi nullis profus alimentis indigeret. Sicut scriptum est, Factus est primus homo in animam viventem: sed in spiritum vivificantem. Quia enim quod vivit, vitam habet: quod autem vivificat vitam dat, plus est omnino vivificare quam vivere. Propter quod quæ vita prima per se stare non potuit, vita autem novissima aliunde suscepta: opus non habebit. Primum homo in animam viventem factus dicitur: quæ vitam quidem in se habuit, sed corpori per se solam, vitam dare non potuit: sed sicut in spiritum vivificantem, quod vitam habebit in se, & corpori dabit per se.

De studio eius. Cap. XXI.

Sed autem queritur, quod studio vita humana si homo non peccasset colenda & exercenda fuisset: non inconuenienter dicitur præter iterum & spiritualia studia sapientie & diuine contemplationis, foris etiam in terra culturas siue in arando, siue in seminando, siue in plantando, & ceteris eiusmodi operibus quibus natura bona excolta perfectum capit in melius, primum hominem non ad laborem, sed ad delectationem exercendum: vt & opus esset ad delectationem, & exemplum ad eruditionem. Sic namque exterior homo exercendus erat ab ipso studio exterioris operis, vt forma sumeret studii interioris: & in eo quod foris faceret, agnosceret quod sibi intus faciendum esset. Nam & intus sicut quædam terra erat quæ bona quædam creata erat, & tamen si bene excoleret ad huc melior esse poterat: quæ culta fructus bonos daret, neglecta vero mala & noxia germina proferret.

Si non peccasset homo quales filios genuisset. Cap. XXII.

Ost ista quæ iam dicta sunt etiam illud querendum videretur, quænam liter homo filios procreare potuisset si non peccasset: qualesque fuerunt essent quæ ex eo nascituri essent. In

huiusmodi ergo, sicut iam sepe diximus, diligenter considerare oportet: vt ab his quæ dubia non sunt, ea quæ probabiliter tamen dicuntur discernamus. Quæ enim nec auctoritas probat, nec ratio arguit manifesta, iter dubia relinquunt: tamē ista non inutiliter aliqui in questione admittunt, vt vel inueniatur quod verum est, vel saltem quod falsum est non concedatur.

Vtrum iusti an iniusti nascerentur. Caput. XXIII.

Via ergo coniugii iter masculi & femine ante peccatum a deo institutum, eisque vt crescerent & multiplicarent dono benedictionis concessum atque iniunctum legimus: commixtionem carnis in generatione prolis sine turpitudine & concupiscentia futuram nullatenus dubitare debemus. Qui ergo sine peccato generantur, consequens omnino est quod etiam sine peccato nascerentur: quæadmodum si quomodo generantur cum concupiscentia, quasi ex ipso radice sua vitio corruptionem trahentes, nascuntur cum culpa.

Vtrum paternæ iustitiæ heredes essent.

Caput. XXIII.

Illud etiam dignum inquisitione videtur an paternæ obediencie meritum per incorruptam originem ad posterum omnnes transire debuerat, quæadmodum nunc inobediencia illius culpa per eandem originem vitiatam in universos se effundendo dilatat. Quod si verum est ita tunc in nascendis foret ex merito paterni originalis iustitiæ, sicut nunc inuenimus in eisde ex solo paternæ transgressio nis reatu originalis culpa. Idcirco tamen asserendum non est temere: quia non sicut videtur quæadmodum nunc natura per inobedienciam ad corruptionem mutata creditur: ita etiam tunc per obedienciam obseruata (nisi vsque ad tempus perfectum ad deo conservata fuisset) ad incorruptionem mutaretur. Semel enim transgressi plena inobediencia fuit: sed non sicut perfecta obediencia fuisset, si in ipsa obediencia, homo vsque in finem non persistisset.

SII.iii.

O set. Propterea sicut inobediencia vno tempore consummata naturam ad corruptionem mutauit: ita obediencia naturam ad incorruptionem non mutasset, donec tempore suo usque in finem seruata fuisset perfecta. Qui autem intergenerarentur, a natura nondum adhuc ad veram incorruptionem transformata seminarentur, neque nascendo originallis iusticie meritum acciperent: quoniam nam & ipsi a quibus nascerentur, nondum adhuc perfectæ obediencie iusticie tiam haberent. Non autem potuit natura nascentibus dare quod in generatibus nondum adhuc possidebat: quem admodum & si qui nunc in peccato generantur, non aliud nascendo trahunt quam vitium, quod a natura a qua seminatur accipiunt. Sic itaque primus homo tempore obediencie suæ casto coniugio ad propagationem posteritatis institutioni diuinæ seruies filios generaret sine peccato quidem, quoniam ex natura ab omni vitio libera, sed non similiter paternæ iusticie heredes: quoniam ipsa natura nondum foret ad incorruptionis præmium (quod nisi post peractam obedienciam dandum non erat) transformata. Postquam autem a vita æterna ad celestem & spiritualementem statum transformatus fuisset, amplius generare non debuerat: sicut modo per inobedienciam mortalitati subiectus a carnis tamē propagatione non cessat. Propterea igitur non videtur vna esse vtriusque conditio: quæ eadem ratio vtriusque non apparet. Sunt tamen qui credunt veraciter asserendum quod primus homo si non peccasset nullos nisi bonos filios genuisset: & ne mo omnium qui ex eius carne nascerentur damnarentur. Tamen illud merito queritur vtrum sola primi hominis obediencia probata, omnibus posteris ex eo nascituris ad meritum sufficere debuisset: an si singuli quisque post eum tempore suis (quæ admodum ipse primus probatus est) siue eiusdem siue alterius cuiuslibet mandati obseruancia probandi fuissent. Et potest fortassis non absurde credi quod idem mandatum quod primo patri datum est, posteris quoque illi obseruare debuerit: ut singuli propria obediencia probarent, & singuli pro meritis suis

digna remuneratiōe glorificarent. Prima tamen obediencia obseruata causam fore gratiæ adiutricis in omnes sequentes & ipsam obediencia obediendo imitantes.

Vtrum simul transferendi fuissent: an per successiones. Cap. XXV.

DE termino autem huius vite inferioris in qua usque ad tempus definit homo manere debuerat: donec celestis ac vere immortalis vite superdiceret, & post pactam obediencia ad primum obediencie sine mortis interpositiōe transferret, hoc magis rationi consentaneum & fide dignum videtur: quod sicut in hac vita mortali aliis pro morte decedentibus alii pro natiuitate victuri succedunt, ita quoque tunc predecidentibus post terminum huius vite temporalis ad vitam æternam transferentibus, hi qui ex eis nati fuissent, decedentibus succederent: et ipsi quoque propria sua impleturi & obediencia seruaturi donec eadem numerus ad vitam predestinatorum impletus, & tempus huic inferiori vite generis humano deputatum consummaretur.

Vtrum perfecti nascerentur statuta & scientia. Cap. XXVI.

SI vero quis quales homo generare filios debuisset si non peccasset: vtrum videlicet quæ admodum ipse primus homo secundum statuta corporis & secundum sensum mentis perfectus mox conditus est: ita quoque qui ex eo nasciturus fuissent, tam corpore quam sensu in ipso mox natiuitatis sue exordio perfecti esse deberent. Nos secundum existimationem nostram id magis approbamus: ut primus quidem homo, si sicut diximus, & corpore & sensu perfectus mox factus fuisset crederet: illos vero qui ex ipso nascerentur eadem lege qua & nunc natiuitatem humanam ordinatam cernimus paruos nascituros: ac deinde per interualla temporum tam in sensu animi quam in statuta corporali incrementa acciperent. Sic enim in omni genere rerum aliam legem primam conditionem habuisse cernimus: atque aliam subsequentem propagationem. Prima enim omnia perfecta facta sunt: cætera autem omnia

quæ ex ipsis oriuntur & post ipsa subsequantur, nisi per interualla temporum crescendo ad perfectionem venire non possunt. Hoc in arboribus & plantis & germinibus cunctis: hoc in bestiis & cunctis viuentibus cernimus. Quia a modico vniuersa incipiunt: ac deinde paulatim per incrementa ordine ad perfectionem euadunt. Quocirca nequaquam vitio humanæ naturæ deputandum est si in principio suo a perfectione inchoata, per subsequentem propagationem a modico ad maiora & meliora proficiat. Et de corpore quidem humanum fortassis difficile non erit: neque incoueniens videtur hoc in existimationem recipere. Verum de sensu & cognitione veritatis fortasse minus probabile existimabitur. Quod scilicet si quis sine peccato nascerentur sensu & intelligentia mentis imperfecti nascerentur: propterea quod omnis ignorantia in naturali creatura non nisi ex poena peccati esse videatur. Sed qui hoc dicunt, non satis diligenter considerant quod non omnes qui aliquid nescit aut aliquid minus perfecte scit, statim ignorantiam habere siue in ignorantia esse dicendus est: quia ignorantia non dicitur nisi tunc solū cum id quod ignorari non debuisset, nescitur. Talis itaque ignorantia non nisi ex poena peccati inesse cognoscitur: cum mens a lumine veritatis excæcata ne ea quæ scire deberet, cognoscere valeat, proprio vitio obscuratur. Illam vero quæ in nascentibus cunctis & nunc a principio inesse videtur: & tunc quoque inesse debuisset creditur: sensus siue cognitionis imperfectionem, naturæ esse non culpæ: ex hoc manifeste liquet quod dominus in euangelio cum sub typo animæ samaritanæ de occultis suis conueniret: primum eam quinque viros habuisse ac deinde quæ tunc habebat vitæ eius non esse testatus est, dicens. Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir. Qui sunt quinque viri quibus anima rationalis primum legitime copulata dicitur, nisi quinque sensus corporis, secundum quos prima ætas vitæ humanæ sine rationis discretionem gubernatur: secundum quorum videlicet sensuum affectus incedere si illi ætati non natura, sed vitium esset: nequaquam ipsi sensus viri, sed adulteri po-

tius appellati fuissent. Præterea cum post ea subiunctum est, quod ille quem habebat vir eius non esset: manifeste demonstratum est quod si quis prius habuerat quinquem eius hoc est legitimum: & non alienum fuissent. Naturale siquidem humanæ naturæ est, in prima ætate secundum solos sensuum affectus moueri atque incedere. Cum vero ad annos discretionis peruenerit, si relicta veritate errorum sequatur: eius error tunc non maritus, sed adulter appellatur. Quod autem prius secundum solum motum sensuum incedens operatur: nec malum ei ad culpam, nec bonum ad meritum reputatur. Non igitur infantibus etiam in peccato natis vitium est sine cognitione nasci: sed hoc eis vitium est cum tali scilicet vitio nasci unde postmodum (cum ad annos discretionis peruenerint) contingat eos si gratiam adiutam non habuerint a cognitione veritatis (illa præsertim quæ ad salutem pertinet) præpediri. Quod si verum est, neque vitium fuisset illis qui sine peccato nascerentur, sine cognitione etiam nasci: quia nihil in se nascendo habent unde postea cum ad tempus cognoscendi peruenissent potuissent a cognitione veritatis præpediri. Et nos quidem secundum hunc modum in rebus occultis ea quæ magis probabilia nobis videbantur eligimus: ita tamen ut in nulla parte dubia pro certis asserere presumamus. Pro eo autem quod propositum fuit nobis tractare qualis primus homo conditus est: hoc presentis abbreviatiōi volumus sufficere. Nunc autem restat ut id etiam quod sequitur: hoc est scilicet qualiter institutus sit a deo quantum inter animo occurrerit, & proposito nostro conuenire videbitur, explicemus.

De institutione primi hominis.

Caput. XXVII.

Valiter primus homo institutus sit a deo & ad recte viuendum informatus, ut plenus valeat agnoscere quod iam dictum est superius: opus nos ad modum reuocare. Diximus namque superius duo bona a principio a deo homini parata: vnum corporale alterum spirituale.

Vnum visibile: alterum invisibile. Vnum trāsitoriu: alterum æternu. Vnu corpori: alterum spiritui. Vnu inferiori vitæ: alteru superiori, vt vtræq; vitæ iocunditatē suā haberet. Alia ad fomentum: alia ad gaudiu. Alia ad necessitatē: alia ad scilicitarē. Alia ad vsum temporis: alia ad fructu æternitatis. Horu itaq; bonorū q; ad vtræq; vitæ p̄tinebant spiritui (qui ipsi carni in hoīe p̄sīdebat) cura iniuncta est: quatinus scilicet, alteru hoc est corporale bonu ad vsum inferioris vitæ per prouidentiam disponderet, alteru vero hoc ē spūiale bonu ad fructu vitæ superioris per obœdientiam quæreret. Vtrūq; ergo ad spiritum rationalem pertinuit: vt & carni suę p̄uideret & sibi. Carni quidem suę in bono quod sibi ad vsum eiusdem carnis erat subditum: sibi autem in bono illo quod nō solum carni: sed ipsi quoq; qui in carne superior fuit exiit dignitate p̄latu.

Y Quapropter ad inferius quidem bonu conseruandum prouidētia p̄tinuit: ad superius autem bonum obtinēdu obœdientia necessaria fuit. Prouidentia ex ratione: obœdientia ex p̄ceptiōe. Prouidentia in p̄cepto naturæ: obœdientia in p̄cepto discipline. Sic itaq; primus homo institutus est, vt vitæ inferioris bonum per prouidētia custodiret: vitæ superioris bonum per obœdientiam quæreret. Si ergo scdm hanc institutionem incessisset, p̄fectam iustitiam tenuisset: & sicut alienus fuisset a culpa, ita etiam liber & immunis p̄māssisset a pœna. Vt autē huius institutionis modū vtrūq; p̄fecti agnoscamus, vtriusq; vitæ rōnē & formā, & ea q; ad vtrūq; vitæ spectare videntur bona, eorumq; vsum diligenti nos considerare oportet.

De institutione hominis scdm inferioriorem vitam. Cap. XXVIII.

Z Vo igitur bona q; superius distinximus, deus homini ab initio p̄parauerat. Alterum temporale & alterum æternum: vtrūq; plenum & p̄fectum. Alterum, id est temporale bonum, plenum statim condito appositum: alterum, id est æternum plenum

post meritum dandum proposuit. Illi quod dederat custodiam apposuit cū prouidentia sua p̄ceptum naturæ: ad alterum quod proposuerat vitam aperuit cum sua gratia p̄ceptum discipline. P̄ceptum autem naturæ tria continet, p̄ceptionem, prohibitionē, cōcessionē. P̄ceptio naturalis est discretio naturalis: per quam inspiratum est homini quæ sunt naturæ suæ necessaria. Prohibitio vero est per quam insinuatum est illi quæ sunt noxia. Cōcessio autem est discretio eorum quæ media sunt, id est quibus vti vel nō vti sine periculo vel incommodo potest. Si ergo homo per naturæ p̄ceptum instructus negligentiam cauere voluisset: diuina prouidentia nulla eum violentia opprimi vel offendi p̄mitteret.

De institutione hominis secundum superiorem vitam. Cap. XXIX.

D Oterat itaq; homo per p̄ceptum naturæ cōseruare bonum naturale quod habuit: sed per illud non potuit eternum bonum (illud quod necdum habuit) adipisci. Ne quēnim ad vitam superiorem obtinendam meritum illi foret, si aut vitaret huius vitæ noxia, aut quæ salubria sunt appeteret, siue ad vtrumlibet mediis vteretur: quoniam in his omnibus nō tam p̄cipientis affectum q̄ commo dum obœdientis attenderet. Itaq; vt homo super hanc vitam aliquid mereatur, necessarium fuit vt p̄cepto naturæ p̄ceptum discipline adderetur: & vt in ipsius p̄cepti executione homo non tam p̄cepti utilitatem q̄ p̄cipientis dilectionem amplecti p̄baretur. Sed quid erit amplius quod ad experiendam obœdientiam hominis illi p̄cipiatur, cum totum quod ad vitam pertinet humanam, in p̄cepto naturæ contineatur? Quæcumq; enim propter hominem facta sunt: aut necessaria sunt vitæ humanæ, & pertinent ad p̄ceptionem: aut noxia, & pertinent ad prohibitionem: aut media, & pertinent ad cōcessionem. Mandatum autem discipline neq;

de p̄ceptione neq; de phibitione naturali sumi poterat: ne si vel eadē p̄ciperet deus aut phiberet q̄ prius p̄ceperat & phiberat meritū, vt dictū est, ad vitam obœdientiam non esset. Si vero in vtrolibet mutaret mādaturu: vt vel necessaria phiberet vel noxia p̄ciperet naturam a se factā iniuste lēderet. Et in repugnantia mandatorū eius quæcūq; pars ad effectū duceretur hoīem in necessitatem p̄uaricationis p̄cipitaret: cū e duobus contrariis alteru sine alteri transgressionē implere nō posset. Oportuit ergo vt de cōcessionē naturali p̄ceptum discipline sumeret: quia solūmodo meritū esse potuit vbi liberum arbitrium fuit, & vbi homo ad vtrūlibet se pro voto inclinare potuit. Sed tñ oportebat vt de ipsa cōcessionē p̄ceptū discipline sumeret: quatinus p̄ p̄ceptū concessio ipsa nō mutaret, id est vt p̄ceptum naturæ rei de qua fieri debebat non corrūperet: neq; contra primū institutū vitæ humanæ noxiam faceret: quatinus sola inobœdientia p̄uaricatori non ipsius in qua p̄uaricabat rei natura noceret. Cū autē de cōcessionē naturali p̄ceptū discipline formādū fuisset congruū fuit magis vt scdm prohibitionem hoc fieret non scdm p̄ceptionē ne diabolus posset obœdientiam hoīs calūniari, & in vno tm non in plurib; ne inobœdientia ipsa valeret ab hoīe excusari. Si, n. dixisset deus homini vt de ligno scientiæ boni & mali manducaret: haberet diabolus aduersus hoīem aliquid qd dicere posset: q̄ videlicet in executione mandati cōmodū suū magis q̄ p̄ceptum creatoris sui respexisset: & ad perficiendū id qd p̄ceptum fuerat non amore dei: sed delectatione cibi ad ductus fuisset. Rursum si multa de his q; naturaliter concessa fuerant de homini prohibuisset & pauca cōcessisset, p̄uaricationis suæ homo aduersus deū excusationem habere videret: pro eo q̄ necessitate magis q̄ voluntate ad p̄uaricationē impulsus demonstraretur. Propterea deus hoīem ad experiendam obœdientiam mādato informans multa cōcessit & pauca phibuit: vt ipsa obœdientia esset libera, & q̄ prohibuit idcirco

potius prohibuit q̄ p̄cepit, vt obœdientia ipsa esset pura. De omī inquit ligno paradisi comede: de ligno vero scientiæ boni & mali ne comedas: vt, s. prius infirmitatē sensus humani p̄ cōcessionē consolaret: ne forte postea ad phibitionem terreret. Si ergo homo in hac obœdientia p̄stitisset, post tēpus definitum a deo ad illud bonū quod ei i cælis p̄paratū fuerat sine mortis dolore trāsferri debuisset cum omī prole sua post ipm subsequēte in cōsortio beatorū angelorū vita cœlesti sine fine victurus.

De loco in quo positus est primus homo, Cap. XXX.



Latauerat autē dñs deus, sicut dicit scriptura paradisu voluptatis a principio in quo posuit hominē quē formauerat. Qualis autē paradisu fuerit vbi homo probandus & exercendus positus est, sublequitur scriptura & dicit. Produxitq; dñs deus de humo omne lignum pulchrū visu, & ad vescendū suauē: lignū etiam vitæ in medio paradisi: lignūq; scientiæ boni & mali. Et flumines egrediebāt de loco voluptatis ad irrigandū paradisu: quod inde diuiditur in quatuor capita. Patet ergo quātē amœnitatis locus ille fuit in quo natura hominis adhuc a corruptione aliena foueri ac nutrirī debuit: q̄ fontib; & fluminibus irriguiss; arborib; omnis generis frondosus & nemorosus, fructu tā pulchro ad videndū q̄ suauē ad vescendū refertus p̄dicatur.

De ligno vitæ, Cap. XXXI.



Bī inter cetera dei dona ad iocunditatē vitæ humanæ p̄parata, etiā illud mirandū cōmemorat q̄ lignū ibi vitæ esse dicitur: cuius vitæ tā mirabilis fuisse phibetur, vt in certis tēporibus sumptū vitam corporalē in hoīe quādū ipse hō illo vteretur nō solū a morte: sed ab omī etiā defectu illesam custodire potuisset.

De ligno scientiæ boni & mali, Cap. XXXII.

St. v.

G Ignū etiā sciētię boni & mali ibi fuisse narra-
tur: qđ nō similiter qđ ē
ex natura sua sciētiā
boni & mali hōi dare
potuit, quę ad modū li-

gnū vitę vitā in hōie corporalē ex na-
tura sua & virtute sibi indita a deo po-
tuit cōseruare: sed idcirco tm lignum
scię boni & mali dī: qđ ad probandum
obediētiā hōis, siue inobediētiā ex-
perienā parabat. Erāt em qđā bona qđ
necdū hō per experientiā cognouerat:
& erāt similiter qđā mala qđ per ex-
peritiā adhuc nescierat. Et positū est qua-
si in medio lignū scię boni & mali, vt p
illud hō vel obediēdo ad bona gustā-
da & cognoscēda transiret: vel nō ob-
ediendo ad mala sentiēda & pēpiēda
pingeret. Sic igit in loco isto siue boni
siue mali cognoscēdi occasionē accipe-
debit: nō tm ex natura ligni qđ hoc ho-
mini ex se dare non potuit: sed qđ in eo
vel obediēdo boni vel nō obediendo

H mali p debita remūeratione accepit oc-
casione. Si vero aliter vim hui⁹ nois in-
terptari voluerim⁹, dicere poterim⁹, qđ
Adā ante peccatū bonū & malū sciuit:
bonū qđ em p sciam & p experientiam:
malū vero per solā sciētiā. Postqđ autē
lignū vetitū tetigit, malū iam etiā per
experientiā cognoscere cōpēit: atqđ p ex-
perientiā ipsius mali bonū quoqđ qđ stri-
cte fuerat tenendū agnouit. Sic igit li-
gnū istud p virtutē obediētię vel iob-
cediētię culpā, pdesse aut nocere hōi
potuit. Quātū aut spectabat ad naturā
ipsi⁹, tale fuisse credit vt siue ederet si-
ue nō ederet hō fructū ei⁹, non lēderet.
Cōueniēter aut lignū vitę ex sua natu-
ra virtutē tribuit: lignū vero scię boni
& mali virtutis tm occasione pstitit, qđ
bona inferioris vitę ex natura sunt: bo-
na vero superioris vitę ex gratia.

Quo homo in paradiso positus est: nō
creatus, Cap. XXXIII.



N tali ergo loco & ta-
lib⁹ deliciis referto po-
situs est hō nō creat⁹:
quatin⁹ bñficiū dei nō
naturę spūaret s; gra-
tię: sicut scriptum est.

Tulit dñs deus hōiem quē fecit & po-
suit eū in paradiso voluptatis. Quē n.
tulisse & postea in paradiso posuisse dī-
citur: qđ alibi creat⁹ sit & vt hic poneret
aliūde assumpt⁹ manifeste demōstrat.

Quare vnus primū creatus est.
Cap. XXXIII.



Q Reauit ergo de⁹ pri-
mū hōie; vnū, vt vnū
esset gñis hūani prin-
cipiū: quatin⁹ in hoc
& diaboli supbia con-
funderet: & hūanę na-
tura hūilitas diuine imaginis similitu-
dine glorificaret. Diabol⁹ nāqđ aliud a
deo principiū esse cōcupierat: & vt id-
circo magis ei⁹ supbia cōfunderet, hoc
hō in dono accepit qđ ille puerse rape-
voluit & obtinere nō potuit: vt in hoc
imago dei i hōie appareret: qđ sicut de⁹
oib⁹ reb⁹ creatiōis pncipiū extitit: ita
iste oib⁹ hoib⁹ pncipiū esset gñatiōis:
& oēs hōies dñi se ab vno & vnū esse
cognoscerēt oēs se quasi vnū amarent,
Quare mulier de viro facta: & quare
de latere. Cap. XXXV.



Ostea vero in adiutorii
gñatiōis de ipō viro mu-
lier facta ē. Qm si aliūde
ficeret, vnū pfecto princi-
piū oīm hoīm non esset.
Facta est aut de latere viri vt ostende-
retur qđ in cōsortiū creabatur dilectio-
nis: ne forte si fuisset de capite facta p-
ferenda videretur viro ad dñationem
aut si de pedib⁹, subiiciēda ad seruitu-
tem. Quia igit viro nec dñia nec ancil-
la parabat sed socia: nec de capite, nec
de pedibus, sed de latere fuerat produ-
cenda vt iuxta se ponēda cognosceret:
quā de iuxta se sumpta didicisset.

Quare dormienti costa abstracta est.
Cap. XXXVI.



S dormienti viro potius qđ
vigilanti costa de qua mu-
lieris corp⁹ fabricaret sub-
tracta est: ne i eo pēnā ali-
quā sensisse putaretur: & diuine simul
potētię opus mirabile pbaretur: qđ ho-
minis dormientis latus aperuit: & est
ramē a gete soporis nō excitauit. Quā-
tum vero pertinet ad spiritualem in-

telligentiā, idcirco prim⁹ Adā dormiē-
do materiā vnde illa sponsa crearet de
latere suo pstitit: qm secundus Adam
postea in cruce somno mortis sopora-
tus vt spōsa illi⁹ ecclesia formaret, san-
guinē cū aqua de latere suo fundēdo sa-
cramenta ministravit. Porro qđ de costa
virī mulieris corp⁹ factū dicitur ita in-
telligendum est: vt de sola ipsius costę
substācia sine omī extrinseco additamē-
to, per diuinā potētiā in semetipsa mul-
tiplicata idē corp⁹ factū credat: eo sane
miraculo quo postea de gng panib⁹ in
manibus Iesu cœlesti bñdictione multi-
plicatis qnq; sunt hoīm milia satiata.
De sex modis operandi.

Cap. XXXVII.

N



Sane sex sunt opa qbus
omnia qđ fiunt ad esse-
ctum pducunt. Primū
opus est de nihilo ali-
quid facere. Scdm op⁹
est de aliquo aliqua fa-
cere scdm substātiā & quāritatem in
maius. Tertium opus est de aliqbus ali-
quid facere scdm substātiā & quanti-
tatem in minus. Quartū opus est de ali-
quo aliqua facere: non tm scdm substā-
tiā & quantitātē in maius. Quintum
opus est de aliqbus aliqđ facere: non
tm scdm substātiā & quantitātē in mi-
nus. Sextum opus est de aliquo nihil fa-
cere. Ex his sex opibus quatuor solidae
possibilia sunt: duo reliqua tm creatu-
rę possibilitati conueniunt. De nihilo
em aliqđ facere, & de aliquo aliqua fa-
cere in maius, & de aliqbus aliqđ in
minus siue de aliquo nihil: solus de⁹ po-
test. Duo reliqua. i. de aliquo aliqua nō
in maius, sicut cū totum in partes diui-
ditur, vel de aliqbus aliqđ non in mi-
nus quę admodum cum partes in toto
vniūtur, creatura facere potest. Cuius
opus recte ppterea nihil esse dicit: quia
per eius opus essentis rerū siue in con-
iuncta nihil tollit vel confert. Vbi autē
de nihilo aliqđ fit, aliqđ fit: qđ hoc ip-
sum aliqđ fit fit in eo fit, qđ nisi fieret
O id ipsum qđ est: aliqđ non esset. Rur-
sum cum de aliquo plus fit, aliqđ fit: qđ
nisi i eo qđ iam aliqđ est, aliqđ fieret:

ipsum qđ postea plus ibi est, non esset.
Rursum cū de aliqbus aliqđ fit: quia
nisi illud qđ prius ibi plus fuit aliqđ
factū esset in eo quod minus modo est:
illud omnino nō esset. De nihilo aliqđ
factū est: quando id qđ prius nihil erat
vt aliqđ esset factū est. Cū aut postea
id quod prius paruū factū erat maius
factum est: de aliquo aliqđ in maius fa-
ctum est. Cū vero quod magnū factum
est, minus aliquādo fit: de aliquo aliqđ
in minus fit. Primū est opus creatiōis.
Secundū est opus multiplicatiōis. Ter-
tium est opus vniōis siue collectiōis.
In primo opere fit aliqđ & de nihilo. In
secundo opere fit aliqđ & de aliquo.
In tertio opere fit aliqđ quidē sed non
de nihilo: quia qđ fit habet materiā
nec de aliquo: quia cū fit ipsum habet
in materiā formā: sed cū duo sint vnū
fit aliud & transit in illud vt fit illud:
& definit qđ em esse quod est: & tm non
definit esse: quia incipit esse qđ non est.
Et cum fit illud qđ esse incipit aliqđ
fit: qđ illud aliqđ est qđ esse incipit, &
quod fit: & tm nō de nihilo illud fit qđ
fit: quia priusqđ hoc fieret aliqđ fuit:
nec rursum de aliquo illud fit quod fit
qđ definit esse qđ prius fuit, qđ esse inci-
pit hoc quod prius non fuit. Quod di-
cimus pro exemplo in aliquo exprima-
mus. Omne qđ est vnum & omne qđ vnū
esse definit in hoc ipso esse etiā definit
qđ vnū esse definit. Ita sine vnitātē nihil
sustinere potest. Verū ex his qđ sunt &
vnū sunt, alia vnitātē suā ex multis col-
ligunt: qualia sunt cōposita & ex parti-
bus consistentia qđ vnum qđ em esse ha-
bent: sed ex vno nō habent qđ constānt
ex pluribus. Alia vnitātē suā ex vno
habent, & in vno habent: qđ vnū & idē
est ipsum ex quo sunt & ipm qđ sunt,
qualia sunt simplicia oīa & ex partib⁹
non consistentia. Cōpositis ergo vnum
esse, aliud non est qđ vnita esse: & ideo
vere vnū esse non est: qđ ex multis & in
multis est. Quibus aut simplex est esse
vere vnū esse est: qđ vnum est totum &
qđ est, & ex quo est. Sed ex his rursum
qđ ex simplicitate vnū sunt, alia vnitātē
suā ex multis nō colligūt qđ nō sunt
composita: nec vnitātē suā in multa

effundunt, q̄a multiplicari nō possunt, neq̄ esse materia. Quales sunt incorporei spūs qui neq̄ ex materia sunt, quia simplices sunt: neq̄ materia esse possūt quia corpora non sunt. Alia q̄dem unitatem suā simul ex multis nō colligūt, q̄a sunt simplicia: sed tamen unitatem suā in multa effundūt, q̄a multiplican- tur & fiunt materia. Qualia sunt cor- pora simplicia, quæ atomos dicūt: quæ quidē ex materia nō sunt, q̄a simplicia sunt: sed t̄m materia sūt: q̄a ī semetipsis multiplican̄ & in augmētū excrescūt.

Quando ergo simplex materia siue ato- mus simplex factus est: de nihilo aliqd factū est. Quādo vero idipsum simplex corp⁹ in semetipso multiplicat, & mul- tiplex excrescit: fit aliqd de aliquo in maius. Quod licet mirabile videat: ma- ius tamen est de nihilo aliqd facere q̄ de aliquo plus facere. Hoc modo operā- di de substantiā costā in se diuina vir- tute absq̄ extrinseco additamento mul- tiplicata, corpus mulieris factum est. Neq̄. n. conuenit vt costā illā extrinse- cus additamentū accepisse dicam⁹ qua- tinus in eā quantitātē excresceret, quæ corpori mulieris formādo sufficere po- tuisset: Quoniā si hoc verū esset: nō de costa q̄dem sed de illo quod p̄ter costā additū est (quod vtq̄ m̄to mai⁹ fuit) corpus mulieris factū esse conuenien- tius dici debuisset. Hoc siq̄dem in ma- teria maius & principali⁹ fuisset & p̄- cipalis materia vocari debuisset. Non itaq̄ costā illi aliqd extrinsecus est ad- ditum, sed ipsa ex semetipsa diuina vir- tute cooperante multiplicata est: quæ admodū postea naturā humanā a pri- mis parentibus in subsequentē genera- tionem seminātā a modico iam intātū multiplicatā cernimus, vt multa hoim- milia ex ea iam excreuisse videam⁹. Et hoc totū ad sc̄dm opus pertinet q̄ de aliquo fiunt aliqua in maius. Cū autē p̄ collectionem & vnōnem multa in simpli- cem essentiā redeūt (sicut prius crescē- do per multiplicationē a simplici essen- tia pluriā exiuerūt) tertiū opus est: q̄ vtrū in occulto nature sinu circa aliq̄s essentias diuina potentia operat, vt. s. aliqua a multiplicitate ad simplicitatē

reducatur q̄ prius a simplicitate ad mul- tiplicitatem pduerat, sicut scire non possumus, ita etiā pertinaciter negare non debemus. Hoc t̄m considerandum est q̄ aliud opus est cū simplex essentia multiplicat: aliud cum multiplex ī sim- plicitatē reducitur. Post ista tria opera q̄ soli deo possibilia sunt, sequitur quar- tum & quintum opus etiā q̄ creature cō- ueniunt: in q̄bus nihil aliud est facere q̄ vel coniūcta disiungere vel separata coniungere. Sextū opus hoc est aliqd in nihilum redigere soli deo possibile est. Quod siue aliquādo faciat siue nō fa- ciat deus, hoc t̄m oīno certum est: q̄ qui potuit de nihilo oīa creare, posset etiā si vellet, creata in nihilū redigere. Post senariū operibus deputatum septena- rius sequitur: cui non opus sed quies de- betur. Hęc opera idcirco distinxim⁹ pro- pter eos q̄ mirari solent, immo potius dubitare quomodo de costa viri mu- lier fit: & quomodo de modico pater- no semine tam numerosa proles excre- scere possit.

Explicit Sexta pars.

INCIPIT

Septima pars, De lapsu primi hominis
Quomodo inuidia diaboli lapsus
est. Cap. Primum.

In oīno igitur mundi homie- puidencia di- unina in loco deliciarū qua- si in parte po- tiori constituz- to, & ad cōser- uanda bona q̄ habebat eadē dei prouidentia rationi humanæ adiū- cta munito, atq̄ ad illa bona quæ habi- turus erat querenda & obtinenda p̄- cepto obediētiæ cū gratia operante instruō: vidit diabolus & inuidit q̄ homo illuc per obediētiā ascēderet, vnde ipse per superbiam cortuisset.

Quare diabolus in forma aliena ve- nit. Cap. Secundū.

Tria vero p̄ violentiā no- cere nō potuit ad fraudē se cōuertit, vt dolo hoīes supplantaret quē virtu- te superare non posset. Ne autē fraus illi⁹ oīno nulla esset, si nimis manifestaret: in ppria forma venire nō debuit, ne manifeste cognosceret, & nul- lenus recipere. Iterū ne nimis violē- ta esset eius fraus si prorsus occultaret & hō simul (si de⁹ eū tali fraude q̄ caue- rīnō posset decipi pmitteret) iniuriam pati videret, in aliena qdē forma venire pmissus est: sed tali in qua eius malitia prorsus nō celaret. Vt igit in ppria for- ma nō veniret sua volūate factū est: vt autē aliā formā nisi talē q̄ malitię suę cō- ueniret habere nō posset, diuina ordi- natione dispositū. Venit ergo ad hominē in serpente callidus hostis: q̄ fortassis si pmissus fuisset in forma colūbæ venire maluisset. Sed hoc vas spūs fact⁹ sibi re- seruauit: q̄a pfecto dignum nō erat vt spūs malign⁹ illā formā hoī odiosā fa- ceret: in qua postmodū eidem spūs san- ctus apparere debuisset.

Quare pri⁹ ad foeminā venit. Ca. III.

Ibet cōsiderare q̄ timen- da fuerit in principio ad- tērandā virtutē hoīs hu- ius hostis malitia. Quasi em̄ partē de suis viribus p̄sumens hūanā naturā in eā partē vbi debilior videbat aggressus est: vt si for- te illic aliquatenus pualere potuisset, postmodū cū maiori fidutiā ad alterā q̄ robustior fuit pulsandā aut posteri⁹ subuertendā accederet. Sciēs ergo q̄ ve- rū esset (q̄uis adhuc dictum non esset) Eccl̄s. 4. Vt soli: q̄a cū ceciderit nō habet sub- leuantē. Et si quispiā pualerit aduer- sus vnū duo resistunt ei: primū diligen- ter solitariā feminā explorauit, & inue- niens: in ea primū omnē suę tentatio- nis conatum experiri disposuit.

Quare ab interrogatione exorsus est. Cap. III.

Considerate quāta est cō- fusio & timiditas nequi- tię in cōspectu virtutis Stās corā & corā femina hostis supbus ex sola ma-

litiā cogitata nondū dicta cōfundit: & quasi se iā prius q̄ etiā loqueret depræ- hēsum metuēs, nō audet exire in verba psuasionis, donec animū tēradē interro- gatione p̄sentiat. Cur inq̄ pcepit deus vobis vt nō comederetis de oīni ligno paradisi? Cui respōdit mulier: De fru- ctu lignorū q̄ sunt ī paradiso vescimur: de fructu autē ligni qd est ī medio para- disī pcepit nobis de⁹ ne comederem⁹ & ne tāgerem⁹ illud, ne forte moriamur. Dixit autē serpens ad mulierē. Nequāq̄ morte moriemini. Cōsiderate īcremēta pditionis. Primū dixerat de⁹: In quocū- q̄ die comederis ex eo, morte morieris. Deinde mulier dixit. Ne forte moria- mur. Nouissime serpens dixit. Nequāq̄ morte moriemini. De⁹ affirmauit. Mu- lier dubitauit. Diabol⁹ negauit. Nequa- q̄ autē diabolus corā muliere verba dei negare p̄sumpseret, si nō pri⁹ ipam mu- lierem dubitāntē inuenisset. Quę ergo dubitauit ab affirmāte recessit: & negā- ti appropinquauit. Ipsa igit sc̄dm aliqd inchoauit malitiā: quę tēratori inique- psuasionis dedit audaciam.

Q̄ nō soli viro pceptū datū sit. C. V.

Sane hic cōsiderādū q̄ nō quēadmōdū supi⁹ videt soli viro pceptū datū sit. Ipsa eī mulier hic testatur sibi quōq̄ mādātū: vt lignū sc̄a boni & malī nō tāgeret. S; voluit scri- ptura ostendere q̄ mulier q̄ viro subiecta fuit diuinū mādātū nō nisi mediāte vi- ro accipere debuit: vt sermo dei primū q̄si imēdiate ad virū fieret, dein mediā- te viro ad mulierē quōq̄: q̄ subiecta vi- ro fuit & cōsilio viri istitūda pueniret De modo tentationis, Ca. VI.

In oīno autē diligēter cōside- randum q̄ callide hostis primū qd mulier timuit malū negādo remouit: ac deinde qd ipse intrēdit malū libere psuasit. Nouissime autē ad ipam psuasionē sulciēdā pmissionē ad- iūxit, & vt eadē psuasio citi⁹ recipere p̄missionē duplicauit. Qui em̄ vnā t̄m comestionē suafit: p̄ vna duo reponēs ī p̄mio similitudinē dei sc̄amq̄ bōi & malī

spondit. In persuasione igitur cibi hominē tentavit gula. In pmissione diuinitatis & cognitiōis vana gloria & auaritia. Immoderata nāq̄ edendi concupiscentia: gula est. Desideriū autē inordinatum excellēdi, vana gloria. Nimi⁹ vero appetitus habendi vel possidendi, auaritia.

Quæ mala fuerunt in originali peccō.
Cap. VII.

A **N** originali igitur peccato tria vitia fuerunt. In obediētia duę, & peccatum vnū. Tria vitia fuerunt, supbia, auaritia, gula. Duæ inobediētiæ: vna in pcepto nature, altera in pcepto disciplinę. Et hæc oīa quia i vno actu sunt cōpleta: vnū peccatū dicunt. In vitis prima fuit supbia, Secūda auaritia, Tertia gula. In superbia & auaritia: inobediētia fuit de pcepto nature. In gula sola, inobediētia fuit de pcepto disciplinę. Nusq̄. n. legitur de⁹ prohibuisse homini ne similitudinē diuinitatis: vel sciētiā boni & mali cōcupisceret. Quia tñ inordinate hoc concupiscens, contra suā rationē fecit: quodā modo naturalis pcepti puaricator extitit. De solo ligno sciētiæ boni & mali legimus q̄ phibuit de⁹ homini ne illud contingeret: & idcirco dū mulier illud appetēdo tetigit, de pcepto reatū disciplinę inobediētiæ incurrit.

Quæ mulier delectatione pmissionis persuasioni assensum dedit. Ca. VIII.

B **I**dcirco autē supbiam & auaritiam in originali peccato priusq̄ gulę vitium mētem hominis deceptā obrinuisse dicimus: quia nisi pri⁹ mulier id quod pmittēbatur appetiuisset nequaq̄ postmodum in eo qd̄ suadebat assensum pbuisset. Sed quia prius puerse delectata est in pmissione: postmodum stultū assensum pbuit in psuasione. Primum. n. pmissam excellentiā per superbiam appetiuit: deinde pmissam abūditiam (& qualis talē excellentiam decebat) per auaritiā concupiuit. Postremo vt hæc duo p voto obtinere mereretur

cibum vititū gulæ vitio corrupta gustare consensit. Primū qdem consensit ppter alia q̄ dilexit: postmodū respiciēs & concupisibile videns tñ in concupiscentiā exarsit, vt iam etiā si p̄mum nullū esset ppter se tñ placeret qd̄ vidit. Primū igitur quasi conducta p̄cio est ad consensum: postea ppria delectatione attracta descendit ad actū. In superbia & auaritia p̄cii cupiditate allecta se vendidit. In gula autē postea delectata libenter iā gratis seruire cōp̄it. Nā cum amore pmissionis prius mens stulta stereretur: vidit (sicut scriptura) mulier lignū q̄ esset pulchrū visu & ad vescēdum suauē, & tulit de fructu ei⁹ & comedit. Primū per superbiam & auaritiam videre cōsensit: postea in visu speciem agnouit: deinde in specie suauitatē apprehendit. Per suauitatē autē in concupiscentiam gulæ exarsit: nouissime per concupiscentiā deuicta accepit & comedit. Sic igitur primum pro p̄cio ad seruendū peccato se vendidit: postea propria delectatione euicta libenter iā gratis etiā cōp̄it seruire. Ita nōnunq̄ mēs iusta in sua perfectione primum quodam proposito p̄mio ad seruendū deo excitatur: deinde in amorē bonitatis cū excrefcere cōp̄erit in eius seruitute sola voluntaria delectatione tenetur.

De duobus generibus tentationum.
Cap. IX.

D **O**rrō sciēdum est duo esse tētationū genera: vnū exterius: alterum interius. Exterior tentatio est qñ nobis extrinsecus malū siue vī sibiliter siue inuisibiliter faciendū suggeritur. Interior tentatio est qñ ex motu prauæ delectationis intus anim⁹ ad peccandū sollicitat. Hęc autē tentatio difficili⁹ vincit: quia interius oppugnās de nostro contra nos roboratur. Propterea diabolus veniā non meruit: quia sine vlla tentatione peccauit. Hō vero quia sola exteriori tētatione pulsatus cecidit, tanto grauius plectendus erat: quāto leuiori impulsu pstrat⁹ fuerat: & tñ quia aliquā (quāuis modicā) ad cadendū occasione habuit, idcirco hūc

randē ad veniā dei grā erexit. Nos vero quāto grauiorē in peccādo tentationis violentiā patimur: tāto leuiori piaculo ad gratiā amissam renouamur.

Vter plus peccauit Adam an Eua.
Cap. Decimū.

E **Q**uerunt etiā qdā, vter plus peccauerit Adam an Eua. Sed sicut dicit ap̄ls, Mulier seducta est non vir. Eua quippe seducta est: quia verum esse credit qd̄ diabolus dixit. Et idcirco nō solum inordinate similitudinē dei cum sciētiā boni & mali appetiuit: sed in tantam plap̄sa pueritatē verisimiliter putatur, vt deū ex inuidia lignū sciētię boni & mali homini vetuisse crederet, ne ipse hō ex eo gustando ad equalitatem ipsi⁹ proficere potuisset. Hęc est. n. illa puerla similitudo q̄ creaturæ nō cōuenit: q̄ ex imitatione nō querit, sed ex cōparatione. Hanc ergo mulier in supbiā elata appetiuit: & ne hāc habere potuisset, ipsum creatorē inuidia tactū lignū hoc vetuisse putauit. Voluntaria ergo malitia se cōtra creatorē suum erexit: puerse contra ip̄m volendo, & impie de ipso sentiēdo. Adā vero non est seduct⁹ quia quod diabolus promisit falsum esse sciebat. Neq̄ idcirco pomū vititū comedit, quasi per illā comestionē deo parificari se posse crederet, vel etiā parificari velleret: sed tñ ne mulieris animum q̄ sibi per affectū dilectiōis sociata fuerat, eius petitioni & volūtati resistēdo cōtristaret. Maxime quia putauit se & mulieri morē gerere: & postea p p̄nitentiā & veniā postulationē creatori posse placere. Vere igitur dictū est quia minus peccauit q̄ de p̄nitentiā & mīa cogitauit: peccauit tñ quia peccati cōsensit & peccantē nō corripuit. Et idcirco q̄ in peccō originali est culpa (quīs dissimilr) ad vtrūq̄ tñ tota redūdat: in illam qdē quia peccauit i istū, quia peccati cōsensit & peccatū illi⁹ cōsentiēdo suū fecit. Et hoc qdem modo primus hō a diabolo seduct⁹ est vt peccaret. Si autē interius cōsiderate voluerim⁹ quomodo peccatū in eū venit, aut etiā qd̄ fit ip̄m peccatū qd̄ naturā bonā vitiat, & tollit pulchri

tudinē & integritatē illius: qdam de interioris hominis qualitate q̄ ad hanc considerationem necessariā videantur in mediū proponere oportet.

De appetitu iusti & appetitu cōmodi.
Cap. XI.

H **U**o qdā posuerat de⁹ in homīe a principio quibus natura illius tota regeret: & cōduceretur in deū summationē finis sui. Duo hīc erāt appetit⁹ iusti & appetit⁹ cōmodi. Vnū. i. appetitū iusti dederat vt inesset ad volūtatē. Alterū. i. appetitū cōmodi dederat vt inesset scd̄ necessitatē. Vnū voluntariū, alterū necessariū. Appetitū iusti p̄pterea voluntariū esse voluit, vt in eo p̄mereret hō siue bonū, si vcz eum retineret cū posset deserere: siue malū si eū desereret cū posset retinere. Appetitū autē cōmodi p̄pterea necessariū voluit esse de⁹, quatin⁹ in eo remūeraret hō siue ad poenā, si alterū. i. appetitum iusti desereret: siue ad gloriā si eūdem appetitū, si iusti retineret. In appetitu iusti de⁹ meritū hoīs cōstituit: in appetitu vero cōmodi p̄mū. Propterea appetitū iusti solū volūtati hoīs subiecit quia nisi i volūtate & libero arbitrio meritū eē nō potuit. Post hos duos appetitus duo effect⁹ illorū subsequēbant: iustū & cōmodū, dissimilr tñ & ordīe cōtrario. Appetit⁹ quippe iusti siue affect⁹ separabilis est: quia scd̄m volūtatē inest, sed effect⁹ illi⁹, i. iustū siue iustitiā inseparabilis ab illo est: quia appetit⁹ iusti si ne iustitia esse nō pōt. Ip̄am em̄ iustitiā appetere: scd̄m aliqd̄ iustitiā habere est. Affect⁹ ergo iusti a voluntate separari pōt: sed effectus ei⁹, i. iustitia ab affectu ipso separari nō pōt. Rursum appetit⁹ cōmodi inseparabilis est quia scd̄m necessitatē inest: & a volūtate rōnali nūq̄ separari pōt. Effect⁹ autē ei⁹, i. cōmodū ab eo separabilis est: quia desiderari cōmodum ēt cū nō habet pōt. Et hoc sūma cōstat poena cū creatura poena addicta, neq̄ cōmodū suū fastidiere pōt ppter imutabilitatem naturam: nec habere pōt ppter irremissibilem culpā. Propterea igitur deus affectū iustitię hoīs separabilem dedit: & ip̄i

affectui cum inesset effectū suum : hoc est iustitiā inseparabiliter adesse insituit. Affectum cōmodi inseparabilē tribuit, & effectū illius hoc est cōmodū non æque inseparabiliter adesse p̄cepit quatinus homo vel illo solo, s̄ appetitu iusti amisso, hui⁹ & illius effectū perderet, vel illo solo retento vnus & alteri⁹ effectū retineret. Sed homo solū qđ potuit fecit: & q̄a appetitum iusti sponte dereliquit: idcirco merito & iustitiā & cōmodū perdidit, solū appetitū cōmodi ad augmentum infelicitatis retinens. Sicut em̄ augmentū glorię fuisset in iustitia p̄seueranti non posse ab amore & desiderio habiti boni repescere: ita cumulus miserię est ab appetitu boni non posse sese (quīs illud adipisci nequeat) cohibere.

Vtrū homo volens an nolens appetitum iusti p̄didit. Cap. XII.

Sed mirum videt si homo prius appetitū iustitię habuit: quomodo postmodū illū amisit. Vtrū videlicet nolens an volens illū deseruit. Si em̄ nolens deseruit, vel potius si nolens perdidit necessitate passus est, iniquitate non fecit. Neq; violentia patientis culpa dicēda est: sed inferentis. Si autē voluntas in eo p̄cessisse dicitur, q̄a iustitię affectū spontanea quadā de liberatione abiecit: iam ipsa desertio iustitię primū peccatū fuisse negat, quia voluntas mala illā p̄cessit per quā facta est. Nec potest inueniri vnde voluntas talis hominī aduenerit, quā vellet bonum qđ habuit deserere: qm̄ neq; a se, metipso velle habere potuit: neq; a deo quicq; p̄ter cōmodū & iustū velle accepit. Sed cōsiderandū est qđ cū iustum appetere nihil aliud sit q̄ iustitiā velle: appetitum iusti deserere idē est qđ iustitiā velle desinere: Qui autē velle desinit: non volendo velle desinit sed a voluntate cessando, qđ quēadmodū ille qđ aliquid facere desinit: non faciendo desinit, sed cessando & q̄scendo ab eo qđ facit. Quia ergo homo appetitum iusti deserens non velle cepit qđ prius noluit, sed t̄mmodo qđ prius voluit velle

desit: non necesse est vt hoc aut volēs aut nolens fecisse dicatur. Voluit tamē aliqd: quod q̄a cum isto velle non potuit, desit istud velle qđ voluit. Nec iō illud voluit, quia istud velle desit: sed potius ideo istud velle desit qđ illā voluit. Peccatū t̄n & iniq̄tas eius p̄pterea nō ex eo p̄der, q̄a illud voluit: sed quia istud velle desit, qm̄ si hoc velle nō desineret: siue illud siue aliud volēdo nūq̄ peccare potuisset. Quid autē illud fuisse dicitur qđ volēdo iustum velle desit, nisi qđ aliquid extra mensurā voluit in qua sola iustitia fuit? Quicqđ, n. extra mensurā est: iustū esse nō potest. Sed qđ fuit ista mensura in qua voluntas hoīs esse debuerat vt bona esset & malū i ea nō eēt, hoc diligēt cōsiderare oportet.

Q; iustitia sit mēsurā. Cap. XIII.

Dvo bona p̄parauerat deus hoīs: vnum t̄pale, alterū ēternū, vt tēporali vteret, & æterno fruere. Sed q̄a bonis vti vel frui laudabile non est nisi bene vtaris & fruaris: desinita est hominī mensura scđm quā bonis suis tēporalibus bene vteret, æternis bene fruere. L

De mēsurā inferioris boni. Ca. XIII.

Modus autē mensurę in v̄su inferioris boni qua driperitus cōstabat. Primo vt vteret h̄is t̄m quib⁹ vti deberet. Scđo vt qualiter deberet. Terrio vt quātū. Quarto vt qñ: horum quodcūq; homo p̄teriret, mensuram amitteret. M

De mensura boni superioris. Ca. XV.

Modus autē mensurę in fructu superioris boni bipertitus t̄m inueniebatur. Primo vt, sciret homo qualiter illo bono frui deberet. Scđo vt etiam qñ eēt illo bono frui conueniret agnosceret. Nā quo bono ibi fruēdum esset idcirco querendū non erat: qm̄ nō nisi bonum vnū solū ibi erat. Similiter & quantū illo bono fruēdū esset oīno querendū non erat: cū sine dubitatione

constaret, quia quātō magis illo fruere quis tanto vtiq; felicior esset. Illic autem solum mensura quantitatis querēda est: vbi parum aut nimium esse potest. Fructus autē huius boni ita se habet vt in eo qui minus possidet plenum sit: & qui amplius, nō sit superfluum. In hoc ergo solo mensura constabat vt agnosceretur qualiter illo bono frui deberet: ne inordinare illud (nō quidē ad imitationem sicut creaturę conuenit: sed ad æqualitatem qđ creaturę possibilitatem; transcendit) possidere concupisceret. Similiter vt attingeret ne illud ante tempus p̄cipere festinaret: cum illud priusq; obediētiā cōsummasset accipere nō deberet. Sicut igitur in his bonis cōmodum hominis constitutum erat: sic in mensura vtendi vel fruendi bonis his iustitia eius esse debuerat. Et quemadmodum volūtas ei data fuerat, quia bona sua & in bonis suis cōmodū suum appeteret: ita & voluntati eius institum fuerat vt ipsa ei mensura scđm quam eisdem bonis suis vti vel frui debuerat non displiceret. In eo igitur qđ bona sua amauit: considerandū appetitum cōmodi. In eo autē qđ mensurā cōmodi in bonis suis dilexit: intelligimus appetitum iusti. Si ergo mensuram semper homo dilexisset: iusti appetitū nō amisset. Mensuram autē semper dilexisset: si extra mensuram nihil voluisset. Ex quo autem extra mensuram aliquid velle coepit: mensuram velle cessauit. Postq; autē cessauit velle mēsuram: desinit amare iustitiam. Et in ipso iustitiā perdidit, quo ipsum iustitię amorem amisit. Sicut enim iustitia amatori suo non deesse potest: ita illi a quo nō amatur nullatenus adesse potest. In hoc igitur iniustitia hominis fuit: qđ appetitum suum extra mēsuram extendit & secundum qualitatem quā creatori suo parificari voluit: & secundum tempus: cum ante meritum p̄m̄ium p̄cipere festinauit. Cum igitur summum bonum appetiit, bonum appetiit, sed bene non appetiit: q̄a illud & immoderate & intempestiue apprehendere concupiuit.

Quodnā malum fuit in homine. Caput. XVI.



Videte ergo qđ ibi fuit malum. Nam bonū qđ appetebatur malum nō fuit: & voluntas qua appetebat similiter inquam voluntas fuit: & in quantum ad bonum fuit malū non fuit: sed quod sine mensura appetebatur hoc solum malum fuit. Ergo voluntati hoīs nec hoc malum est quod voluntas est, q̄a aliquid est, & omne quod aliquid est bonum est: nec hoc malum est ad quod est, quia similiter aliquid est: & omne qđ aliquid est bonum est: sed quod sine mensura est: hoc malum est. Hoc em̄ esse non est aliquid esse: sed est aliqd nō esse quod esse deberet. Et ideo malum nihil est cū id qđ esse deberet non est. Hoc ergo malum, id est non esse: quod esse deberet cū alibi vel p̄na sit vel ad p̄nā fit: in rationali voluntate culpa est: quia quoties in ipsa est, ex ipsa & per ipsam est. Ex ipsa quia libero: per ipsam quia arbitrio ipsi⁹ factum est. In quo a similitudine dei quadam p̄uerfa imitatione recedit: ex quo & per quem & in quo est omne quod est, quia cum praua efficitur: ex ipsa & per ipsam & in ipsa hoc solum est quod nihil est. Et hoc illi peccatum est & iniustitia & culpa: ex qua turpis apparet & reprehensibilis & digna reprobatione: q̄a non habet formam suam nec decorē nec pulchritudinem pro qua amari debuisset & adduci ad gloriā.

Q; homo quia in appetitu iusti peccauit: in appetitu cōmodi punitus est. Ca. XVII.



Quia ergo homo appetitum iusti deserens peccauit: i retēto appetitu cōmodi punit⁹ est. Nā & ille p̄pterea sic datus est vt inseparabilē rōnā si volūtatē adesset: q̄tin⁹ i eo vel puniret si a iustitia recederet: vel remuneraret si in iustitia p̄maneret: cū vtiq; p̄nā oīno pati nō posset: si cōmodū nullū appeteret. In cōmodū q̄ppe nihil aliqd eēt cōstitū, nisi quod voluntati suę siue appetitui cōtrarium esse probatur. Quia igitur homo appetitum iustitię deseruit: appetit⁹ cōmodi solus, illi ad p̄nam remansit. In

quo quidem dupliciter punitur: siue cū ab iis quæ ordinate appetit restringitur, siue cum ad alia commoda quæ ordinate appeti non possunt appetenda relaxatur. In altero est poena: in altero poena & culpa. Mensura autem superioris appetitus in libero arbitrio posita fuerat. Mensura vero inferioris appetitus concessa in dono. Quapropter illam tenere velle, virtutis fuit: istam autem retinere posse, felicitatis. Vnde sicut culpa fuit illā non tenuisse: ita poena facta est illam amisisse. In qua tamen poena etiam culpa fuit: quia & hoc quoque mensuram non tenere contra iniustitiam fuit. Hæc autem culpa præcedentis culpæ poena fuit, quia nisi spiritus in appetitu suo mensuram deseruisset, caro subiecta spiritui aduersus ipsi spiritum in suo appetitu terminum mensuræ non transiret.

Quare inferior appetitus mensuram non tenet. Cap. XVIII.

R EUS etenim primi hominis corpus sanum & integrum considerat. Sanum, quia nihil illi inerat ad corruptionem. Integrum, quia nihil ei deerat ad perfectionem. Sed in utroque talem conditionem posuerat: ut nec integritas nec sanitas sine adminiculo posset conservari. Itaque in rebus creatis forissecus quædam ordinavit: quæ ad conservandam atque tuendam incolumitatem siue integritatem eius valere potuissent.

Quæ spiritui cura carnis iniuncta est. Caput. XIX.

S ORUM autem providendorum curam & officium spiritui qui corpori præsidebat iniunxit. Nam sicut deus præsidebat spiritui: ita spiritus præsidebat carni: & ipsa caro iumentum spiritus erat. Propterea ad seorsum pertinebat ut iumento suo pabulum prouideret ne deficeret: & hoc solum fortassis tunc sufficere potuisset. Nam modo præter pabulum, & freno & calcaribus opus habet. Freno quidem ut seruentem, & præ-

cipitem a malo cohibeat: calcaribus autem ut ad bonum faciendum excitet pigrum. Tunc ergo solum pabulum ministrans sine freno & calcaribus suauiter portaretur: & si forte frenum ibi esset quo per se nescia incedere regeretur: neque pungi tamen opus haberet quia non esset pigra: nec cohiberi: quia non esset impetuosa. Quia ergo spiritus sessor erat: iniunctum est ei officium ut iumento suo pabulum prouideret. Ne, ergo in illo exequendo (si sola præceptione non etiam amore impleveret) seruilis conditione premeretur: dedit ei deus affectum quo corpus suum amaret: ut sicut eius integritatem & sanitatem diligeret: sic etiam omnia quæ ad illam seruandam valerent libenter prouideret. Rursum ne vel in illis quærendis labor esset vel in sumendis periculum: indigentiam simul & appetitum carnalem certa mensura temperauit: quatinus ei ad fomentum & paucum sufficere potuissent: & ad satietatem modica. Itaque providentia carnis non tam laboriosa oblectamentum & exercitatio futura foret: si homo iustitiam tenuisset. Sed quia spiritus supra se elatus appetitum suum intra mensuram cohibere noluit: idcirco ad laborem & miseriam illius factum est ut iam in appetitu carnis suæ mensuram tenere non posset. Propter peccatum enim spiritus puniendum fregit deus mortalitatem integritatem corporis humani: & ob hoc pluribus iam fomentis indiget quæ prius tam ad reparandam incolumitatem quantum perierat quam ad conservandam, quantum remansit. Hinc illa dura necessitas gignitur: ut extra ordinem primæ dispositionis necessario appetitum extendat: quatinus scilicet non solum naturam custodiat, sed etiam ut ipsius naturæ vitium & corruptionem expellat. Spiritus enim sicut naturaliter datum est ei commodum carnis suæ diligere: sic naturaliter etiam habet ut eius incommodum non possit amare.

Quæ necessitas concupiscendi non excusat, quia a voluntate venit. Caput. XX.

V CIENDUM vero est quod hæc necessitas concupiscendi non ideo culpa non est, quia necessitas est: quia ut esset hæc necessitas, non necessitas causa fuit sed voluntas. Sed quid dicemus? Si hoc naturaliter habet homo ut incommodum suum amare non possit neque commodum suum fastidire: Ergo quicquid appetit commodum illi est, & non appetit nisi commodum suum unquam. Quod si verum est, quare reprehenditur aliquando vel accusatur pro eo quod appetit: cum non appetat unquam nisi commodum suum & hoc ei appetere naturaliter datum sit in tantum ut ipsa natura in eo facta est immobiliter consistere: aliud omnino præter commodum suum appetere non possit.

Quæ commodum & ordinatum appetendum est. Caput. XXI.

X ED aliud est id quod aliquo modo commodum est appetere eo modo quo commodum non est: atque id aliud quod commodum est desiderare eo modo quo commodum est. Omne enim quod commodum est, aliquo modo commodum est: & similiter omne quod incommodum est, aliquo modo incommodum est, & non vniuersaliter. Qui ergo appetit quod aliquo modo commodum est & non appetit eo modo quo commodum est: tamen putans commodum esse eo modo quo appetit: iste non nisi commodum appetit: quis commodum non sit illud quod appetit: quia propter commodum appetit quod appetit: & putat commodum suum esse in illo quod appetit. Non ergo decipitur in eo quod commodum suum appetit: quia scit commodum suum esse quod appetit, sed decipitur in eo quod commodum suum esse putat ubi non est: in illo videlicet quod propter commodum suum appetit. Qui autem appetit quod commodum est, & eo modo appetit quo commodum est, ordinatum tamen non est: non in eo malum constat quod appetit quod commodum est: sed in eo quod ordinatum non est. Sicut enim

datum illi est quod commodum est appetere: ita etiam prohibitum est illi appetere quod inordinatum est. Cum ergo in unum concurrunt quod aliquomodo commodum est & quod ordinatum non est: si appetitus est ad commodum in affectu (quæ hoc natura est in se) refrenandus est tamen ab effectu propter debitum rationis cui ad inordinata ire non est concessum. In hoc enim pulchritudo apparet & dignitas rationis quod affectum suum ab inordinatis cohibet. Quoniam idcirco plura commoda esse debuerunt: a quibus deus ratio præsidens affectum quantum in se erat effluentem restringeret: quanta foret dignitas & excellentia illius appetere.

Quæ nihil appetitur nisi commodum.

Caput. XXII.

Z I ergo dicimus quod nihil omnino natura appetere potest præter commodum: non ideo falsum existimandum est quod quædam appetit in quibus commodum eius non est quando decipitur: vel etiam quod quædam appetit in quibus aliquod commodum est, sed ordinatum non est quando præuaricatur. Videmus quod aliquando infirmus potius nem appetit vel sectionem: non tamen amaritudinem appetit vel dolorem, sed sanitatem. Et sunt quædam dulcia que appetuntur & male appetuntur, quia inordinata sunt, nec tamen mala sunt quia dulcia sunt, sed quia inordinata sunt. Et rursum sunt quædam amara que appetuntur & bene appetuntur: quia ordinata sunt, nec tamen bona sunt: quia amara sunt, sed quia ordinata sunt. Et fit nonnunquam ut ea que dulcia sunt aliquid in se boni habeant, & multum mali generant ex se: & sic bonum paruum in illis & magnum malum ex illis. Et rursum fit ut ea que sunt amara aliquid mali habeant in se, & multum boni generent ex se: & sic paruum in illis malum, & bonum magnum ex illis. Et propterea imprudentes qui presentia vident futura non prævident: parua mala fugiunt & magna incurunt: & parua similiter bona eligunt & magna perdunt. Et in

omnibus tamen non nisi commodum ap-
peritur: quando ordinate quidem bene,
quando vero inordinate male. Nec tamē
idcirco male quia cōmodū: sed ideo ma-
le quia inordinatum.

Quō necessitas ex voluntate venit.
Caput. XXIII.

SI autem excusabilis vi-
detur homo p eo q̄ na-
tura infirmitate morta-
litate corrupta affectū
suum iam ex necessitate
vlt̄ra mensurā effluē-
tem per se cohibere non potest: conside-
rādum est q̄ non potest excusare illa ne-
cessitas quam præcedens operata est vo-
luntas. Culpa enim voluntaria pœnam
meruit: pœna autem operata est infirmi-
tatem: infirmitas vero induxit necessi-
tatem. Et idcirco quia necessitatem ope-
rata est voluntas: voluntatem ipsam ex-
cusare non potest necessitas. Transgressio
nem ergo superioris appetitus quæ solū
fuit culpa: subsecuta est transgressio in-
ferioris quæ est & pœna & culpa. In spi-
ritu sola culpa a in carne, & pœna & cul-
pa. Cōcupiscentia spiri⁹ inordinata, cul-
pa. Concupiscentia carnis pœna & cul-
pa: Pœna præcedētis culpa, & culpa sub-
sequentis pœna.

Quid generati trahimus & quid
regenerati amittimus.
Caput. XXIII.

Vādo igit̄ caro morta-
lis per coitū ad generā-
dā plē seminā in cōcu-
piscētia: ad nasciturā p
lē i carne per cōcupiscē-
tiā trāsit pœna & culpa
Quādo vero p sacramētū redēptiōis re-
generant q̄ generati sunt in pœna & cul-
pa: emūdandis per spm̄ regenerationis in
ip̄o originali vitio tollit̄ nō pœna, sed cul-
pa. Culpa q̄pp̄ idcirco tollit̄ vt iustificet̄:
pœna vera idcirco remanet vt exerceat̄.
De originali peccato. Ca. XXV.

De originali peccato multa
ac difficiles obortun-
tur quæstiones: quæ vtrū
credēdo melius q̄ discu-
tiendo (si tamen discuf-
sionē aliquā admittunt

quæ plenam solutionem habere non pos-
sunt) tractentur ignoro. Primū queritur
quid sit originale peccatum. Deinde quo
modo a patribus præcipue ab iis in qui-
bus per sacramentum regenerationis so-
lutum est in filios traducatur: vtrum per
solā animam: an per solam carnē: an per
animam simul & carnem. Et si per solam
animam, vtrum per creationem: an p tra-
ductionem. Si autem per solam carnem
quare in animam redūdat quod non est
ex anima.

Quot modis originale peccatū
dicatur. Caput. XXVI.

Riginale peccatum du-
pliciter intelligi potest:
sive videlicet prima illa
inobœdientia hominis
quæ prima omnium pec-
catorū fuit & subsequē-
tiū origo omnium exitit: sive vitiū illū
cum quo ab illo traducto vniuersi oriun-
tur: qui ab illo per carnis propagationē
traducuntur. Hoc aut̄ vitiū originis hu-
manæ duplici corruptione naturam infir-
mitatis: ignorantia scilicet mentē: & cōcupi-
scētia carnē. Hæc duo mala i primo qui-
dem parente pœna fuerūt præcedentis
culpe & culpa actualis: in nobis autē cul-
pa subsequētis pœna: & culpa simul &
pœna originalis. Quādo ergo originale
peccatum quantū ad primū hominē di-
cimus: intelligim⁹ primam culpā inobœ-
dientia illius quæ illi quidem originalis
dicitur: non q̄ ab illa vel cum illa origi-
nem acceperit natura illius: sed q̄ ex illa
quasi prima omnium postmodū orta sunt,
& exierint subsequētia omnia mala illi⁹.
Quia autem in illo a prima origine nul-
lum peccatum descendit: illud etiā pec-
catum qd̄ in illo originale dicitur actua-
le illius fuit. Quia profecto qui nascēdo
peccatum non traxit: peccatū nō habuit
nisi quod agendo perpetravit.

Quo primo homini actuale fuit hoc
nobis est originale. Ca. XXVII.

Nos autem qui ab illo na-
scendo originem traxi-
mus: qd̄ illi actuale fuit,
originale habemus: quia
in nos per solam natiuitatem descendit quod in

illo per actionem fuit. Natura enim nos-
tra corruptionem quam in illo per ip̄i⁹
actionem cōcepit: per nostram solum ad
nos natiuitatē traduxit. Et ideo nos na-
scendo peccatum cōcipim⁹: quod ille nō
nascendo sed agendo habuit: a quo per
natiuitatem venimus. In illo quippe spi-
ritus per superbiam contra creatorē tu-
mens obœdientiam non tenuit: & idcir-
co creato ad vlciscendam iniuriam suā
spiritum quidem ignorantia, carnem ve-
ro concupiscentia dānauit: vt in se bonū
agendum nō videat: in carne autem sua
malum agere concupiscat. Hæc duo vi-
tia ad puniendam superbiam hominis iu-
ste in ip̄o confirmantur. Ignorantia qui-
dem, dum ab animo subtrahitur lumen
veritatis: Concupiscentia vero, dum caro
percutitur pœna mortalitatis. Hanc igit̄
originalem corruptionē natura pri-
mum vitiata ad posteritatem traduxit:
ignorantiam animæ, carni vero concupi-
scentiam ad corruptionem ministrans.

Quid sit originale peccatum.
Caput. XXVIII.

SI ergo queritur qd̄ sit
originale peccatum in
nobis intelligitur cor-
ruptio sive vitiū quod
nascendo trahimus per
ignorantiam in mente,
per concupiscentiam in carne.

Quo modo originale peccatū a
patribus in filios transeat.

Caput. XXIX.

Ost̄ igit̄ demon-
stratum est: quid sit
originale peccatum:
cōsequens est vt etiā
inuestigemus qualia
ter a patribus tradu-
catur ad filios, id est
vtrū secundum solam animam, an secū-
dum solam carnem an secundum vtrūq̄.
Quidam originale peccatum nō solum
per carnem sed etiam per animam a pa-
tribus in filios descendere putauerunt:
quoniam nō solum carnem sed animam
quos ex traduce materiæ eē crediderūt.
Sicut enim in generatione prolis de car-
ne paterna substantia ter caro trahitur
ita de gignētis anima, aia geniti essentia

liter deduci ab istis existimatur: propter
quod sicut de corrupta carne caro cor-
rupta seminatur: ita & de anima pecca-
trice anima peccatrix corruptione origi-
nali infecta, trahitur

Quo anima non sit ex traduce.
Caput. XXX.

Ic autem quidam do-
ctorum multas hinc in-
de rationes & authorita-
tes opposuisse inueniun-
tur: quibus non animam
sed solam carnem ex tra-
duce esse alruere conati sūt. Et hæc qui-
dem ratio prima est q̄ spiritali naturæ
non cōuenit, neq̄ ex materia esse, qm̄ es-
sentialit̄ simplex est: sed neq̄ materiā eē,
qm̄ in vnitatis suæ simplicitate indiuis-
due semper consistens augeri vel multi-
plicari omnino non potest. Simplex enim
natura propagationem non facit: vbi ad
illud quod propagādum est ex eo a quo
propagandum est pars sumi non po-
test nisi totum trāserit. Quod ergo vni⁹
est inter duo si totum trāserit: nihil ex
eo remanet illi a quo est. Si autem totum
permanet: nihil cōfertur illi ad quod est.
Si igit̄ anima ex anima gignitur sicut
caro ex carne: dicat̄ quomodo simplex il-
la substantia aut tota in gignente reman-
eat si in genitum trāserit, aut tota in
genitum transeat si in gignente reman-
serit. Nisi forte omnes animas consubstan-
tiales dicere velint: & illam naturā sim-
plicem in propagatiōe filiorum persona-
liter quidem multiplicari: sed essentiali-
ter non diuidi. Non attendentes quanta
inconueniētia hanc assertionem sequatur
si vna & eadem essentia simul beatitudi-
ni & dānationi, gloria & pœna: addicta
credatur. Postremo dum dicat̄: authori-
tas. Reuertatur puluis in terram de qua
sumptus est: & spiritus redeat ad domi-
num qui fecit illum: manifeste ostēditur
q̄ non spiritus de spiritu: sed caro de car-
ne materialiter traducatur. Quis enim
nostra corpora primo loco materialiter
ter de terra sumpta non sint: idcirco
tamen non inconuenienter de terra sum-
pta esse dicuntur: quia primi hominis cor-
pus a quo nostra corpora materialiter de
materia descenderunt de terra per mate-
r

riam sumptum est. Quod licet sub eodē intellectu de spiritibus quoque nostris etiā si ex traduce esse crederentur dici posset, quod a deo dati sunt in eo quod a domino datus est primus ille spiritus a quo per materiam descenderunt: Tamen in hoc probabilius constat animas ex traduce non esse: quod sicut in primo homine corpus de terra sumptum: spiritus vero a deo datus legitur: & ratio expositur ut in sequentibus quoque hominibus caro quidem de carne descendere, spiritus autem a domino venire credatur. Verū tamen cum spiritum rationalem a domino datum siue inspiratum legimus: nequaquam eum quasi si materialiter de diuina essentia siue substantia sumptum credere debemus. Sed quod corpus per materiam de terra venit: spiritus autem sine praesente materia per solam creatoris potentiam esse accepit. Sicut corpus ab illo est ex quo materiam traxit: sic spiritus ab illo est per quem & a quo esse incipit. Per illum videlicet cum fecit: ab illo autem cum dedit. Dicit autem rursum psalmista. Qui finxit sigillatim corda eorum. Corda quippe, id est rationales spiritus siue animas deus sigillatim fingere dicitur: quia ea (non alia ex aliis quemadmodum in corporali natura apparet: sed singula per se) de nihilo creare prohibetur. Propterea cum in lege scriptum sit. Si quis percusserit mulierem praegnantem & illa abortiuum fecerit: si non fuerit formatum: reddat animam pro anima: aperte declaratur quod cum caro ex carne seminatur, anima similiter ex anima non trahitur. Si enim cum carne anima seminatur: quare in abortiuo & non formato anima pro anima non reddetur? Cum ergo in abortiuo tamen formato anima pro anima reddi iubetur, quid nisi in eo quod necdum formatum est animam adhuc non esse ostenditur? Ut videlicet quemadmodum in primo homine prius corpus formatum deinde animam insulam legimus: ita etiam in subsequentibus omnibus prius in vulua corpus humanum formari, deinde animam infundere credamus. Quod si cui forte mirum videatur quomodo paternum semen in vulua ante animationem vel crescere possit vel vegetari vel etiam usque ad ipsam humani

corporis effigie promoueri: videat quomodo arbuta & plantae & germina vniuersa eiusmodi animam non habentia sola viriditate vegetantur & crescunt, & motu suo in formam proprio generi conuenientem producantur. His igitur & huiusmodi rationibus probabile factum est, animas ex traduce non esse: sed nouas de nihilo creatas nouis quotidie corporibus de paterno semine sunt. Et rursum in vulua formatis ad viuificationem infundi. In quibus tamen omnibus nulla vniuersa ratio siue autoritas intantum preualere potuit ut dubietate tolleretur quaestionis: excepto eo solo quod fides catholica magis credendum elegit animas quotidie corporibus viuificandis sociandas de nihilo fieri quam secundum corporis naturam & carnis humanae proprietatem de traduce propagari. Si autem animae ex traduce esse ducerentur non tanta quaestio esset: quia manifestior iustitia esset in eo quod peccatum originale a patribus in filios transire dicitur. Sed nos si occulta dei iudicia ratione comprehendere non possumus: tamen pro soluendis dubiis dubia alia asserere non debemus. Quae ritur tamen si animae ex traduce non sunt: quomodo peccato pariter filii obnoxii efficiuntur? Quod enim in parente peccatum est per illam utique naturam solam in filium descendit: quae sola per generationem a patre in filium transit. Si ergo sola caro seminatur: per solam utique carnem peccatum originale traducitur. Quod si verum est duo nobis quaerenda occurrunt. Vnum scilicet quomodo per solam carnem sine anima peccatum a patre in filium transeat: alterum quomodo anima illius peccati quod per solam carnem & in sola carne descendit, particeps fiat. Nam caro sine anima quomodo peccatum habere potest, quod sine anima peccare omnino non potest? Si ergo in carne sine anima peccatum non fuit: quomodo per carnem aut in carne ad animam peccatum transire potuit? Quod enim aliquando in carne non fuit: ex carne illud postmodum anima non accepit.

Quomodo per carnem peccatum transit ad animam. Cap. XXXI.

No vitia humana natura a prius sui corruptio ne concipitur: quibus subsequenter omnium malorum propago, postmodum pullulauit. Haec autem erant ignorantia boni & concupiscentia mali: quorum vnum, id est ignorantia, mentem infecit: alterum, id est concupiscentia carnem maculauit. Ignorantia poena fuit elationis: concupiscentia effectus mortalitatis. Ita quatuor mala in homine apparent: superbia, ignorantia, mortalitas, concupiscentia. Superbia mentis culpa tamen. Mortalitas carnis poena tamen, ignorantia culpa & poena in mente. Concupiscentia poena & culpa in carne. Propter elationem animi obsecutus est per ignorantiam: propter mortalitatem caro emollita per concupiscentiam. Quia enim animus per elationem contra deum tumuit: ignorantia percussus lumen veritatis amisit. Quia vero caro mortalitate percussa est: ipsa sui languoris infirmitate dissoluta extra mensuram primae dispositionis desideria sua extendit. Haec est enim ipsa quae carnis concupiscentia vocatur, naturalis, id est appetitus siue affectus ordinem transgrediens & mensuram transcendens. Ordinem transgrediens: quando mouetur ad ea quae non debet. Mensuram transcendens: quando appetitus transgreditur: quando ea appetimus quae appetere non debemus. Mensuram autem appetitus non tenet: quando etiam ea quae appetenda sunt aliter appetimus quam debemus. Sic igitur ex culpa prima & poena vltima duo media orta sunt, culpa & poena. Ignorantia boni: culpa & poena in mente. Concupiscentia mali, culpa & poena in carne. In quibus peccati ioriginalis radix consistit. Quia igitur caro humana a parentibus cum mortalitate seminatur, in eo ipso quod seminata subiacet mortalitati viuificata postmodum carnalis concupiscentiae subiecta inuenitur nec cessat, quia ipsa mortalitatis infirmitas causa est quam consequitur concupiscentiae necessitas. Caro igitur quae in concupiscentia seminatur cum mortalitate concipitur: cum necessitate concupiscentiae nascitur. In eo a quo seminatur culpa

habet & actum culpae. In eo quod seminatur nec culpam habet nec actum culpae: sed causam. In eo quod nascitur causam culpae & culpam habet: sed actum non habet. Causa culpae corruptio mortalitatis est: culpa concupiscentia est. Actus culpae concupiscere est: causa culpae radix est. Culpa ipsa arbor, actus culpae fructus. In eo itaque quod seminatur, corruptio mortalitatis est. In eo autem quod nascitur, vitium concupiscentiae est. In eo autem quod mouetur per concupiscentiam, actus qui a motu voluntatis inchoatur, motu operis perficitur. Non itaque nascetes propterea sine vitio esse existimantur, quia non concupiscunt: quoniam radicitus vitium concupiscentiae in ipsis est, per quod postea cum operantur concupiscunt.

Quomodo ignorantia vitium sit. Caput. XXXII.

Ignorantia autem non propterea vitium est in eis, quia cum nascuntur veritatem non agnoscunt quando non debent: sed quia tunc cum nascuntur vitium in eis est, quo postea impeditur ne veritatem agnoscant quando debent. Nasci quippe sine cognitione natura est, non culpa. Sed in eo vitio nasci quo postea a cognitione veritatis impediatur, culpa est non natura. Hoc autem vitium in corruptione carnis est & in corruptione sensus carnalis: qui sensus carnalis si integritatem suam haberet prouectus & exercitatus iudicium veritatis per ea quae foris viderentur admonitus, sine labore conciperet. Quia vero ex carne corrupta integritate sua priuatus est: puram sine confusionem erroris veritatem haurire non potest.

Quae angeli facti sunt ut intus erudirentur: homines foris. Caput. XXXIII.

Angeli quippe quia perfecti facti sunt ab intus eruditi sunt: homines autem excepto duntaxat primo illo, qui sicut suo modo perfectus factus est: ita & ipse quoque ab intus eruditus est.

quia per intervalla temporum ad cognitionem promoveri debuerunt: per species rerum temporalium & visibilibus foris ad cognitionem veritatis excitandi & erudiendi fuerunt. Quae tamen excitatio & eruditio naturaliter & sine labore homini adesset: si sensus hominis in carne mortali per peccatum corruptus non fuisset, ut tunc plenum ac perfectum constaret, quod ait Apostolus. Inuisibilia eius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur.

Rom. 1.

Vnde concupiscentia nascitur & vnde ignorantia.

Caput. XXXIII

R In carne igitur mortali ex sensualitate corrupta nascitur vitium concupiscentiae, ex sensu corrupto vitium ignorantiae. Ibi quia appetitus quarede necessitatis ultra mensuram se extendit: hic autem quia instrumentum concipiendae veritatis ab integritatis vigore deficit. Hoc autem difficultate quaestio nis maximam adducit: quod originale peccatum non nisi in solo carnalis corruptio nis vitio assignari videtur, quod tamen usque ad participationem animae rationalis extendi necesse est confiteamur.

Quomodo anima peccati originalis particeps fiat.

Caput. XXXV.

S Quomodo autem anima quae munda ac sine vitio creatur, particeps fiat illi vitii quod per solam carnem adducitur, dignum inquisitione esset: si aliqua hoc diligenter investigari posset. Nunc autem quia scientiae humanae expositum non est ad cognitionem: fide a nobis credendum est: non curiositate inquirendum. Nam si dicimus animam quando corpori commiscetur voluntate quadam ad delectationem culpae inclinari: iam non originali tantum sed actuali quoque peccato obnoxiam esse demonstramus. Si vero necessitate aliqua ad consortium corporis & ad contagium vitii corporalis detrusam confitemur: ex ipsa necessitate a reatu absolutam esse ostendimus. Quod enim omnino necessitatis est, imputabile non est. Quod autem voluntatis est: non originale est, sed proprium est. Costat igitur quod anima rationalis corpori humano infusa nec voluntate corrumpitur ne peccatum sit actuale: nec necessitate corrumpitur ne vitium sit non imputabile. Non itaque malum illi est aut mala voluntas quia nodum velle accepit: aut opus malum quia nodum adhuc bene vel male agere potuit: sed malum illi est quia talis est quae nisi per gratiam adiuvetur: neque cognitionem veritatis accipere, neque concupiscentiae carnis suae resistere possit. Hoc autem illi inest non de integritate conditionis: sed de societate carnis corruptibilis. Quae videlicet corruptio quia a primo parente in omnem posteritatem per carnis propagationem traducitur: originalis peccati maculam in vitio ignorantiae & concupiscentiae ad universos dilataet. Quae si quaeritur qua iustitia animae impetetur quae neque ex creatione accepit, neque ex voluntate perpetravit: sed ex sola carnis societate contraxit: quam tamen societatem non ipsa suo arbitrio vendicavit: sed in precepto & dispositione creatoris sui suscepit. Nos tandem id quod verum est profiteri oportet: iustitiam divinam in hoc irreprehensibilem quidem esse, sed comprehensibilem non esse.

Ratio quorundam de animabus incorporandis. Caput. XXXVI.

M Am si qui dicunt deum a principio proposuisse animas corporibus vivificandis sociare: & corporum quidem generatorum homini officium innoxisse: animarum autem creatorum potestate sibi retinuisse: ut homo iustus corpora munda generaret: deus autem iustus animas mundas crearet & corporibus sociaret. Et si homo opus suum corrumpit: deus propositum suum mutare non debuit. Proptereaque deus semper propositum bonum animas mundas crearet & corporibus sociaret, dum in quibus corruptione inveniunt & corruptione trahunt non hoc ex deo esse quod sine corruptione illas facit: sed ex homine quod corporum naturam corrumpit. Qui ergo hoc dicunt rationem divinam iustitiae non exponunt: quia

sicut ad divinam bonitatem non pertinuit ut eas malas faceret: sic nec convenire videbatur ut proponeret illic collocare ubi malas fieri necesse esset. Non igitur magnopere insistendum est: ut ratione inuestigetur, quod fide magis quam ratione scrutari oportet.

Quomodo a patribus iustis peccatores filii nascuntur. Ca. XXXVII.

X

Veritur tamen quomodo originale peccatum contra hunt, quod generatur ab iis qui originalis peccati, siue per sacramenta fidei, siue sola fide remissione accipiunt. Quomodo enim a patribus in filios transire potest, quod in ipsis patribus non est? Sed sciendum est quod originale peccatum quod a patribus per carnis generationem traducitur ad filios: quibus in his qui generantur quantum ad culpam remissum sit, quantum ad poenam tamen permanet. Quantum ad culpam, remissum: quia non imputatur: quantum ad poenam, retentum: quia non tollitur.

Rom. 8.

Hoc enim est quod ait Apostolus. In nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Ut videlicet ostenderet, quia his qui sunt renati in Christo Iesu: quibus infirmitas originalis corruptionis non tollitur: interueniente tamen regenerationis sacramento ad damnationem non imputatur. Quibus fomes quidem peccati inesse potest: sed peccatum dominari non potest quod diu libertatem suam custodit, & spiritu adoptionis voluntarie peccando non amittit. Liberati enim a servitute peccati sub corruptione quod mortali tatis necessitate tenemur: sed dominio peccati non nisi ex voluntate subiicimur. Propter quod idem Apostolus dicit. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Corpus quidem vestrum necessitate mortale in ipsa corruptionis radice fomitem peccati portat: sed ubi spiritus libertatis est, peccatum ipsum ad regnandum surgere non potest. Sic itaque originale peccatum quod in parentibus per regenerationem delensum est quantum ad culpam: quia tamen ad poenam remanet: ad eos qui generantur transiens non solum ad poenam constat, sed etiam imputatur ad culpam: donec percepto laacro regenerationis in ipsis quoque culpa deleatur, etiam si poena remaneat.

Rom. 6.

Utrum omnia peccata praecedentium patrum ad filios transeant. Ca. XXXVIII.



Veritur autem utrum omnia peccata praecedentium patrum ad filios transeant: sicut illud primi parentis delictum in oes qui ex ipso nati sunt redundasse videmus? Quod

si verum est: quanto posteriores tanto vtrique sunt miserabiliores. Nec equa videtur conditio ut tempus praedecidat veritati: nisi forte natura quanto magis corrumpitur, tanto deterior seminatur. Cum enim dicat scriptura. Reddatur peccatum patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem: manifeste ostenditur quod a filiis peccata patrum requirantur. Sed quare usque in tertiam & quartam generationem, & non usque quaque: non facile est demonstrari nisi forte ea quae per iustitiam in omnes generationes exquiri poterunt: per misericordiam in tertia & quarta generatione terminantur, ne forte iudicium importabile fieret, si cuncta praecedentium peccata in subsequens ultio divina puniret. Quod autem in alio loco dicitur. Filius non portabit iniquitatem patris & pater non portabit iniquitatem filii: de illa veraciter iniquitate intelligitur: quae personaliter discreti & essentialiter & ab invicem divisi pater & filius operantur. Ex quo enim filius a patre & pater a filio est alius? in persona effectus: sicut vterque proprio arbitrio operari habet: sic quod alter facit deinceps alteri imputari non debet. Quod autem dictum est. Redeant peccata patrum in filios: de illis peccatis intelligi oportet quae patres commiserunt priusquam de ipsis nascerentur: ad quos peccata eorum redundare debuerunt. Quare ergo usque in quartam generationem, nisi quia vel per misericordiam rigor iustitiae temperat, vel per tertiam & quartam generationem ois generatio intelligitur: vel (quod magis probabile videtur) eo usque peccata patrum in filiis puniri dicuntur: quo ipsi filii eorundem patrum peccata videtes imitantur. Ut intelligamus nunquam filios in peccatis parentum fieri participes: nisi prius fuerint peccando effecti imitatores, ut suo quisque peccato non alieno damnetur, dum alienum suum facit quod amando & sequendo imitatur. Sic enim generaliter dictum communius intelligitur. Filius non portabit iniquitatem patris: & pater non portabit iniquitatem filii.

Exo. 20.

Ezech. 18.

Ezechias quitate filii, vt nūq̄ peccata aliena noceāt nisi iis q̄ ea peccādo imitantur. Cū em̄ cōtra id qđ dictū fuerat: Patres comederūt vna acerba & dentes filiorū obstupescūt, vponitū sit. Filius nō portabit iniquitatē patris, & pater nō portabit iniquitatē filii. Aīa quę peccauerit ipsa moriet̄. Necesse est vt si in priori sentētia p̄cedentū patrum peccata ad subsequētes filios trāire significatū accipimus: in subsequēti assertiōe suo quęq̄ peccato teneri, neq̄ p̄cedētia peccata patrū ad subsequētes filios reducere intelligamus. Qđ si verū est, cōstat qđ peccata patrū actualia ad filios nō transeūt, sed originale solū: qđ ceteris oib⁹ tāto mai⁹ fuit quāto magis p̄ ceteris oib⁹ naturā ipsam mutare potuit. Qđ quidē in eadē corruptione seminātū ad posteritatē prāsūt: quā in prima radice sua naturā humanā corruptā infecit.

Explicita est pars septima.

INCIPIT

Octaua pars de reparatione hominis.

De eo qđ tria sunt cōsīderāda circa reparationem hominis. Cap.I.

A Prima culpa hoīs fuit superbia: quā triplex poena subsecuta est. Vna qđ poena est tm̄ i. mortalitas corporis. Duę reliquę & poenę sunt & culpe: quartū vna est concupiscētia carnis: altera est ignorātia mentis. Qđ igitur homo tali poena percussus est per quā culpa nō purgaretur sed augetur, nisi per gratiā postmodū liberat⁹ fuisset: per poenam temporalem ad poenā eternā descenderet. Ne autē dammandus inueniretur si statim iudicaretur dilātū est iudiciū eius. Et quia diuina eum misericordia ad salutem p̄ordinauit: in hoc tempore expectationis & dilationis locū poenitentię ei & correctionis assignauit: quatinus eū interim per gratiā suam talē efficieret, quem tandē nō solum misericorditer, sed etiā iuste ad salutem iudicare valeret. Tria ergo hic in reparatione hominis primo loco consideranda occurrunt.

Tempus, locus, remediū. Tempus est p̄sens vita ab initio mūdī vsq̄ ad finem seculi. Locus est mūdus iste. Remediū in tribus constat: in fide, in sacramētis, in operibus bonis. Tempus asper, vt p̄uaricator castigetur. Remediū efficax, vt infirmus sanetur.

De quinq̄ locis.

Cap.II.



Vinq̄ sūt loca. Vn⁹ in quo est solū bonū & summū bonū. Vn⁹ in quo est solū malū & summū malū. Post hac alia duo. Alter sub summo i quo est solū bonum, sed nō summū. Alter supra imū in quo est solum malū, sed non summū. In medio vnus: in quo est & bonum & malum, neutrum summū. In caelo est solum bonū & summū. In inferno est solum malū & summū. In paradiso est solum bonū, sed nō summū. In igne purgatorio solum malū, sed non summū. In mundo est bonū & malū, neutrum summū. Paradisus est locus inchoatū & in melius proficiētis: & ideo ibi solū esse bonū debuit: quia creatura a malo initianda nō fuit. Nō tamen summū esse debuit: quia si summum ibi esset bonū illuc positus profectus non esset. Cælum locus est confirmatorū bonorū & per disciplinam ad summū profectū pertingentiū. Vnū solū summūq̄ bonū in eo collocatū est. Infernus est locus confirmatorū malorū & disciplinā irrecuperabiliter deserentiū: & ideo ibi solum & summū malū positū est. Purgatori⁹ ignis est locus in prima correctione minus correctorū, & in secunda perficiendorū: & ideo solum malū habere debuit vt priore peior esset vbi & malum simul & bonum consistit. Mundus est locus errantium & reparandorū: & ideo simul bonum & malum in eo ordinatum est: vt per bonū quīdem cōsolationem accipiant: per malum vero correctionem. Nō tamen summum bonū aut summū malū ibi est: vt sit quo & persistentes in malo deficere, & recedētes a malo proficere possint. Sic igitur cælum in summo est: post cælum paradisu: post paradisu mūdus: post mūdū ignis purgatoriu: post purgatoriu infernus.

Diabolus ergo quī a summo ceciderat, in imū detrusus est: propterea quia reparādu nō erat. Homo autē quia nō a summo corruit: nō est posit⁹ in imo sed in medio collocatus: vt ei locus esset quo ascendere posset per meritū iustitię: vel descendere per reatum culpę.

Quomodo disposit⁹ est homo ad poenitentiam. Ca.III.

D Ostinus est ergo homo in mūdo isto in loco poenitentię, spatio poenitēdi indult⁹: vt mala corrigeret, bona repararet, vt tādē correct⁹ ad iudiciū veniens: nō pro culpa poenā, sed pro iustitia gloriā sibi preparatā acciperet. Restat ergo vt dū tēpus est cōsiliū exquirat & auxiliū req̄rat correctiōis & liberatiōis suę. Sed quā ipse se ad neutrum sufficiens inuenit: necesse est vt ille qđ per gratiā suā differt iudiciū, interim per eadē gratiam ostēdat euadēdi cōsiliū: & post cōsiliū cōferat auxiliū. Sic itaq̄ oportet vt interim deponat personā iudicis, assumat personā prius consiliatoris, postea auxiliatoris: ita dūtaxat vt primo hominem totū sibi dimittat: quatinus & ipse homo & ignorātia suā experiat & itelligat se idigere cōsiliū: deinde etiā defectum suū sentiat, & agnoscat se opus habere auxiliū. Tali igitur rōne in tpe naturalis legis tor⁹ homo dimissus est sibi: postea i tpe scriptę legis cognoscētī ignorātiā suā datū est cōsiliū: postremo in tpe gratię cōsistenti defectū suū p̄stitū est auxiliū. Cōsiliū erat in ratione satisfactiōis. Auxiliū erat in effectu redemptionis. Vt ergo rōnē satisfactiōis quā p̄ pctō suo homo debeat persolvere creatori euidēt⁹ cognoscere possim⁹: causam hoīs prius necesse est paulisper attentius cōsideremus. Causa vero hęc inter psonas tres agēda formatur. i. deum, hominem, & diabolum.

De causa hominis aduersus deū & diabolum. Ca.III.

Ergo tres i causa veniūt homo, de⁹, & diabol⁹. Diabolus iniuriā deo fecisse cōuincit: quia seruū ei⁹ hoīem & fraudulēter abduxit, &

violēter tenuit. Homo similiter deo iniuriā fecisse cōuincit: quia & p̄ceptū eius cōtēpserit & se sub manū alienā ponēs suę teruitutis damnū illi intulit. Item diabolus homini iniuriā fecisse cōuincit: quia illum & prius bona p̄mittendo decepit, & post mala inferēdo nocuit. Iniuste ergo diabolus tenet hominē, sed homo iuste tenet: quia diabolus nunq̄ meruit vt hominē sibi subiectū premeret: sed homo meruit per culpā suā vt ab eo premi permitteretur. Licet em̄ ignoraret falsum esse qđ diabolus p̄misit, nō tñ ignorauit qđ etiā si verū esset cōtra creatoris volūtatē cōcupiscere non debuit. Iuste ergo subiectus est homo diabolo quātū pertinet ad culpam suā: iniuste autē quātū pertinet ad diabolū fraudulentā. Si igitur homo talē patronū haberet cui⁹ potētia diabolus in causam adduci posset, iuste dominio eius homo cōtradiceret: quia nullā diabolus iustā causam habuit q̄re sibi ius i hoīe vēdicare deberet. Patronus autem nullus talis inueniri poterat nisi solus deus: sed deus causam hoīs suscipere noluit: quia hominī adhuc pro culpa sua irat⁹ fuit. Oportuit ergo vt prius homo deum placaret: & sic deinde deo patrocinate cū diabolo causam iniret. Sed deum rationabiliter placare nō poterat: nisi & damnū quod intrulerat restauraret, & de contemptu satisficeret. Homo vero nihil habuit quod diuine deo pro oblato damno recompensaret. Quia si quid de irrationali creatura redderet, p̄ rationali sublata, minus esset. Sed nec hominē pro homine reddere potuit: quia iustum & innocentem abstulerat: & neminem nisi peccatorem inuenit. Nihil ergo homo inuenit vnde deum sibi placare posset: quia siue sua siue seipsum daret digna recompensatio non esset. Vnde ergo deus hominem sua virtute iugum damnationis non posse euadere, miseratus est eius: & primum gratuito p̄uenit eum per solam misericordiā vt deinde liberaret per iustitiā. Hoc est quia homo ex se iustitiā euadēdi nō habuit: deus hominī per misericordiā, iustitiā dedit. Neq̄ enim ereptio hominis perfecte rationalis esset, nisi ex vtraq̄ parte iusta fieret: hoc est sicut de⁹ iustitiā habuit hominem requirēdi: ita & homo iustitiā

haberet euadendi. Sed hanc iustitiam homo nisi habere potuisset: nisi deus illi per misericordiam suam illam tribueret. Vt ergo deus ab homine placari posset: dedit deus gratis homini quod homo ex debito deo redderet. Dedit igitur homini hominem quem homo pro homine redderet: qui ut digna recompensatio fieret priori non solum equalis sed maior esset. Vt ergo pro homine redderetur homo maior homine, factus est deus homo pro homine: & dedit se homo homini: ut se assumeret ab homine. Incarnatus est deus dei filius: & datus est hominibus deus homo Christus. Sicut Elia ait. Puer datus est nobis &c. Quia ergo homini datus est Christus, dei fuit misericordia. Quia ab homine redemptus est Christus, fuit hominis iustitia. In natiuitate enim Christi iuste placatus est deus homini: quia talis homo inuentus est pro homine qui non solum ut dictum est par, sed etiam maior esset homine. Ideo in natiuitate Christi angelus mundo pacem nuntiabat dicentes: Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Sed adhuc superat homini ut sicut restituitur damnus placauerat irata: ita quoque pro contemptu satisfaciendo dignus fieret euadere poenam. Sed hoc conuenientius fieri non poterat, nisi ut poenam quam non debebat sponte & obedienter susciperet: ut de poena quam per inobedientiam meruerat eripi dignus fieret. Hanc autem poenam homo peccator soluere non poterat: qui quamcumque poenam susciperet non nisi digne & iuste propter contemptum primi reatum sustineret. Vt ergo homo iuste debitam poenam euaderet: necesse fuit ut talis homo pro homine poenam susciperet qui nihil poenam debuisset. Sed talis nullus inueniri poterat nisi Christus. Christus ergo nascendo debitu hominis patri soluit, & moriendo reatum hominis expiauit: ut cum ipse pro homine mortem quam non debebat sustineret: iuste homo propter ipsum mortem quam debebat euaderet, & ita locum calumniandi diabolus non inueniret: quia & ipse homini dominari non debuit: & homo liberari dignus fuit. Idem itaque & iudicium nostrum & causam nostram fecit: sicut scriptum est. Quonia fecisti iudicium meum, & causam meam. Causam nostram fecit: quia debitu pa-

tri pro nobis soluit, & moriendo reatum expiauit. Iudicium vero: quia descendens ad inferos & portas mortis frangens captiuitatem quam ibidem tenebatur liberauit. Iudicium ergo diaboli aduersus deum factum est statim ab initio seculi. Iudicium hominis aduersus diabolum, in passione Christi. Iudicium hominis aduersus deum differt usque in consummationem seculi. Et ideo homo si pro Christo deo conciliari voluerit: post iudicium sui sine timore damnationis expectabit.

De discretione iudiciorum. Ca. V.



Quatuor sunt iudicia: secundum prescientiam, secundum causam, secundum operationem, secundum retributionem. Secundum prescientiam iudicium est cuius finis antequam esse. Secundum causam iudicamur ex quo esse incipimus: quando boni vel mali sumus. Secundum operationem iudicamur: quando operibus foris ostendimus quales intus ad nos sumus. Secundum retributionem iudicamur: quando in percipienda mercede operum cognoscemus quales ab aeterno apud deum prauius fuimus. Ex his quatuor iudiciis duo sunt occulta: iudicium secundum prescientiam, & iudicium secundum causam: & ideo in eis iudicium humanum non recipitur. Duo manifesta: iudicium secundum operationem: & iudicium secundum retributionem. In quorum altero iudicium secundum operationem, hominibus a deo in partem iudicandi potestas datur. Alterum vero hoc est iudicium secundum retributionem non ab hominibus, sed a deo coram hominibus iudicabitur. Sed iudicium secundum prescientiam occultum est & immutabile: iudicium secundum causam occultum est & mutabile. Iudicium secundum operationem manifestum est & mutabile. Iudicium secundum retributionem manifestum est & immutabile. Iudicium secundum operationem imago quodammodo est, & sacramentum iudicii secundum retributionem. Quia illud manifestat causam & prescientiam innuit: hoc vero manifestabit causam, & confirmabit prescientiam. Item considerandum est quod iudicium aliter fit vbi sententia dicitur: aliter vbi profertur. In dictanda quidem sententia omnis iudicium iudicat simul pater & filius & spiritus sanctus. In profertur autem iudicat solus filius: quia in diuinitate sua cum patre & spiritu sancto omnis iudicii sententiam dicere habuit: in huma-

Luc. 2. H

Psal. 9.

Ioan. 5.

spiritu sancto omnis iudicii sententiam dicere habuit: in humanitate sua omnis iudicii sententiam proferre solus accepit. Propterea humanitas (qua sententiam dicere non habet) quantum ad dicendam sententiam dixit: Ego non iudico quicquam: sed tamen quia patre habet secundum quod dictata est subdit. Sicut audio iudico. Quod enim intus audit vbi sententia dicitur: foris iudicat vbi profertur. His itaque breuiter de discretione iudiciorum propositis: nunc ad ipsam narrationem nostrae seriem reuertamur.

Cur deus homo. Ca. VI.

Actus est itaque deus homo ut hominem quem fecerat liberaret: ut idem esset creator hominis & redemptor. Missus itaque filius: ut in adoptione paterna affectum suum demonstraret. Venit sapientia ut vinceret malitiam: ut hostis qui astutia vicerat, prudentia vinceretur.

Quid ad nos pertinet passio Christi. Ca. VII.

Vixit de natura hominis per naturam: ut de nostro esset holocaustum offerendum pro nobis, ut in hoc ipso ad nos pertineret redemptio: quia de nostro sumpta erat immolatio. Cuius quidem redemptionis participes efficiamur: si ipsi redemptori per carnem nobis sociato per fidem unimur. Natura quidem humana tota per peccatum corrupta fuerat, & tota propter peccatum damnationi debita erat: & ideo si tota damnata fuisset, in iustitia non fuisset. Venit autem gratia & elegit quosdam de massa vniuersitatis per misericordiam ad salutem: quosdam autem per iustitiam deseruit ad damnationem. Et quos per misericordiam saluauit, non sine iustitia saluauit: quia in eius potestate erat ut hoc iuste facere posset, quos tamen si non saluasset iuste fecisset: quia in eorum merito erat ut si hoc faceret iniustum non esset.

De iustitia potestatis & aegritatis. VIII.

Iustitia, n. alia est secundum debitu faciendi: alia secundum meritum patiens. Iustitia secundum debitu faciendi est patris. Iustitia secundum meritum patiens est aegritatis. Iustitia

potestatis est qua sine iniustitia licet facienda si velit quod ei prebitur debet. Iustitia aegritatis est qua retribuuntur patienti (etiam si nolit) quod ei merito debet. Cum ergo deus punit peccatorem, iuste facit: quia ei prebitur debet ut hoc possit si velit: & iuste punit qui patitur: quia secundum meritum suum ei retribuuntur quod eius merito debet, & est illic potestas iusta qua deus iuste facit & ipse iustus est. Et hic retributio aequa qua peccator iuste patitur: quia tamen ipse non est iustus, sed poena ei iusta est. Cum vero deus iustificat peccatorem iuste agit: & iustus est iustitia patiens qua ei hoc licet. Qui vero iustificat iustus est iustitia quam accipit: sed non in eo quod contra meritum suum accipit: sed tamen iniustus non est: quia non facit ipse quod accipit: quia per se non accipit: sed paritur tamen quod accipit, & est qui facit quia facit, & iustitia quia facit: & est iustus qui accipit iustitiam quam accipit: non tamen quia accipit: quia sine iustitia sua per sola gratia iniustitiam accipit.

De iustitia patiente & cogere. Ca. IX.

Tem sciendum est quod iustitia alia patientis alia cogens. Iustitia patientis est qua si fiat aliquid iustum est: si non fiat, iniustus non est. Iustitia cogens est qua sic aliquid iuste fit: ut si non fieret iniustum esset. Propter quod iustitia patientis dispositionem habet: iustitia cogens necessitatem. Sic igitur deus de massa generis humani quosdam ad saluationem assumens, iustitia vitur debite potestatis: quosdam vero ad perditionem deserens, iustitia vitur licite aequitatis. Illic de debito suo: hic de merito suo. Si vero eos quos nunc ad saluationem assumit desereret iniustitia non esset: quonia secundum merita sua reciperent iustitiam aequitatis. Si autem eos quos nunc deserit assumeret, similis iniustitia non esset: quia in eorum saluatione vteretur iustitia potestatis. Siue igitur in his qui saluantur siue in his qui damnantur iustitia patientis est per quam illud quod fit sic iustum est: ut etiam si aliter fieret iniustum non esset. Nam & si qui secundum merita sua iuste damnantur: per gratiam dei iuste saluari potuissent si deus voluisset. Et rursum qui per gratiam dei iuste saluantur: secundum merita sua iuste dari potuissent si deus eos saluare no-

O

luisset. Sic igitur quod voluit vtrique iustum fuit: ut etiam si aliter voluisset iniustum non fuisset, quia potestas est in voluntate eius: quia sine iniustitia facere illi licet quodcumque voluerit.

¶ Quod aliter deo redemisse potuisset hominem si voluisset. Ca. X.

Ropter quod veraciter profiteamur quod redemptionem generis humani etiam alio modo deus perficere potuisset si voluisset. Sed quod iste nostre infirmitati conuenientior fuit ut deus homo fieret: & pro homine mortalitatem hominis assumens ad spem suam immortalitatis hominem reformaret. Ut non diffidat iam homo se ad bona illius posse ascendere: quem ad sua mala toleranda videt descendisse: & ut in deo humanitas glorificata exempli esset glorificationis hominibus. Ut in eo quod passus est videant quid ei retribuere debeant: in eo autem quod glorificatus est considerent quid ab eo debeant expectare. Ut & ipse sit via in exemplo, & veritas in promisso, & vita in premio.

¶ Qua ratione instituta sunt sacramenta. Cap. XI.

Rostri primus parens generis humani propter inobedientiam culpam a paradiso exulans venit in hunc mundum: diabolus ius tyrannicum in illo exercens, sicut eum prius fraudulenter se duxerat: ita postmodum violenter possidebat. Sed dei providentia quae hunc ad salutem disponebat sic iustitiam rigorem per misericordiam temperavit, ut eum quidem ad tempus ab illo premi permitteret: & tamen ne ab illo in eternum premeretur ex ipsa ei poena remedium prepararet. Itaque tunc ab ipso mundi exordio sacramenta salutis suae homini proposuit quibus esset ab expectatione futurae sanctificationis communi signaret: quatinus ea quisquis fide recta & spe firma propter obedientiam institutionis diuinae perciperet, etiam sub iugo positus ad consortium libertatis pervineret. Proposuit itaque edictum suum in formans hominem & erudiens: ut quicumque

cum salvatorem atque liberatorem expectare eligeret, eiusdem suae electionis votum in perceptione sacramentorum eius approbare debuisset. Proposuit & diabolus sacramenta sua quibus suis sibi alligaret: quatinus ab illis qui eius imperium detrahebant quanto manifestius eos discerneret tanto securius possideret. Coepit ergo genus humanum mox in partes contrarias dividit: aliis diaboli sacramenta suscipientibus, aliis vero suscipientibus sacramenta Christi. Et facta sunt duae familiae: una Christi, altera diaboli. Quid enim, verbum incarnatum dixerim, nisi regem qui hunc mundum intrauit per assumptionem humanitatem cum diabolo bellaturus, & eum exinde quasi tyrannum & violenter in alieno dominante expulsurus? Et quid omnes priores sanctos qui ante incarnationem verbi ab initio fuerunt electi appellauerim, nisi milites quosdam optimos regem venturum in acie praecedentes ipsis quibus tunc sanctificabatur sacramentis quasi quibusdam armis muniti atque praecincti? Quid item eos qui post incarnationem usque ad finem electi subsequuntur, nisi milites alios non tamen alii sed ipsum suum regem praecedentem vnanimiter atque alacriter subsequentes, habentes & ipsi novae arma, tamen ab eodem armati & contra eundem pugnaturi? Siue igitur praecedentes siue subsequentes, unus regis sacramenta portantes, unum regi militantes, & unum tyrannum superantes: illi venturum praecedentes, isti praecedentem subsequentes. Unde patet quod ab initio & si non nomine: re tamen christiani fuerunt. Tria enim sunt tempora per quae praesentis seculi spatium decurrit. Primum est tempus naturalis legis. Secundum tempus scripturae legis. Tertium tempus gratiae. Primum ab Adam usque ad Moysen. Secundum a Moysen usque ad Christum. Tertium a Christo usque ad finem seculi. Similiter tria sunt genera hominum: id est homines naturalis legis: homines scripturae legis: homines gratiae. Homines naturalis legis dici possunt qui sola naturali ratione vitam suam dirigunt. Vel homines potius homines naturalis legis dicitur quod secundum concupiscentiam in qua nati sunt ambulat. Homines scripturae legis sunt illi qui exterioribus preceptis ad bene vivendum informantur.

Homines gratiae sunt illi qui per inspirationem spiritus sancti afflari & illuminantur ut bonum quod faciendum est agnoscat: & inflammat ut diligat: & corroboratur ut perficiat. Et ut idem manifestiori distinctione signemus. Homines naturalis legis sunt aperte mali: homines scripturae legis sancte boni: homines gratiae vere boni. Fidei boni, sunt recti: aperte mali, sunt detecti: per Gog & Magog significati sunt, quod interpretatur tectus & detectus. Et in persecutione populi dei venturi praedicatur: quia haec duo genera hominum semper vere bonos persequuntur. In primo genere continentur pagani. In secundo genere Iudei. In tertio genere christiani. Ista tria genera hominum ab initio nunquam villo tempore defuerunt. Tempus tamen naturalis legis ad aperte malos pertinere: quia illi tunc & numero plures & statu excellentiores fuerunt. Tempus scripturae legis, ad sancte bonos: quia tunc homines in timore servientes opus mundum non animi. Tempus gratiae ad vere bonos pertinere, qui modo etsi numero plures non sunt, tamen statu sunt excellentiores, & dei gratia publice anteferuntur: etiam ab illis qui eis moribus contradicunt. Scias ergo quocumque tempore ab initio mundi usque ad finem, nullum fuisse vel esse vere bonum: nisi iustificatum per gratiam, gratiam autem nunquam aliquem adipisci potuisse, nisi per Christum. Ita ut omnes siue praecedentes siue subsequentes vno sanctificationis remedio salvatos agnoscas. Aspice ergo castra regis nostri & acies exercitus eius fulgentes in armis spiritualibus: quanta praecedentium subsequentiumque populorum multitudine stipatus incedat.

¶ De tempore institutionis sacramentorum. Ca. XII.

Tempus institutionis sacramentorum ab eo incepisse creditur: quo primus parens merito inobedientiae a gaudiis paradisi expulsus, in huius vitae mortalibus exiliis cum tota posteritate usque in finem primae corruptioni obnoxius tenetur. Ex quo enim homo a statu primae corruptionis lapsus in corpore per mortalitatem & in anima per iniquitatem agrotare coepit: continuo deus reparando in sa-

cramentis suis medicinam praeparavit. Quae quidem (prout ratio postulat & causa) diuersis temporibus & locis ad curationem illius exhibuit: alia ante legem, alia sub lege, alia sub gratia: diversa quidem in specie: vnum tamen effectum habet: & vnam sanitatem perficientia. Si quis igitur querat tempus institutionis sacramentorum: sciat quia quidem morbus est, tempus medicinae est. Praesens igitur vita a principio seculi usque in finem per mortalitatem decurrens, tempus est morbi, & tempus remedii. In ipsa & propter ipsam instituta sunt sacramenta: & quaedam a principio ipsi, quae suo tempore cucurrerunt & ad sanitatem (quod ipsi datum erat, & per ipsam dandum erat) restituentiam valuerunt. Et ista sacramenta suo tempore expleto cessauerunt: & alia pro illis ad eandem sanitatem perficiendam successerunt. Et rursum post illa alia quasi novissime adiecta sunt: quibus alia succedere non debuerunt, vel ut medicamenta perfecta quae morbum ipsum consumerent: & perfectam sanitatem plenam restaurarent. Et haec omnia facta sunt secundum iudicium & dispensationem medicorum, qui morbum ipsum vidit: & qualia ei remedia singulis temporibus adhibenda essent agnovit. Porro vnum sacramentum etiam ante peccatum hominis institutum inuenitur. Communi namque prius etiam quam homo peccaret sanctum legitur: vbi teste scriptura: mulier facta in adiutorium viro ei sociata memoratur. Cuius tamen institutionis causa tunc ad remedium non fuit, sed ad officium: quia morbus in homine non fuit qui sanaretur sed vitium quae exerceretur. Propter quod ex tribus causis institutionis sacramentorum: duas tamen hic inuenimus: eruditionem, & exercitationem. Humiliatio enim sibi necessaria non fuit vbi superbia nulla fuit: sed ratio quae erudiretur ad maiorem cognitionem: & virtus quae promoueretur ad maiorem perfectionem. Inuenitur itaque hoc sacramentum singularem habens legem quemadmodum singularem habet institutionem. Et videtur ordo postulare priusquam ad ea quae de ceteris dicenda sunt sacramentis discutiedo accedam: de isto singulariter quaedam quae ad primam institutionem spectare videbunt permittam: his quae ad secundam institutionem pertinent sequenti narrationi reservatis.

Habet enim hoc sacramentum duplicem institutionem: unam ante peccatum ad officium, alteram post peccatum ad remedium. Et secundum illam qua singulariter institutum est singulariter tractari debet: & postea secundum illam qua cæteris in tempore coniugitur a cæteris in narratione non separatur.

De institutione coniugii ante peccatum. Ca. XIII.

Sacramentum coniugii solum ex omnibus sacramentis que ad remedium hominis instituta sunt, ante peccatum hominis legit institutum: non tamen propter peccatum, sed ad sacramentum solum & ad officium. Ad sacramentum propter eruditionem: & ad officium propter exercitacionem. Erant duo hec in coniugio ipso: coniugium ipsum, & coniugii officium, & utrumque sacramentum erat. Coniugium consistabat in consensu fœderis socialis: officium coniugii consistabat in copula carnis. Coniugium sacramentum fuit cuiusdam societatis spiritualis que per dilectionem erat inter deum & animam: in qua societate anima sponsa erat & sponsus deus. Officium coniugii sacramentum fuit cuiusdam societatis que futura erat per carnem assumptam inter Christum & ecclesiam: in qua societate Christus sponsus futurus erat & sponsa ecclesia. Et qui sponsus erat utrobique superior erat: & eius dilectio per pietatem trahebatur ad inferiorem. Quæ autem sponsa erat, utrobique inferior erat: quia sibi sufficiens non erat, & per se stare non poterat. Et propterea eius dilectio necessitate magis convertebatur ad superiorem. Superior diligendo beneficium præstitit: inferior diligendo beneficium accepit. Huius ergo societatis quæ utrumque dilectione mutua constabat, sacramentum formatum est: quando coniugium institutum est, alterius societatis sacramentum in coniugio alterius societatis sacramentum in coniugii officio. Propterea natura humana duplici qualitate distincta est: ut in viro quidem robustior, in femina vero infirmior, & aliena opere egens appareret. Et iuncti sunt duo in unum, una dilectione & societate una: ut in una dilectione essent, & per dilectionem unam in una societate manerent. Et vir quidem ut imago dei fieret in hoc sacramento: pietate ad dilectionem incli-

naretur. Femina vero ut formam anime rationalis exprimeret: necessitate magis & quasi respectu comoditatis cuiusdam amare persuaderetur. Sic tamen ut utrumque volentaria esset dilectio: quia si volentaria non esset neque vera dilectio nec vera dilectionis sacramentum esse posset. Iterum ut aliud sacramentum in hac societate formaretur præcepit deus ut masculus & femina in una carne iungeretur, ut sicut prius in sacramento coniugii per dilectionem unum erant, ita post modum in officio coniugii unum fierent per unam carnis coniunctionem. Ut ostenderet quod qui prius in divinitate per dilectionem iunctus erat anime, postmodum per assumptam carnem iunctus est ecclesie sue. Iterum ne ociosa esset societas coniugalis inter masculum & feminam, propterea post sacramentum coniugii additum est officium quod in coniunctione carnis expleri debuerat: ut in eo coniuncti exercerentur per obedientiam ad virtutem, & fructificarentur per plures generationem. In quo officio masculo quodammodo superior erat) datum est quod præcipuum fuisset de suo seminare, feminæ autem concipere & parere: ut in eadem similitudine demonstraret quod in illa invisibili societate anima rationalis nullatenus fructificare posset, nisi prius semen virtutis a deo conciperet. Erat adhuc aliud in natura humana quod per societatem coniugii monstrandum fuisset. Sic quippe conditus est homo ut quiddam in eo supremum esset, & in homine nihil aliud esset. Post illud autem aliud sub illo esset & subiectum illi: deinde aliud novissimum in imo constitutum, & in cæteris duobus subiectum. Erat quippe in homine ratio supremo loco constituta: solis divinis & invisibilibus intendens & divine voluntati se conformans. Post hæc alia quedam ratio ad corporalia & visibilia respiciens: que subieciatur superiori: & ab illa informata subiecte sibi, sensualitati dominabatur: quæ ratio & imo loco fuerat constituta. Sic itaque tria inuenta sunt in homine: sapientia, prudentia, & sensualitas. Sapientia, hoc est ratio ad divina. Prudentia autem hoc est ratio ad humana. Sensualitas vero hoc est affectus siue appetitus ad terrena. Ex quibus prima, ratio regebat tantum & non regebat. Sensualitas viciosa regebat tantum & non regebat. Media vero ratio & a superiori regebat & inferiori regebat. Ad hæc similitudinem tria aequalia foris

facta sunt. Unum rationale quod dominabatur, secundum irrationale quod subieciiebatur: tertium rationale similiter quod a superiori quidem regebatur: & cum superiore inferiori dominabatur. Erat igitur vir imago sapientie: femina forma prudentie: bestia autem similitudo sensualitatis & concupiscentie. Propterea serpens feminam peccatum suum dendo decepit: femina vero virum, deditur ad consensum inclinavit: quia concupiscentia prudentie carnis primam delectationem peccati suggerit: deinde prudentie carnis per delectationem peccati decepta, rationem ad consensum iniquitatis trahit. Propter has & huiusmodi rationes discreta est humana natura ut in altera parte robustior esset, in altera vero infirmior demonstraret: ut in ea unum inveniretur quod regebat: & totum quod regebat. Adiecta est deinde foris in carne etiam discretio sensuum: que quidem quantum ad virtutem sacramenti in coniugio necessaria non fuit, sed quia sine ea in officio coniugii ministerium generandi impleri non potuit. Sic igitur ante peccatum institutum fuit coniugium & coniugii officium, utrumque ad sacramentum: ut coniugium quidem sanctificaretur pura mentis dilectione: officium quoque coniugii impleretur sine carnis pollutione. Nunc vero quia per peccatum hominis caro humana corrupta est: iam post peccatum, carnis coniunctio sine carnali concupiscentia fieri non potest. Fortassis autem aliquem movere potest: quare post peccatum homo hoc potissimum opus sine peccato explere non potest. Sed diligenter consideranti ratio manifesta occurrit. Quando enim spiritus rationalis creatori suo subiectus fuit, nullam in carne sua contradictionem invenit: & erant membra corporis imperio anime subiecta: ut nec propter ipsam aliquando moverentur: nec ad aliud contra ipsam. Postquam autem spiritus adversus creatorem suum per superbiam intumuit, merito in suo inferiori ius antiquæ dominationis amisit: ut membra corporis iam eius imperio ad iniuriam creatoris conscendat contradicerent: quæ illi nisi per creatorem suum subiecta esse non deberent. Quia vero vita humana nullatenus subsistere posset si in membris corporis sui

nullam spiritus rationalis potestatem haberet: vindictam suam deus in parte per iustitiam exercuit, & in parte misericorditer temperavit: quatinus simul & culpa pleteret, & natura fovere retur. Ut igitur inobediencia manifesta fieret unum in corpore humano membrum potestati anime subtraxit: per quod posteritas in carne seminanda fuit: ut omnes qui per illud generentur se filios inobediencie esse intelligant: & ex sua origine quales & ex qualibus generentur agnoscat. Quia ergo in hoc membro quod humana propter peccatum trahit signum inobediencie positum est: cunctis per illud transeuntibus manifeste ostenditur quod cum culpa inobediencie generatur. Quia si enim in ipso titulo qui porre inscriptus est per quam transeunt agnoscat unde veniunt & quovadunt. Propter hoc ergo cætera membra corporis quæ imperium rationis sequuntur sine culpa operari possunt: hoc vero membrum in quo concupiscentia precipue regnat, quia nutu voluntatis non sequitur: sine culpa non operatur. In tantum enim hoc membrum corporis imperium anime non sequitur ut sicut aliquando non movetur quando vult: sic sepe etiam quando non vult moveatur. Exinde ergo carnale commercium ab homine exerceri non debuit: ex quo illud sine turpi concupiscentia & carnis libidine exerceri non potuit. Ipse enim sibi hoc illicitum fecit: ex quo se talem fecit qui illud licite implere non possit. Sed quia carnis humane infirmitas turpius ad omnem concupiscentiam efflueret si non in parte aliqua licite exciperetur: concessum est postea ad remedium, quod prius ad officium solum fuerat institutum. Ut dum per indulgentiam pro maiori malo evitandum agitur: ipsum quod inest ei malum infirmitatis, per pudicitiam coniugalem excusetur. Et de prima quidem institutione coniugii hec in presenti loco dicta sufficere possunt.

Explicit Octava pars.

INCIPIT

Nona pars de institutione sacramentorum.
Quatuor esse consideranda in institutione sacramentorum, Cap.I.

A **R**actare volentibus de sacramentis, quatuor primū consideranda sunt. Primū videlicet quid sacramentū. Secundū, quare instituta sint sacramenta. Tertiū, quare sit vniuscuiusque materia sacramenti in qua conficit & sanctificatur. Quartū, quot sint genera sacramentorum. Hoc est definitio, causa, materia, diuisio. Hæc em̄ quatuor si diligenter psecutione discussa fuerint: intelligentiā facere poterūt de his q̄ propoſita sunt. Primum ergo primo tractandum suscipimus.

B Quid sit sacramentum. Cap.II.

Quid sit sacramentum, doctores breui descriptione designauerunt. Sacramentum est sacrę rei signum. Quæadmodū, n̄ in homine duo sunt, corpus & anima: & in vna scriptura duo similiter, litera & sensus: sic & in omni sacramento aliud est quod visibiliter foris tractat & creditur, aliud est quod inuisibiliter intus creditur & percipitur. Quod foris est visibile & materiale, sacramentum est: quod intus est inuisibile & spirituale, res siue virtus sacramenti est: Temp tamen sacramentū quod foris tractatur & sanctificatur: signū est spiritualis gratiæ q̄ res sacramenti est & inuisibiliter percipitur. Sed quia non omne signū rei sacrę sacramentum eiusdem conuenienter dici potest: quoniam & literę sacrorum sensum & formę siue picture sacrarum rerū signa sunt, quarum tamē sacramenta rationabiliter dici nō possunt: ideo supra memorata descriptio ad interpretationem siue explicationem vocis magis q̄ ad definitionem referenda videtur. Si quis autē plenius & perfectius quid sit sacramentum diffinire voluerit: diffinire potest q̄ sacramentū est corporale vel materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine representans, & ex institutione significans, & ex sanctificatione continens aliquā inuisibilem & spiritalem gratiam. Hæc definitio ita propria ac perfecta agnoscitur, vt omni sacramento soliq̄ conuenire inueniatur. Omne em̄ quod hæc tria habet, sacramentum est: & omne quod his tribus caret: sacramentū proprie dici nō potest. Debet em̄ omne sacramentum similitudinem quandā habere ad ipsam rem cuius est sacramentū: scdm̄ quam habile sit ad eandē rem suam representandam. Institutionem quoq̄ per quā ordinatū sit ad illam significandā. Postremo sanctificationem per quā illam contineat: & efficax sit ad eandem sanctificandis conferendā. Hoc autē interesse videtur, q̄ omne sacramentū similitudinē quādam habet ex prima conditione, institutionem ex superaddita dispensatione, sanctificationem ex apposita verbi vel signi benedictione. Vt ergo in vno sacramento ea q̄ de omnibus dicta sunt tria hæc qualiter sint agnoscamus: aquā baptismatis p̄ exemplo assumimus. Ibi em̄ est aqua visibile elementū quod est sacramentū: & inueniuntur hæc tria in vno: representatio ex similitudine, significatio ex institutione, virtus ex sanctificatione. Ipsa similitudo ex creatioe est. Ipsa institutio ex dispensatione. Ipsa sanctificatio ex benedictione. Prima indita per creatorem: secūda adiuncta per saluatorē: tertia ministrata per dispensatorem. Est ergo aqua visibilis sacramentum: & gratia inuisibilis, res siue virtus sacramenti. Habet autē omnis aqua ex naturali qualitate similitudinem quandam cū gratia spiritus sancti: q̄ sicut hæc abluit sordes corporū, ita illa mundat inquinamenta animarū. Et ex hac quidē ingenita qualitate oīs aqua spiritalem gratiam representare habuit: priusq̄ etiam illam ex superaddita institutione significauit. Venit autē saluator & instituit visibilem aquā p̄ ablu-

tionem qui suo superiori per obediētiā subiectus esse noluit: per concupiscentiam suo se inferiori subiecit, vt iam ipsum inter se deum mediū inueniat diuisionis: non mediatorem reconciliationis. Hoc em̄ medio diuidēte humana mens & obnubilatur ne creatorem suum agnoscere valeat: & refrigerat ne ipsum per dilectionem requirat. Iustum ergo est vt homo qui prius deū superbiendo deserens se terrenis concupiscentiam subdidit: nunc per humilitatem deum regrens (vt plenius affectum suę deuotionis insinuet) eisdem se propter p̄ceptum dei per obediētiā inclinet. Sicut em̄ pernicioſa fuit elatio superiori nolle subici: sic laudabilis & fructuosa deuotio est p̄pter superiorem etiam inferioribus inclinari. Et quæadmodum danabilis fuit superbia presentem despiciere, sic laudabilis humilitas est absentem q̄rere: & perseveranti amore vsq̄ ad inuentionē ab inquisitione non cessare, vt sit deuotio in humilitate, & humilitas in deuotione. Nemo siquidē est qui nesciat hominem rationalem mutis & insensibilibus elementis conditione superiorem existere: & tamen cū idem homo in his salutem q̄rere iubetur ad experiendam obediētiā ipsius virtutē: quid aliud q̄ suo inferiori superior subicitur! Hoc est propter quod infidelium oculi (quī visibilia solū vident) sacramenta salutis venerari despiciunt: quia in eis tamē quod foris est contēptibile in specie visibili cernentes, inuisibilem virtutē intus & fructum obediētiæ non agnoscunt. Non em̄ sciunt q̄ fideles salutē ex istis elementis non querunt, etiam si in istis querunt: sed ex illo & ab illo querunt istis a quo iubent q̄rere & credit se percipere in istis. Nō em̄ ista tribuit qd̄ tribuit per ista: sed ille per ista salutem p̄bet q̄ in istis salutem q̄rere iubet. Hoc modo igitur intelligendū est q̄ inuisibilia sacramenta propter humilationē hominis dixim⁹ instituta. Propter eruditionem quoq̄ instituta sunt sacramenta: vt per id quod foris in sacramento in specie visibili cernitur: ad inuisibilem virtutem q̄ intus in re sacramenti con-

nem corporum ad significandam inuisibilem, per spiritalem gratiam emundationem animarū. Et ex eo iam aqua non ex sola naturali similitudine representat: sed ex superaddita institutione significat gratiam spiritalem. Sed quia hæc duo (sicut diximus) nondū adhuc sufficiunt ad perfectionem: accedit verbum sanctificationis ad elementū & fit sacramentū: vt sit sacramentum aqua visibilis ex similitudine representans, ex institutione significans, ex sanctificatione continens spiritualem gratiam. Ad hunc modū in cæteris quoq̄ sacramentis hæc tria considerare oportet.

Quare instituta sint sacramenta.

Cap. Tertium.

E **P**rima ergo propositiois parte exposita, ad secundam transeamus. Triplici ex causa sacramenta instituta esse noscuntur. Propter humilationem, propter eruditionem, propter exercitationē. Propter humilationem quidem vt dum homo rationalis creatura insensibilibus elementis (quæ natura infra ipsum condita fuerunt) ex p̄cepto creatoris sui subicitur: ex hac ipsa sua humilatione creatori suo reconciliari mereatur. Homo nāq̄ ita factus erat vt bonum eius solū ille esset a quo erat: cætera omnia sub ipso facta sunt, non vt in eis esset eius bonū, sed vt ex eis esset illius obsequium. Omne em̄ bonum maius est illo cuius est bonum: quia vere bonum non est, nisi si quod bonum facit illum cuius est bonum. Omnis ergo qui bonus est, & ex bono suo bonus est: inferior est ipso bono quo bonus est: q̄a sine ipso bono bonus non est. Si ergo bonum hoīs supra hominem erat: solus ille bonum hominis erat qui supra hominem erat. Huic ergo bono homo quandiu in ordine conditionis suę persistit immediate iungebatur & ex eo libere fruebatur: quia & voluntate ad illud ibat: & libertate in illo stabat. Postq̄ autem per concupiscentiam abstractus a superiori auertebatur: ad inferiora conuersus precipitabatur: & illi se subiciebat quod bonum suum faciebat. Iusta igitur recōpensatio-

stat agnoscendam mēs humana erudiatur. Nō em̄ qui visibilia nouerat, inuisibilia non nouerat: diuina agnoscere nullatenus posset nisi humanis excitatus. Et idcirco dum ei bonū inuisibile quod amiserat redditur: foris ei eiusdē significatio per species visibiles adhibetur, vt foris excitetur: & intus reparatur: vt in eo quod tractat & videt, agnoscat quale sit quod percipit & non videt. Dona em̄ gratiæ spiritalia quasi quædam inuisibilia antidota sunt: q̄ dum in sacramētis visibilibus quasi quibusdam vasculis homini porrigūtur, quid aliud q̄ ex patentis speciei virtus occulta ostēditur? Ager em̄ medicamētum videre non potest: sed vas in quo medicamentum datur videre potest. Et ppter hoc in ipsa vasis specie virtus exprimitur: vt agnoscat quid accipit, & per ipsam agnitionē proficiat ad dilectionem. Sic itaq̄ intelligendum est quod diximus propter eruditionem sacramenta instituta. Propter exercitacionem similiter instituta sunt sacramenta: vt dum mens humana per varias operum species foris exercitata colitur: ad multiplicem virtutis fructū interius fecundetur. Bonum quidem hominis vnum erat: & quoadiu homo illi per dilectionem adhæsit non eguit hac multiplicitate. Postq̄ autem mentem suā per concupiscentiā ad multiplicia hæc & transitoria diuidi permisit: stabili esse non potuit, quia sicut multa diligens in his per affectum diuiditur: sic mutabilia sequēs variatur. Quicquid em̄ in his omnibus ad requiem & consolationem appetit: ipsa ei mutabilitatis conditio ad laborem & dolorem couertit. Vnde fit vt sicut ad hæc ne deficiat ire compellitur, sic ab his postmodum vt requiescat exire cogatur, vt appareat alter Cain vagus & profugus in terram. Vagus in variis quaerens consolationem. Profugus, inuentā ubiq̄ declinans afflictionē. Ambulat homo: si semper ambulauerit deficit. Sedet ergo vel stat ne deficiat: & tamen si semper sedet, deficit. Esurimus & deficiamus, māducamus ne deficiamus: & tamen si semper māducemus deficiemus: & ver-

etur ad dolorem quod quæsitū est ad consolationem. Sic omnis mutabilitas hominis defectum habet non pfectum: & deficiamus quia mutamur: qui tamē nunq̄ mutari cessamus ne deficiamus. Quia ergo vita hominis hic sine mutabilitate esse non potest: contra illam (q̄ defectum generat) mutabilitatem alia ei mutabilitas quę pfectum parit opponitur: vt quia stare non potest vt semper vt melior sit. Primū em̄ bonū erat in summo stare. Secundum est bonum ad superiora ascendere. Et idcirco vita mutabilis ne sua mobilitate dissoluta ad deteriora semper deficeret: talibus studiis nutriēda fuerat in quibus & rerum varietate foris excitata, & emulacione virtutum intus accēsa, proficiendi occasiōe inueniret. Diuisa sunt tempora & distincta loca: propositę species corporales: iniuncta studia & opera exercēda: vt medicinam interioris hominis exterior hō ppararet, & ei subesse & prodesse addiceret. Nam cum prius humana vita per duo exercitacionum genera cucurrisset: in altero ad necessitatem, in altero ad voluptatē: in altero ad vsum, in altero ad vitium: ad vsum pro natura, ad vitium pro culpa: alterum ad sustentationē, alterum ad subuersionem: congruum erat vt tertium quoq̄ exercitacionis genus adiungeretur: vt per illud vnum e duobus primis euacuaretur, quia erat nocens: alterum perficeretur, quia non erat sufficiens. Proposita sunt ergo homini foris opera virtutum ad edificacionem interiorē exercendam: vt illis preoccipatus, nec vnq̄ vacaret ad opera iniqtatis, nec semper ad opera necessitatis. In his autem virtutum studiis mirabili dispensacione deus & multiplicitatē preuidit, & varietatem, & intermissionem: vt humana mens & in multiplicitate exercitacionem, & in varietate delectationē, & in intermissione recreationem inueniat. Sacrata sunt quędam loca, ædificata basilicę, & determinata tempora certa, quibus populus fidelis in vnum congregetur: & vnitas commendetur, vt gratias reddat, pces

offerat, vota persoluat. Illic deus nunc in silentio simpliciter exoratur, nunc consonis vocibus deuote collaudatur: vt vicissim fidelium corda nunc componantur ad regem, nunc excitentur ad deuotionem. In ipsis quoq̄ diuinis preconiis non eadē semper exhibet formam collaudationis: nunc psalmodiæ accendant ad deuotionē: nunc hymni & cantica ad diuinā excitant iocunditatem: nunc lectiones recitantur, ad formā morum & vitæ bonę instructionem. Ipsæ etiam actiones nostrę in diuinis obsequiis: non eadem semper institutionis forma procedunt. Nunc erecti, nunc prostrati, nunc inclinatione, nunc conuersione ex gestu corporis statum mentis exprimimus. Sed & ipsa in quibus se operando exercet, & diuinum cultū adorat fidelium deuotio: multa & multipharia simili ratione prouisa sunt, vt sint plurima & sacra & sacramēta: quatinus si des iis & materiā exercitacionis & causam recreationis perfectā inueniat. Sic em̄ fidelis animus dum foris ad variā sanctę exercitacionis studia ducit: magis semper ac magis intus ex ipsa sua deuotione ad sanctitatem innouat. Et ad hunc modū quidem intelligendum putamus: quod dictū est sacramēta propter exercitacionem instituta.

De distinctione triū operum & triū operantium. Cap.III.

M St igitur triplex causa hæc institutionis sacramentorum omnium: humiliatio, eruditio & exercitatio hominis. Quę causę si non essent, sacramēta omnino, id est sacrorū signa vel instrumenta elementa per se esse nō possent. Quę enī elementa sacramenta sunt, non natura prima facit: sed apposita institutio per dispensationem & gratiā infusa per benedictionē: quæ duo si elementa post primam naturam non accepissent sacramēta proprie esse nō possent. Dedit primo natura habilitatem vt hoc esse possent: adiunxit secūda institutio auctoritatem vt hoc fierent: Superaddidit tertia benedictio sanctitatem vt hæc

essent. Prima facta per creatorem. Secūda proposita per saluatorem. Tertia ad ministrata per dispensatorem. Primū creator per maiestatem vasa formauit: postea saluator per institutionem eadem proposuit: postremo dispensator per benedictionem hæc ipsa mundauit: & gratiā impleuit. Et apparet mirabile, q̄ qui maior fuit, quod minus erat fecit: & qui minor fuit, fecit quod maior fuit. Plus enim contulit sanctificatiōem creatio: quoniā in creatione naturam acceperunt vt essent: in sanctificatione gratiam, vt bona & sancta essent. Si ergo deus creat & sacerdos sanctificat: plū homo facere videtur q̄ deus, quod omnino absurdum & inconueniens esset: si nō quod homo facit hoc etiam faceret & deus. Deus enim sine homine creat: sed homo sine deo non sanctificat. Vt gratiā quodammodo a summo incipiat, & in imo consummetur: & in hoc ipso descensus gratię nobis significetur, quā nisi gratiā descenderet: iacentes nō eleuaret. Creauit primū deus per se & in suo: hoc est solus & in maiestate. Instituit postea saluator per se quidem sed in nostro: hoc est solus & in humanitate. Sanctificat postremo sacerdos neq̄ per se neq̄ in suo: quia nec solus ipse est qui operatur, nec virtus ipsius est quæ ad sanctificationem tribuitur. Ipse em̄ ministranti cooperatur: cuius virtute per ministerium ministrantis quod sanctificandum est sanctificatur: vt fit quidem vna virtus per vnum opus ad vnum effectum, quæ quidem virtus in duobus simul operantibus sic discernitur: quoniā per alterum datur: per alterum ministratur. Alter est a quo datur alter per quem mittitur. Et cum venit ipsa gratiā ad nos, per illū venit a quo venit: quoniā ministranti cooperatur auctor muneris: sed nō similiter ab illo venit per quem venit: quia auctor muneris esse non potest qui solum est minister dispensationis. Nemo igitur dicat quomodo homo sanctificat, quando deus per hominem sanctificat: quoniā in hoc verius homo facit, quod deus per eum facit. Nam quod facit per se, & in suo facit homo, vere

non facit: quoniã veritatem non facit: quã per se & in suo non nisi malũ facit. Sicut ergo de sol^o mirabilia facit, quoniam de ipso scriptura dicit. Qui facit mirabilia magna solus: quã sine ipso nullus facit: & omnis q̄ facit p̄ ipsum facit & per omnẽ qui facit ipse facit: Ideoq; solus facit: quã ipse solus est: qd̄ ois facit qui facit: & tamẽ de seruo dei scriptũ est. Fecit em̄ mirabilia in vita sua: quã ex deo fecit: & per eum deus fecit: nec contrarietas vlla ex his p̄cedit: sic deus solus sanctificat & b̄ndicit: quã ab ipso ois sanctificatio & benedictio est: & tamen sacerdos minister dei sanctificat & benedicit: quã per ipsum qd̄ sanctificatio & benedictio est: q̄ & ip̄a quoq; a deo est, qui auctor est in dono: & p̄ deum qui cooperatur est in ministerio.

P Tali consideratione rationabiliter distinguitur qd̄ in sacramentis omnibus sigillatim vel creatio quantum ad naturam elementum, vel institutio & sanctificatio quantum ad virtutem sacramenti operatur: & in ipsa sanctificatione quantum ex illo qui datur est muneris, & quantum ex ipso vel potius p̄ ipsum qui solus minister est dispensationis. Postremo quinq; discreta & distincta ab invicem ad cognitionẽ procedunt: de^o medicus: homo ægrot^o, sacerdos minister vel nuncius, gratia antidotũ, vas sacramentũ. Medicus donat, minister dispensat, vas servat q̄ sanat percipientẽ ægrotum gratia spiritalẽ. Si ergo vasa sunt spiritalis gratiæ sacramenta nõ ex suo sanant: quia vasa ægrotũ non curant, sed medicina. Nõ ergo ad hoc instituta sũt sacramenta vt ex eis esset quod in eis esset: sed vt peritiam suã medicus ostenderet in illo remediũ p̄paravit, a quo languidus occasionem morbi accepit. Quia em̄ homo visibilis concupiscens corruptus fuerat: congrue reparandus in eisdem visibilibus salutis occasione recipere debebat: vt per eadem resurgeret per quã corruerat.

Institutionem sacramentorum quantum ad deũ dispensationis esse: quantum ad hominem necessitatis.

Cap. quintum.



Institutio sacramentorum quantum ad deũ auctorẽ dispensationis est: quantum vero ad hominem obediẽtẽ necessitatis. Quã in potestate dei est p̄ter ista hominem saluare: sed in potestate hois nõ est sine istis ad salutẽ puenire. Potuit, n. deus hominẽ saluare etiam si ista nõ instituisset: sed homo nullaten^o saluari posset si ista cõtineret. Dicit, n. scriptura. Non pot saluari q̄ baptisatus non fuerit: q̄ hoc vel hoc nõ fecerit saluari non pot, & cõfirmemur q̄ verũ est: & quia saluari non potest homo qui caret his sine quibus ab homine, salus haberi non potest. Homo sine his saluari nõ potest: sed deus sine his saluare potest. Homo quippe sine his saluari posset si sine his saluari in potestate hois esset: et si posset homo p̄ arbitrio suo ista quæ ad salutẽ obtinendam proposita sunt relinquẽ: & scdm̄ suam electionem alia ad salutẽ via puenire. Quod quia homini oino impossibile est: propterea rectissime dicit, q̄ homo sine his oino saluari nõ potest. Deus aut̄ sine his hominẽ saluare potest: qui virtutem suã & sanctificationẽ & salutem quocunq; ipse voluerit modo hominũ largiri potest. Illo namq; spiritu quo docet hominẽ sine verbo: iustificat etiam valet si voluerit sine sacramento: quia virtus dei ex necessitate elemẽtis non subdit: etiam si gratia dei ex dispensatione p̄ sacramenta donec. Hinc est q̄ quodam etiam sine huiusmodi sacramentis iustificatos legim^o & credimus saluatos. Quẽadmodum Hieremias in vtero sanctificatus legit: & Ioannes baptista ex vtero matris de spũ sancto impletus propheta, & qui sub naturali lege iusti deo placuerunt: hæc sacramenta habuisse non legim^o: de quorũ tamẽ salute nequaquã dubitamus: & q̄ ex illis sacramenta ista post iustificationẽ susceperunt, signa magis iustitiæ suæ habuerunt in istis q̄ causam ex istis. Qui vero p̄ spiritũ dei quicquid confert in istis, sine istis p̄ceperunt, dånabiliter istis nõ caruerunt, quia vt ista non p̄ceperunt, vel ratio tẽporis non poposcit, vel necessi-

Ioan. 3.

R

tas non permisit, nunq̄ contẽptus religionis effecit. Nullus ergo in elemẽtis sic legẽ diuinẽ iustitiẽ constituat: vt dicat hominẽ nec iustificari posse sine his etiam si gratia iustificationẽ habuerit: nec saluari posse sine his etiam si iustus fuerit, cum ab his p̄cipiendis vel articulis necessitatis excludit: vel sicut diximus ad hæc p̄cipienda ratio tẽporis non cõstringit. Quẽadmodũ ii qui sub naturali lege erant iusti, eiusmodi sacramentis non imbuẽbatur: sicut & p̄ceptis eiusmodi non tenebatur. Quicunq; ergo rem sacramenti in fide recta & caritate vera habuerit: sacramentis istis dånabiliter non caruerunt: quia ea vel pro tempore suscipere non debuerunt: vel pro imminẽte necessitate suscipere nõ potuerunt. Quid igit̄ tibi videtur tu quicunq; sacramenta dei veneris, & cõte sacramenta dei honorare putas deum inhonoras? Sacramentis indicis necessitatem: & auctori sacramentorum tollis potestatem: & negas pietatem. Dicitis mihi q̄ qui non habet sacramenta dei saluari non potest, & ego dico tibi qui habet virtutẽ sacramentorũ dei perire nõ potest. Aut nega virtutẽ esse posse vbi sacramentũ non est: aut si concedis virtutem nega dånationẽ. Vtrũ est maius sacramentũ an virtus sacramenti? Vtrũ est mai^o, aqua an fides? Si vis dicere verum: dic fides. Si ergo sacramentũ aque quod minus est saluat quosdã non habentes fidẽ: & non imputat eis q̄ fidem non habent, quia eam habere non possunt. quomodo fides q̄ maior est nõ liberat habentes fidẽ & sacramentum aquæ non habentes: & non multo magis parceret eis pro eo q̄ sacramentum aquæ non habent: quod quidem habere voluerunt, sed non potuerunt? Sed dicis. Quomodo ergo intelligimus quod scriptum est. Nisi quis renat^o fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in regnum celorũ? Et ego te interrogo quomodo intelligendũ putas quod scriptũ est: Qui credit in me mortẽ nõ videbit in æternũ? Tu dicis q̄ qui non facit hoc non saluat: & ego dico q̄ qui hoc facit non dånatur. Quis ergo erit medius locus eiusmodi homines capiens, nec

Ioan. 3.

Ioan. ii.

T

saluandos quia aquã non habent: nec damnandos quia fidẽ habent? Est homo qui habet fidẽ, & cõ fide dilectionem: aquã non habet: non tamen aquã contẽnens, sed aquam habere volens & non valens. Hunc ergo aqua absens dånabit, & non pot^o fides & deuotio p̄sens saluabit? Quid ergo (dicis) mihi est cõ sacramentis? Habebo fidẽ & dilectionẽ & virtutes alias: & bonus ero: & sufficet mihi. Vide ergo si dilectionem dei habere potes, & p̄cepta eius contẽnere? Si ergo dilectionem dei habes: stude, satage, conare, quantum potes perficere mandata eius: & si incidis in necessitatem, quere pietatem. Si em̄ necessitas non est quæ p̄tendatur: contẽptus nõ excusat. Vide ergo q̄ sacramenta dei medicinẽ sunt spirituales: quæ foris corporibus adhibentur per visibiles sp̄m: sed intus animas sanant per invisibilem virtutẽ. Quorũ quidem institutio quantum ad p̄cipiẽtẽ dispensationis est: susceptio vero quantum ad obediẽtem necessitatis. Vis scire q̄ in istis visibilibus sp̄ibus ad curandos morbos spirituales remediũ deus non sumit, sed solũ sacramentum constituit? Accipe sacramentum de sacramento. Ægrotavit Ezechias: & missus est ad eum Esaias propheta qui ei mortem imminẽtẽ p̄diceret. Quo audito terrore & dolore cõpunctus, lachrymas cum p̄ce fudit: & misericordiam impetrauit. Remittitur cõtinuo Esaias vt qundecim annos vitẽ illius adiciẽdos annũciat: & ad virtutẽ ampli^o sacramenti cõmendandã vulneri eius curandõ nouũ nouo modo medicinam p̄parat. Apposita est medicina foris: vt virtus occulta intus operaretur & non erat sanitas ex medicina: quoniã scdm̄ se contraria sanitati erat medicina: vt aperte monstraret, quã ex illa nõ erat quod per illã erat. Magnũ de sacramentis sacramentũ cõmendatũ est. Æger est genus humanũ: quod languet & intus per iniquitatem, & foris per mortalitatem. Ad quẽ sermo p̄pheticus mittitur: vt ei mors iminens non solũ p̄sens sed & futura annunciet. Qui terrentur cõfitentur, plorant & orant: & misericordiam impetrat. Remittit sermo p̄pheticus

cus qui nos de longioris vitæ spatio indulto certos efficiat. Quia eadem nos scriptura æternæ vitæ pmissio cõsolatur pœnitentes: q̄ de perpetua mortis dånatione terret in pctõ p̄sentes. Apponitur medicina curãdis huleribus nostris: q̄ cum ex sui qualitate morbo cõtraria ostēditur: in curatione ægroti non medicina sed medētis virtus euidētissime declarat. Ipsa medicina, ipsa sunt sacramēta: q̄ dum foris p̄sentes p̄mistras sacre dispensationis corporaliter adhibetur: vulnera animarū n̄sarū inuisibiliter curant: vt curati & sanati ad p̄petuam vitæ repromissionē pertinere possim⁹. Quæ q̄dem vita quidecim annorū n̄sro signata est: q̄ in p̄senti per requiē mentis septenarij inchoat: & in futuro p̄ mortalitatem carnis octonario perficit. Quæ tñ medicina quātū ad suā naturā spectat augere morbum habuit nō curare: q̄a terrena oīa (quantum ad illorū qualitatem & nostrā infirmitatem p̄tinet) corruptionē animarum operari solent potius q̄ curationē. Per q̄ ramen deus cū nostrā sanitatē p̄ficir, quid aliud q̄ suæ virtutis potentia euidenter ostēdit: cū in eodē nostrum p̄curat remediū a quo infirmitatis & corruptionis traximus morbū! Non itaq̄ istis ascribat, qd̄ per ista nobis administratur: neq̄ in illis visibilē ita veneremur sp̄m, vt inuisibilē eis subicere veritatem cõuincamur. Hac cõsideratione diligēter intruērib⁹ manifestū sit: q̄tum vel illi debeāt qd̄ foris in sp̄e sacramēti visibiliter cernitur: vel illi qd̄ i virtute sacramenti intus inuisibiliter opatur. Et hæc quidē omnia ad hoc spectāt qd̄ propositū erat inuestigandū: quare videlicet instituta sint sacramenta.

De materia sacramentorū. Ca. VI.



Estat nunc tertia pars de quatuor q̄ proposita fuerant discutienda. In triplici materia oīa diuina sacramēta conficiuntur. scilicet in rebus: aut in factis: aut in verbis. Quia n̄ totus homo corruptus erat: totū qd̄ hominis foris erat ad sacramentū fumen dum erat: vt totū in sacramentū foris

sanctificetur: & in toto virtus sacramēti intus remediū operetur. Itaq̄ in rebus sacramenta sanctificanda erant. vt sanctificaret hoīs materia: in factis vt opa: in dictis vt verba: vt totū videlicet sanctum sit: & quod homo est: & quod hominis est. In rebus conficitur sacramenta: sicut videlicet sacramentum baptismi in aqua: sacramentum vñtionis in oleo: sacramentū corporis & sanguinis Christi in pane & vino: & quæcumq̄ sunt alię corporales sp̄s in q̄bus sacramēta diuina conficiuntur. In factis etiā sacramenta inueniuntur: quæadmodū videlicet cū signum crucis vel pro muni mine contra aduersas potestates oppositas: vel p̄ sanctificatione gbuscūq̄ rebus sanctificãdis imprimētes facim⁹: vel cum etiā expansis manib⁹ siue eleuatis in oratione, inclinatione siue erectione, siue cõuersione, siue alio quocūq̄ gestu vel motu, vel actu, sacri aliqd̄ & sacre rei signum exprimimus. In dictis sacramentū inuenitur: quæadmodū est inuocatio trinitatis: & cetera eiusmodi: quotienscūq̄ cum verborū prolatio ne sacri aliqd̄ & sacramentū exprimimus & significamus. Porro sciendū est q̄ cum his tribus modis sacramenta conficiantur: illa tñ magis proprie & principaliter sacramēta dicuntur in quibus virtus est per sanctificationem, & effectus salutis per operationē. His breuiter de materia sacramentorum p̄libatis ad sequentiā transeamus.

Quæ tria sunt genera sacramentorum. Cap. Septimum.



Triam genera sacramentorum in prima cõsideratione discernēda occurrit. Sunt em̄ quædam sacramenta in q̄bus principaliter salus constat & percipitur: sicut aqua baptismatis: & perceptio corporis & sanguinis Christi. Alia sunt quæ et si necessaria non sunt ad salutem (q̄a sine his salus haberi potest) proficiunt tamē ad sanctificationem: quia his virtus exerceri & gratia amplior acquiri potest: vt aqua aspersionis, & susceptio cineris & similia. Sunt rursum alia sacramenta quæ ad hoc solum institu-

ta esse videntur: vt per ipsa ea quæ ceteris sacramentis sanctificandis & instituentis necessaria sunt, quodammodo præparantur & sanctificantur: vel circa personas in sacris ordinibus perficiendis: vel in iis quæ ad habitum sacrorum ordinum pertinent initiandis & ceteris huiusmodi. Præ ergo ad salutem, secunda ad exercitationem, tertia ad preparationem constituta sunt. His igitur prout ratio postulare videbatur pertractis, ad ea quæ restant explicanda transimus.

De tribus quæ necessaria sunt ad salutem. Caput. VIII.




Triam sane sunt quæ ab initio siue ante aduentū Christi siue post ad salutem obtinendam necessaria fuerunt, id est fides, sacramenta fidei, & opera bona. Quæ tria ita coherent: vt salutis effectum habere non possint si simul nō fuerint. Fides enim sine operibus (teste scriptura) mortua est. Rursum vbi non est fides: opus bonum esse non potest. Item qui fidem operantem habent si sacramēta dei suscipere renuntiant saluari non possunt: quia dilectionem Dei non habent cuius præcepta i sacramentis eius contemnunt. Verum tamen vbi fides cum dilectione est sicut non minuit meritum etiam si opus quod in bono proposito deuotionis est exterius non perficitur: sic salutis effectus non impeditur etiam si sacramentum quod in vera voluntate & desiderio est articulo necessitatis excluditur. Vbi autem tria simul haberi possunt, sine periculo salutis nullatenus abesse possunt, quia nec fides meritum habet si dum potest operari negligit: nec opus bonum est aliqd̄ si sine fide sit. Et rursum fides operans, hominem sanctificare non sufficit: si eam quæ in sacramentis Dei constat sanctificationem suscipere contemnit. Triam ergo simul sunt, fides, sacramētū, & opus. In fide, Christiano sortitudo tribuitur, in sacramētis, arma: in operibus bonis, tela contra diabolium pugnaturo.

Explicit a est pars nona.

INCIPIT
quæ de fide est. Pars decima.

De fide septem esse inquirenda.
Caput Primum.



De fide tractare volumus, seipsum inquirenda proponimus. Quid sit fides. In quo constat fides. De incremento fidei. De his quæ pertinent ad fidem. An ab initio secundum mutationem temporum, mutata sit fides creditum. Quid sit quod nihil minus vera fides vñq̄ habere potuit. De sacramēto fidei & virtute ipsius. Singula suo ordine p̄sequamur.

Quid sit fides. Caput. II.



Fides est (vt ait apostolus) substantia rerū sperandarū, argumentū nō apparētium. Si per fide ea quæ creduntur fide, significata intelligimus (sicut per visionem nonnunq̄ non eā qua videmus: sed quod videmus accipimus) conuenienter fides substantia rerū sperandarū dicitur: quia fide ea quæ vere subsistunt bona sperantibus & expectantibus illa ventura creduntur. Secundū quam acceptionem non irrationabiliter etiam argumentum non apparentum dicitur: quia quæ ratione humana nō comprehendimus, sola fide nobis credibilia esse & vera persuademus. Quæ si hanc diffinitionem alio modo exponimus possumus dicere q̄ fides non i eo quod sit: sed quod faciat diffinitur, vt sit sensus. Fides est substantia, id est substantia rerū sperandarū, id est futurorū honorum: quæ ventura sperantur a nobis: & quæ sola digna sunt spe & expectatiōe nostra: quoniam in ipsis constat bonum nostrum. Est ergo fides substantia rerū sperandarū: quia bona inuisibilia quæ per actum nondum

VVV.V.

presentia sunt iam per fidem in cordibus nostris subsistunt: & ipsa fides eorum in nobis subsistit eorum est. Cū enim res quilibet apud nos subsistat: vel per actum, quando videlicet partes sensu comprehendunt: vel per intellectum, quā absentes: vel etiā nō existētes in similitudine sua & in imagine per intellectū capiunt: vel etiā per experientia, quā ea quae in nobis sunt sentiunt a nobis: ut est gaudium, tristitia, timor, & amor, quae subsistunt in nobis & sentiuntur a nobis: nullo horum modorum inuisibilia dei comprehenduntur a nobis: quae credi solum possunt comprehendendi omnino non possunt. Neque enim actu presentia sunt vel sensu comprehendantur, quia nec corpora sunt nec in corporalibus subsistunt: Neque in similitudine aliqua imaginabiliter ab aīo comprehendendi possunt: quia longe omnem similitudinem & corporū & corporalium suae diuinitatis & puritatis excellentia transcendunt. Neque quēadmodum illa quae in nobis sunt & sentiuntur a nobis: quā neque de substantia animi sunt, neque de his quae in aīo subsistunt. Ergo fide sola subsistunt in nobis: & subsistentia eorum est fides eorum quae creditur quia sunt: sed non qualia sunt comprehendunt. Ergo deus credi potest: comprehendendi omnino non potest. Dicis mihi, Quid dicis? Quid est deus? Ego tibi respondeo quod indicabile omnino est quid est deus. Saltem (inquis) quid cogitabo quando cogitare volo quid est deus: Amplius dico quia incogitabilis est deus. Quicquid dicitur vel cogitatur, secundum aliquid dicitur, vel secundum aliquid cogitatur. Quod enim secundum aliquid dicitur vel cogitari non potest: dicitur omnino & cogitari non potest. Quid ergo dices vel cogitabis, cum id quod deus est dicere vel cogitare volueris: Si terram cogitas, si caelum cogitas, si omnia quae in caelo sunt & in terra cogitas: nihil horum est deus. Denique si spiritum cogitas: si animam cogitas: non est hoc deus. Scio (inquis) quod hoc non est deus: tamen hoc simile deo est: & similitudine sua deus demonstrari potest. Vide quale simile si spiritum demonstrare velles & corpus consideres, quā similitudo haec erit: & tamen plus longe est de

us & spiritus: quae spiritus & corpus. Omne enim quod creatum est minus ab invicem distat: quae ille qui fecit ab eo quod fecit. Non potest cogitari deus quid est: etiam si credi potest quia est: non qualis est comprehendit. Quod inquit apostolus Nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: hoc est illud quod dicere volumus: si tamen dicere possumus quod cogitare non possumus. Quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: quia sensu non percipit. Nec in cor hominis ascendit: quia cogitatione non comprehendit. Erant enim tria quaedam: corpus & spiritus & deus: corpus quod mundus erat: anima spiritus. Et ipsa anima, quasi in medio quodam erat his extra se mundum: intra se deum: & acceptat oculum quo extra se mundum videret & ea quae in mundo erant: & hic erat oculus carnis. Alium oculum acceperat quo se ipsam videret & ea quae in ipsa erant: hic est oculus rationis. Alium rursus oculum acceperat quo intra se deum videret & ea quae in deo erant: & hic est oculus contemplationis. Hos igitur oculos quod anima aptos & reuelatos habebat, clare videbat & recte discernere: Postquam autem tenebrae peccati in illam intraverunt oculus quod cor contemplationis est, ut nihil videret: oculus autem rationis lapsus effectus ut dubie videret: Solus ille oculus qui extinctus non fuit in sua claritate permansit: qui quod diu lumen habet clarum, iudicium dubium non habet. Oculus vero rationis quod diu lumen eius est nubilum, iudicium certum habere non potest: quia quod clare non videt discernit ambiguitate. Hinc est quod corda hominum facilius sibi consentiunt in his quae oculo carnis percipiunt: quae in his quae acie mentis & sensu rationis attingunt, quia ubi in videndo non caligant: in iudicando non discrepant. Homo ergo quia oculum carnis habet mundum videre potest: & ea quae in mundo sunt. Item quia oculum rationis ex parte habet: animum similiter ex parte videt & ea quae in animo sunt. Quia vero oculum contemplationis non habet: deum & qui in deo sunt videre non valet. Fides ergo necessaria est quae credant quae non videtur: & subsistat in nobis per fidem, quae non dicitur presentia nobis sicut per speciem. Sic itaque substantia illorum est fides quae per solam

fidem subsistit nunc in nobis: & argumentum similiter illorum est fides quae per solam fidem probatur a nobis. Non enim aliud argumentum maius de illis dubitantibus proferre possumus: quod illa quae creduntur fide, ratione non comprehenduntur. Quod enim aliud argumentum ad illa esse potest: quibus simile & comparabile nihil esse potest. Cum utique argumentum nullatenus esse possit: nisi aliqua cum illo ad quod argumentum esset similitudinem etiam haberet. Quae igitur omnem similitudinem & comparisonem transcendunt, qua similitudine argui & comprobari possunt: nisi quia ex fide & deuotione procedentium sanctorum colligimus: quoniam ad illa quae futura predicant bona increduli esse non debemus. Magna enim est ratio haec & omnino fide digna: quia nequaquam sancti & iusti omnes pro aeterna vitae desiderio tanta constantia presentem vitam despicerent: si non amplius aliquid & ultra nostram intelligentiam de illius veritate presentisissent. Sic itaque si des est substantia rerum sperandarum: quia per eam iam quodam modo quae futura sunt subsistunt in nobis, & argumentum non apparentium: quoniam per ea quae occulta sunt approbantur a nobis. Sed quia in hac descriptione non quid sit fides, sed quid faciat fides ostenditur: nec ea quae de presentibus vel de presentibus habet fides diffinitio: si quis plenam ac generalem diffinitionem fidei signare voluerit dicere potest: Fides est certitudo quaedam animi de rebus absentibus, supra opinionem & infra scientiam constitutam. Sunt enim quidam qui audita statim animo repellunt & contradicunt his quae dicuntur: & hi sunt negantes. Alii in his quae audiunt alteram quancunque partem eligunt ad existimationem: sed non approbant ad affirmationem. Quibus enim unum ex duobus magis probabile intelligunt: utrum tamen adhuc id ipsum verum sit asserere non presumunt: hi sunt opinantes. Alii sic alteram partem approbant: ut eius approbationem etiam in assertionem assumant: hi sunt credentes. Post ista genera cogni-

tionis illud perfectius sequitur cum res non ex auditu solo sed per suam presentiam notificatur. Perfectius enim agnoscunt qui ipsam rem ut est in sua presentia comprehendunt, hi sunt scientes. Primi ergo sunt negantes: secundi dubitantes, tertii opinantes, quarti credentes, quinti scientes. Ex his ergo confici potest quare fidem certitudinem appellamus: quoniam ubi adhuc dubitatio est fides non est. Patet etiam quare ipsam certitudinem quatenus fidem appellamus supra opinionem vel estimationem, & infra scientiam dicimus esse constitutam. Quia nimirum aliquid credere si cut minus est quam scire: sic plus est quam opinari & aestimare: Minus dico non certum ad meritum, sed certum ad cognitionem. Nisi enim credere aliquando certum ad meritum plus esset quam vera videre: nequaquam visio subtraheretur ut fides mereretur. Nec dictum fuisset. Beati qui non viderunt & crediderunt. Propterea dixi credere aliquando plus esse quam videre: sed certum ad meritum non certum ad gaudium. Alioquin certum ad curmulum felicitatis & perfectionem veritatis plus est presentem videre quam absentem credere: sicut & plus est fide stare quam opinione nutare. Recte igitur dictum est: fides est certitudo rerum absentium supra opinionem & infra scientiam constituta. Quis etiam non nunquam ipsa quae ex presenti contemplatione nascitur certitudo: abusive fides appelletur. De illa autem quae proprie appellatur fides: dictum est. Nam si vides non est fides.

Quae sint illa in quibus fides constat. Caput. III.



Non sunt in quibus fides constat: Cognitio & affectus, id est constantia vel firmitas credendi. In altero constat quia ipsa illud est: in altero constat, quia ipsa in illo est. In affectu enim substantia fidei invenitur: in cognitione, materia. Aliud enim est fides quae creditur: & aliud quod fide creditur. In affectu invenitur fides: in cognitione id quod fide creditur. Pro-

preerea fides in affectu habet substantiam: quia affectus ipse fides est: in cognitione habet materiam: quia de illo & ad illud quod in cognitione est, fides est. Credere igitur in affectu est: quod vero creditur in cognitione est. Cognitionem autem hic intelligimus scientiam rerum non illam quæ ex presentia ipsarum comprehenditur: sed illam quæ auditu solo percipitur: & ex verborum significatione manifestatur. Cum illud quod dicitur & ab illo qui audit, intelligitur, quod dicitur, etiam si nesciat verum sit an non sit ita ut dicitur: scientia tamen est in quantum intelligit & scit quid est quod dicitur. Hæc autem scientia cognitio est: quæ sicut sine illa scientia esse non potest qua res esse vel non esse scitur: ita sine fide esse potest qua res esse vel non esse creditur. Ad hanc cognitionem si fides accedat ut credatur quod audiebatur & intelligebatur: est credulitas in cognitione, & inuenitur in credulitate fidei substantia: in cognitione materia. Potest autem cognitio huius sine omni fide esse: fides autem sine omni cognitione esse non potest, quoniam quod audit aliquid & intelligit: non semper credit: Qui autem nihil intelligit nihil credit: quæ aliquando credere possit quod non intelligit. Nam & fides etiam est de fide qua creditur quod nescitur: quia scienti & credenti creditur. Ille enim qui credenti credit: non inconuenienter credere dicitur quod ille credit cui credit: & si nesciat illud quid scit quod credit: & scit cui credit. Tales sunt simplices in sancta ecclesia qui perfectioribus credentibus & cognoscentibus credunt: quoniam mirum in sua simplicitate saluant: nec ab illorum merito alieni sunt, quæ ad cognitionem illorum non pertingunt. Scriptum est. Boves arabæ & asinæ pascuntur iuxta eos. Simples quippe in sancta ecclesia quæ cum perfectis occulta sacramentorum dei rimari non valeant: quia tamen se ab illorum societate non diuidunt quasi iuxta eos positi in eadem fide & spe bene operando se pascunt. Sic ergo fides aliquando cum cognitione est, quando scitur quod creditur: aliquando sine cognitione, quando

scienti tamen & credenti creditur. Necessaria est tamen semper aliquam cognitionem esse cum fide quæ ipsam fidem per intentionem dirigat: quia si nihil ex his quæ credenda sunt cognosceretur, non haberet fides quo se per intentionem in bono ope dirigeret: neque ad quid bene operando spem suam excitaret. Sed aliud est in quibusdam cognitionem fide transcendere: aliud illa quæ nunquam ignoranda sunt credenda nescire. Illic meritum fides habet ubi etiam cognitione non discernit: hic quia a cognitione omnino destituitur cadit ipsa: & fides eius desinit.

De incremento fidei. Cap. III.

Non sunt secundum quod fides crescere dicitur: cognitio & affectus: id est constantia vel firmitas credendi. Secundum cognitionem fides crescit: quando eruditur ad scientiam. Secundum affectum crescit: quando ad deuotionem excitatur & roboratur ad constantiam. Quorundam fides cognitione magna est: affectu parua. Quorundam vero affectu magna: cognitione parua. Alii fidem & cognitionem & affectum magnam habent. Alii & cognitionem & affectum paruum. Veruntamen affectum magnum in fide magis laudabilem esse quam cognitionem magnam dominus manifeste ostendit ubi fidem grano synapis comparauit: quod gratitudine quidem paruum est sed non feruore. Hinc mulier Chanæ paruum quidem adhuc scienti sed multum confidenti, dictum est. Mulier magna est fides tua. Illa namque apud deum fides magna reputatur: quæ etsi minus viget scientia, per constantiam tamen foris ostenditur. Cum ergo fides cognitione crescit, adiuuatur: cum vero affectu crescit promeretur. Itæ secundum incrementum fidei: tria genera credentium inueniuntur. Quidam tamen gratia enim fideles sunt qui sola pietate credere eligunt: quod tamen verum sit credendum an non credendum sit ratione non comprehendunt. Alii ratione approbant quod fide credunt. Alii pietate cordis & munda conscientia in-

terius iam gustare incipiunt quod fide credunt. In primis, sola pietas facit electionem. In secundis, ratio adiungit approbationem. In tertiis, puritas intelligentiæ apprehendit certitudinem. Quartum genus hominum est quibus credere est, solum fidei non contradicere: qui consuetudine viuendi magis quam virtute credendi fideles nominantur. Solis enim transeuntibus intenti nunquam mentem ad futura cogitanda subleuant: & quibus fidei Christianæ sacramenta cum cæteris fidelibus vsu percipiunt: quare tamen christianus sit homo vel quæ spes christiano sit in expectatione bonorum futurorum non attendunt. Hi quæ uis nomine fideles dicantur: re tamen & veritate longe sunt a fide. Tamen huiusmodi aliquando diuina gratia visitantur: & ad sui considerationem excitantur, ut quare homo natus sit: an alia post hanc vitam sequatur inquirat: An premia iustis & peccatoribus tormenta reposita sint: & an post finem operis sequatur premium iustæ retributionis. Tali consideratione in corde oborta, magno mox trepidationis motu de dubio vitæ mortalæ conscientia ipsa concutitur: & quanto magis sibi erranti periculum imminere cernit, tanto magis ad cognitionem veritatis peruenire satagit. Considerat in hoc mundo tam diuersas esse hominum existimationes: super his in quibus salus hominis constat. Pagani impures vitæ diuinitatis scindunt. Iudei creatorem constituent: saluatorem non agnoscunt. Et in his omnibus mens fluctuat: & nisi pietate in suo teneretur: fortassis abiecta veritate falsitatem sequeretur. Accedit ad hæc (spiritu sancto suggerente) ratio, quoniam in multis dubiis si unum aliquid reliquitur ut unum aliud eligatur, dubietas non tollit, sed mutatur. Accedit ad hæc alia ratio maior, melius est confiteri unum principium quam multa: quia ubi multitudo est, aut pluralitas superflua est, aut vnitas imperfecta. Adhuc amplius, melius est creatorem confiteri pariter & saluatorem quam creatorem solum: qui creatorem dicit maiestatem confitetur: qui saluatorem intelligit, pietatem veneratur. Et

maximum boni hominis est ut in deo suo & maiestatem inueniat quam oculo cordis contempletur: & humanitatem quam oculo carnis speculetur: ut totus homo in deo beatificetur. His rationibus animus confortatus, ad ampliore religionis diuina deuotionem excitatur: deuotione autem mundatur & purificatur ut mundo corde iam quodammodo prægustare incipiat, id ad quod fide & deuotione cognoscendum festinat. Ita munda conscientia inuisibilibus documentis, & secreta & familiari visitatione de deo suo quotidie eruditur & certificatur: in tantum ut iam quodammodo eum per contemplationem presentem habere incipiat: & nulla iam ratione ab eius fide & dilectione (etiam si totus mundus in miracula vertatur) auelli queat. Isti ergo sunt tres gradus promotionis fidei: quibus fides crescens ad perfectum conficitur. Primus per pietatem eligere. Secundus per rationem approbare. Tertius per veritatem apprehendere.

De iis quæ ad fidem pertinent.

Caput. V.

Queritur etiam quæ res ad fidem pertineant: quæ credere oportet eum quod fidelis iure nominatur. Nam fides illa qua aliquid creditur hoc modo ut qui credit fide illa, fidelis non dicitur: presentis propositi non est. Sine fide enim etiam infideles non viuere manifestum est, ex hoc quoque omnis homo in hac vita viuens, sicut habet quædam quæ per experientiam sentiat, ita quædam etiam habet quæ nec visa nec experita, sola fide credat. Fidem tamen quæ in deum est nequaquam habere dicitur: nisi qui illa credit quæ credendo & amando homo deum promeretur. Hæc sunt ergo quæ ad fidem pertinere dicuntur quam credendo homo fidelis nominatur. Quæ vero ista sint si diligenter inquirimus: in duobus hæc principaliter consistere inuenimus. Sicut enim quædam duo, & hæc duo in uno sunt: & unum sunt hæc duo, Creator & saluator duo nomina sunt &

res vna: tamē aliud notat creator alifd
saluator. Creator, quia fecit nos: salua-
tor, quia redemit nos. Primum non era-
mus & facti sumus: postea perieram⁹ &
redempti sumus, & ab vno vtrūq; fa-
ctum est, vt bonum nostrum totum es-
set ab vno: & totum in vno: & vnum.
Creatori debemus q̄ sumus: saluatori
q̄ reparati sumus. Hęc ergo sunt duo
quæ fidei proposita sunt credēda, crea-
tor & saluator: & quæ p̄tinent ad crea-
torem & quæ p̄tinent ad saluatorem
similiter. Creator & quæ p̄tinent ad
creatorem: hic est vna pars fidei. Salua-
tor & quæ p̄tinent ad saluatorem: hic
est altera. In p̄tia parte discernit fides
inter creatorem & opera sua. In secun-
da parte discernit fides inter saluato-
rem & sacramenta sua. Ad creatorem
p̄tinet opera cōditionis quę sex die-
bus facta sunt. Ad saluatorem p̄tinet
opera restitutionis quæ complentur
sex atatibus. In prima parte ad fidem
p̄tinet confiteri vnum creatorem: &
ab eo facta esse omnia quæ habent esse.
In secūda parte ad fidem p̄tinet vene-
rari vnū saluatorē: & credere ab eo re-
parata esse perditā, quibus datū est vel
dādum beatum esse. In prima parte re-
cta fides inter creatorem & creaturam
ita discernere debet vt vnicūq; horū
quod suum est tribuat: & vicissim alte-
rius proprietatem in alterum non trā-
fundat. i. nec creaturę attribuat creato-
ris maiestātē: nec creatori ascribat crea-
turę infirmitatem, nec deum cōcludat
tēpore: nec creaturam extendat eterni-
tate. Ita fides si vnicūq; qd̄ suum est
tribuat, recte offert: si inter vtrūq; bene
discernit recte diuidit, & non peccat. Si
vero in quolibet horum deliquit: si
des sane necesse est vt detrimentum pa-
riatur. Nam illi qui creaturā pro deo
coluerunt gemino errore decepti, vel
creaturam æternam vel deum tempo-
ralem esse crediderunt: Quid isti aliud
dicendi sunt fecisse q̄ excellentiam fa-
ctoris operi & infirmitatem facturę tri-
buisse creatori? Rursus philosophi gē-
tilium quīs inter creatorē & opus ei⁹
recte discernent: nequaquā tamen fide
les appellandi sunt: quia fidem de sal-

uatore non habuerunt. Sequuntur ergo
deinde ea quæ in secunda parte po-
suimus: vbi primum in saluatore agno-
scimus redemptionem: in sacramentis
eius redemptionis p̄parationem. Pri-
ma pars fidei spectat ad debitum natu-
rę. Secunda pars fidei spectat ad debi-
tum gratię. Illa credere debemus: quia
per naturam conditi sumus. Ista crede-
re debemus: quia per gratiam reparati
sumus.

An secundum mutationes temporū
mutata sit fides. Cap. VI.



Equitur dehinc duo
illa quæ in prima disti-
ctione huius tractatio-
nis proposuimus quī-
to & sexto loco post q̄
tuor ista de quibus hac-
tenus tractatum est prosequenda. Quo-
rum vnum est an secundum mutatio-
nem temporum ab initio fides creden-
tium mutata sit: siue vna eademq; fidei
forma & in iis qui ab initio fuerunt &
qui vsq; in finem credētes futuri sunt
sanctis consistat. Alterum vero quid sit
qd̄ ab initio nihil min⁹ vnq; fides recta
habere potuit, id est quid sit illud cui
nihil vnq; demi potuit, vt fides recta
constaret, etiam si aliquid adici potu-
it vt cresceret. Hęc duo ratione cohe-
rent: & ideo indiuisē pertractari expo-
scunt. Nec leui considerationē in huius
modi opus esse putemus: vbi tam mul-
tæ sunt existimatōes & opiniones ho-
minum & tam diuersa fide de recta fi-
de disputatur, nec paruum hoc esse
periculum putandum est. Quomodo
enim de iis quæ credendæ sunt fide be-
ne sentire possumus: si de ipsa fide ma-
le sentimus? Propterea cōsiderāda sūt
diligenter singula quæ dicuntur: vt ea
dicamus & sentiamus in quib⁹ dum fi-
dem rectam asserere nitimur sanę fidei
obuiare non conuincamur. Sunt homi-
nes qui quasi qd̄dā pietate impij in deū
efficiuntur: & dum vltra id quod i ve-
ritate est sentiunt in ipsam veritatem
offendunt. Hęc autem ignorātia mul-
tos parit errores: tam de bonitate q̄ de
veritate. Dicūt alij bonitatis diuinę nō
esse conueniens vt in opera sua crude-

lis esse dicatur: & vt aliquid ex his quę
fecit perire permittat qui nihil ad hoc
fecit vt pereat. Ita dum se honorare pu-
tant bonitatem, offendunt veritatem.
Qui enim pius fuit vt non existentia
crearet: iustus est vt errātia & deliquē-
tia iudicer. Alij dicūt ad iustitiam ho-
minis pertinere vt in hac vita sine pu-
gna viuat: cum potius iustus esse non
possit si non pugnet. Neq; enim ad iu-
sticiam huius vitę p̄tinet non tenta-
ri: sed a tentatione non superari. nec
vt qui bonus est nunq; cadat: sed, cum
ceciderit vt resurgat. Similiter sunt
qui dicunt fidelem non esse qui vel ali-
ter credit quādam, quia per infirmi-
tatem comprehendere non valet qua-
liter in ipsa veritate est: vel non omnia
credit, quia per ignorantiam capere
non potest quantum est. Et beatifican-
dam putant hi fidem veram in mul-
titudine cognitionis potius q̄ in ma-
gnitudine deuotionis: cum pietas di-
uina nō attendat quāta cognitiōe cre-
datur, sed magis quāta deuotione, id
quod creditur diligatur. Hoc idcirco
eōmemoramus, quia agnouimus quos-
dam esse minus discretos, qui huma-
næ possibilitatis mensuram nesciunt:
quia suam passibilitatem non atten-
dunt, & si attendunt, maiori stulti-
tia existimant hoc omnes esse debere:
quo se p̄tē ceteris vident amplius ali-
quid accepisse. Affirmant fidelem nul-
la ratione esse dicendum: qui non ma-
gna quādam & multa & sublimia fi-
dei sacramenta agnouerit: & de maie-
state creatoris, & de humilitate sal-
uatoris quorundam disputationum
profunditatem: rerum gestarum se-
riem memoria comprehenderit. Ipsam
quoq; diuinitatis naturam rudib⁹ ani-
mis, & vix ad ea quæ vident suffici-
entibus explicandam: & corpoream ab
incorporea natura subtili quadam cō-
sideratione proponunt discernendam.
Sed illa quoq; quæ de sacramentis re-
demptionis nostrę in natiuitate, & pas-
sione, & resurrectione & ascensione sal-
uatoris nostri Mundo iam manifestata
sunt, omnibus ab initio Mundi iustis
& fidelibus, tam maioribus q̄ minoribus

bus eadem cognitione p̄tuisse ventu-
ra: qua a nobis nunc cognoscuntur
præterita. Alioquin non vere dicen-
dum fidem horum omnium habuisse
qui ista non agnouerunt. Ista autem
omnia quæ in sacramento nostrę redē-
ptionis completa sunt eos & credidisse
& agnouisse non solum hac ratione
probare se putant: q̄ quemadmodum
nos modo ad illam redemptionem non
pertineremus nisi hæc omnia iam & fa-
cta agnosceremus, & agnita credere-
mus: Sic quidem illi per hæc saluati
non fuissent: nisi hæc omnia faciendā
agnouissent & agnita credidissent. Ve-
rum etiam quia aliquotiens scripturę
testantur, nullum ab initio sine fide
Christi esse saluatum: Et beatus Au-
gustinus de hoc ipso loquens sic ait. Ead-
em fides mediatoris saluos iustos fa-
ciebat antiquos pusillos cum magnis:
non vetus testamentum quod in seru-
tutem generat, non lex quæ non sic est
data vt possit viuificare, sed gratia dei
per Iesum Christū. Quia sicut nos cre-
dimus Christum in carne venisse: sic il-
li venturum: sicut nos mortuum, ita il-
li moriturū: sicut nos resurrexisse, ita
illi resurrectorum: & nos & illi ventu-
rum: ad iudicium viuorum & mortuo-
rum. Hęc si vera sūt (sicut ab illis exi-
stimantur: & sicut a propositis aucto-
ritatibus affirmari videntur) aut in
antiquis temporibus fuit perrara sa-
lus: aut nimium numerosa perfectio:
quorum quidem quodlibet sapere, dis-
cretionis terminos excedere est. Q; si
videtur tolerabilis, immo etiam deo
digni⁹ iudicatur, ipm̄ replese potius
& ditasse sæcula illa multitudine per-
fectorum: q̄ saluandorum tanta fuisse
paucitate contentum: quatinus & sal-
ui non pauci tunc fierent: & omnes ni-
hilomin⁹ repleti spiritu p̄phético nec
dū reuelata mysteria iam tunc penetra-
rēt: si in quā hoc recipit b̄ndicimus qd̄
deū in donis suis, sed quid tēpore gr̄æ
reseruati sit nō videm⁹: nisi q̄ tps gr̄æ
illd̄ poti⁹ iuxta sn̄tam hęc fuerit appel-
lādū: in quo tot & tātę dei p̄p̄lo diuinitę
sp̄s affluebāt: vt illd̄ p̄rsas incredibile
fœlicitate cerneret impletū, qd̄ Moy-

ses optabat cū diceret. Quis dabit vt omnes prophetent? Quæso quid simile attulit Euangelium? Frustra gloriatur Paulus de primitiis spiritus quas putat cum suis coapostolis accepisse: cum nihil tale in diebus suis potuerit experiri. Deniq̄ aiebat. Nunquid omnes prophete? Frustra inquā gloriatur de euāgelio suo: quia non ab homine, neq̄ per hominem illud acceperit: sed quasi specialī quadam prerogatiua per reuelationem Iesu Christi: cum & ate ipsum fuerit per spiritum etiam populis reuelatū. Sed nec apostolus Petrus illud propheticum ad sua tempora retorq̄ret. Effundam de spiritu meo super filios & filias vestras: & prophetabūt filii vestri: & filiae vestrae: si abundantior iam præcesserit transactis seculis effusio spiritus. Aut certe propheta: vel potius in propheta deus: si vere tempora illa apostolica cum hic diceret ituebatur: non plane effundam: sed subtrahā magis de spiritu meo dixisse debuerat.

V Quid enim? Si filiis euāgelii omnes veres iustos pares facimus in scientia: nunqd non & superiores omnes in gratia, consequenter fateri necesse est? Vt pote quos non lectio sicut nos a ut prædicatio: sed ipsa vnctio docuerit omnes de omnibus? Esto tamē toleremus nos nostram iniuriam: & apostoli quoq̄ suam: vt & ipsi quoq̄ minimi antiquorū iustorum comparent in scientia: proferrantur minores in gratia. Sed est sane quod vilo omnino pacto merito nō ferimus: vt dominus videlicet glorię sentiatur, vel falli vnq̄ potuisse: vel fallere voluisse: & quidem ipse protestatus est. Inter natos mulierum non surrexisset maiorem Ioanne baptista. Vide autem si non vere falsum fateri cogimur veritatis hoc testimonium: si tantū tribuamus veteribus: q̄rum nec Ioāni vēdicare valemus. Non utiq̄ sit iniuria Ioanni si quid ignorasse creditur, aut dicitur: nimirum quod & ipse non distinetur. Sed si quod præconi veritatis negamus: contra præconium veritatis alteri damus: nō tm̄ iniuria: sed blasphemia est: & plane contradicere non Ioanni: sed veritati. Quid ergo? Amic⁹ spō-

si dubitat & querit: Tu es qui ventur⁹ es an alium expectamus? Et nos milib⁹ hominum certitudinem de omnibus nostro mendacio cōfirmam⁹. Nec ipsos de se ita veteres sensisse: paucis aduertere possum⁹. Moyses scribit deum ad se loquentem dixisse sic. Ego sum deus Abraham: & deus Ysaac: & deus Iacob: & nomē meum Adonay non indicauit eis (subaudi) sicut tibi. Ostendit ergo se de dei notitia plus aliquid præcedētib⁹ patribus accepisse. Dauid quoq̄ supra doctores suos & seniores donum intelligentiē sibi audacter præsumit ita dicens. Super omnes docentes me intellexi: quia testimōia tua meditatio mea est. Et rursum: supra senes intellexi. Sed & propheta Daniel. Pertrāsibunt (ait) plurimi: & multiplex erit scientia: ampliore, scilicet notitiam promittens, & ipse posteris. Sed vt ait etiam sanct⁹ Gregorius. secundum incrementa temporum: creuit & scientia spiritualium patrum: & quanto viciniore aduentū saluatoris extiterunt: tāto mysterium salutis plenius perceperūt. Non est dubium quin his etiam qui presentes fuerunt multo amplius contulerit rerum ipsarum exhibitio: atq̄ presentia exhibitio: Deniq̄ & audiunt. Beati oculi qui vidēt quæ vos videtis. Itē. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ a diuī a patre meo nota feci vobis. Multi inquit reges & prophete voluerunt videre, quæ vos videtis: & nō viderūt: & audire quæ auditis & non audierūt. Quare vt videlicet clarius largiusq̄ perciperēt: qđ vix tenuiter obscureq̄ præsenferant. Alioqui: quid opus erat foris videre carnē: & carnis audire sermōes: si iam a spiritu intrus fuerāt perfecte instructi de omnibus: præsertim cum dominus dicat: caro nō prodest quicq̄: spiritus est qui viuificat. Quod si prophete & qui illustriores videbantur in illo populo, non oēs omnia aliquādo æqualiter cognoscere valuerūt: sed alii plus, alii minus, prout spiritus dabat, diuidens singulis prout volebat: idq̄ absq̄ præiudicio suę sanctitatis, atq̄ pfectio- nis: quāto magis simpliciores quicq̄ iusti sine detrimento salutis: saluationis

tempus modū & ordinem nescire potuerunt: quā tamen certa spe & fide vti promissa fuerat firmissime tenuerunt. Quamti hodieq̄ in populo christiano vitę æternę seculiq̄ futurū: quod indubitāter credunt & sperāt, & ardentē desiderāt: formā tamen ac statum ne cogitare quidem vel tenuiter norunt: ita ergo multi ante saluatoris aduentū, deum omnipotentem tenentes & diligentes, suę salutis gratiarum promissorem, credētes in promissione fidelem, sperantes certissimū redditorē, in hac fide & expectatiōe saluati sunt: licet quādo & qualiter & quo ordine salus repromissa fieret, ignorarent. Nam & ipsis Apostolis quos iustos fuisse nemo est qui ambigat: presente saluatore & regnum caelōrum manifesta iam luce prædicante, mysterium passionis in tm̄ adhuc ignotum fuisse atq̄ occultum legitur: vt ipso domino hoc aperte prædicare & prædicente, illi nec intelligere possent quæ dicebantur. Duo quoq̄ illi discipuli quibus euntibus & dubitantibus in via Iesus apparuit: ad ipsius interrogationem pulsati, inter cetera dixisse referūt. Nos sperabamus qđ ipse erat redempturus Israel. In quo aperte ostendunt qđ redemptionē Israel per passionem Christi venturā non crediderant: qui in ipsa passione de redemptione desperabant. Propter quod & illis ibidē dicitur. O stulti & tardi corde ad credendū. Nonne oportuit Christum pati & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriam suā? Postremo quod est mysteriū a seculis absconditum: Et ne forte putetur solis malis absconditū: subiecit nouissimis temporib⁹ sanctis reuelatum. Si omnes hoc ab initio boni cognouerūt: quomodo vel mali hoc ignorare potuerunt: maxime cū ab ipsis bonis qui hoc percipissent, qui vere boni vel mali essent: quibus hoc reuelādū vel celandū foret discerni non potuisset. Atq̄ in hunc modū consequens esse manifeste agnoscimus: vt si bonis omnibus hæc reuelata confitemur: malis quoq̄ nō ignota fuisse nō dubitemus. Porro si hoc stare debet, quis non videat qđ ineffabiliter priora illa tempora posterioribus seculis præferēda sint: cum fides quæ hic foris solo auditu verborum percipitur: illic per contempla-

tionem propheticae aspersionis, intus ab omnibus plena & manifesta veritatis luce legeretur? Quid fides nostra comparatione fidei illoꝝ, nisi (vt ita dicam) nō fides, sed opinio quædam dicēda est: quos intm̄ certiores agnoscimus fuisse de futuro qđ nos de præterito: quoniā illi quod intus non viderunt: agnouerunt per spiritū: nos quod nō vidimus, auditu solo percipimus per verbū. Quod si verum est, quis non videat qđ aduentus Christi non solā illuminationē fidelib⁹ nō attulit, sed certiore & meliore agnitionem abstulit? Quocirca rectā fidem consulentes, cōmodiora saluti & propinquiora veritati comfitemur: & cognitionem eorū quę ad fidem pertinent, sicut in vno eodemq̄ tempore scđm capacitātē diuersorū differentem agnoscimus, ita quoq̄ per successionem temporū ab initio incrementis quibusdam auctam in ipsis fidelibus nō dubitemus. Vnam tamen & eandē fidei præcedentiū & subsequentiū: in quibus tamen eadem cognitio nō fuit, sic indubitanter confitemur: quemadmodū in his quos in nostris temporib⁹ fideles cernimus eandem fidem: & tamen nō eandē fidei cognitionē inuenimus. Creuit itaq̄ per tempora fides in omnibus, vt maior esset, sed mutata nō est, vt alia esset. Ante legem, deus creator credebatur: & ab eo salus & redemptio expectabatur, per quē vero & quomodo eadem salus implenda ac perficienda foret: exceptis paucis quibus hoc scire singulariter in munere datum erat: a ceteris etiā fidelibus nō cognoscebatur. Sub lege autem persona redemptoris mittenda prædicebatur, & ventura expectabatur. Quę autē ipsa persona hæc foret homo an angelus, an deus nōdū manifestabatur. Soli hoc cognouerūt, qui per spiritū singulariter ad hoc illuminati fuerūt. Sub gratia autē manifeste oib⁹ iam & prædicatur & creditur, & modus redemptionis & qualitas personæ redemptoris, Semper tm̄ in ecclesia dei ab initio fides & cognitionem fuisse credimus incarnationis & passionis Christi: quia ab initio nunq̄ defuerūt, qui hoc cognouerūt. Alii saluabantur: quia horū perfectioni fide simpliciter iungebatur: & eos bene operando sequebantur.

Quid sit quo nihil minus vnq̄ fides vera habere potuit. Ca. VII.

A **E**c sunt quibus ab initio nihil minus vnq̄ recta fides habere potuit. Crede videlicet vnum esse deum creatorem omnium, dominum & rectorem vniuersorum: ipsum quidem non esse mali auctorem: eorum tamen qui in malis suis eius misericordiam quærent vel expectaret futurum redemptorem. Hæc simplicitate fidei in initio suffecisse credimus: quibus etiam nihil amplius additum est ad cognitionem: multum tamen collatum est ad deuotionem. Isti quidem venturum in carne redemptorem: & in eadem carne moriturum, resurrecturum, & ascensurum: siue alia quadam que illis temporibus abscondita fuerunt, manifeste non cognouerunt. Et tamen fidem naturam & passionis, siue resurrectionis & ascensionis eius, in hoc eos verissime habuisse dicimus: quia credentibus & scientibus hæc fide & deuotione sub spe & expectatione eiusdem redemptionis adhaeruerunt: quibus modum eiusdem redemptionis siue similitudinem non cognouerunt. Sic ergo intelligendum putamus quod dicit beatus Augustinus: quod eadem fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos: pusillos cum magnis: quia eandem fidem mediatoris iusti antiqui habuerunt pusilli cum magnis. Alii quidem quæ ventura erant: sicut ventura credentes, & cognoscetes. Alii vero non quidem cognoscetes: sed credendo & desiderando, cognoscentibus & credentibus ad-

B hereses. Quod vero subiungit, quia sicut nos credimus in carne venisse, sic illi venturum: sicut nos mortuum, sic illi moriturum &c. vel non ad omnes referendum est, sed ad eos tantum quibus ventura hæc præscire singulariter datum est, ut omnes quidem eandem fidem sed non eandem fidei cognitionem habuisse dicatur: aut si de omnibus hoc dictum intelligitur, omnes qui futuram redemptionem crediderunt, hæc etiam in quibus redemptio constabat credidisse, non inconuenienter affirmatur. In quantum enim ipsam quæ omnia hæc continebat redemptionem venturam crediderunt hæc crediderunt: quibus eandem de ipsis omnes in credendo cognitionem non habuerunt.

Hoc modo igitur sano intellectu dici potest: omnes ab initio iustos fidem saluatoris habuisse, & omnes in fide redemptionis venturæ iustificatos fuisse: quia eandem redemptionem vel venturam crediderunt, vel credentibus & cognoscentibus crediderunt: & cum fide sacramenta ipsius redemptionis, quæ ab initio iustituta sunt, ad sanctificationem susceperunt: & in ipsis eandem redemptionem suam, quasi in vmbra & figura portauerunt. Quod bene illi duo viri signauerunt, qui botrum in veste suspensum, de terra promissionis ad filios Israel in desertum portauerunt. Botrus siquidem in veste Christus in cruce est: cuius mysterium in sacramento duo populi portant. Qui præcesserunt, portauerunt quidem: sed non viderunt: quia præcedentes aduentum eius: sacramenta passionis eius, omnes quidem per fidem portauerunt, sed non omnes per cognitionem, quod portauerunt intelligere meruerunt. Sequentes autem & portant & vident: quia fideles qui post aduentum eius in carne subsequuntur: sacramentum passionis eius, & per fidem suscipiunt, & per reuelatam iam cognitionem agnoscunt. Vnde Beata in eandem questionem. Vnum inquit idemque dominicæ crucis trophæum, prius propheta & Moyses, quæ Apostoli nouerunt & prædicabant: sed propheta hoc aliquotiens figuratis velatisque sermonibus. Apostoli autem Apostolorumque successores præfecta luce euangelii semper aperte prædicabant: ita ut nunc omnis populus christianus scire & confiteri debeat fidem, quæ eo tempore pauci admodum, & perfectiores qui nouerunt: quibus omnis dei populus etiam tunc eiusdem mysteria fidei in legalibus ceremoniis typice portaret.

Recapitulatio supradictorum.

Cap. VIII.

Vo igitur sunt in quibus constat vera fides. Creator & redemptor. Vnum tibi sine altero non sufficit. Vtrumque agnosce: vtrumque confitere. Si creatorem credis, agnoscis quod factus es: si redemptorem confiteris, agnoscis quod reparatus es. Vnus est creator & redemptor. In suo te fecit, in tuo te refecit: & vtrumque

vnus fecit. Si ipse te fecisset, & alter te refecisset: deberes illi quod factus es, & deberes alteri quod refectus es. Et sic esset diuisa inuentio tua & dilectio & obedientia tua: & non esses vnus totus. Et de duobus illi plus diligeres: a quo plus haberes. Qui creauit te, dedit tibi esse: qui redemit te, dedit tibi beatum esse. Propterea ne plus a te diligeretur alter quidam redemptor, quam ipse creator: voluit ipse creator esse redemptor: & sustinuit tuam passionem ut emeret tuam dilectionem. Missus est naturalis filius per adoptandis: quia sine ipso alieni introducendi non fuerat in hereditatem. Venit sapientia, ut hostis non potest, sed ratione vinceretur: & in his omnibus fides tua in vno constat: & ad vnum & vna: quia cum duo nominantur, vnus significatur: quoniam vnus creator est & redemptor. Creator ad naturam, saluator ad gratiam. In his duobus totum est & vnum: hoc est in quo ab initio fides creditum vna est: quibus in eadem fide in alius maior, in aliis minor de istis cognitio fuerit, secundum diuersitatem temporum: sicut vno & eodem tempore, in aliis maior in aliis minor inuenitur cognitio de his ipsis secundum capacitatem personarum. Quis ergo fides creuerit: ut aliquando & in aliquibus maior esset: non tamen mutata est, ut alia esset. Sed omnes fide vna crediderunt vnum, & omnes vna fide iustificati sunt, qui iustificari meruerunt. Si ne fide enim (ut ait Apostolus) impossibile est placere deo. Et sicut dicit beatus Augustinus. Vbi fides non erat, bonum opus non erat.

De sacramento fidei & virtute. Cap. IX.

Sacramentum fidei dupliciter potest intelligi. Sacramentum enim fidei vel ipsa fides intelligitur quæ sacramentum est: vel sacramenta fidei intelliguntur quæ cum fide percipienda sunt, & ad sanctificationem fidelium præparata sunt. Nam & quædam sacramenta militaria dicuntur, quibus milites in sua conditione Imperatori suo ad fidem

conseruandam obligantur: & infideles quosdam sacramenta quædam habent, quæ sacramenta dicuntur: quibus nec sacra sunt, nec sacra rei signa: sed execrationes potius & obominationes: quibus non sacra sunt homines, sed pollutuntur. Tamen ad horum differentiam sacramenta fidei dicta intelligi possunt quæ a fidelibus fidei dicta intelligi possunt quæ a fidelibus tractantur, & cum fide ad sanctificationem suscipiuntur. Primum ergo consideremus quæ ratione ipsa fides sacramentum dicatur: vel cuius rei sacramentum esse intelligatur. Apostolus dicit. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scilicet quando per fidem videmus, videmus per speculum in ænigmate: tunc autem quando videbimus per contemplationem videbimus facie ad faciem. Quid est per speculum videre? Imaginem videre. Quid est facie ad faciem videre? Rem videre. Puta aliquem esse post te, vel supra te: auersus es ab illo: nec vides facie ad faciem, facie tua ad faciem illius. Auersa est enim facies tua ab illo: & si forte ille respicit ad te, non tamen tu similiter ad illum. Quædiu igitur sic eris, non poteris illum videre facie ad faciem. Exhibe speculum & pone ante te, statim videbis in eo imaginem illius, qui est ad dorsum tuum, vel supra verticem tuum, & dices. Video te. Quid vides? Iam aliquid vides: sed imaginem solum. Vides illum, sed in imagine sua: nondum in facie sua. Nondum cognoscis sicut cognosceris: nondum vides, sicut videris. Videris in te vides in imagine. Ille ad te respicit qui te viderit: autem auersus es ab illo. Conuerte te ad illum, & pone faciem ad faciem: & videbis iam non imaginem, sed ipsam rem. Prius vidisti illum, sed in imagine sua: modo vides illum in facie sua. Tamen cum ipsam rem videre incipis, agnoscis quia aliquid similitudinis fuit illi quod visum est in imagine, ad id quod videtur in re. Quod videtur in imagine sacramentum est: quod videtur in re, res sacramenti est. Quod ergo videmus nunc per speculum in ænigmate, sacramentum est: ad illud quod videbimus facie ad faciem in manifesta contemplatione. Sed quod est ænigma, & quod est speculum in quo videtur imago donec ipsa res videri possit? Ænigma est scri

ptura sacra. Quare quia obscuram habet significationem. Speculum est cor tuum: si tamen mūdū fuerit & extersum & clarificatum. Imago in speculo, fides in corde tuo. Ipsa enim fides imago est, & sacramentū. Contemplatio autē futura, res & virtus sacramenti. Qui fidem non habent nihil vident: qui fidem habent iam aliquid videre incipiūt: sed imaginem solum. Si enim fidelis nihil videret, ex fide illuminatio non esset: nec diceretur illuminati ipsam. Si autē iam ipsam rem viderent, & non amplius videndū aliquid expectarent, nō per speculum in enigmatē, sed facie ad faciem viderent. Ergo qui per fidem vident, imaginem vident: qui per cōtemplationem vident, rem vident. Qui fidem habēt, sacramentū habēt: qui cōtemplationem habent, rem habent. Fides ergo sacramentū est futuræ contemplationis: & ipsa contemplatio res & virtus sacramenti: & accipimus nunc interim sacramentū sanctificandi: vt perfecte sanctificati rem ipsam capere possimus. Si ergo summū bonū hominis cōtemplatio creatoris sui merito creditur: non inconuenienter fides per quā absentem videre quodāmodo incipit: initium boni, & principium restorationis eius memoratur. Quæ videlicet restauratio scdm incrementa fidei crescit, dū homo per agnitionem amplius illuminatur, vt plenius agnoscat: & inflāmur per dilectionem, vt ardētius diligit. Sic ergo iustus q̄dū in hoc corpore existens peregrinat a domino, viuere habet ex fide: quemadmodū tum eductus de hoc ergastulo fuerit, & introductus in gaudiū domini sui, viuere habebit ex contemplatione. Sed mira dei dispensatione agitur q̄ nunc malitia interim hostis antiqui, ad persequēdos & impugnādos fideles relaxatur: quatinus videlicet hoc hominī reputetur pro merito: si nūc per fidem ambulans, viam veritatis etiā impugnatus non deserat: qui, prius visionē præsentis dei roboratus, sola persuasionē prostratus erat. Vt autem in hoc prælio inuictus stare possit, & bonū suum illesum custodire: datur ei vt dictum est in sacramentis arma, quibus se munit: in operibus bonis tela quibus hostem prosternat: vt scilicet

fidei charitate & spe adiūcta, interius pariter roboretur & viuat.

Explicita est pars vndecima.

INCIPIT

duodecima pars de naturali lege.

De sacramētis naturalis legis.

Cap. I.



Dicitur de sacramentis fidei tractare debemus. Sacramēta ab initio ad restorationem & curationem hominis instituta sunt: alia sub naturali lege: alia sub scripta lege: alia sub gratia. Et in his semper quæ tempore posteriora fuerunt, effectu gratiæ spiritualis digniora inueniuntur. Omnia enim illa superioris temporis sacramenta, siue sub naturali lege, siue sub scripta: signa quædam fuerunt & figuræ eorum, quæ nūc sub gratia exhibita sunt sacramentorum. Et ideo effectum spirituales quem suo tempore operabantur, posita pro istis: illa virtute & sanctificatione operabantur, quā sumpserunt ab istis. Si quis igitur sacramenta priora effectum sanctificationis habuisse negauerit: non mihi recte sentire videretur.

De prima differentia præcedentium & subsequentiū sacramentorum. Cap. II.



N hoc tamen dignitatē sequentium indubitanter præferimus: q̄ illa & visibilia, & signa visibilia fuerunt: ista vero cum sint ipsa quidem visibilia, tantūmodo inuisibilis gratiæ signa & sacramenta existunt. Ideo sacramenta gratiæ, primum per benedictionem virtutem in se sanctificationis suscipiunt, ac deinde quam continēt in se sanctificationem conferunt: vt sint ex sanctificatione sanctificantia, atq; hæc ex sua sibiq; cœlitus indita sanctificatione conferant: quod illa per hæc ex sola horum significatione cōferre confluuerant. Passio

namq; saluatoris quæ primo loco sacramenta gratiæ ad effectum salutis sanctificat, mediantibus istis, etiam illa prioris temporis sacramenta sanctificabat: vt eadem salus esset, & his qui recta fide signa futurorū in illis venerati sunt, & his qui effectum salutis in istis percipiunt.


Alia differentia.

Ca. III.



Nullud quoq; inter ipsa primi temporis sacramenta quæ sub naturali lege erant: & ea quæ vel sub lege scripta, vel sub gratia instituta sunt sacramenta interesse perspiciamus: q̄ illa voluntatis magis esse videntur, ista necessitatis. Illa ex voto celebrata, ista ex præcepto. Neq; enim existimādū est illa prima naturalis legis sacramēta: siue decimas videlicet, siue sacrificia, siue oblationes: ita hominī ex necessitate idē, vt qui ea nō executus fuisset, reatum præuaricationis incurreret: quemadmodū ille qui fideliter ea coleret meritum deuotionis suæ inueniret. Nūq; enim legimus q̄ ante legem scriptam, deus hominī dixerit: qui decimas non dederit, qui sacrificia non obrulerit: sicut postea per legem dixit: masculus cuius caro præputii circumcisa non fuerit: peribit anima illa de populo suo. Et sicut sub gratia terribiliter insonuit. Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Vnde cōiicimus q̄ sacramēta illa prima magis ad exercendam deuotionē proposita fuerant, q̄ ad obtinendam salutem indicta. Nam qui nihil possidebat, vnde decimas offerre debebat: qui nihil habebat, quæ sacrificia & quas oblationes offerre poterat? Votū vouit Iacob deo dicens. Si dominus deus meus fuerit mecum &c. Ac deinde subiungit: de vniuersis quæ dederis mihi decimas & hostias pacificas offeram tibi. Quod ergo ex voto se facturū spondidit: q̄ hoc ex necessitate mandati nō deberet, patenter ostendit.

Quo homo a deo instructus est ad decimas offerendas. Cap. III.



Robabile tamē est omnino hominē ad hæc exercēda a principio a deo instructū & eruditum fuisse: vt primi contemptrū culam subsequentiū deuotionis studio aboleret: & qui in semetipso contumax extiterat, in suis postmodum obtemperare cōsueceret. Vnde em homo rerum suarum decimam potius q̄ nonam vel octauam, vel aliam quāq; partem offerendam esse scire potuisset, nisi a deo doctus fuisset? Ex quo conicimus q̄ deus quidem hominē a principio ad hæc exercēda consilio erudiuit, sed præcepto non obligauit: donec postea inueniret illa, in quibus homo præcepti capax, obcedentiam exhiberet: & præuaricationem cauere addiceret. Primum igitur ante legem paruulos, cōsilio nutriuit. Postea sub lege exercitatos, præcepto tentauit. Nouissime sub gratia perfectos, in libertate spiritus ambulare permittit. Vt igitur breuiter supradicta ad memoriam reuocemus: quæ sit differentia inter sacramenta noui testamenti, & illa quæ vel sub lege naturali, vel sub scripta lege sacramēta fuerit attendēda cōsideremus.

Prima differentia: secunda differentia: tertia differentia. Cap. V.



Rima igitur differentia q̄ sacramenta noui testamenti primo loco gratiæ spiritualis signa sunt: & ad ipsam gratiam sanctificandis cōferendam insula sibi benedictione principaliter instituta. Illa vero, signa horum tm: & mediis antibus his quorum signa fuerunt: ne si ne salute essent, qui tempus redemptionis præcesserunt gratiam in sustentationem contulerunt. Secunda differentia est q̄ qui in illis sacramētis imbuebātur antiqui iusti: nōdū adhuc regni cœlestis inuā intrare potuerūt, donec saluator per carnem assumptam cœlos ascendit, & oibus in se credentibus ac se sequentibus viam aperuit. Tertia differentia est q̄ sacramenta naturalis legis nō ex præcepto indicta vident, sed ex cōsilio ad votū pro

posita: Sacramenta vero scriptae legis & gratiae necessitatem quandam executionis inducere propterea quod non ex consilio tantum, sed ex precepto esse instituta noscuntur.

Quare prima mutata sunt per secundam. Ca. VI.



Ed oboritur non contenta quaestio, quare videlicet si eundem salutis effectum tam per praecedentiam quam per subsequenteriam, gratia contulit: diuina iussio ritum antiquorum per institutionem subsequentium aboleuit. Nam si eadem virtus in illis sacramentis fuit: quid necesse erat, ut illa cessarent & ista succederent? Sed sciendum est quod diuinae dispensationis ordo & ratio hoc poposcit: ut sicut ab initio procurrente tempore, magis ac magis aduentus saluatoris appropinquauit: sic semper magis ac magis effectus salutis cresceret: & cognitio veritatis. Propter quod & ipsa signa salutis per successionem temporum: alia post alia mutari debuerunt, ut cum effectus gratiae diuinae in salute cresceret: simul quoque & ipsa sanctificatio in ipsis signis visibilibus euidentior appareret. Erat quippe idem saluator, eadem gratia, eadem fides, illi uenturi, hic exhibiti. Sed quia ipse per quem salus dabatur, longe erat, eiusdem salutis signa obscura esse debuerunt. Postea uero paulatim eius aduentu appropinquante, oportebat ut eodem ordine, & fides in cognitione, & gratia in salute cresceret: & eadem gratia in sacramentis foris, & signis suis, euidentius se manifestaret. Quapropter primum per oblationem: & postea per circumcisionem, ad ultimum per baptismum: expiationis & iustificationis sacramentum formari institutum est: quia eiusdem mundationis forma & similitudo, in oblatione quidem occulte inuenitur, in circumcisione uero euidentius exprimitur: per baptismum autem manifeste declaratur. Primam namque institutionem accepit homo ut pro remediis salutis exterioris substantiae partem offerret deo, partem ad usum proprium retineret: quatinus in hoc facto disceret ea quae intrinsecus bona erant deo tribuere: quae uero

mala, sibi imputare. Denari⁹ quippe quoniam perfectus numerus est: signum est bonitatis & uirtutis, quae deo tribuitur, & in homine a deo cognoscitur. Nonarius autem quia minus habet a perfecto habet defectum & uicium: & corruptionem significat: quae merito homini deputatur. Propterea igitur homo decimam dare deo, nonam sibi retinere praecipitur: ut quod bonum est in se a deo esse, quod uero malum est a se esse confiteatur. Sed hoc signum quasi de longe sumptum, magis docuit hominem quid esset, quam quid fieret. Igitur cum tempus aduenisset quo ueritas ipsa declarari deberat: datum est remedium per circumcisionis sacramentum: ubi dum de exteriori substantia hominis, pars non quidem naturaliter superflua, sed eius quod superfluum est figura, praeciditur: iam manifestius illa peccati circumcisio, quam in interiori homine gratia perficit, demonstratur. Quia autem circumcisio exteriores sordes & enormitates quae foris sunt refecat: ablutio autem interiores maculas emundat: conuenienter iam manifestata ueritate in aduentu Christi cessare debuit circumcisio: ut illud sacramentum succederet quod perfectam hominis emundationem & interioris animae candorem, quem in ipso & per ipsum sacramentum adipiscitur, posset declarare. Amplius autem quia circumcisio quidem sordes auferret: sed dolores infert: ablutio uero inquitatos sine dolore emundat: idcirco prioris populo in timore seruienti, & sub lege laboranti, circumcisio ad emundationem data est: nouo autem populo in gratia per caritatem ambulanti, ablutio. Videtur ergo prima illa sacramenta quae sub naturali lege praecesserunt, quasi quaedam umbra ueritatis: illa uero quae postea sub scripta lege sequuta sunt, quasi quaedam imago uel figura ueritatis: ista autem quae sub gratia nouissime consequuntur non iam umbra uel imago, sed corpus ueritatis. In quibus salutis effectus: quoniam & perfecte eatur & euidenter ostenditur: quasi spiritus in corpore uiuere: exteriori motione proditur: sic in eis inuisibilis gratiae uita clarissime demonstratur. Prima ergo sacramenta umbra fuerunt: secunda imago: tertia corpus: post quae quarto loco sequitur ueritas

spiritus. Haec in praesenti, de sacramentis naturalis legis dicta sufficere putamus: quae tunc quidem sicut superius iam commemoratum est, ita fidei iustificanti iuncta fuisse credimus: ut in eis esset exercitatio deuotionis, non necessitas obtinenda salutis. Sola enim fide ex dilectione operante, illi tunc iustificabantur, qui per gratiam ad participationem futurae redemptionis seruabantur. Sed quia de primis illis sacramentis quibus deuotio fidelium tunc exercebatur, iam quaedam pro tempore diximus: etiam de operibus aliqua dicenda putamus.

De tribus generibus operum. Cap. VII.

Ria sunt genera operum: quaedam ita bona sunt, ut nunquam licite praeteriri possint: quaedam ita mala, ut nunquam licite possint committi: quaedam autem media sunt, quae pro tempore & loco agi possunt & praetermitti. Sola illa igitur quae sic se habent ut nunquam licite fieri possint, lex naturalis prohibuit: illa uero quae nunquam licite possunt praetermitti: sola praecipit: media omnia ad utrumlibet relinquens. De prohibendis unum praecipuum in corde hominis scripsit. Quod tibi non vis fieri, alii non feceris. De praecipendis similiter unum. Quaecumque uultis ut uobis faciant homines: & uos similiter facite illis: ut uidelicet homo ex sui consideratione disceret qualem se ex proximo exhibere deberet. Sed postea cum lex subintraret & disciplinam uiuendi arctiorem proponeret: ex his quae media fuerant, quaedam excepit: alia per praecipitionem, alia per prohibitionem in alteram partem flexit: ut quemadmodum primo homini in paradiso deus de concessione naturali unam pro praecipito disciplinae prohibitionem exceperat: ita modo filiis eius non in uera ueritate stantibus, sed per varios errores dissipatis: non unum de concessione naturali praecipuum disciplinae quasi probandis, sed quasi corrigendis & reparandis multa formaret: ut quanto magis se in medijs temperare discerent, tanto leuius in concessa cauere ualere. Illic multa concessa, pauca sunt prohibita: hic multa pro-

hibita, pauca concessa. Illic dictum est homini, ut de ligno scientiae boni & mali non comederet: non quia lignum malum erat, sed quia obcedentia probanda erat. Hic dictum est, ut carnem cum sanguine non comederent, ut discerent horrere crudelitatem: carnem porcinam non ederent, ut detestarentur immunditiam: in boue & asino non ararent, ut praedicationi noxiam agnoscerent, pigritiam & stultitiam: & cetera similia, quae omnia mala erant. Illa uero quae sub lege naturali in duobus praecipis clausa fuerant: per scriptam legem postea septem illis, quae in secunda tabula posita sunt praecipis explicata sunt, & distincta: ex quibus primum erat, Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene sit tibi, & sis longaeuus super terram. Secundum, non occides. Tertium, non moechaberis. Quartum, non furtum facies. Quintum, non falsum testimonium dices. Sextum, non concupisces uxorem proximi tui. Septimum, non concupisces rem proximi tui. In quibus & hoc non negligenter praeterendum est: quod ex his septem unum solummodo secundum praecipitionem datum est: sex reliqua secundum prohibitionem. Primum namque peccatum hominis fuit inobedientia: & idcirco uita ista quae homini ad poenitentiam conceditur, tota obcedentia deputatur. Quia igitur homo in malis agendis ex propria concupiscentia in diuersa distrahitur: in bonis agendis sola obcedentia regula gubernatur. Ideo in malis cauendis quae habet ex semetipso, & per semetipsum facere potest, erat sigillatim instruendus: ad bona uero agenda ad obcedentiam solummodo reuocandus, ut ibi per sententiam alius salubrius disceret quod in se agere debuisset. Cum enim iubetur homo patri & matri honorem deferre: non hoc ad carnales parentes solum referendum est: sed potius hoc ei praecipitur, ut qui deum aliquando in praecipis suis contempsit, nunc propter deum homini superiori obcedentiam atque honorem exhibere non dedignetur.

Explicita est pars undecima De sacramentis fidei.

INCIPIT

duodecima pars de lege scripta.

Ca.I. De vnione populi fidelis.

X



Rimus status ab Adam vsq̄ ad Abraham magis proprie determinatur. Quis enim per Moysen lex scripta data sit: ante Moysen tamen obseruantia legalis in circūc

sione exordiu sumpsit. Primū illud seculum sub lege naturali, quasi in cōfusione quadam transierat: & qui in eo fideles extiterāt. quasi pauca quedā grana ī humano gēne dispersa, & ab inuicē discreta, sola intus fide vnita fuerant. Vt ergo ad in-terio-rem vnitate cōmendādam exterior cōderetur: & esset in manifesto forma fidei: ad quā ex dispersione sua qui vocādi fuerant inuitarētur: propositus est vnus ad quem: in vno perficiēdo qui assumēdi postea fuerāt. oēs colligeretur. Vocatus est Abraham vnus ex multis: vnitas principiu vnionis: vt ad sinū illius colligerētur, quicūq̄ post illū fide illi & deuotione iungerentur. Vocatus est ergo vt exiret de terra sua, & recederet ab illis quibus vnitus fuerat: nec cōiungeretur illis ad quos ibat. Et data est illi forma quam transmitteret ad omnes ex ipso nascituros: & oēs in ipsa vna forma vnum futuros: vt cum fidelium numer⁹ augetur: vnitas tamen fidei nō multiplicaretur: vt primū in illius forma vnum essent, qui ex ipso nascerentur: postea & vnum fierent qui in eadem fide ipsi sociarentur. Ex tūc ergo vnitas populi dei incēpit, & vnitas conuersationis fidelis: quæ primū signata est per sacramētum circūcisionis postea signanda per sacramētum baptis-
 matis. Primum signaculū in carne sub quo vniendi erant, qui in carne vnum erant. Propterea circūcisio data non erat nisi semini Abraham: vt in carne signaretur qui in carne vnirentur. Postq̄ autem ad hanc vnitatem accesserunt qui scdm carnis generationem ex ipso non fuerunt: positum est signaculum vnionis extra substantiam

carnis: quia spiritu & fide vnū facti sunt, qui vnum carne non fuerunt.

Ca.II. De circūcisione.

Ca.II.



Andauit itaq̄ de Abraham vt circūcideret pellem præputii sui: ipsi in signum, posteris in exemplum: tū ad priorē statum superaddens: quatinus per hoc signaculū populus dei ab infidelibus discerneret: quousq̄ ille veniret qui nō solū de filiis Abraham, sed de vniuersis gētib⁹ fideles colligeret: ac per hoc sicut dictū est nō iam per signaculū carnis in genere, sed per signaculū baptis-
 matis discernentur in sanctificatione. Sane quicūq̄ interim nō de semine Abraham fideles extiterunt: huic præceptioni subiecti nō fuerunt. Neq̄ circūcisionis: quæ soli semini Abraham indicta fuerat. Suscipiendē debito tenebatur: sed fide operante per dilectionem: sicut & prius sub lege naturali priusq̄ circūcisio instituta fuisse: qui iusti fuerant sine circūcisione saluabantur. Modus autē circūcisionis talis erat. Præceptū fuit, vt puer masculus octauo die a natiuitate sua circūcideretur in carne præputii sui. Et sunt qui adēdum putant cultello de petra factū: qd̄ tamen nulla alia autoritate probāt, nisi qd̄ Sephora vxor Moysi territa ab angelo, acutam petram sumpsisse legitur: & ea præputiū filii sui circūcidisse. Et Iosue in terrā promissionis ingressurus secūdo in populo Israel circūcisionis sacramētū, cultus petrinis innouasse memoratur. Sed illud in altero quidem ob festinationē magis & trepidationem: in altero vero ob tyrum & significationē veri Iesu, q̄ per consuetudinem factum, non inconuenienter existimatur. Vt ostēderetur igitur sacramētum circūcisionis, non quemadmodum priora sacramenta ad voluntatem propositum, sed ex necessitate exequendum, præceptum cōminatione firmatur cum dicitur. Masculus, cuius præputiū caro circūcisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo. Causa quoq̄ subinfertur, cum dicitur: quia pactum meum in ritum fecit. Si ergo per pactum Dei in ritum factum præuarcationem primorum parentum intelligimus, cum in cir-

cūcisus ob præuarcationē pacti periturus dicitur manifeste dat̄ intelligi sacramētum circūcisionis ad hoc institutum vt per ipsum homo a debito primæ præuarcationis liberaretur. Idem enim salutaris curationis auxilium circūcisio cōtra originale peccatum in lege cooperabatur quod nunc baptis-
 mus, excepto qd̄ regni cęlestis ianuā primi patres intrare non poterant: propter qd̄ necessaria fuit mors Christi, quæ aditum vitæ pateface-
 ret. Tres sane sunt circūcisiones. Vna in carne tū exterius, quæ sacramētum est. Duæ aliæ sunt quæ sunt res: & virt⁹ sacramēti. Altera quæ sit in præsentī, quæ do anima per depositionē iniquitatis circūciditur: altera quæ in futuro fiet: quādo per depositionem corruptionis corp⁹ circūcideretur. Prima igitur est in carne: secūda in mente: tertia in corpore. Octonari⁹ vero in sacra scriptura aliquando temp⁹ resurrectionis significat qd̄ post præsentem: quæ septem dieb⁹ currit vitam sequitur: aliquando tempus gratiæ, in quo quasi post sabbatū legis: æterna bona seruientibus deo promittuntur. Merito igitur prima illa circūcisio quæ sacramētum erat illarum duarum: iussa est fieri octauo die vt ostēderetur qd̄ in tempore gratiæ: corda circūcicenda erant: per emundationem iniquitatis: & in tempore resurrectionis corpora, per depositionē corruptionis. Propterea autē solis masculis data est circūcisio carnis: quia sacra scriptura per masculinum sexum animā, per muliebrem vero carnē significare solet: vt videlicet ostenderetur, qd̄ illa exterior circūcisio animabus sanctificationē contulit: sed carnī nō abstulit corruptio-
 nem. Cultellus de petra factus: Christum significat. De quo dicit apostolus: Petra autem erat Christus: de quo scriptū est. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. In carne præputiū iussa est fieri, quia ad remedium data est contra originale peccatum: qd̄ a parentibus contraximus, per illud membrum propagatū. Porro scēminā in populo circūcisionis sola fide saluabantur, sacrificiis & oblationibus, aliisq̄ legis ceremoniis purificata: ipsam quoq̄ circūcisionē fide suscipientes: & in eis qui carnem illā susceperūt, venerādo par-

ticipantes. Masculi qui morte præuenti ad octauā diem peruenire non potuerūt: & ob hoc sine circūcisionis sacramēto ab hac vita recesserunt: sola fide parētū cū oblationibus & sacrificiis interuenientibus non improbabiler saluati existimantur, pro eo qd̄ præceptū circūcisionis non nisi masculis ad octauū diem venientibus indictū esse videtur, ac per hoc præuarcationis reos nō fuisse: qui contēpto res præcepti non fuerant: quod datū non fuerat nisi peruenientibus ad diem octauum. Præcipue ne miserabilior hic sexus appareat: & ei etiam præiudicetur in illo a quo alter sexus absolutus omnino fuisse comprobatur. Sed merito queritur, an si qui diem octauum negligentia siue cōtemptu parentum, sine sacramento circūcisionis transferunt: postmodum eodē sacramento percepto salutis effectum consecuti sunt: cum præceptum diuinū hoc sacramētum nō nisi die octauo celebrā-
 dum indixerit. Et potest fortassis non irrationabiliter credi: qd̄ sicut de gentibus ad ritum legis venientes, hoc sacramētum qualibet ætate ad salutem perceperunt: ita etiam si qui sub lege tēpore suo hoc nō perceperunt: ad salutem tamē & remedium eis operatum sit: si illud modum suscipiendo priorem negligentiam correxerunt. Sic igitur circūcisionis sacramētum semini Abraham sanctificādo & signando pariter datum est: sanctificādo, vt iustificaretur: signādo, vt a ceteris gentibus discerneret: quatin⁹ singularis maneret: & discreta generatio de qua Christus nasceretur. Vnde consequenter colligitur pbabile esse illi semini Abraham circūcisionē ex præcepto indictā: de qua Christ⁹ nascitur⁹ erat: vt videlicet post Abraham Ysaac: post Ysaac Iacob: ac deinde duodecim tribus quæ de ipso Iacob exortæ sunt. Nā & Iob scdm quosdā de Esau stirpe fuisse creditur: qui tamen circūcisus fuisse non legitur.

De preparatione legis. Cap.III.



Sacramētum circūcisionis ante legis lationem datum est: & per ipsum quædam preparatio ad suscipiendam legem facta est. Quemadmodū

enim nunc in nouo testamēto, primū ho-
mo vnda baptismatis ablutus, signum &
nomen professionis suae accipit: ac deinde
numero fidelium associatus, & praeceptis
diuinis instructus ad complendam p̄fessionem
suam accedit: sic antiquus ille po-
pulus primum quidem per circumcisionē
signatus est: postea per legem informat⁹.

De sacramentis legis scriptae.

Caput. III.



Ex scripta tria continent.
Præcepta, sacramenta,
promissa. In præceptis
est meritum: in promissis
est præmium: in sacramētis
est adiutoriū.

Per præcepta eundem fuerat ad promissam.
Sed quia homo per se infirm⁹ erat: ven-
nerunt sacramēta media, inter præcepta
& promissa: quæ illum adiuuarent, & ad
præcepta perficienda, & ad promissa obri-
nenda. Sub lege naturali pauca erant sa-
cramenta: sub lege scripta vtrāq; multi-
plicata sunt: & præcepta scilicet & sacra-
menta. Nam cum primum medicus de⁹
ad hominem ægrotum curandum acces-
sisset: totum occupauerat morbus, quem
totum reliquerat salus. Et apposuit in
corpore generis humani in primis pau-
ca antidota: & paucis mēbris, id est pau-
cis personis: vt paulatim morbus defice-
ret, & salus cresceret. Postea sub lege scri-
pta, remedia plura contulit, & plures re-
parauit. Duo præcepta fuerunt sub lege
naturalis & tria sacramenta. Duo præcep-
ta, quod tibi nō vis fieri: alii ne feceris.
Et quæcūq; vultis vt vobis faciāt homi-
nes: eadem & vos facite illis. Tria sacra-
menta: decimæ, oblationes, & sacrificia.
Decimæ in portionibus, oblationes in re-
bus, sacrificia in animalib⁹. Sub lege scri-
pta multa fuerunt præcepta, & multa sa-
cramenta. Præcepta enim legis scriptæ,
alia fuerunt mobilia, alia immobilia. Mo-
bilia sunt quæ ex dispensatione ad tem-
pus sunt ordinata, immobilia sunt quæ
a natura veniunt: & vel ita mala sunt, vt
nullo tempore sine culpa fieri possint, vel
ita bona, vt nullo tēpore possint sine cul-
pa dimitti.

De immobilibus præceptis.

Caput. V.



Mobilia ergo sola D
lex naturalis habuit
duob⁹ præceptis cō-
prehensa. In vno bo-
na præcipiendo: in al-
tero mala prohibē-
do. Hæc vero duo præ-
cepta naturalis legis per legem scriptam
lati⁹ explicata sunt & distincta: per septē
illa præcepta quæ secunda tabula cōtine-
bat. In quibus ostenditur qualem se ex-
hibere debeat homo erga proximū: quæ
admodum in tribus præcedētib⁹ demō-
stratur, qualem se exhibere debeat homo
erga deum. Vnde & prima tabula dicta
est, quia excellentiora continet manda-
ta: quæ pertinent ad dilectionem dei. Sec-
unda autem quia inferiora & proxima.
post hæc præcepta continet quæ pertinet
ad dilectionem proximī. Vel prima tabu-
la dicitur, quia in ea continentur præcep-
ta quæ insinuant fidem: secūda quia in
ea continentur præcepta quæ instruunt
ad bonam operationem. In prima tabula
tria sunt præcepta, quia quæ fide credi-
tur trinitas: est deus. In secunda tabula
septem sunt præcepta: quia in presenti vi-
ta (quæ septem tm̄ dierum circulo volui-
tur) officia humanitatis proximo exhiben-
tur. Tria vero & septem, denariū cō-
plent: quia perfectum facit fides recta, &
operatio bona. Primum præceptum pri-
mæ tabule ad deum patrem pertinet: si-
cut præceptum secundæ tabule
ad hominem patrem: vt vtrinq; pater-
nitas principii authoritate honoretur.
In prima tabula præceptio est & prohibi-
bitio, similiter in secunda: vt vtrūq; ius-
deas & facere qd̄ debes: & cauere qd̄ nō
debes. In altero nāq; si offēdis: delictum
est. In altero vero si offēdis: peccatū est.
Facere enim non faciēda, peccatum est:
faciēda autem non facere, delictum.

De tribus præceptis primæ tabule.

Caput. VI.



Vdi Israel: de⁹ tuus de⁹
vnus est: ipsum adora-
bis, & illi soli seruias.
Non hoc totum de præ-
cepto est quod dicitur:
quia ante præceptum p̄
admonitionem ad obœdientiam audito

ris anim⁹ preparat. Audi Israel. Hic nota
ta obœdientiam: deus tuus, hic nota gra-
tiam: deus vnus est: hic nota doctrinam,
quasi diceretur obœdientiam exhibe, gra-
tiam intellige, veritatem agnosce. Quod
audis, hoc est obœdientia quam exigeris:
q̄ deus tuus, est gratia qua peruenieris:
q̄ deus vnus: veritas qua illuminaris, &
perficeris. Deum tuum audi qui tibi mi-
sericordiam iam exhibuit: & necdum ta-
men a te seruitiū accepit: vt scias ab ipso
esse vtrūq; scilicet q̄ a te exigit opus vir-
tutis: & q̄ tibi p̄mittit præmium retribu-
tionis. Audi israel, hoc est ausculta &
acquiesce. Omnis enim virt⁹ ab obœdientia
incipit: quemadmodum omne vitium
ab inobœdientia p̄cedit. Frustra nāq; vel
inobœdienti gratia, vel cōtumaci doctri-
na, vel non intelligenti præceptum dare-
tur. Idcirco primum dicit audi israel: vt
fide obœdiens: deus tuus, vt deuot⁹ exi-
stas: deus vn⁹ est, vt veritatem agnoscas.
Deinde sequitur præceptum. Ipsum ad o-
rabis: hoc pertinet ad fidem, & ei soli ser-
uias: hoc pertinet ad operationem. Fides
enim operans ex dilectione perfectum fa-
cit: quia nec opus sine fide, nec fides cui
tempus suppetit accepta est sine opere.
Propterea adora recte credendo: serui be-
ne operādo. Quæri autē potest an id qd̄
dixit: ei soli ad vtrūq; referendum sit: vt
dicatur ipsum solum adorabis: & ei soli
seruias. Sed hoc quomodo stare poterit,
quia sape in veteri testamēto, sanctos vi-
ros non solum angelos adorasse, sed etiā
homines legimus: nec tamen propterea
alicubi reprehensos inuenimus: Et in no-
uo etiam apostolus fideles ad seruendū
superioribus & prælatis summopere ex-
hortatur. Sciendum ergo est q̄ alio mo-
do homines, alio modo deus adorari præ-
cipitur. Vsu nāq; veteri superiores quiq;
ad inferioribus adorari dicebatur: quan-
do eis siue incuruatione genuū, siue ca-
pitis inclinatione ab his reuerentia exhi-
bebatur. Deum autem adorare, est ei to-
tam mētem per humilitatem ac deuotio-
nem subternere: & ipsum principium ac
finem omnis boni credere. Quod ei soli
nos debere nemo est sanē mentis qui am-
bigat. Vnde ipse quoq; per prophetā de
se testatur dicens, Honorem meum altē-

ri non dabo: & gloriam meam sculptili-
bus. De seruitute vero ad ipsum compo-
tenter intelligi potest: quia nimirum oīs
ille rectissime soli deo seruire dicitur: qui
& secundum deum homini superiori hu-
militer se subicit: & vbi causa dei impu-
gnatur, fideliter contradicit. Qui cauet
sollicite ne in sua seruitute vel per timo-
rem hominis contra deum quid faciat,
vel terrena retributionis lucrum in in-
teritō, cœlesti præmio anteponat. Sed in
græco manifestior sententia expressa est.
Græca nāq; locutio diuinam seruitutem
ab humana proprio vocabulo distinguit:
quod latinitas non habet. Ibi em̄ dei ser-
uitus latra: & humana dulia vocatur.
Et ob hoc idololatræ vocati sunt: qui eā
seruitutem quam deo debuerunt idolis
exhibebant. Sed latina lingua vtrāq; sub
eodem nomine seruitutem comprehen-
dit, & propterea obscurior significatio fa-
cta est cum dicitur. Ei soli seruias: quod
in græco ambiguum non est. Sed cū præ-
ceptum ad patrē pertineat: quare dictū
est: ei soli seruias: quasi etiam filio & spi-
ritui sancto seruendum non sit? Sed qd̄
dictum est soli non excludit cōmunionē
filii & spiritus sancti: sed quicquid deus
non est. Pater autem & filius & spiritus
sanctus vnus deus est, ipse solus adoran-
dus est: eiq; soli & non alteri seruēdum
est: ea videlicet seruitute quæ ei soli debi-
ta est. Nam & in euangelio: cum dicitur
Nemo nouit patrem nisi filius, non utiq;
spiritus sanctus a patris cognitiōe exclu-
ditur: cum ipse etiam profunda dei teste
apostolo, scrutetur. Sed est eiusmodi lo-
quendi gen⁹: vt dicatur nemo, nisi ille vi-
delicet qui non est, hoc qd̄ ille. Et his pro-
breuitate transcuris ad consequens mā-
datum discutiendum transeamus quod
tale est. Non assumas nomen dei tui in
vanum. Hoc ad simplicem literæ sensum
taliter intelligi debet: vt nomen dei ho-
mo in vanum non assumat, id est vel ad-
mendaciū affirmādum, vel ad idolum
venerandum: scilicet vt neq; idola nomi-
ne diuino honoret: neq; falsitati nomen
diuinum associet. Mystice autem nomen
dei assumere in vanum: eū filium dei vi-
sibilem per humanitatem factum, crea-
turam existimare. In vanum quippe no-

Questio

H

men dei assumit: qui filium dei æternum ex tempore cepisse credit. Nomen siquidem patris filius dicitur: quia in filio, & per filium pater inuisibilis manifestatur: non solum quando mundus per ipsum factus est: verum etiam quando per ipsum homo est redemptus. Sane, qui filium dei hominem factum constituentur: nequaquam in vanum nomen dei assumunt: quia quem creant hominem per id quod assumpsit ex tempore: verum deum agnoscunt, per id quod fuit ex æternitate. Potest adhuc aliter intelligi quod dictum est: Non assumes nomen dei tui in vanum. In vanum namque nomen dei assumunt: qui filium dei ad se missum, & pro sua salute incarnatum continent. Quid est ergo dicere ne assumes nomen dei tui in vanum: nisi sicut veneraris & adoras eum, propter hoc quod ab eo factus es: sic adora & venerare, propter hoc quod ab eo es redemptus: quia non minus tibi contulit cum redemit, quam cum creauit. Ad eundem spectat sensum: quod ipse filius in euangelio discipulis: & per discipulos omnibus in se credentibus dicit. Creditis in deum & in me credite. Modesta quidem ut decuit pius nos admonens inuentione: ut intelligamus eum non solum adorandum a nobis in sua diuinitate qua condidit: sed in humanitate etiam qua redemit. **T**ertium præceptum est Obserua sabbatum. Quatuor sabbata commemorare videtur scriptura. Primum illud in quo deus perfectis operibus suis requiescit dicitur. Secundum illud quod filiis israel carnaliter custodiendum mandatur. Tertium illud quod populo dei seruandum præcipitur. Quartum illud quod in promissione sabbati pro sabbato suis deus dilectoribus pollicetur. Duo igitur sunt sabbata exteriora. Vnum dei: & vnum hominis: & duo interius vnum dei, & vnum hominis. Sabbatum dei quo exteriori opere cessare dicitur, sacramentum est illius interioris sabbati eius: in quo ipse æterna immortalisque æternitas inconcussa beatitudine perfruens: nullo vnquam labore fatigatur. Sabbatum hominis quod ei visibiliter exteriori seruandum præcipitur: sacramentum est interioris sabbati: ubi mens sancta per bonam conscientiam a seruitute peccati quiescens: in gaudio spiri-

tus sancti iocundatur. Hoc sabbatum quod quis in presenti vita seruauerit: ut nullis consentiat malis: perueniet in futura vita: ad illud æternum dei sabbatum, ubi nulla sentiet mala. Sicut dictum est. Et erit sabbatum pro sabbato: mensis pro mense. Illud itaque præceptum specialiter ad spiritum sancti personam referri videtur, cum dicitur. Obserua sabbatum: ut videlicet in presenti eum suscipiamus: & custodiamus intra nos in gaudium bonæ conscientiam, quatinus eum in futuro suscipere & possidere mereamur: in gaudium vite. Hæc igitur sunt præcepta tria primæ tabulæ. In quibus præcipitur dilectio dei commendatur: & tota trinitas vnus deus æqualiter adoranda & colenda præcipitur.

De septem aliis præceptis quæ sunt secundæ tabulæ. Caput. VII.



Septem alia, secunda tabula continebat: quæ hominem ad dilectionem proximi instituunt: & propterea septenario distinguuntur, quia in presenti vita tantum quæ septem diebus voluitur: nostra caritas pietatis operibus exercetur erga proximum: postea consummatis operibus & finitis laboribus, per contemplationem pariter cum proximo beatificanda in deum. Amor igitur proximi & temporalis est quantum pertinet ad exhibitionem operis: & æternus quantum pertinet ad effectum dilectionis. Primum præceptum secundæ tabulæ ad patrem pertinet hominem: sicut primum primæ tabulæ ad patrem deum. Vtrobique paternitas præponitur: utrobique principii dignitate honoratur: quia secundum quædam modum: sic habemus principium nascendi per generationem a patre homine, sicut principium existendi per conditionem accepimus a deo patre: & paternitas hominis sacramentum est & imago diuinæ paternitatis: ut discat cor humanum in eo principio quod videt, quid debeat illi principio a quo est, & quod non videt. Sic ergo est dictum. Honora patrem tuum & matrem tuam: ut bene sit tibi: & sis longeuus super terram. Sicut superius dictum est in primo præcepto primæ tabulæ: ita & hoc non totum ad præceptionem pertinet

net quod propositum: sed ibi quod præter præceptum erat præmissum est: hic subiunctum est. Audi israel: deus vnus est. Hoc totum ante præceptum præmittitur: ipsum præceptum postea subiungitur cum dicitur. Ipsum adorabis: & ipsi soli seruias. Hic præceptum præcedit: Honora patrem tuum & matrem tuam: deinde subiungitur, ut bene tibi sit: & sis longeuus super terram. Quid est ergo, quod ibi ante præceptum causa præcepti præmittitur: hic post præceptum subiungitur: nisi quia deus diligendus est propter seipsum: & homo propter deum? Nam & amor parentum, si ad solam carnem respicit: spirituale præmium non acquirit. Ex deo igitur in nobis prius est, propter quod postea diligendus est a nobis: quia eius gratia: nostra dilectio præuenitur: & nostra dilectio per eius gratiam excitata sublequitur. In patribus autem carnis nostræ si ad id solū beneficiū nostra dilectio reditur: quo carnaliter ab his nostrum meritum puenitur: quia ultra carnis affectum, & supra carnis intuitum non proficit, ad perfectionem præmii spiritualis non pertinet. Ergo propter vitam æternitatis, diligendus est auctor vite temporalis. ut scilicet hoc diligatur: quia hanc ab illo, immo pro illius, vitam accipimus: sed quia per hanc ad illam vitam intraturi sumus. Bene ergo cum dictum esset. Honora patrem & matrem: subiuncta est causa: ut bene tibi sit: & sis longeuus super terram. scilicet viuendum: quia hoc diligere debemus in auctore vite: huius quod ab illo per hanc vitam ad futuram vitam initiati sumus. Et pulchre honorari principium suum, longeuitas promittitur: quia deo per dilectionem adherentes æternitatem promerent. Sane quantum spectat ad sensum literæ, duobus modis pariter nostros honorare debemus, & obediendo eis videlicet in omnibus (exceptis his in quibus dilectio dei præceditur) & eos quantum facultas nostra suppetit, adiuuando. Sed & de patribus spiritualibus, id est prælatiis nisi id ipsum intelligere nihil impedit: quibus obediendum debemus quantum nostra habet possibilitas: & auxilium immo seruitium: quantum suppetit facultas. Secundum præceptum secundæ tabulæ. Non occides. Homicidium fit multis modis, manu, lingua, consensu. Manu fit cum quis alium actualiter vitam priuat, vel in

locum mortis ubi vitam priuat præcipit: ut in carcerem, vel alium quemlibet talem locum. Lingua fit duobus modis, id est præcipiendo vel suggerendo. Iudaï quippe Christum occiderunt: dum ut occideretur, iudici suggererunt. Consensu fit duobus modis fit homicidium, vel dum mortem alterius desideramus & cupimus: vel si dum est a morte liberare possumus, vitam eius negligimus: id est ad futurum non impendimus. Tertium præceptum secundæ tabulæ est. Non moechaberis, id est non fornicaberis. Fornicatio est omnis illicitus concubitus: & est duplex fornicatio. Animæ. Vnde propheta. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Corporis: de qua hic agitur. Hoc enim præceptum & quædam alia: sub veteri lege tantum inchoata sunt. non plene, sed ex parte data, propter infirmitatem auditoris: quæ postea adueniente gratia consummata sunt. Lex enim dicit. Non moechaberis: corporalem tantum moechiam prohibens. Christus dicit. Quicumque viderit mulierem ad concupiscendam eam: iam moechatus est eam in corde suo: omnem illicitam concupiscentiam tantum animæ quæ corporis contradicens. Quartum præceptum est. Non furtum facies. Furtum accipitur in hoc loco pro qualibet illicita usurpatione rei alienæ, siue occulta siue manifesta. Qui enim furtum prohibuit: rapinam non concessit: cum sit maius peccatum (ut testantur sancti) aperte & violenter rapere: quam occulte subtrahere: quia maius odium & ira excitat. Sub furto etiam comprehenditur usura. Quintum præceptum secundæ tabulæ. Non falsum testimonium dices. Ut ergo melius liqueat: quid sit falsum testimonium, alius incipere dicit, id est mendacium. Aliud non est simplex mendacium in falso testimonio: aliud in periurio: aliud in voto, dum aliquis voverit quod non soluit. De quibus omnibus dicendum est. Primum autem de simplici mendacio: quia propter ponenda est descriptio mendacii. Quidam mendacium sic diffiniendum volunt. Mendacium est falsa significatio cum voluntate fallendi: vel quæ plentialiter adest, vel postea aduenit. Nam si quis aliter promittens se aliquid daturum, habet voluntatem dandi cum promitteret, postea vero mutata voluntate dare nolit: mendacium

esset, non quia in promissione cor duplex fuit: sed quia qui promittit postea cor duplicauit. Sic ergo intelligi potest quod dictum est. Mendacium est significatio falsa, id est oratio vel locutio per quam ille qui loquitur auditori falsum significare intendit, & putat. Nam etsi ita sit ut dicitur, mentitur tamen ille qui loquitur cum opinione & intentione fallēdi. Iocosa mendacia, & ironiæ, & parabola, mendacia non sunt: alioquin sancti reprehensibiles inueniretur, quia in parabolis & ironiis multa locuti sunt. Sed ipse Christus in parabolis loquebatur ad ipsas turbas, quas utique in sermone suo non assumpsisset: si uolumus in eis mendacium cōstare. Hoc tamen interest quod iocosa mendacia & si falsitatis reatum non incidunt leuitatis tamen culpam non euadunt. Est adhuc aliud genus mendacii: cum aliquis quasi humilitatis causa mentiri uideatur: ut pote cum se peccatorem dicit: & tamen non ita sentit ut dicit, de quo uerissime dictum est: quia cum causa humilitatis quis mentitur, si antequam mentiretur peccator non erat: mentiendo efficitur quod non erat, quia qui peccatorem se dicit: & non ita credit, ueritas in eo non est. Est aliud genus mendacii cum pro salute vel uita alterius conseruanda aliquis mentitur: quod & ipsum nullo modo approbandum est. Male enim mentiendo uitam seruat in alterius corpore: qui per mendacium ueritatem extinguit in suo corde. Potest tamen in huiusmodi aliquando ueritas sine culpa celari, quando causa salutis nostrae siue utilitatis alienae ratio exposcit. Longe, namque aliud est, quod uerum est tacere: atque aliud quod falsum est asserere. Ipsa enim ueritas dicitur. Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo: quod utique non dixisset: si ueritatem tacere semper culpa esset.

S Falsum testimonium est cum quis alterius mendacium de ueritate testimonium perhibet: qui non solum mentiendo reus efficitur, sed quia etiam ipsum mendacium contra ueritatem patrocinari conatur: quod quidem si sciens fecerit dānabilis omnino malitia est: si autem ignorans: reprehensibilis negligentia. Non omne iuramentum malum est: & tamen omne iuramentum teste ueritate a malo est. Qui

enim uerum iurat pro necessitate proximi, aut pro utilitate: cui scilicet is cui iuratur aut credere non potest propter ignorantiam: aut credere recusat propter malitiam: huiusmodi iuramentum malum quidem non est illi qui iurat: quia ex necessitate contestatur ueritati: & tamen a malo est illius cui iurat: hoc est vel ex infirmitate si credere aliter non potest: vel si credere contemnit, ex peruersitate. Qui autem sine causa iurat: etiam si uerum iurat: non sine culpa est: aut quia pro leuitate arguitur, aut pro contumacia cōdenatur. Qui malum se facturum iurat: peccat. In quantum melius esset iuramentum frangere, quam adimplere: ita quidem ut & malum cauere, quod iurauit: & nihilominus culpam agnoscat, in eo quod male iurauit. Per iuramentum est mendacium sacrosancta attestazione inducta: confirmatum. Qui enim falsum iurauerat vel periurauerat: in quo primum malum est culpa mendacii: cum id quod falsum est dicitur. Secundum autem quod ad tuendam falsitatem testimonium ueritatis irreuerenter usurpatur. Qui uiderit alium falsum iurare uolentem, particeps peccati efficitur si cōsentit: & si non quatenus potest salua ueritate ne malum perficiatur contradicendo & admonendo obsistit. Hic autem considerandum est quod peccatum fratris cum probare non possumus, publicare non debemus: ne forte uideamur nolle proximum nostrum corrigere, sed magis infamare. Propterea admonitio peccantibus adhibenda est ubi negantibus testimonium cōuincens adduci non potest. Votum est uoluntaria sponsio animi. Quisquis deo uotum uouet, reddere debet uotum: iuxta illud prophetae. Uouete & reddite domino. Dicit autem scriptura. Vota stultorum frangenda sunt. Vnde uota stultorum intelligimus omnia quae uel mala sunt, uel si bona sunt ordinata tamen non sunt: & maius malum est quod est ex eis: quod bonum quod est in eis. Verbi gratia. Si mulier nolente uiro aut uir nolente muliere uoueret continentiam, aut subiectum sine consilio & licentia prelati sui inordinatam proponeret abstinentiam: huiusmodi uota quae manifeste stulta essent: tenenda omnino non essent. Qui bonum, quodcumque uouet si postea illud aut implere non potuerit, aut pro maiori bono perficendo imple-

re noluerit: poterit secundum licentiam eorum quibus dispensatio in eum credita est, uotum eius aut laxari aut mutari: ita ut in eius arbitrio non constet uel hoc dimittere quod faciendum uouit: uel aliud pro eo facere, etiam si maius est quod non uouit. Sextum praeceptum quod & nonum est. Non concupisces uxorem proximi tui. Septimum praeceptum quod & decimum est. Non concupisces rem proximi tui. Hic opponendum uidetur contra hoc quod superius dictum est in eo praecepto quod superius datum est de fornicatione cauenda. Non moechaberis: moechiam tamen corporalem esse prohibitam: Postea uero per id quod Christus in euangelio dicit. Quicumque uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est in corde suo: omnem tam corporalem quam spiritualem moechiam esse interdictam. Quomodo enim euangelium suppleuit quod lex scripta prius, minus habuit: cum id ipsum quod euangelium adiecit creditur: in lege scriptum prius inueniatur? Qui enim dixit, non moechaberis corporalem moechiam prohibens: postea dixit. Non concupisces: spiritualement moechiam omnino cauendam esse ostendens. Quid ergo noua lex suppleuit, quod uetus minus habuit? Lex corporalem moechiam prohibuit: concupiscenciam prohibuit. Quid amplius habuit euangelium: quod faceret? Sed sciendum est quod uetus lex quis concupiscenciam hominis a re aliena cohibuit: in propria tamen minime temperauit. Quia qui dixit: non concupisces uxorem & rem proximi tui, mulierem & rem omnino concupiscendam non uouit: sed ab aliena tamen appetitu cohibendum demonstrauit. Noua autem lex & in propriis temperatum esse debere edocuit: ut omnem illicitam concupiscenciam excluderet. Potest autem & alio intellectu conuenienter dici ueterem legem, per concupiscenciam uxoris siue rei alienae non illam significasse: quae sola uoluntate agitur: sed ambitionem & machinationem quae studio quodam & aduersu ad implendum desiderium & ad obtinendum id quod in desiderio est exterius opere exercetur. Noua autem lex non solum dānauit illicitam concupiscenciam foris in studio operis: sed inter quosque dā-

riabilem esse offendit in desiderio uoluntatis.

De ordine praeceptorum dei. Caput. VIII.



ordinem autem praeceptorum dei sine consideratione transire non oportet. Nam si ordo uiuendi est, est utique & ordo percipiendi. Primum ergo attende quod dicitur tibi: ut adores deum tuum: & seruias illi. hoc est primum praeceptum. In adoratione agnosce fidem in seruitute intellige bonam operationem. Post hoc sequitur secundum praeceptum ut nomen dei tui in uanum non assumes, quatinus uerbum ueritatis in ore tuo sit, propter ueritatem, ut post fidem cordis, sequatur confessio oris. Primum deuotio ad bonam conscientiam: postea exemplum operis, ad bonam famam. Nouissime uerbum praedicationis ad doctrinam. Deinde sequitur tertium praeceptum & dicitur tibi: ut sabbatum obserues: hoc est mentis quietem custodias: ut non perturbabis ex aduersis foris occurrentibus pro ueritate, sed discas esse pacificus, etiam inter eos qui pacem oderunt. Praedices ueritatem: & non omittas caritatem. Haec sunt tria praecepta primae tabulae de iis quae pertinent ad deum. Postea sequitur secunda tabula, de iis quae spectant ad proximum. Primum praeceptum est secundae tabulae in quo tibi praecipitur, ut honores principum tuorum, ut uitam longeuam habere possis: quoniam qui non honorat eum a quo est, dignus est ut non possit id quod est. Secundum praeceptum est. Non occides: Conuenienter sane cui in praecedenti mandato uita longaeuitas promittitur: hic ne alienam uitam extinguat prohibetur, ut hoc ex caritate dei sit: quod principium suum honorans, ad uitam quae finem nescit inhiet: hoc uero ex caritate proximi quod ad uitam alienam finem nullo crudelitatis odio se relaxat. Deinde sequitur tertium praeceptum. Non moechaberis: & quartum, Non fur tu facies. Non moechaberis hoc pertinet ad uitam propriam. Non furtum facies: hoc pertinet ad uitam alienam. Supra enim iustus est homo & sua & alterius uitam

cōseruare: hinc iubetur & suam & alteri? vitam non lædere. Iustum. n. est vt in via vitæ corruptionem caueat: qui in patria vitam incorruptam expectat: & qui iam vitam proximam per apertam violentiam non opprimit: etiam per fraudem occultā in his quæ ad vsum viuendi data sūt ei non noceat: & non solum ipse per se nō noceat: sed neq; nocētib⁹ neq; nocere volentibus, sua auctoritate vel attestatiōe fiduciam aut firmamētum præstare præsumat. Hoc em̄ in sequenti mādato phibetur cum dicitur. Non falsum testimonium dices. Et quia ab opere lēsonis dū se cohibere non potest, qui mentē suā ab intentione & voluntate lædendi non cohibet: sequitur & dicit. Non cōcupisces vxorem proximi tui: nec cōcupisces rem proximi tui. Hæc sunt decem præcepta, quæ primæ perfectiōis viam, & semitam pandunt directionis. Prima enim perfectiō per bonam operationem hominē in seipso dirigit. Secunda per caritatem proximi in latum expādit. Tertia per caritatem dei in altum extollit: quia denarius primæ perfectiōis lineam porrigit. Certe narius secundæ expandit latitudinē. Mil lenarius in altū summā tollit perfectiōnem. Hæc autem in præsentī, de expositione decem præceptorum legis dicta sufficiant.

De mobilibus & superadditis præceptis.
Caput. IX.


A Equitur aliud genus præceptorū quæ mobilia vocantur: quoniam naturalibus mādatis scdm̄ dispensationem ad temp⁹ superaddita sunt: siue per exercitationem: siue pro significatiōe. Pro exercitatione quidem vt plurima essent in quibus erudiendorum obœdientia præbaretur: & deuotio excoleretur. Pro significatiōe autem vt in eis futura veritas signa præpararentur: & per ipsa quæ corporaliter agenda præcipiebantur: quæ spiritualiter agenda vel credenda erant demonstrarentur. Hæc autem omnia de medijs sumpta sunt: hæc est de iis quæ in sua natura: necita bona erant vt inueniabiliter debuissent fieri: nec ita mala vt omnino debuissent ex necessitate vitari.

Omnia enim hæc quæ in huiusmodi mādatis proposita sunt quantum ad suā naturam talia fuerunt: quæ pro arbitrio agentis sine culpa possent fieri: & rursum sine culpa intermitteri. Accedens autē mādatum hoc: quæ per se media erant: & ad vtrūlibet se habebant: siue præcipiendo, siue prohibendo in alteram partē deflectit: ita vt iam ea quæ prohibita sūt siue culpa nō possint fieri: neq; rursum ea quæ præcepta sunt, possint omnino sine culpa dimitti. Quod tamen non naturæ rei facit: sed vis & obœdientia mandati. Prohibuit lex ne caro cū sanguine cōderetur: non quia hoc quantum ad naturā rei malum erat: sed quia malum erat, qd̄ in isto significari debuerat. Quasi em̄ caro cum sanguine editur: quando quis in opere furoris & crudelitatis delectatur. Mandauit etiam eadē lex a carne porcina abstinendum: opera scilicet immunditiæ vitanda significans. Ad hunc modū aliorum quoq; animalium tam volucrum q̄ piscium & eorum quæ in terra versantur quædam ab esu humano exceptit. Et multa alia quæ prima conditio noxia nō fecerat: secunda institutio per dispensationē quasi noxia vitare mandauit. Erant autem quædam alia de his medijs, quæ lex scripta magis per concessionem proposuit: q̄ per præceptionem vel prohibitionem: quæ fortassis per se mala fuissent, si concessa non fuissent. Verbi gratia. Dicit lex vt si quis turpitudinem aliquam in sua vxore inuenisset: & ob id illā odio haberet: scriberet ei libellū repudiij: & sic eam dimitteret: quia videlicet meli⁹ erat vt odio habita secundum voluntatē dimitteretur: q̄ contra voluntatem retenta occideretur. Dicitur etiam in lege. Iuramentum tuum deo offeras & iurabis per deum: non quia videlicet iurare per deum bonum est: sed idcirco imperficiis iuramentum conceditur: vt facili⁹ perituum vitaretur. Simul vt etiam nomen dei venerari discerēt: cum illud frequentius in assertionem & testimonium dīctorum suorum acciperent: & non coggerentur nomina falsorum deorū ad cōfirmanda iuramenta sua assumere, quibus non solum permissum sed præceptū fuerat: ita dūtaxat si causa confirmanda: ve

ritatis expostularer: nomen Domini ad testimonium inuocare. Simile erat & hoc q̄ permissi sunt pro illata iniuria, talionem reddere: ne forte vehementiori furore exardescerent, maiora illatis conarentur mala referre. Multa sunt alia genera præceptorum quæ in lege scripta continentur, decentia quidem ad exteriorem conuersationem, & simul apta ad spiritualem significatiōnem. In his ergo omnibus, illam quam Apostolus posuit discretionem in elementis exordij sermonis dei significatam notamus. Sunt enim tria hæc, elementa, exordia, sermo. In elementis sonus est: sed sensus non est: vnde nec exordium dicitur, quia sensus in eis nō incipit. Dictiones exordia sensu sunt: vnde & dictiones vocantur quasi iam aliquid dicentes: & primæ partes orationis: quia principium intelligentiæ ab eis oritur. In elementis ergo sonus est, & non sensus. In exordio sensus est, sed completus non est. In sermone sensus est: & perfectus. Vide tria hæc i scriptura dei similia. Dixit scriptura. Carnem cum sanguine nō comedetis: hoc est elementum. Subiunxit postea. Non occides: hoc est exordium. Postea compleuit etiam iram prohibēs: hoc est sermo. Item dixit carnem porcīnam non edendam: in hoc fuit elementum. Ad dicit post hoc. Nō mœcharis: in hoc fuit exordium. Nouissime apposuit. Si quis viderit mulierem ad concupiscendam eā: iam mœchar⁹ est in corde suo &c. In hoc fuit sermōis completio. Præcepta igitur ad tēpus, superaddita, elementa fuerunt. Præcepta decalogi, exordia. Præcepta noui testamēti: sermo. Prima ex institutione disciplinæ. Secunda ex veritate naturæ. Tertia ex perfectiōne gratiæ. Præcepta immobilia naturaliter priora sunt. Præcepta mobilia sicut dictum est, significatiōe præcedūt: quia in eis primum bonitas formatur: quæ postea in illis inchoatur: & nouissime per gratiam cōsummat. De præceptis superadditis & mobilibus quædam etiam nunc in tempore gratiæ pro exercitatione retenta sunt: sicut est obseruatia ieiuniorum: & alia quædam quæ cū

superioribus temporibus fuerunt instituta: proinde tamen ad præsentium instructionem sunt reseruata: & ea potissimum quæ ad spirituales studij exercitationem spectāt: tempore gratiæ referuntur: iis quæ ad carnales obseruatias pertinebant abolitis.

Quæ tria sunt genera sacramentorum in lege. Cap. X.




Ftria genera sacramentorum inueniuntur fuisse sub lege scripta: quædam specialiter ad, tertium medium, quædam vero ad obsequiū, quædam ad cultum diuinū. Prima pertinet ad peccatorum remissionem. Secunda ad exercendam deuotionem. Tertia ad colendam pietatem. Prima instituta fuerit quasi ad necessitatem: vt in eis homo sanctificaretur: qualis circuncisio fuit, & hostiæ pro peccato & pro delicto & cetera: quædam quæ specialiter ad emundationem & remissionem instituta fuerunt. Secunda autem quasi ad exercitationem fuerunt proposita: vt in eis deuotio fidelium exerceretur, & meritum augetur: quales fuerunt hostiæ pacificorum, quæ offerebantur a fidelibus ad reconciliandam sibi gratiam diuinam. Tertia instituta fuerunt quasi ad preparationem quædam: vt quasi instrumenta quædam essent ad quæ sacramenta tractanda & sanctificanda: quale fuit atrium & tabernaculum, & omnia vtriusque quæ continebantur in eis: necnō & sacra indumenta ministrantium, & cetera omnia quæ ad exornandum elementum diuinum fuerunt instituta. Item sacramenta alia fuerunt quæ sanctificabantur ad emundationem: alia quæ tractabatur ad deuotionem: tertia quæ exercebatur ad venerationem. Prima necessitatis. Secunda virtutis. Tertia laudationis. Prima suscipiebantur ad sanctificationem. Secunda tractabatur ad deuotionem. Tertia exercebantur ad laudationem. Iterum sacramenta alia erant in rebus quibusdam sanctificatis: alia in sacrificiis, & oblationibus: alia in ministeriis diuinis. Sic res eadē multis modis ad euentiam distingui possunt.

rest. Sacrificium dicebatur, quando de animalibus fiebat immolatio. Oblatio vero aliarum quarlibet rerum vocabatur. Sacrificiorum tria sunt genera. Alia enim sunt holocausta: alia simplicia sacrificia: alia pacifica. Holocaustum vocabatur quod vel ex debito, vel sponte oblatum totum incendebatur. Sacrificium vocabatur quod pro debito institutionis oblatum partim cremabatur partim referuabatur. Pacifica dicebantur quę sponte offerebantur, siue pro gratiarum actione, siue pro præcedentis voti adimplerione, siue pro voluntaria & spontanea deuotione. Holocaustum aliquando fiebat de armentis, aliquando de pecoribus, aliquando de volatilibus. Oblatio aliquando de similia fiebat: quę dicebatur sacrificium crudum: aliquando de cibano, aliquando de sartagine, aliquando de craticula: quod sacrificium coctum vocabatur. Sacrificia alia pro peccato erant: alia pro delicto: Pro peccato quidem, vt peccatum expiaretur: pro delicto, vt expiaretur delictum. Peccatum est quando fit quod fieri non debet. Delictum est quando non fit quod fieri debet. Et in his quidem omnibus sacramenta constabant. Sciendum vero quod hæc omnia non talia sacramenta intelligere debemus, qualia superius sacramenta quę proprie sacramenta dicuntur, esse debere definiuimus: Sed in his & huiusmodi quaedam ob hoc solummodo sacramenta vocata: quia sacrarum rerum signa fuerunt. Sic ergo aliud est sacramentum sanctificatione significans tantum: & sanctificatione sanctificans: aliud non sanctificans, sed significans tantum. Et de sacramentis quidem scriptę legis hæcenus dixisse sufficiat: De promissionibus vero quas in tertia parte primę distinctionis posuimus: tractare propositi præsentis non fuit. Sunt igitur tria quę lex scripta continebat: præcepta, sacramenta, promissa.

Explicitus est. M. Hugonis de sancto Victore de sacramentis fidei Liber Primus.

INCIPIT

Prologus Secundi Libri.



Agnę sūt i scri pturis sacris spiritalium sensu um profunditates: Sed quia nō omnibus eadem intelligēdi gratia data est, habet sacrum eloquium quædam

in se quibus fidem simplicium pascit: quę quidem altioribus iuncta vnā veritatis regulam perficiūt. Propterea in sacri eloquii tractatione, nō eadem intendēdi forma vbiq; seruāda est: quæ altiora fidei sacramēta excellentiori sermone & digno stīis reuerēter tractāda sunt: minora autē sacramētorū diuinorū instrumēta, p capacitatem simplicitū humiliori locutionis grē explananda: vt constet quod scriptū est. In simbrīs aureis circumamicta varietatib⁹. Sicut enī scīa electorum ecclīa morū honorū ac virtutū varietate pulchre adornat: ita sacra scriptura vnde ipsa ecclīa scīa viuēdi formam sumit: in suo sermōe pulchra varietate cōtexit: in qua tñ varietas ipsa apta est, vt schisma non generet: & diuersitas concors, vt aduersitatē nō pariat. Neq; enī ea, magna modica despiciūt: neq; rursus modica magnis associari idignata sunt: sed ornāt se in vna veritate: quę propter veritatē placent oīa. Nō igit mirer si post magna & inter magna fidei sacramenta, eorū quę in suo ordine inferiora videtur mentio sit: quia se non obhorret si mul: quę in veritate vnum sunt. Nam ipse deus humiliari dignat⁹ est, ad humana descendens: vt hominem postmodum ad diuina subleuaret.

LIBRI SE

cundi Partes sunt. XVIII. Prima pars tractat de incarnatione verbi. Secunda de vnitatem ecclīe: quę corpus est Christi. Tertia de ecclesiasticis ordinibus.

- Quarta de indumentis sacris.
- Quinta de dedicatione ecclīe.
- Sexta de baptismo.
- Septima de confirmatione.
- Octaua de corporis & sanguinis Christi sacramento.
- Nona de minorib⁹ sacramētis & sacris
- Decima de symonia.
- Vndecima de coniugio.
- Duodecima de votis.
- Terriadecima de vitis & virtutibus.
- Quartadecima de confessione & poenitentia & remissione peccatorum.
- Quintadecima de vnctione infirmorū.
- Decimasexta de fine hominis.
- Decimasextima de fine seculi.
- Decimoctaua de statu futuri seculi.

INPRIMA

- parte Libri secundi capita sunt hæc.
- De incarnatione verbi, & tempore gratiæ. Cap. I.
 - Quare filius missus est potius quā pater vel spiritus sanctus. Cap. II.
 - Quomodo solus filius carnem suscepit. Cap. III.
 - De discretione trium personarum in deitate vna. Cap. IIII.
 - Quod verbum carnem assumpsit cum poena sine culpa: cum mortalitate sine iniquitate. Cap. V.
 - Quod verbum cum carne rationalem animam assumpsit: qualis fuit anima illa in sapientia & virtute, & iustitia, & bonitate, & merito. Cap. VI.
 - De carne quam verbum assumpsit: qualis fuit secundum passibilitatem, & sensum, & affectum. Cap. VII.
 - Quomodo intelligendum est quod scriptū est. Conceptus est de spiritu sancto. Cap. VIII.
 - De vnione verbi & animæ & carnis. Caput. IX.
 - De separatione animæ & carnis in Christo. Cap. X.
 - Quod Christus separata anima a carne, & persona fuit: & Deus: & homo. Caput. XI.
 - Quod per hominē verbo vnitum deo vnuntur omnes qui membra sunt illius. Cap. XII.

- Quod nūc Christus secundum humanitatem in celo est: secundum diuinitatem vbiq; C. XIII.
- In scda parte capita sunt hæc.
- De gratia quę per Christum dat: & spiritus a capite in membra diffuso. Cap. I.
- De ecclīa, & quid sit ecclīa. Cap. II.
- De duobus parietibus ecclīe laicis & clericis. Cap. III.
- Duas esse vitas: & secundum duas vitas, duos populos: & in duobus populis, duas potestates: & in vtraque diuersos gradus: & ordines dignitatum: & vnā alia superiorem. Cap. IIII.
- Quod oīs administratio ecclesiastica consistat in tribus: hoc est in ordinibus: in sacramentis: & in præceptis. Cap. V.
- De potestate terrena. Cap. VI.
- Quod ecclīa, terrena possideat. C. VII.
- Quot modis in seculari potestate determinanda est iustitia. Cap. VIII.
- De ornamentis regis. Cap. IX.
- In tertia parte capita sunt hæc.
- De spiritali potestate. Cap. I.
- De clericis. Cap. II.
- De tonsura ecclesiastica. Cap. III.
- Quomodo ordines sacri in monachis sunt. Cap. IIII.
- De septem gradibus sacris. Cap. V.
- De ostiariis. Cap. VI.
- De lectoribus. Cap. VII.
- De exorcistis. Cap. VIII.
- De acoluthis. Cap. IX.
- De subdiaconis. Cap. X.
- De diaconis. Cap. XI.
- De presbyteris. Cap. XII.
- De episcopis. Cap. XIII.
- De archiepiscopis. Cap. XIII.
- De summo pontifice. Cap. XV.
- De cæteris officiis quę sunt in clero. Caput. XVI.
- De archidiaconis. Cap. XVII.
- De primicerio. Cap. XVIII.
- De thesaurario. Cap. XIX.
- Quando & quomodo ordinationes sunt faciendę. Cap. XX.
- Qua ætate ordinandi sunt qui ordinantur. Cap. XXI.
- Quod sine certo titulo ordinandi non sunt sacerdotes. Cap. XXII.
- Quales sint eligendi ad sacros ordines vel non. Cap. XXIII.
- Qua ratione mutatio possit ordinatoꝝ. Yyy. ii.

rum fieri.	Cap. XXIII.
Capita quartae partis.	
Quot & quae sint indumenta sacra.	Ca. I.
De tunica byssina.	Cap. II.
De zona.	Cap. III.
De fœcinalibus lineis.	Cap. III.
De interiori tunica & hyacinthina.	Ca. V.
De superhumerali.	Cap. VI.
De rationali quod graece logion dicitur.	Cap. VII.
De mitra quae cydaris dicitur: vel tiara.	Cap. VIII.
De indumentis noui sacerdotii.	Ca. IX.
De stola vel orario.	Cap. X.
De planeta vel casula.	Cap. XI.
De mappula vel manipula.	Cap. XII.
De dalmatica.	Cap. XIII.
De sandaliis & caligis byssinis siue lineis.	Cap. XIII.
De baculo ep̄i & annulo.	Cap. XV.
De pallio archiep̄i.	Cap. XVI.
De vasis sacris.	Cap. XVII.
Capita quintae partis.	
De dedicatione ecclesiae.	Cap. I.
De his quae visibilia agunt in ea.	Ca. II.
Quod sit mysterium supradictorum.	Ca. III.
Capita sextae partis.	
De sacramento baptismi.	Cap. I.
Quid sit baptismus.	Cap. II.
Quare institutum sit sacramentum baptismi.	Cap. III.
Quando institutum sit sacramentum baptismi.	Cap. III.
Quādo hōes obligari cœperit p̄cepto percipiendi baptismi.	Cap. V.
Quid distet inter baptismum Ioannis & Christi: & de forma baptismatis Ioannis & baptismatis Christi.	Ca. VI.
Vtrū post datum p̄cepti baptizandi alii quis saluari possit nisi actualiter percipit sacramentum baptismi.	Ca. VII.
De sacramentis neophitorum.	Cap. VIII.
De catechizatione.	Cap. IX.
De exorcismo.	Cap. X.
De iis quae post exorcizationem sequuntur in baptismo.	Cap. XI.
De patrinis.	Cap. XII.
De rebaptizatione.	Cap. XIII.
Quare in sola aqua baptismus celebratur.	Cap. XIII.
De forma baptismi.	Cap. XV.
Capita septimae partis.	

De confirmatione. Et primo de christomate.	Cap. I.
Quae impositio manus per solos pontifices celebratur.	Cap. II.
De eo quod siluester papa instituit: ut presbyter baptizatum christomate in vertice liniat.	Cap. III.
Vtrum sit maius sacramentum impositio manus, an baptismus.	Cap. III.
Quae non debeat iterari manus impositio: sicut nec baptismus: & quae a ieiuniis sit celebranda.	Cap. V.
Quanto tempore debeant esse sub disciplina christomatis, qui manus impositionem acceperunt.	Cap. VI.
In octaua parte capita sunt haec.	
De sacramento corporis & sanguinis Christi.	Cap. I.
Quando institutum est sacramentum corporis & sanguinis Christi.	Ca. II.
Vtrum mortale an immortale corpus suum in coena tradiderit.	Cap. III.
An corpus Christi fuit quod Iudas peritinctam buccellam accepit.	Cap. III.
Quae agnus paschalis figura corporis christi fuit.	Cap. V.
Quae sacramentum altaris & figura est quantum ad panis & vini speciem: & res est quantum ad corporis Christi veritatem.	Cap. VI.
Tria esse in sacramento altaris: panis & vini speciem: corporis Christi veritatem: gratiam spiritualem.	Cap. VII.
Quare in specie panis & vini Christi sacramentum corporis & sanguinis sui instituit.	Cap. VIII.
Qualis intelligenda est mutatio panis & vini in corpus Christi.	Cap. IX.
Quid significant tres portiones illae quae de corpore Christi in sacramento altaris fiunt.	Cap. X.
Quae corpus Christi quādo diuidi videtur secundum speciem diuiditur: secundum se autem integrum manet, et sic in singulis partibus totum, sicut in diuersis locis vni & idem ipse est.	Ca. XI.
Quae ea quae in corpore Christi indigna videtur: secundum solam speciem fiunt.	Cap. XII.
Quid fiat de corpore Christi & corporali praesentia eius post summptionem sacramenti.	Cap. XIII.
Quae celebratio consecrationis corporis	

Christi missa vocatur: & quādo missa: aut a quo primum instituta est: & vnde missa dicitur.	Cap. XIII.
In ix. parte capita sunt haec.	
De sacramentis quae ad exercitationem instituta sunt: quae omnia sanctificantur per verbum dei.	Cap. I.
De aqua aspersionis quae cum sale benedicuntur.	Cap. II.
De susceptioe cineris.	Cap. III.
De ramis palmarum & de frōdibus benedicendis.	Cap. III.
De careo qui in sabbato sancto benedicuntur: & de agnis qui benedicuntur in Pascha.	Cap. V.
De signis quorum sonitu fideles in vni conuocantur.	Cap. VI.
De cortinis.	Cap. VII.
De aliis sacramentis quae in factis constant.	Cap. VIII.
De his sacramentis quae in verbis constant.	Cap. IX.
De sacris & non sacramentis.	Cap. X.
In decia parte capita sunt haec.	
De symonia vnde dicitur, & quid est symonia.	Cap. I.
De auctoribus symoniae.	Cap. II.
De his qui spiritualia emunt & vendunt.	Cap. III.
De his qui corporalia in ecclesia comparando cum eis: & in eis spiritualia emunt.	Cap. III.
De eo quod sola corporalia venduntur.	Cap. V.
In vndecima parte capita sunt haec.	
De sacramento coniugii.	Cap. I.
De origine coniugii.	Cap. II.
De duplici institutione coniugii: & de causa institutionis duplicis.	Cap. III.
Quid sit coniugium.	Cap. III.
Quando coniugium esse incipiat.	Ca. V.
De his qui occulte nubunt: vel postquam nuperint contra coniugium aliqua verenda faciunt.	Cap. VI.
Quae tria sunt bona quae coniugium comitantur, scilicet fides, spes proliis: sacramentum.	Cap. VII.
Vtrū haec bona inseparabilia sint a coniugio: an non.	Cap. VIII.
De his qui in coniugio incontinenter viuunt: & plus explēde libidini, quam gerande proli inseruiunt.	Cap. IX.

Qua ratione antiqui plures habuerint uxores.	Cap. X.
An coniugium dicendum est quod aliqui dissolui potest.	Cap. XI.
De iis qui putant etiam inter illegitimas personas quascumque consensum adiucio hūitū coniugium facere.	Ca. XII.
De coniugio infidelium.	Cap. XIII.
De consanguinitate & gradibus consanguinitatis.	Cap. XIII.
Quare vsque ad sextum gradum consanguinitas custoditur.	Cap. eodem.
Quomodo sint computandi consanguinitatis gradus per sacrorum canonum auctores.	ibidem.
De affinitate.	Cap. XV.
De spiritali germanitate.	Cap. XVI.
Quid distet inter cognationem siue consanguinitatem: & affinitatem: & spirituales germanitatem.	Cap. XVII.
Vtrum dolus qui suppositio dicitur, coniugium dissoluat.	Cap. XVIII.
Vtrum conditio seruilis si nesciat, postmodum coniugium dissoluat.	Ca. XIX.
In xii. parte capita sunt haec.	
De votis: an sint diuersa.	Cap. I.
De quinq; modis quibus mens agenda tractat.	Cap. II.
Quid sit vouere.	Cap. III.
Quae vota tenenda non sint.	Cap. III.
Quod votum nullam commutationem admittat.	Cap. V.
Quae vota commutationem patiuntur.	Cap. VI.
In xiii. parte capita sunt haec.	
De vitis & operibus malis.	Cap. I.
De virtutibus & operibus bonis.	Cap. II.
De timore & amore.	Cap. III.
Quid sit timor.	Cap. III.
De quatuor timoribus.	Ca. V.
De charitate.	Cap. VI.
Quare non sint tria p̄cepta caritatis.	Cap. VII.
Quae pure & gratis amat: qui deum propter se amat.	Cap. VIII.
De mensura diligendi deum.	Cap. IX.
De mensura diligendi proximum.	Cap. X.
Vtrum caritas semel habita, amittatur.	Cap. XI.
Vtrum omnis dilectio dei caritas sit nominanda.	Cap. XII.
In xiiii. parte capita sunt haec.	Cap. IX.

De confessione. Cap. I.
 De poenitentia. Cap. II.
 De iis qui in hac vita poenitentiam nõ complent. Cap. III.
 Vtrũ iterari possit poenitẽtia. Ca. IIII.
 De iis q in extremis poenitẽt. Cap. V.
 Qz sola voluntas bona sufficit si facultas operandi non datur. Cap. VI.
 Qz homo opus iudicat: deus voluntatem pensat. Cap. VII.
 De remissione peccatorum: & vtrum sacerdotis qui homines sunt peccata dimittere possunt. Cap. VIII.
 De eo vtrum peccata redeant postq semel dimissa fuerint. Cap. IX.
 Cln. xv. parte capitula sunt hæc.
 De vnctione infirmorum. Cap. I.
 Quando & a quo instituta est vnctio infirmorum. Cap. II.
 An iterari possit hoc sacramentũ. C. III.
 Cln. xvi. parte capitula sunt hæc.
 De morientibus in domino quomodo beati erunt. Cap. I.
 De exitu animarum. Cap. II.
 De poenis animarum. Cap. III.
 De locis poenarum. Cap. IIII.
 De qualitate tormentorum gehennarum. Cap. V.
 Qz corpore ignis gehẽne non tm corpora cruciabit, sed etiã spũs. Ca. eodẽ.
 Qz ignis gehẽne ad aliquid lucebit & ad aliquid non lucebit. Cap. eodem.
 Qz ignis gehẽne ab initio creatus est sic vt nutrimento nõ egeat. Ca. eodẽ.
 Quales sunt purgatorii poenẽ in hac vita & quales post hanc vitã. Ca. eodẽ.
 De cura pro mortuis agenda. Cap. VI.
 Quibus profit post mortẽ vel quomodo quod pro illis fiat. Cap. VII.
 De exequiis. Cap. VIII.
 De sacrificio pro defunctis. Cap. IX.
 Quibus profit. Cap. X.
 Vtrum sciunt quã in hoc seculo geruntur. Cap. XI.

Cln. xvii. parte capitula sunt hæc.

De tempore aduentus Christi in nouissimo. Cap. I.
 De vltima tribulatione. Ca. II.
 Quare modo diabolus ligatur. Ca. III.
 Quare in nouissimo soluetur. Cap. IIII.

Quanto tempore erit vltima tribulatio. Cap. V.
 De aduentu Heliã & Enoch. Cap. VI.
 De qualitate personẽ iudicis. Cap. VII.
 De celeritate iudicii. Cap. VIII.
 De eodem. Cap. IX.
 De eodem. Cap. X.
 De ordine resurgendi. Cap. XI.
 Quomodo intelligẽdum est quod scriptum est: viuos & mortuos iudicabit. Cap. XII.
 De resurrectione corporum qualiter aut qualia resurgẽt. Cap. XIII.
 De abortiuis & monstris vtrum resurgent an qualia. Cap. XIII.
 De modo resurrectionis. Cap. XV.
 Exemplum supradictorum. Cap. XVI.
 Qz sanctorum corpora sine vitio resurgent & incorruptibilia. Cap. XVII.
 Qz infantes non in ea statura resurgẽt qua mortui sunt. Cap. XVIII.
 Qz omnes in ea statura resurgent quã in perfecta atate vel iuuenili vel habuerunt vel habituri fuerunt. Ca. XIX.
 Vtrum reprobi cum vitiis suis resurgent & deformatibus. Cap. XX.
 Quomodo terrena corpora in celo manebunt. Cap. XXI.
 Quale sit futurum iudiciũ. Ca. XXII.
 Qz deus conscientia nostra teste vtetur ad iudicandos nos. Cap. XXIII.
 Qualiter deus in presenti iudicat. Caput. XXIII.
 De eodem. Cap. XXV.
 Item de eodem. Cap. XXVI.
 De eodem. Cap. XXVII.
 Vbi erunt sancti corporaliter quando mundus ardebit. Cap. XXVIII.
 Cln. xviii. parte capitula sũt hæc.
 De innouatione mundi. Cap. I.
 Quid proderit eterna poena malorum bonis. Cap. II.
 Qz boni illic malos videbunt: non mali bonos. Cap. III.
 Qz mali idcirco semper viuunt vt semper moriantur. Cap. IIII.
 Qz ignis æternus non æqualiter cruciabit omnes. Cap. V.
 De eodem. Cap. VI.
 De eodem. Cap. VII.
 Quomodo iustus fit vt pro tẽporali culpa aeterna poena reddat. Cap. VIII.

De eodem. Cap. IX.
 De eodem. Cap. X.
 Quomodo diabolus nunc cruciatur & quomodo in futuro cruciabitur. Caput. XI.
 De eodem. Cap. XII.
 Quomodo post damnationem malorum sancti plenius cognoscent gratiam dei. Cap. XIII.
 Qz dãnatis malis sancti in vitam eternam intrabunt. Cap. XIII.
 Quomodo iusti tunc non compatentur malis. Cap. XV.
 De eodem. Ibidem.
 De visione dei. Cap. XVI.
 Quid distet inter videre & credere. Caput. XVII.
 De visione corporali & spiritali in futuro. Cap. XVIII.
 An volubiles erũt ibi cogitationes nostra. Cap. XIX.
 Qualis & quanta erit felicitas & beatitudo: futura. Cap. XX.
 In tribus constare beatitudinem veram. Cap. XXI.
 Qz sanctis in futuro, non ad dolorem, sed ad gaudium proficiet prætèritum memoria. Cap. XXII.

Explicita sunt capita Libri secundũ.

DE INCARNATIONE VERBI & TEMPORIS GRATIÆ.

Partis. I. Caput Primum.

IN superiori parte operis huius conditione omnium rerum a principio prius cum lapsu hominis & his quae postea ad restorationem eius usque ad aduentum verbi preparata sunt, summam deduxi: nunc ea quae sequuntur usque ad finem & consummationem omnium, ordine contingere libet. Tempus ergo ab aduentu filii dei in carne exordium sumpsit, sicut scriptum est. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Gratia prope dei redemptio est generis humani:

Quae dum per aduentum Christi perficitur, veritas promissionis dei in exhibitione gratiae eius adimpletur.

Quare filius missus est potius quam pater vel spiritus sanctus. Cap. II.

IDeo autem filius missus est: non pater aut spiritus sanctus: quia conueniens non erat ut pater ab alio mitteretur, quod non erat ab alio. Si enim ab alio mitteretur, ab alio venire haberet a quo mitteretur: & esset illi quasi quaedam principium ab illo a quo mitteretur. Propterea ergo pater ab alio mitti non habet: quia ab alio esse non habet. Missus est autem primus filius qui a solo patre est: deinde etiam spiritus sanctus qui est a patre & filio. Primum filius venit ut homines liberarentur: postea spiritus sanctus venit, ut homines beatificarentur. Primum ille a malo liberavit: postea hic ad bona reuocauit. Ille abstulit quod sustinebamus: hic reddidit quod perdidimus. Venit filius naturalis missus a patre: ut adoptandos in hereditatem vocaret: & consensum suum in gratia adoptionis comprobaret. Neque enim sine consensu filii, a patre alieni in hereditatem ducendi erant. Misit ergo pater pro filiis, venit filius pro fratribus: quia in patre & filio paternitatis & filiationis nomen constat: ut filii nomen adoptandi perciperent: & per illum cuius erat, & ab illo a quo erat. Venit sapientia ut hostis ratione vinceretur: & ut habitaculum suum ipsa vendicaret: quod malitia possidebat. Qui enim astutia vincit, iustus fuit ut non fortitudine, sed prudentia vinceretur: ut in eodem in quo se victor exerarat, victus sterneretur. Factus est filius dei, filius hominis: ut filios hominum, filios dei faceret: & ne filii nomen ad alteram transiret personam, & esset in trinitate duo filii, & confunderetur trinitatis discretio. Si enim pater carnem assumpsisset: idem ipse & pater & filius esset. Pater filii quem genuit ex aeternitate: & filius matris a qua genitus esset ex tempore. Si autem spiritus sanctus carnem assumpsisset: duo filii in trinitate essent. Alter filius patris sine matre: alii filii matris.

Yyy.iiii.

matris sine patre. Ne ergo incommuniabile nomen diuideretur, solus filius carnem suscipit: vt vnus & idē esset & filius dei & filius hominis. Filius dei secundum diuinitatem genitus a patre: filius hominis scdm humanitatem natus ex matre.

Quomodo solus filius carnem suscepit. Cap. III.

M Ed forte erunt aliqui qui dicant. Si inseparabilia sunt opera trinitatis: ergo quicquid facit filius, facit pater. Si autem omne qd filius facit & pater: ergo si filius carnē assumpsit: & pater carnē assumpsit: quia filius sine pater carnē assumere nō potuit, si nihil sine pater facere potuit. Sed hic pater conuincendum est qd cū dicitur filius facere omne qd pater facit: de illa nimirū opatione intelligendum est, qd creaturā suā cōdit & regit & disponit cōditor & opifex deus. In qd opatione pater & filius & spūs sc̄tus, oī nō separari nō pnt: quia ī diuinitate vna in qua & p quā operant, vnū sunt. Hęc autē idcirco de diuina opatione distigui mus: ne qs contra id qd dictum est: oīa quę facit pater, hęc & filius facit, opponēdū putet: qd pater gignit, qd filius nō facit: & filius gignit qd pater nō facit. Si enim filius sicut pater gigneret, pater esset: & si pater sicut filius gigneret, filius esset. Itaq; ne quis propterea quia filius non gignit: quod pater facit: existimaret filium nō facere quacūq; pater facit: dicimus qd hoc de illa opatione intelligendum est, qua vel creaturā operatur: vt quod non erat, esse incipiat: vel in creatura operatur: vt qd factū est in eo quod factū est subsistat. Ibi enim tota trinitas inseparabilr opat: vbi nec pater a filio, nec filius a patre, nec spūs sc̄tus ab vtroq; in operatione sepat. In opere quippe operatio proprie designatur. Nam in eo quod factum nō est qd est deus: non facit ipse: sed tm̄ est. In eo autem quod factum est: ab illo vtiq; factum est, a quo factum est, omne quod factū est. Hęc ergo omnia quę fecit pater, & filius facit similiter. In hac itaq; operatione qua carnis assumptio inue-

nitur: quomodo soli filio conueniat, & non patri: non inconuenienter querit. Cum enim dicitur qd filius carnem assumpsit: opus vtiq; significatur quod filius fecit: a quo opere si pater excluditur: non omnia quę facit filius, pater facit vel operatur. An forte quia dictum non est: omnia quę facit filius, pater facit: sed quęcūq; pater facit: hęc & filius facit: existimandum est omnia quędem filium facere quę pater facit: quędam autem filium facere quę pater nō facit: Absit. Sed omnia quę pater facit filius facit: & omnia quę filius facit: pater facit: quia in eo qd deitate vnū sunt, in opatione separari nō possunt. Omne ergo quod filius facit, pater facit: quia in diuinitate qua filius est patris: quia cum patre vnū est nihil facit sine opatione patris. Fecit quędam in humanitate scdm quam filius patris nō erat: quia illam nascendo, a patre nō accepit: quę propterea ad solam personam filii referuntur: quia ea quę in illa & scdm illam naturā fecit, quā cum patre cōem nō habuit, sed solus ex tpe ppriam singulariter accepit. Verumtamen omnia quę ī diuinitate fecit, idē solus non fecit: quia in diuinitate solus nō fuit: sed idē cum ipso fecit, qui cū ipso idē fuit. Si ergo filius in diuinitate humanitatē assumpsit: quomodo in eadem diuinitate pater idē cū ipso non fecit: qui cum ipso idē fuit? An forte cum dicitur: filius carnē assumpsit: ex vi occultę relationis qua intelligit, quia sibi vniuit: idē de patre non dicitur, quia si idē diceretur: non idē sed aliud intelligeret? Si enī diceret pater carnē assumpsit: intelligeret similitr qd pater sibi carnē vniuit: quod idē idē non esset: sed aliud. Aliud quippe esset, si patri caro vnica diceretur qd cū filio vnica dicit: quia sicut alius est in persona pater, alius filius: sic aliud dicitur cum filius incarnatus dicit: qd diceret, si pater incarnatus diceretur. Non igitur consequens est si filius carnē assumpsit: idcirco carnē assumpsisse & pater: sicut cōsequens non est, si filius sibi carnē vniuit: carnē sibi vnisse & patrē. Cōsequens autē est: qd si filius carnē sibi vniuit,

eādem carnē ipsi filio: vnisse & patrē: quia dū vna vtriusq; operatio ostenditur, nec filius sine patre, nec pater sine filio operat demonstrat. Si autē pater carnem sibi induisset: & filius sibi: non hoc idē esset, sed aliud: qm̄ in eo ipso non eadē demonstraret operatio: qd nō ad eundem vtriusq; facta probaret relatione. Nunc autē assumptionē siue vnionē carnis: & pater operat est, quia carne induit filium: & filius operatus est, quia carne induit semetipsum: & fuit vna vnio: & operatio vna. Propterea vnio vna: quia qd vnitum est, vni vnitū est. Propterea operatio vna: quia qd factum est, in vno factū est. Tres operabant & non tria, sed vnū operabant: & quod fiebat & vnus erat, quantū ad illū solū factū est: & trium erat, quantū ab illis factum est. Legitur in libro iudicum: qd Manue vxorē accepit Sansoni filio suo: nec tamen vxorem accepit sibi qui filio vxorem accepit. Et postulat filius patrem, vt sibi vxorem accipiat: quasi per se solus hoc facere non possit: & nemo est qui argumentē vt dicat: si pater filio vxorē accepit: ergo vxorem accepit pater: & contēdat vxorātū esse patrem: quia filio accepit vxorē. Quare ergo incarnatus esse dicat pater: quia filio suo carnem vniuit: sicut ipse filius incarnatus dicit: quia sibi carnem copulauit? Sponsa quippe verbi caro est: & assumpsit illā verbū sibi: & pater verbi similiter verbo suo vniuit eam, & operati sunt duo vnū: & fuit in vno operatio duorum vna. Propterea ait. Quęcūq; facit pater, hęc & filius facit similiter: hęc inq; similiter & filius facit. Quid est hęc: Nō alia. Quid est similiter? Non aliter. Nō poterat vnitas operationis perfectius demonstrari. Non alia. Non aliter. Eadem & eodem modo. Si eadem operatur: & non eodē modo operaret: opatio vna nō esset, quia aliter esset. Si eodem modo operaret: & non eadē operatur opatio vna nō esset: quia alia esset. Nunc autē & eadem: & eodē modo operatur: vt nihil sit: aut aliud, aut aliter in operatione illius. Ostēde mihi aliquid qd facit pater si tamen querendū est quid facit: qui totū facit. Pone tamen exēpli

causa vnū aliquod ex oībus quę facit pater: dico qd filius hoc ipsum facit. Nec ita hoc ipsum dico, quasi simile illi, sed idē ipsum. Cū enī dico, Idem facio qd tu facis: quia forte domū ædifico, sicut tu ædificas domū: & cū alia sit domus tua quā tu ædificas: & alia domus mea quā ego ædifico: tamen idē me facere dico, quod tu facis: quia id qd facio ego scdm aliquid simile est illi qd tu facis. Non sic intelligo cū dico: qd filius hoc ipsum facit quod pater facit. Si autē ego domū ædificarem, & tu eandē mecum ædificares domū: dico qd idē faceres qd ego: Et iā verius vnū, quia id ipsum & nō aliud: nec tamen vere adhuc vnū: quia tu partem vnā & ego alterā: tu instrumentis tuis: ego instrumentis meis: tu manibus & lacertis tuis, ego meis: deniq; tu viribus tuis, ego meis: & iam non vere vnū: sed in alio & per alia. Nunqd sic dico, cum dico: qd filius hoc ipsum facit qd pater facit? Ergo alia est manus filii, & alia est manus patris: aliud brachiū filii, & aliud brachiū patris: alia virtus filii, & alia virtus patris: cū ipse filius & manus, & brachiū, & virtus sit patris. Sicut idē est quod homo manu facit, & qd manus hominis facit: & qd homo brachiū facit, & quod brachiū hominis facit: & quod hō fortitudine facit, & qd fortitudo hominis facit: sic idē est quod pater facit, & quod filius facit: quia omne qd pater facit: per filium facit. Si essentia vna est, si natura vna, si fortitudo vna, si voluntas vna: quomodo non est operatio vna? Dicis qd hoc facit pater: & ego dico qd hoc ipsum facit filius. Hoc ipsum pater, hoc ipsum filius. Totū pater, & totum filius. Ipsum facere patris, filii est. Noli pensare quasi duas actiones: vnā maiorem, & vnā minorē. Aut forte similis pōderis equales duas. Vnitas ibi est: nihil multiplices. Vna est actio duorum: immo triū actio vna, sicut deitas vna: & in vna actione tres non tres agentes sunt, sed vnū agens: sicut ī deitate vna, tres non tres dii sunt: sed vnū deus. Pater & filius & spūs sc̄tus, tres persone sunt: sed tres dii non sunt: nec tres creatores, nec tres factores: quia in eo qd vnū sunt diuidi nō possunt. Quę

est; ergo facit pater, hec & filius facit similiter. Quid magis simile esse potest quam unitas? Quo potest diuidi: quod multiplicari non potest? Aut quomodo a se recedere potest: quod unum est? Ne ergo mireris si assumptionem carnis quam ad solum filium refert: non solum filius operatus est: sed cum filio pater erit, & spiritus sanctus. Neque idcirco tres incarnatos dixeris: quia incarnationem unum tres operati sunt: quia unitas naturae inseparabilem fecit operationem: & proprietates personarum singularem assumptionem.

De discretione trium personarum in deitate una. Cap. III.

S Via vero infirmitas humana intelligentiae ad ea quae credere iubet comprehendenda non sufficit: sacri eloquii auctoritate internum fouenda est: non ratione humana discutienda. Quapropter ea quae a sanctis patribus de discretione trium personarum, in deitate una: secundum catholicam veritatis firmitatem dicta sunt, in medium proferre libet: nihil de nostro adicietes, ut potest: quae nec sufficiens inueniuntur ad ea: quae dicta sunt ab illis. **CAVGUSTINVS** aduersus impietatem Arrii. Patres nouum nomen Homouision condiderunt: sed non nouam rem tali nomine signauerunt. Hoc enim vocatur Homouision: quod est ego & pater unum sumus: unumque eiusdemque substantiae. Eodem. Omnes catholici quae de trinitate ante me scripserunt, hoc intenderunt secundum scripturas docere, quod pater & filius & spiritus sanctus: unius et uideque substantiae, inseparabili aequalitate, diuinitate inueniunt unitatem. Ideoque non sunt tres dii, sed unus est deus: quis pater filium genuerit: & ideo filius non sit quam pater est. Filius a patre genitus sit: & ideo pater non sit quam filius est. Spiritus quoque sanctus nec pater sit, nec filius: sed tamen pateris & filii spiritus, & patri & filio coaeternus: ipse coequalis: & ad trinitatis pertinet unitatem: nec tamen eam trinitatem naturam de uirgine maria, sed tamen filium. Nec eandem trinitatem descendisse in speciem columbae: sed tamen spiritum sanctum. Nec eandem dixisse de caelo. Hic est filius meus dilectus: sed tamen uocem patris ad filium fuisse: quis pater & filius & spiritus san-

ctus: sicut inseparabiles sunt: sic inseparabiliter operantur. Nam quo intellectu homo dei capit: qui ipsum intellectum suum, quo eum uult capere nondum capit? Intelligamus autem deum si possumus & quantum possumus sine qualitate bonum, sine quantitate magnam, sine indigentia creatorem, sine situ presentem, sine ambitu omnia continentem, sine locovbiusque totum, sine tempore sempiternum, sine sui mutatione mutabilia facientem, nihilque parientem. Quisquis deum ita cogitat & nondum potest omnimodo inuenire quid sit: pie tamen cauet quantum potest aliquid de illo sentire, quod non sit. Est tamen sine dubitatione substantia, uel si melius hoc appellat essentia: quam graeci usum uocant. Eodem in libro contra Maximinum. Nulla sit partium diuisionis in unitate deitatis: unus est deus pater & filius & spiritus sanctus: hoc est ipsa trinitas unus est deus. Tres enim personae sunt pater & filius & spiritus sanctus: & hi tres quae unius substantiae sunt, unum sunt & summe unum: ubi nulla naturarum, nulla est diuersitas uoluntatis. Si autem natura unum essent & consensione non summe unum essent. Si uero natura dispares essent, unum non essent. Hi ergo tres quia unum sunt: propter ineffabilem coniunctionem deitatis qua ineffabiliter copulantur: unus deus est. Sed Christus una persona est gemine substantiae: nec tamen deus pars huius personae dici potest: alioquin filius deus antequam suscipere formam serui non erat totus: & creauit cum homo diuinitati eius accessit. Quod si in una persona absurde dicitur: quia pars illius rei esse non potest deus: quanto magis trinitatis esse pars non potest: quicumque unus in tribus? In trinitate ergo quae deus est, pater est deus: & filius est deus: & spiritus sanctus est deus: & simul hi tres unus deus. Nec huius trinitatis tertia pars est unum: nec maior pars duo quam unus est ibi: nec maius aliquid sunt omnes quam singuli: quia spiritualis, non corpalis est magnitudo. Qui potest capere capiat: qui non potest credat & oret: ut quod credit intelligat. Pater & filius & spiritus sanctus: & propter indiuiduam deitatem unus est deus: & propter uniuscuiusque proprietatem

tres personae sunt: & propter singulorum perfectionem, partes unius dei non sunt. Virtus est pater, uirtus est filius, uirtus est spiritus sanctus. Eodem libro de trinitate. Si solus filius intelligit sibi & patri & spiritui sancto: illud consequitur, ut pater non sit sapiens de seipso, sed de filio: nec sapientia sapientiam genuerit: sed ea sapientia pater dicatur: sapiens esse quam genuit. Vbi enim non est intelligentia, nec sapientia esse potest. Ac per hoc si pater non intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri: perfectio filius patrem sapientem facit. Et si hoc est deo esse quod sapere, & illa ea essentia est quae sapientia: non filius a patre quod uerum est: sed a filio potius pater habet essentiam: quod falsum est. Est ergo deus pater sapiens ea quae ipse est sua sapientia: & filius sapientia patris: de sapientia quae est pater: de quo genitus est filius. Quare & intelligens est pater ea quae ipse est: sua intelligentia: filius autem intelligentia patris de intelligentia genitus quae est pater. Eodem. Non quia deus trinitas est ideo triplex putandus est: alioquin minor esset in singulis: quam in tribus pariter. In hac quoque trinitate cum dicimus personam patris: non aliud dicimus quam substantiam patris: quia persona patris non aliud est quam ipse pater. Ad se quae propter dicitur persona, non ad filium, uel ad spiritum sanctum: sicut deus & similia. Hoc enim solum nomen est quod cum dicatur de singulis ad se pluraliter non singulariter accipiat in summa. Dicimus namque quod pater est persona, & filius persona, & spiritus sanctus persona. Pater tamen & filius & spiritus sanctus non una persona: sed tres. Verum cum dicimus tres personas unam essentiam: neque ut genus de speciebus, neque ut speciem de indiuiduis predicamus. Videtur posse dici ut tres homines una natura: sed plus sunt duo homines quam unus: sed non maior est essentia pater & filius: quam solus pater: aut solus filius. Et tres ille personae, si ita dicere sunt aequales sunt in singulis: quod animalis homo non percipit. Cur ergo latinitas hoc ita inusitate posuit: nisi quia uoluit hoc unum nomen seruire huic significationi: quo intelligit trinitas: nec omnino taceremus quod tres: cum tres esse sciremur: quo nomine non diuersitas

tem intelligi sed singularitatem uoluit. Ita & illa tria & a se inuicem determinari uidentur: & in se infinita sunt: & ita singula sunt in singulis: & omnia in omnibus singulis: & singula in omnibus: & unum omnia. Eodem. Denique si qua est deo cum aliis alicuius nominis communio: ualde proculdubio intelligenda est diuersa significatione. Sed hoc potentiori ratione oportet ostendere. Si nullius accidentis susceptibilis est: quomodo dicitur iusta uel sapiens uel aliquid huiusmodi diuina natura? Sed certum est quod summa natura ideo uere est: quia per se est quicquid est: nihil autem iustum est nisi per iustitiam? Igitur si non est iusta nisi per iustitiam: & non potest esse iusta nisi per se: quid consequentius quam ut eadem sit ipsa iustitia per quam iusta est? Quapropter si queratur quid sit ipsa summa natura: quod rectius respondeat quam iustitia? Et cum creatura dicatur iusta in eo quod quale est: eo quod habet iustitiam: ipsa uero iustitia non proprie dicitur, habens iustitiam: sed existens iustitia. Et ideo non in eo quod quale: sed in eo quod quid sit dicitur: nihilque in ea differt, siue dicatur iusta siue iustitia: quod uero in exemplum iustitiae ratum esse conspicitur: hoc de omnibus quae similiter de summa natura dicitur intellectus per rationem sentire constringitur. Quicquid igitur eorum de illa dicatur: non qualis uel quanta: sed magis quod sit non stratur. Quicquid enim est quale uel quantum: est etiam in eo aliud quod est, unde non simplex: sed compositum est. Nam quam alius quis homo dicatur corpus & rationalis & homo: non uno modo uel una consideratione haec tria dicuntur: secundum aliud enim corpus, & secundum aliud rationalis est, & singulum horum non est totum quod homo. Illa summa essentia, summa uita, summa iustitia, summa sapientia, summa magnitudo, summa aeternitas: & alia similiter quaecumque sint in uocabulis multiplicia: non plura significant: sed unum. Eodem. Neque persona patris neque spiritus sancti, sed sola filii persona carne suscepta: & ut hoc intelligas comparationibus utar: ut ex creatura creatoris intelligas. In anima est ratio: & cum sint unum, aliud anima agit aliud ratio: Animam uiuimus, ratione sapimus: ita pater & filius & spiritus sanctus,

cum sit vna substantia: tota trinitas opata est hominē quē assumpsit: eūq; nō tota trinitas assumpsit: sed sola psona filii. **C** Idem in libro quinto de trinitate: Deo aliqd accidere nō potest. Dicit: ad aliqd: sicut pater ad filiū: & filius ad patrē: quod accidēs non est: q; ille semper pater: & ille semp filius. Si vero pater ad seipsum diceret, scdm substantiā diceret. Item quis diuersum sit esse patrem & esse filiū: non est tñ diuersa substantia, q; hęc non scdm substantiā dicitur, sed scdm relatiū: quod tamē relatiuum nō est accidēs, q; non est mutabile. Itē non scdm hoc quod ad patrē dicit, equalis est filius patri: restat ergo vt scdm id equalis sit: qd ad se dicitur. Quicqd autē ad se dicitur, scdm substantiam dicit. Restat ergo vt scdm substantiam sit equalis. Eadē igi; vtriusq; substantia. Cū vero ingenit⁹ dī pater nō qd sit, sed qd non sit dicitur. Cū autē relatiuum negatur: non scdm substantiā negatur: q; ipsum relatiū non scdm substantiā dicit. **C** Idem. Quid tres: Magna prorsus laborat inopia humanum eloquium. Dicitur est tres psonę: nō vt illud diceretur, sed ne taceretur. **C** Idem. Trinitas nullo modo filius pōt dici. **C** Idē. Fatēdum est patrem & filiū principii spiritus sancti. **C** Idem. Filius nō tm vt filius, quod relatiue dicit: sed oīno vt sit ipsa substantia nascēdo habet. **C** Idē. Cum conaret humana inopia loquēdo proferre qd tenet de dño deo: timuit dicere tres essentias: ne intelligeretur in illa summa æqualitate vlla diuersitas. **C** Idem. Ideo dicim⁹ tres psonas nō vt aliqua intelligatur diuersitas essentia: sed vt vel vno vocabulo respōderi possit cum dicitur, quid tres, vel qd tria.

A **HIERONYMVS.** Vnū in trib⁹ personis fatemur deū, tres psonas exp̄ssas sub proprietate distinguimus: nō noīa tm modo: sed & nomīnū proprietates. i. personas: Vel vt graci exprimūt, Hypostaseis. i. substantias cōstemur, nec pater filii aut spūs sancti personā, aliquādo excludit: nec rursus filius aut spūs sanctus, patris nomē personāq; recipit: sed pater semper pater est: filius semp filius est: spūs sanctus semp spūs sanct⁹.

Itaq; substantia vnū sunt: psonis ac nominib⁹ distinguunt. **AMBROSIVS** **B** de trinitate. Assertio nostra fidei hęc est, vt vnū deum esse dicamus, nō duos aut tres. Tres deos esse dicit q; diuinitatem separat trinitatis. Nos autē patrē & filiū & spiritū sanctū, vnum deū esse confitemur: ita vt in trinitate pfecta & plenitudo sit diuinitatis, & vnitas potestatis. Deus em̄ vnus est. Deus nomē est magnificentia, nō potestatis. Si ergo vnus deus, vnum nomen, vna potestas, vna trinitas. Deniq; dicit. Itē baptizantes in noīe patris & filii & spūs sancti. In nomine itaq; non in noībus. Vnum nomen est vbi est vna substantia: vna diuinitas, vna maiestas. Hoc nomen est in quo oportet oēs saluos fieri. Idem. Ego & pater vnū sumus. Vnū dixit ne fiat distinctio potestatis: sumus addidit: vt psonas cognoscamus. Nō em̄ pater ipse qui filius: sed ex patre genitus filius, ex deo deus, ex pleno plenus. Nō sunt igi; hęc nuda noīa, sed virtutis indicia. Plenitudo diuinitatis in patre: plenitudo in filio: sed non discrepās nec cōfufum quod vnū est: nec multiplex, qd indifferens. Quomodo filius a patre genitus sit, impossibile est scire, mēs deficit, lingua filet, non hominū tm, sed & angelorum. Supra angelos, supra cherubim, supra seraphim, supra omnē sensū: credere iubemur, non discutere permittimur. Aufer argumēta vbi fides q̄ritur. Credimus vnū deū patrē & filiū & spiritū sanctū. Patrē: eo q; habeat filiū: filium eo q; patrē: & spm̄ sanctum eo q; sit ex patre & filio. Pater ergo p̄cipiū diuinitatis: q; sicut nunq; fuit non deus ita nunq; fuit non pater. A patre filius natus: ab eo vero, & a filio pcedit spūs sanctus. Pater atern⁹: eo q; habeat filiū æternū: cuius æternus sit pater. Filius ætern⁹ eo q; sit patri & spiritui sancto cōetern⁹. Spūs sanctus ætern⁹: eo q; patri & filio sit cōeternus. Non confusa (vt Sabellius dicit) trinitas in vna psona, neq; separata, aut diuisa in natura diuinitatis, vt Arrius blasphemar: sed alter in persona pater, alter filius, alter spūs sanctus: vnus in natura: in trinitate, deus pater & filius & spirit⁹ sanct⁹.

C Idem. Nō pater carnē assumpsit: neq; spūs sanctus, sed filius tm: vt q; erat in deitate patris dei filius: ipse feret i homine hoīs filius: ne filii nomen ad alterum trāsiret: q; non esset natiuitate filius. Dei ergo natiuitate filius, hoīs factus est filius: natus scdm veritatem naturā: ex deo dei filius: & scdm veritatem naturā ex hoīe hoīs filius: vt veritas geniti nō adoptione nec appellatione: sed in vtraq; natiuitate filii nomē nascēdo haberet: & esset verus de⁹ & verus homo vnus filius. Idem. Non ergo duos Christos: neq; duos filios: sed deū & hominē vnum filiū: quē p̄pterea vnigenitum dicim⁹ manentē in duab⁹ substantiis, sicut ei naturā veritas cōtulit nō confusis naturis, neq; immixtis. Ita em̄ filius assumpsit hoīem: vt q; suscepit & quod suscepit vna esset in trinitate persona. Neq; em̄ hoīe assumpto: quaternitas facta est: sed trinitas māsit: assūptio ne illa ineffabiliter faciēte: personę vni⁹ in deo & hoīe veritatem. Quoniā non deū tm, nec hominē tm dicimus Christum: sed deū verum natū de deo p̄te: & verū hoīem natū de homine matre. Nec eius humanitatē quā minor est patre: minuere aliqd eius diuinitati quā equalis est patri. Hoc ergo vtrūq; vn⁹ est Christus: q; & scdm deum dixit. Ego & pater vnū sumus, & scdm hoīem: pater maior me est. Ex quo homo esse cōpit: non aliud cōpit esse q; dei filius: & hīc vnigenitus: & propter deū verbum quod illo suscepto verbū caro factum est: vt quēadmodū est vna persona qui libet homo, anima. s. rationalis & caro: ita sit Christus vna psona verbū & homo. Idem. Christ⁹ Iesus dei filius est: & deus & homo. Deus, q; dei verbum: homo, q; in vnitate psonę, accessit dei verbo anima rationalis & caro. Et qui vnū dei filius est, est etiā filius hoīs, idē ipse. Vtrūq; ex vtroq; vnus Xps: vnus dei filius: non duo filii deus & homo: sed vnus filius. Idem. Deus hominem assumpsit: homo in deum transtulit: nō naturā versibilitate: sed dei dignatione: vt nec de⁹ mutaret in humanā substantiam assumendo hominem: nec homo in diuinā glorificatus in deū: quia

mutatio vel versibilitas natura: vel diminutionem vel abolitionē facit. Creatur a nobis sine confusione coniūcta trinitas: sine separatione distincta. Idē. Nihil creatum: aut feruens, in trinitate credendum est: nihil inæquale, nihil gratiæ æquale: nihil anterius: posterius: nihil maius aut minus: nihil extraneum aut officiale alteri: nihil sibi inuisibile: nihil creaturis visibile: nihil moribus vel voluntate diuersum: nihil de trinitatis essentia ad creaturā naturam deductū: nihil officio singulare nec alteri cōmunicabile: nihil cōfufum sed totum perfectū: quia totū ex vno: & vnum: non tamen solitariū. **C** Idem. Homouision ergo idem in deitate patris filius. Homouision patri & filio sp̄s ritus sanct⁹: Homouision deo & hominī vnus filius manens deus in homine suo in gloria patris desiderabilis videtur ab angelis. Sicut pater & spirit⁹ sanctus adoratur ab angelis & omni creatura: non homo p̄pter deum, vel Christus cum deo: sed homo in deum: & in homine deus.

Q verbum carnem assumpsit cū peccata sine culpa: cum mortalitate sine iniquitate. **Cap. V.**



M Vti querit de carne illa quā verbū assumpsit qualiter a peccato mūda fuerit: & qualiter sine peccō p̄nā peccati portauerit. Et de eo quidē qualiter a peccō vel mūda fuerit: vel mundata: quorūdam existimationem tacere non debemus: ne forte si non exponatur, non videatur: et si non videatur quod est: credatur qd nō est. Quidam putant carnem illam quā assumpta est a verbo ita ab initio & in primo parente quando tota massa naturā humanā per peccatum corrupta est: a contagione & a corruptione peccati immunem fuisse custoditā: & ab ipso primo parente vsq; ad susceptionem sui a verbo, liberam ab omni peccato: & mūdam deductam: vt nunq; sub peccato fuerit: & ideo a peccato non liberatam, sed liberam. Aiunt enim q; illa pars naturā humanā sub peccato esse

non debuit, per quā ipsa natura humana vbi obnoxia peccato fuerat, a peccato liberanda erat. Ad cōprobandā eandem existimationem adducit illud qd apłs Cum nouū sacerdotiū veteri pferendum assereret: Melchisedech qui ty pum ipsius Xpi, ac no uī sacerdotiū gerebat: ab Abraham decimas accepisse ostendit: in qua decimatione etiā Leui a quo veteris sacerdotiū ministros descendisse dubiū non est, decimatū comprobauit: ac per hoc veteris sacerdotiū quod in Leui decimas dedit inferi: no uum aut quod in Melchisedech: q for ma Xpi est, decimas accepit: superi & dignius existimandū. Vbi tamen Xpm qui tunc scdm carnē similiter vt Leui i lumbis Abrahę fuit decimatū non dicimus: ne similitudine noui quoq; sacerdotium quod in Xpo est, ibidē decimas dedisse conuincamur. Quomō aut Leui qui scdm carnē in lumbis patris tūc fuit, decimatus est: & Christus q scdm carnē ibidem fuit decimatus non est, nullā causam aliā inueniri posse putat nisi quia caro Leui cū culpa ibi fuit: caro Xpi nō fuit. Atq; ideo qd peccato obnoxium erat expiatione eguisse: quod aut mundū atq; a peccato liberū erat, non eguisse. Tali ergo se ratione pbare putant qd caro illa q a verbo assumpta est, nūq; obnoxia peccato fuit: sed ab initio siue in eo a quo descendit, siue i iis per quos descendit, munda seruata sit a peccato: vt aliqñ esse posset hostia pro peccato. Sed catholica veritatis definitio filiū dei (qui pro peccatoribus & de pctōribus natus est) de carne obnoxia peccato, carnē assumpsisse asserit liberā a peccato, & ideo liberā: quia liberatā, Ideo liberam, non qd sub illo nunq; fuerit: sed qd sub illo esse aliquando cessauit. Quādo assumpta est: mundata est. Per eandē quippe gratiā natura humana mūdāta est, vt verbo dei libera a peccato vniret, per quā xpianus a peccato liberatur: vt eidē naturā in Xpo capite suo societur. Apparet itaq; nobis sicut dicit beatus Augustinus: gratia in Christo capite nostro: vnde scdm vniū cuiusq; mensurā se per cuncta membra eius diffundit. Ea grā sit ab initio fidei

sua: homo quicq; christianus: qua gratia hō ille ab initio suo factus est Xps: de ipso spiritu & hic renat: de quo est ille natus. Eodem spiritu fit i nobis remissio peccatorū: quo spiritu factū est, vt nullū haberet ille peccatū. Sic ergo factū est per gratiā, vt caro illa a pctō, (sub quo ab origine sua erat) mūdāta retur: & mūdāta in illo (q liber ab omni peccato in ea futurus erat) a peccato libera assumeret: vt nec gratia corruptioni naturā p iudicium faceret: nec corruptio naturā gratiam impediret. Quomō ergo (inquiunt) Xps in lumbis Abrahę decimatus non fuit: si caro ei ibi peccato obnoxia fuit? Sed sciēdum est: qd licet caro Xpi sicut caro Leui ad huc in lumbis Abrahę sub pctō fuit: nō ipsum peccatū eius nō fuit: sub quo caro eius fuit. Hoc em̄ solū eius ibi fuit: quod inde futurum eius fuit. Quapropter Leui illic: & naturā & culpam habuit: qd inde per propagationē originis, & naturā & culpā trahere debuit. Quia ergo Xps in lumbis Abrahę solam naturam habuit: ppter ea qd ipsam solā inde accepturus fuit: proculdubio oblatione non eguit: qd pro eo quod ei solum ibi erat necessaria nō fuit. Oblatio em̄ non p naturā, sed p culpā offertur: quia si culpa non esset: natura oblatione opus non haberet. Sic itaq; Leui in lumbis Abrahę decimatus est: quia & naturā & culpā ibi habuit: qui & naturam & culpā inde acceptur⁹ fuit. Xps vero decimatus non est, qd propterea qd inde solam naturā accepturus erat: illā etiā tunc ibi culpā non habuit: cū ipsa quæ eius futura erat sine culpa naturalis: sua origine culpę obnoxia nō fuit.

Q; verbū cū carne rationalē animā assumpsit: & qualis fuit anima illa in sapientia & virtute & iustitia & bonitate & merito. Cap. VI.



Vidam heretici fuerūt qui putauerūt in Xpo cū carne a verbo rationalem animā assumptā non fuisse: sed solā carnem verbo vnitam: & ipsam diuinitatē verbī carnē loco animæ viuificasse: eandēq; diuinitatem ab

ipsa carne quando in cruce mortua est recessisse, rursumq; ad ipsam qm̄ resuscitata est, viuificandā: & resuscitandā rediisse. Sed catholica fides habet totum quod hominis erat: pter culpā, deum assumpsisse: qd nec aliter verus hō esse potuisset: nisi totū quod ad veritatē humanæ naturæ pertinebat, assumpsisset. Accepit ergo cū carne & in carne ipsa animā rationalē: qd & carnē ipsam vegetaret: & sensificaret. ad vitā: & scdm liberā voluntatē peccatū respueret & seclaretur iustitiā. Cui & hoc ex societate diuinitatis collatū est: vt spontanea qdem libertate bonū faceret: sed ad malum faciendū nulla prorsus necessitate vel infirmitate declinare potuisset. Dicit qd beatus Augustin⁹. De spū sancto ex virgine maria: dei filius vnicus natus est: non carnis cupidine, sed solo dei munere: libera in illo volūtas erat: ac tanto magis erat: quāto magis seruire peccato nō poterat. Multa autē qrun tur de illa aīa rationali, e qbus vnū est. Vtrū vcz aequalē cū diuinitate habuit sciētiā: de qua qstione in alio opusculo qd de aīa Christi titulū habet, prolixius disputauī. Hic vero hoc solū cōmemorare sufficit: qd eadē aīa sicut plenam & pfectā dei sapientia vnitam habuit: ita plene & perfecte ex ipsa & per ipsam sapientia sapiens fuit: nec tñ ipsi sapientia natura æqualis fuit: qd lōge aliud est sapientia sapere: atq; aliud sapientiam esse. Ex quo em̄ hūanitati diuinitas coniūcta est: ex ipsa diuinitate humanitas accepit per gratiā, totū qd diuinitas habuit p naturam: ita vt scdm illā ineffabile vnionē: & dei esset in humanitate sua totū qd hūanitatis erat: & hominis esset in diuinitate sua totū qd diuinitatis erat. Sic ergo humanitatem verbī in aīa rationali a prima conceptione sua: ex ineffabili vnione diuinitatis plenā & pfectā sapientiam, & potentia & virtutē & bonitatem accepisse credimus: & ipsam sicut in vnione diuinitatis inseparabiliter sic in ipsa quæ ex vnione diuinitatis erat plenitudine virtutis incōmutabiliter permānisse confitemur. Neq; n. idcirco de? homo inter homines cōuersari voluit:

vt quasi per interualla temporū sapientia aut virtute proficiēs meritū sibi cōpararet, & seipso melior fieret: sed vt ea sapientia & bonitate quā ipse in diuinitate sua plenā & pfectā semp habuit: & in humanitate sua plenā & pfectam semel & simul accepit: dispensationem salutis humanæ scdm ineffabilem ordinationē suam cōpleret. Quapropter id qd dicit euangelista. Q; proficiebat Iesus aīate, sapientia, & gratia non ita accipit quasi in semetipso melior factus: sed quia hoībus quam ipse habebat sed latebat sapientia & gratia prout ratio temporum postulabat magis semper ac magis aperuit. Ita apud homines ipse pficiebat: qm̄ homines ipsi in eius cognitione profecerunt. Apud deū autē profecit in eo qd dū se sapientia & gratia dei plenum ostenderet: eos ad laudē dei patris, a quo hoc esse testabatur, magis semp ac magis prouocauit. De merito etiā Christi pterendum non est: quod qdam minus considerate dicere solent, qd scilicet Xps homo aliter ad gloriam immortalitatis peruenire non potuisset, nisi prius per passionem merendo mortē sustinuisset. Non. n. attēdunt hi quia qd deus hō mortalīs fuit, non necessitatis erat: sed voluntatis. Nā si primus homo sine morte ad immortalitatem peruenire potuisset: si se ab inobediētiā culpa custodire voluisset: quanto magis Christus homo qui non solum sine peccato homo iustus: sed supra hominem de? fuit, carnī suæ quā ad consortium deitatis in conceptione sublimauerat, gloriam incorruptionis dare potuisset, etiā si illā ad tolerantiam passionis & mortis humilia re noluisse? Si em̄ Christus ad gloria resurrectionis nisi moriēdo peruenire non potuit: ergo p se mortu⁹ est Christus: & necesse habuit mori, vt viuere posset. Quid autem dicit? Vado inquit immolari p vobis. Hic intēdite. Vado immolari p vobis. Quare nō dicit Xps vado imolari p vobis & p me? Si em̄ p nobis tm̄ mortuus est: vbi est qd dicitis mortuū p se. Audite ergo Xps dicit, qd p nobis mortu⁹ est: & nos si dicim⁹ qd p semetipso mortu⁹ est, bñficiū negamus

quia gratias referre nolumus. Si pro se mortuus est: quod ei debemus? Ipse igitur sibi congratuletur: Pro se sustinuit: sibi recepit. An forte & sibi & nobis? Quare ergo tacuit sibi, & dixit vobis? An forte erubuit de necessitate, & gloriabatur de pietate? Ergo ipse erubuit manifestare: tu non erubescis impropere. Sed dicunt. Si Christus pro tolerantia passionis gloria resurrectionis non meruit: quod est quod apostolus dicit: Christus factus est pro nobis obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & deus illi exaltavit: & donavit illi nomen quod est super omne nomen: Ecce manifeste dicit apostolus: quia propterea pro resurrectionis gloria Christus meruit exaltari: quia prius per obedientiam passionis usque ad mortem non respuit humiliari. Si ergo propter hoc exaltatus quia humiliatus: ergo exaltationis causa, humiliatio fuit. Ergo in humiliatione meruit: qui in exaltatione humiliationis premium recepit. Si autem merendo ad gloriam peruenit: quod ad illam pervenire potuisset, si non meruisset? Sic ergo isti argumentando de propositione erroris ad conclusionem mendacii perveniunt. Fallit quippe eos quod meriti nomen non discernunt. Et propterea quia dicere non audent Christum nihil meruisse: ne forte ab eo facta apostolus deum nullius virtutis aut precii fuisse dicere videant: dum cadere timeant, precipitant se asserentes quod Christus patiendo gloriam meruit, ita ut si passus non fuisset: illam nec habere potuisset nec debuisset. Si, n. dicimus quod nihil meruit: consequens esse putat opera virtutis, aut iustitiae eius non fecit se. Si autem dicimus quod meruit: statim inferunt aliquid eius prius non debuit sibi operando obtinuisse: quod est dicere: quod Christus aut bona opera non fecit: aut aliquid quod sibi prius non debebat operando promeruit. Sed videte quod stulta sit ista assertio. Quid enim? Ergo deus boni operi facere non potest: quia nihil non debuit sibi promereri potest? Aut ideo operando non meret? Quia ipsi debet etiam si non operetur? Quando nobis beneficia impedit deus, & dona munificentie largitur: nonne hæc ipsa faciendo a nobis pro beneficiis suis amari & laudari meret? Aut quia meret, ideo prius dignus non fuit aut mi-

nus fuit: & ope temporali crevit meritum dei: & melior seipso factus est deus? Nunquid non melius est & multo melius: ut dicamus quod æterna bonitate quæ in ipso nunquam crevit (quia plena in ipso & perfecta semper fuit) plene semper & perfecte bonus fuit: & dignus laudari & amari? Et quando opus temporale facit, & nobis bene facit: amari & laudari a nobis meretur: & est meritum operis in illo æternum: quod nobis temporaliter exhibet. Neque ideo modo non meretur quia prius dignus fuit: neque quia modo meretur prius dignus non fuit. Est ergo meritum in opere: quia quod fit opus est bonitatis: & ipsum meritum tamen cum opere & in operante non incipit: quoniam & ante exhibitionem operis, bonitas fuit, operantis. Similiter deus homo, quod sicut in divinitate sua ab æterno perfectam bonitatem habuit: immo ipse perfecta bonitas fuit: ita in humanitate sua a prima conceptione: plenam & perfectam bonitatem accepit: non tunc primum obedientiam patiendi & moriendi habere cepit: quoniam pati & mori cepit. Ecce concedimus quod Christus propterea exaltatus est a patre: quia obediens factus est patri. Ecce concedimus quod obedientiam meritum est: exaltatio premium. Quid ergo? Si obedientiam meritum est, nonne ex quo obedientiam cepit, meritum cepit? Factus est inquit obediens. Quis factus est? Christus. Secundum quid factus est? Secundum humanitatem. Secundum humanitatem factus est obediens: secundum divinitatem subesse non potuit in qua æqualis fuit. Alia scriptura dicit. Didicit ex his quæ passus est, obedientiam. Didicit quod nesciuit. Quid nesciuit? Obedientiam. Subesse nesciuit: Non potuit in eo quod æqualis erat esse inferior. Propterea didicit: quod nesciuit: quia id quod in excellentiam deitatis expertus non fuit, per inferiorem naturam in usum assumpsit. Factus est obediens. Ex quo factus est homo: factus est obediens. Ex quo homo esse cepit: subiectus esse cepit. In quantum homo dignitate: in quantum bonus voluntate. Hic est meritum. Si voluntas semper perfecta fuit: & meritum semper perfectum fuit. Ex quo deus cepit esse homo: & homo cepit esse deus. Deus cepit esse homo subiectus: & homo cepit esse

deus perfectus. Si deus humiliatus est quantum potuit in homine: homo sublimatus non est quantum potuit in deo? Si deus in eo quod homo esse cepit, passibilis & mortalitatis esse cepit: & homo in eo quod deus esse cepit: iustus & bonus & perfectus esse cepit. Sicut enim deus quando homo esse cepit quod hominis erat accepit: sic & homo quando deus esse cepit quod dei erat accepit. Quapropter sicut deus perfecta sapientia & potestas & bonitas est: ita homo ex quo deus factus est: perfecte potens & sapiens & bonus in deo factus est. An putas Christum hominem tunc primum plenam & perfectam potentiam divinitatis accepisse quando dicit: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra? Unde ergo prius demonibus imperavit: angelos ministros habuit: elementa ad nutum imperii sui inclinavit? An forte quia orationem legis quasi precibus obtinuisse putas: quod prius ipse non potuit? Pater, inquit, clarifica filium tuum. Et ecce vox facta est de celo dicens: & clarificavi, & iterum clarificabo. Audistis filium postulante, patrem annuente. Puras precibus obtinuerit quod non obtinisset si preces non fudisset? Audi quod sequitur. Non propter me, inquit, facta est vox ista, sed propter vos. Si responsio propter me facta non esset, nec postulatio propter me facta est. Sicut ergo responsione patris non accipio: ut me exaudiatum intelligam: sic nec preces patri fundo, ut quod non possum obtineam. Ego enim totum possum qui filius sum patris. Omnia enim quæ pater facit: hæc & filius facit similiter. Ex quo enim ut filius dei patris, essem homo accipi: totum quod deus pater potest posse accipi. Videtis ergo quomodo Christus homo in eo quod filius dei fuit: & ex quo filius dei fuit, divinam sapientiam & potestatem & bonitatem habuit: & plene ac perfecte habuit, quia plene ac perfecte fuit. Aut ideo ab initio hoc non fuit: quia ab initio hoc non dixit? Hæc inquit ab initio non dixi vobis. Ergo ab initio Christus homo ex quo homo esse cepit deus non fuit: quia ab initio ex quo homo esse cepit: hoc non dixit? Diu fuit Christus homo inter homines, priusquam deum se dice-

ret vel probaret, et quando hoc dicere cepit: cum magna modestia ac reverentia hoc dixit: ne scandalizarentur, qui mirarentur: nec susciperent qui, non caperent. Ideo reverenter se suggessit: non precipitanter ingessit. Quem, inquit, dicunt homines esse filium hominis? Non prædicaui: sed interrogavi. Dicit voluit: sed dicere noluit: ne non veritatem docere, sed gloriam quaerere videretur. Creditis in deum & in me credite. Considera quomodo modeste se adiungit: quia sciebat extra intelligentiam hominis esse ut homo deus crederetur. Propterea humanam intelligentiam adhuc subtrahit et homo: neque in fide hominis adhuc ut deus crederetur, ascederat. Ideo dubitanti & amari dixit. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Propter hoc ergo quia sciebat in conscientia humana se subtrahere: & ut æqualis crederetur eidem conscientiam longinquum & extraneum esse: paulatim illam fouebat: ut ad veritatem assuefaceret: ut veritas illa illuminaret, non novitas scandalizaret. Sic ergo Christus homo inter homines conuersando secundum dispensationem salutis humanæ congruam per temporum intervalla quod in se simul erat aperuit: & quod ipse ab initio plenum & perfectum habebat humanæ cognitioni per quosdam profectus reuelationis se habere, magis ac magis oportebat ostendit. Sed dicitur. Si in Christo homine ab initio ex obedientia suscipiende passionis meritum fuit: in hoc ipso iam constat: quod si passurus non fuisset ab initio: meritum obedientiam patiendi habere non potuisset. Si enim futura passio non fuisset: obedientiam patiendi nulla fuisset. Si obedientiam non fuisset: meritum obedientiam non fuisset. Sic itaque ad obtinendam gloriam incorruptionis: inducere conantur necessitatem passionis. Sed minus considerant quia eadem bonitate qua se ad obedientiam passionis spontaneè exhibuit: quia pati voluit: iustus & bonus & gloria dignus fuisset: etiam si pati noluisset: si enim pati noluisset ad patiendum obediens non fuisset: non tamè inobediens fuisset, quia voluntati patris hoc nolens non contradixisset: quoniam hoc & ipse pater noluisset. Nam sicut obediens fuit quia vol-

lenti volens cōsensit: ita p̄culdubio obce-
diens fuisset, si nolenti hoc patri idem &
ipse nolens cōsensisset. Itaq; semper obce-
diens fuisset, etiam si passus non fuisset:
neq; merito eius quicq; minueret, etiā si
ad passionem (quā non ex debito, sed ex
dignatione suscepit) non humiliaretur.
Vnum tñ, inquit, est qđ Christus p̄ pas-
sionē obtinuit, quod vtriq; habere nō po-
tuisset: si passus non fuisset. Patiēdo p̄p̄
omnibus credentibus factus est exemplū
passionis: sicut resurgendo omnibus pa-
tientibus forma glorificationis. Hoc ergo
lucratus est patiēdo: qđ ipsum magi-
strum & doctorem sequuntur omnes qui
bene patiuntur. Magnum quid lucratus
est. Quid ipsi hoc p̄dest? Præcedit: & oēs
sequuntur. Cuius bonum est hoc? Erran-
tes inueni, præcessi vt viam docerem: oēs
secuti sūt. Mihi quid prodest? Ego viam
sciebam: sper me incedere poterā: sed non
erat causa pergendi: si compassio non es-
set subueniēdi. Stulti & tardi corde ad
credendum, nonne oportuit pati Christū
& ita intrare in gloriam suam? Intendit
te. Oportuit itaq; inquit, pati Christum:
& ita intrare in gloriam suam. Quid est
ita? Per passionem. Post passionem, glori-
ficationem. Quid? Ergo Christus non po-
tuit intrare in gloriam: nisi transiret per
pœnam? Quid est enim oportuit, nisi qđ
aliter non potuit? Quomodo ergo suam,
si oportuit: & quomodo oportuit si suā?
Si gloria eius fuit quomodo vt ad illam
intraret, pati oportuit? Sed suam p̄pter
se, oportuit propter nos. Poterat quidē
Christus si voluisset alia via intrare in
gloriam suam: & quomodo veller illā ac-
cepisse: quemadmodum si veller nūq; ca-
ruisset: sed semper habuisset. Sed voluit
propter nos per pœnā ire in gloriā suā,
vt moriens timorem tolleret passionis: re-
surgens redderet spem glorificationis.
Hac via ire voluit: qđ nos hac via ire de-
buimus, qui alia non potuimus. Nos vo-
lumus, sed non possumus. Ipse potuit: sed
noluit: quia si aliter diuisset: peruenisset,
sed non subuenisset. Qui ergo Christum
in passione aliquid meruisse asserit: ita vt
eadem passione bonum aliquid ad com-
modum vel vtilitatem vel gloriam suā
eum obtinuisse contēdar, qđ iuste habe-

re nō potuisset, si passus nō fuisset, Chri-
stum plane in necessitate passionis du-
cit, & pariter redemptionis gratiam quæ
in morte ipsius exhibita est imminuere,
vel potius euacuare cōuincitur: qui cau-
sam passionis eius non nostrā, sed ipsius
necessitatem fuisse probare conatur. Er-
go Christus non meruit quasi sibi inde-
bitū aliquid acquirere: & tamen meruit
opus virtutis dignum remunerationē per-
ficiens. Neq; enim ideo quia prius ipse di-
gnus fuit: opus virtutis postea exhibitū
remunerabile non fuit: neq; rursus quia
pro opere virtutis remuneratus dicitur:
prius etiam qđ operaret dignus fuisse ne-
gatur. Meruit ergo quantum ad virtutē
operis, quia pro opere, remunerationē di-
gnus fuit: nec tamen sic meruit quasi di-
gnus non fuisset, etiā si operatus nō fuisset.
Paterfamilias laborat in vinea sua: &
post cum ad refectorem venit postulat
cibum: bene se meruisse dicit quod acce-
pturus est. Sed aliter mercenarius mere-
tur, aliter dominus. Mercenarius meretur
quia ei non deberetur, si non operaretur.
Dominus autem etiam si non operatur,
panem suum manducat: quia suus est: &
non opus habet si vult pro eo laborare:
quia suus est & sine opere. Multa sunt qđ
dici potuissent super his: sed hæc præsen-
ti abbreviationi sufficient. ¶ Nouissimo
quærent de anima illa rationali quā ver-
bum cū carne in vnitatē personæ assu-
psit, verum sicut eam ex ineffabili vniōe
diuinitatis perfectam sapientiam: & vir-
tutem & bonitatem accepisse dicim⁹: ita
quoq; ab initio priusq; gloriam resurre-
ctionis per immortalitatē carnis idueret
ex eadem vniōe diuinitatis: plenā quoq;
qđ beatitudinem habuisse dicamus. Qđ
si concedimus, obiciunt: qđ anima illa ant
resurrectionem passioēs & dolores susti-
nuit: ac per hoc plena beatitudo esse non
potuit, vbi pœna & dolor fuit. Sed nō at-
tendunt qđ anima illa secundū aliud car-
ni vnita fuit: & secundum aliud diuini-
tati. In eo qđ carni vnita fuit: vita car-
nis ipsa fuit. In eo autem qđ diuinitati
vnita fuit: vita ipsi⁹ diuinitas fuit. In eo
autem qđ carni iungebatur, recedēte ani-
ma ipsa caro moriebatur. In eo autem qđ
diuinitati iungebatur, etiam a carne re-

cedens ab ipsa diuinitate non separaba-
tur. Quæ igitur in sensu carnis ad tem-
pus dolorem sustinuit: in societate deita-
tis plenum & perfectum gaudium sem-
per possedit. Vbi enim perfecte iungeba-
tur: plene & perfecte beatificabatur. Vbi
autem ad tempus min⁹ habuit ex dispē-
satione: postea suppletum est in glori-
ficatione. Ita tamen vt quod in parte sub-
limiori habebat verum boni: nec aliquā-
do redderetur, quia nunq; fuit amissum:
nec suppleretur, quia ex quo datum est:
semper mansit perfectum.

De carne quam verbum as-
sumpsit qualis fuit secundum
passibilitatē: & sensum & af-
fectum. Caput. VII.

A carne verbi hoc pri-
mū cōmemorare oportet qđ illam ab ipsa cō-
ceptione, spiritus sancti operatione ita mū-
datam credimus: vt eā
verbum ipsum liberā prorsus, & immu-
nē ab omni peccato assumeret: pœna ta-
men peccati voluntate nō necessitate as-
sumptis remanente: vt dum ista in sal-
uatore sine culpa pateret: illa qđ in saluā-
dis pro culpa pœnæ obnoxia fuerat: libe-
raretur. De hac itaq; pœna passibilitatis
sive mortalitatis quærent quidam: quo-
modo in carne saluatoris erat. Sed faci-
le est scire quomō caro illa qđ diu in ma-
sa generis humani sub originali debito
fuit: pœnam quoq; præuaricationis qua
totum tenebatur in toto ipso ex necessi-
tate sustinuit. Postq; autē a toto ipso sin-
gulariter diuisa est: vt nec in ipso esset,
nec cum ipso in causa participaret: iam
nihil pœnæ debuit: qđ culpa nil habuit.
Itaq; quantum in ipsa fuit, nō debuit susti-
nere pœnam: quando iā non habuit cul-
pam. Pœnat ergo iuste saluator in car-
ne sua quam sine culpa assumpsit, pœnā
quoq; mortalitatis & passibilitatis infir-
mitatem non assumpsisse, sed eam non so-
lum supra id quod nos sumus mortales,
quia peccator non erat: sed supra id etiā
qđ primus homo ante peccatum fuit: qđ
probandus non erat a prima conceptio-

ne gloria immortalitatis induisse. Primus
quippe homo quia probandus erat: talis
esse debuit qui & peccare & non pecca-
re potuisset: vt voluntatis non necessita-
tis esset vtriq;. Neq; enim vel obcedien-
ti meritum: vel nō obcedienti culpa esse
potuisset: nisi & obcedentiā & præuari-
cationem voluntaria fuisset. Itaq; quia ad p̄-
bationem vtrinq; voluntas eius expecta-
batur: ad vtriq; ei possibilitas præstaba-
tur. Quia vero peccandi & non peccan-
di possibilitatē habuit: oportebat vt &
moriēdi & non moriēdi possibilitatē ha-
beret. Si enim ex necessitate immortalis
tas fuisset: & præuaricator & peccator mo-
ri non potuisset: atq; ita inobcedientia
pœnam debitam non haberet, nec se re-
cognosceret aliquando peccator si mor-
tuus intus: foris semper viueret. Item si
ex necessitate mortalitatis fuisset, etiam in
obcedientia persistens: mori debuisset: &
iniuste sine culpa puniretur: si non pecca-
ns moreretur. Quapropter quia p̄ban-
dus erat: & verum in obcedientia persi-
steret expectabatur: caro quoq; illi⁹ & se-
cundum aliquid mortalitatis erat: quia scilicet
mori poterat: & secundum aliquid im-
mortalitatis erat quia poterat nō mori: qua-
tenus ex eo qđ mori poterat moreretur si
peccaret: & ex eo similiter qđ mori nō po-
terat, nō moreretur si in obcedentiā per-
seueraret. Christus autē homo quia per-
fectus a principio & probatus inuentus
est: ad perfectionem vel ad probationem
expectatus non est. Et idcirco sicut liberū
arbitrium habuit: nec tamen ita vt pec-
care posset: ita quoq; & immortalitatem
quantum in se erat habere debuit: & ita
vt mori omnino non posset. Vnde con-
stat qđ Christo homini a principio non
solum ea immortalitas debebatur, quam
primus homo habuit ante præuaricatio-
nem: sed illa quoq; quam nunc secundus
habet post resurrectionem: vt videlicet
sicut ex consortio deitatis spiritu confir-
matus erat ad veritatem, vt peccare non
posset: ita quoq; ex merito virtutis carne
confirmatus esset ad incorruptionem: vt
mori non posset. Sed quia caro peccatrix
a pœna peccati liberari non potuit: nisi
caro eius quæ sine peccato erat patere-

cur: infirmitatem passibilitatis & mortalitatis in carne assumpta retinuit potestate, sustinuit voluntate, non passus est necessitate. De sensu autem passionis in carne Christi: quidam male sensit inuenitur. Asserentes carnem illam in omnibus iis quæ in ea & circa eam exhibita sunt passionis genera: similitudinem quidem passionis & doloris suscepisse, sed nullum omnino dolorem aut passionem sustinuisse. Sed non attendunt quanta absurditas huiusmodi assertionem consequitur. Quomodo enim in Christo vera compassio fuit, si vera passio non fuit? Quomodo stabit quod dicit propheta: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit? Si Christus in cruce dolorem passus non fuit, quare tantopere calicem passionis transferri a se postulauit? Quid sibi voluit sanguis desudans angustiam imminentis mortis contestatus? Quid sibi voluit quod ipse Christus & infirmitate se cundum quam caro passionem timuit: & voluntatem secundum quam spiritus promptus fuit exponens ait: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma? Isti ergo qui negant in saluatore secundum infirmitatem carnis veram fuisse passionem: quantum in se est eam quæ per passionem Christi facta est, negare conuincuntur redemptio nem. Sunt alii qui non minori dementia de affectibus humanis in Christo (quos secundum veritatem nature cum humanitate & in humanitate suscepit) quod non solum falsa, sed horrenda etiam blasphemiam non timuerunt. Quia, in apostoli ait, Non habemus pontificem qui non possit compassi infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia: asserunt humanum affectum in Christo: motus etiam vitiorum sensit, absque consensu tantum rationis: secundum concupiscendi infirmitatem qua nos qui peccatores sumus ex illa originali corruptione quam portamus, illicitos appetitus: & motus concupiscendi surgentis: & vitii, tentatis delectationem etiam inuiti sentire solemus. Hos autem motus idcirco Christum in carne sua voluntarie sustinuisse: ut quasi illis tentantibus resistendo victor existeret: quatenus & sibi tentationem vitiorum superando premium iustitiae acquireret: & nobis in tentatione positus resistendi & vin-

endi in semetipso exemplum formaret. Sed absit a sensu Christiano ut vlla in illa carne sacrosancta agni immaculati in ordinata delectationis & concupiscentie illicitæ titillationem aliquo modo fuisse, aut dicat, aut credat: quia si vel aliquam prauæ delectationis radicem aut motum concupiscendi inordinatum in illa fuisse diceremus, profecto ab omni vitio liberam negaremus. Quomodo autem vitium mundum daret, si vitium portaret? Motus quippe in ordinatus ex infirmitate concupiscendi, surgens cum ipsa tantum corruptione de qua oritur non solum poena est, sed culpa: quæ tamen in baptizatis ad damnationem non imputatur: quia per gratiam nouæ regenerationis excusatur. Sicut dicit apostolus: iam nihil damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu. Hæc tamen corruptio per gratiam sacramenti non quidem accipit ut culpa non sit, sed ut damnabilis non sit, quia si culpa omnino non esset, non haberet excusari, quia non deberet imputari. Quapropter illam infirmitatem humanæ nature quæ poena est: solum cum susceptio ne carnis Christi assumptis. Veraciter dicimus: illam vero quæ sic poena est ut etiam culpa sit: nullatenus admisisse indubitanter affirmamus. Neque enim sic victorem vitiorum dicere volumus, ut eum ipsa quæ vinceret vitia portasse aliquando ac sensit dicamus. Propterea enim per solam poenam infirmari consensit: ut eos qui & in culpa & in poena ærotabant: primum a culpa iustificaret: postea a poena liberaret.

Quomodo intelligendum sit quod scriptum est: conceptus est de spiritu sancto. Cap. VIII.



Um sicut superius dictum est incarnationem filii cum ipso filio: pater simul & spiritus sanctus operatus sit, merito quaeritur: quare in scriptura sacra singulariter de spiritu sancto conceptus memoratur, Hæc quidem sicut & cætera quæ de ipso dicuntur humana intelligentia timide contingit: sed deuotio fidei amplius præsumens secundum puram conscientiam fideliter ingrit.

Quærendum itaque in primis est quomodo intelligi oporteat quod dictum est beatam Mariam de spiritu sancto conceptis. Scimus namque & omnes iam frequentissimo vultu natura didicimus: quod cum mulier a viro conceperit: non aliud nisi substantiam carnis ad generandam carnem per carnis coitum suscepisse memoratur. Et hæc quidem carnis substantia de carne viri per ipsum carnis coitum transfusa, cum carne mulieris vna caro efficitur: ut id quod nasciturum est ex vtriusque substantia veraciter originem sumens ab illo: per istam etiam ab ista generetur. Ergo mulier a viro concipit: cum a carne viri per coitum carnis semine suscipit, ad generandam carnem. Nec aliud concipit quod ille est a quo concipitur: aut ipsa quæ concipit & quod concipit: hoc parit. Quid ergo dicemus? Nunquid spiritus sanctus de sua substantia semen partus infudit alio virgini? Quomodo ergo semen carnis ministrare potuit substantia spiritalis? An forte semen carnis non fuit quod conceptum est: & caro fuit quod natum est. Quid dicemus? Quomodo Maria de spiritu sancto concepit? Et si de spiritu sancto concepit: quomodo spiritus sanctus pater Christi non fuit? Hæc omnia magna consideratione indigent: ne forte in re difficili, & valde obscura: humanus sensus aliquid amplius sua possibilitate præsumat. Nec ideo de his dubitandum est quia obscura sunt: nec ideo aliquid temere definitur, quia credenda sunt. Quæramus ergo quid concepit Maria. Aut carnem non concepit: & carnem non genuit: aut si carnem genuit carnem concepit. Quod enim concepit, hoc genuit. Sed quomodo carnem ministrare potuit non caro? aut non carnem gignere caro? Ista perplexa inquisitione siue quaerenti ratio: quemadmodum sane & competenter intelligi valeat consideremus. Et primum in ea quæ secundum solitam & vtitam naturam operationem peragitur conceptione: eiusdem nature opus quomodo compleatur intuemur. In parentibus carnaliter generantibus: & per carnis coitum nascituram carnem ex carne fabricantibus, vtriusque natura substantiam ministrat partui creaturæ: ut ex vtriusque carne procedat: quæ so-

lū in vnius carne formanda est caro. Tamen hoc vestigal quod natura quasi de bitum quoddam ex instituto creatoris: ad fabricam humani corporis absoluendam impendit: ita prorsus sine vlla necessitate, aut coactione ab ea requiritur, ut nisi sola dilectione: & (ut sic dixerim) spontanea caritate: ad tribuendum id non inclinetur. Nihil enim est præter solam dilectionem, quod hoc debitum a natura extorquere possit, sed cum spontanea fuerit caritate persuasa: tunc nimirum sibi adinueniam ad opus consummandum ex vtriusque parte libenter atque gratanter occurrit. Sane quicquid violenter nolenti arripit: ad eiusmodi causam effectum incongruum prorsus atque inefficax demonstratur. Sola ergo dilectio est quæ naturam persuadere: & volentem quoddammodo cogere potest ad seminandum partum. Et quidem in muliere amor viri in viro autem amor mulieris: idem agere solet, ut quia in altero solum natura sibi sufficiens non est: alterum sibi per dilectionem subueniat: ut quod in neutra per se potuit: in vtriusque per se cum altera possit. Igitur semen humani partus a sola muliere formandum concipitur: quod simul a viro & muliere seminatur. Quod quidem sicut iam dictum est in muliere per amoris viri: & in viro per amoris mulieris, natura operatur. Propter quod etiam mulier non nisi a viro concipere dicitur, licet tamen de se quod de viro accipiat, vni succedat. Et recte de solo viro concipitur: quia id quod concipit, in altero quod de carne viri sumit, in altero autem per amoris viri ministratur. Non itaque hoc solum de viro concipitur: quod de viro accipit: sed hoc etiam de viro concipit: quod ex se de amore viri accipit. Hoc præmittere volumus: propter id quod dictum est Mariam de spiritu sancto conceperit. Concepit ergo Maria de spiritu sancto non quod de substantia spiritus sancti semine partum acceperit, sed quia per amoris & operationem spiritus sancti, ex carne virginis diuino partui natura substantiam ministravit. Nam quia in corde eius amor spiritus sancti singulariter ardebat, ideo in carne eius virtus spiritus sancti mirabilia faciebat. Cuius dilectio in corde illius non suscepit focum, eius operatio in carne illius non habebat exemplum. Hoc igitur solum virgo concipit: quod de sua carne per amorem & operationem

spiritus sancti accepit: de quo etiam solus sine virilis seminis admixtione filium genuit. Non ergo libido carnis conceptionem in virgine operata est, quæ nec de carne viri semen accepit: nec de sua carne per amorem viri concepta: sed per amorem & operationem spiritus sancti. Nec ipse spiritus sanctus idcirco pater Christi dicitur, quia eius amor conceptionem virginis operatus est: quia non de sua essentia virgini semen partus tribuit: sed ipsi de carne propria virginis per amorem suum atque virtutem, substantiam ministravit. Christus ergo & de virgine natus est, quia de carne virginis carnis substantiam accepit, & de spiritu sancto conceptus est: quia ipsa eum virgo ex sola carne sua sine admixtione virilis seminis: per spiritus sancti operationem amoremque concepit. Hinc est quod eidem virginis pariturae per angelum dicitur. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obscurabit tibi. Spiritus sanctus namque virginis superuenit: ut per eius operationem caro Christi de carne virginis formaretur: & virtus altissimi obumbravit eius substantiam carnis ministrans carnali concupiscentia vretur.

De vnione verbi, animæ, & carnis.
Caput. IX.

Questio



Varitur etiam utrum verbum carnem simul & animam assumpserit: an carnem prius quam animam siue animam prius quam carnem. Sed verissime & absque omni dubitatione creditur quod ex quo hominem deus assumpsit: totum assumpsit: quia ex quo hominem assumpsit, sicut homo deus: sic & deus verus homo fuit. Verus autem non fuisset in sola carne, aut in anima sola: quia homo est & caro & anima. Itaque quando hominem assumpsit, simul verum assumpsit. Assumpsit autem carnem & animam, id est hominem, naturam non personam. Neque enim assumpsit hominem personam: sed assumpsit hominem in personam. Ideo autem hominem assumpsit: quia carnem humanam & animam humanam assumpsit. Ideo ve-

ro personam non assumpsit, quia caro illa & anima illa priusquam verbo unirentur in personam, non erant unita ad personam. Vna unio fuit: & ad unum unio fuit: & verbi & carnis & animæ. Non prius verbum & caro: nec prius verbum & anima nec prius anima & caro: sed simul verbum & anima & caro. Sed erat quidem verbum ante hanc unionem persona: quia filius erat qui persona erat: sicut pater persona erat: & persona spiritus sancti erat. Et erat persona æterna sicut verbum æternum erat: & filius æternus erat. Nec coepit esse persona verbum, quando homo esse coepit: sed assumpsit hominem, ut homo persona esse inciperet: nec alia persona quam illa erat: quæ est acciperet. Itaque verbum persona accepit hominem, non personam, sed naturam: ut qui suscepit & quod suscepit una esset in trinitate persona. Neque enim assumpto homine quaternitas facta est: sed trinitas mansit: quia homo assumptus ex quo deus esse coepit, non alia persona esse coepit: quam illa quæ eum suscepit. Qui ergo hominem assumptum negat personam esse, negat hominem in personam assumptum esse. Si enim illud nunquam futurus esset, frustra ad illud aliquid quando assumptus esset. Nunc igitur homo assumptus persona est, & non alia: sed ipsa illa persona a qua assumptus est, quia & assumens & assumptus una persona est. Deus: homo est. Verum est propter humanitatem suam. Homo, deus est. Verum est propter diuinitatem suam. Deus humanitatem suscepit: homo diuinitatem accepit. Et est deus homo propter humanitatem quam suscepit, & habet: & homo deus propter diuinitatem: non de duobus dicitur, sed de uno: quia deus & homo non duo sed vnus est Iesus Christus. Sed dicitis. Quomodo vnus? Dic mihi qualis vnio: & ego tibi dicam qualiter vnus. Si vere ineffabilis est vnio dei & hominis: ineffabiliter non duo sunt, sed vnus deus & homo. Tamen non omnino duo sunt: deus & homo, sed vnus Iesus Christus. Qui est deus, ipse est homo: & qui est homo, ipse est deus: non alter & alter: sed ipse vnus & idem. Quid significat homo? Naturam. Quem significat homo? Personam.

Si quæris quid significat homo aliud significat homo: & aliud deus. Homo enim significat humanitatem: deus significat diuinitatem. Si quæris quæ significat homo: eundem significat quem deus, quia idem est & homo & deus. Quid est homo? Si naturam quæris: corpus & anima. Bene dico: quia hoc est homo: hoc esse hominis est, quia hoc est hominem facit. Quid est homo? Si personam quæris deus est. Quare homo deus est? Quia humanitas diuinitate personaliter vnita est. Natura dei diuinitas, natura hominis humanitas: & diuinitas quidem humanitas non est, deus tamen homo est. Natura diuersa: persona vna. Quia autem vnita est natura, vna est persona: & quia persona dei & hominis vna est: deus & homo vnus est. Propterea quod facit deus facit homo, & quod facit homo facit deus: quia non duo, sed vnus, deus & homo. Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis: qui est in caelo. In terra loquebatur, & in caelo se esse testabatur. Vtrobique enim erat. In terra per humanitatem: in caelo per diuinitatem. Idem qui in caelo erat, in terra erat. Per diuinitatem in caelo & in terra. Si cognouissent: nunquam dominum gloriae crucifixissent. Mirum est. Homo in caelo dominabatur: & deus in cruce moriebatur. Si posuit homo in terra positus per humanitatem, in caelo esse per diuinitatem: posuit & deus in caelo regnans per diuinitatem: in terra mori per humanitatem. Sed dicitis. Quomodo deus mori potuit? Deus qui immortalis est: quomodo mortuus est? Hoc ego sciebam: quia essent qui hoc dicerent. Deus mori non potuit: homo mortuus est: deus mortuus non est. Quare ergo negatis deum mortuum esse? Quia inquit diuinitas mori non potest. Si propterea deus mortuus non est: quia secundum diuinitatem mortuus non est: ergo nec de virgine deus natus est: quia secundum diuinitatem de virgine natus non est: nec inter homines deus conuersatus est, quia secundum diuinitatem inter homines deus conuersatus non est, & cetera omnia quæ in carne operatus est falsator. Si ergo deus hæc non fecit: quis il-

le fuit, qui hæc fecit? Nos putauimus? deus fecisse hæc omnia. Vos dicitis: quod deus hæc non fecit. Dicite ergo: Quis ille fuit qui hæc fecit? Christus (inquit) hæc omnia fecit. Ergo Christus hæc fecit, & deus non fecit. Videte ne forte dicatur vobis. Si Christus hæc fecit, & deus hæc non fecit: ergo Christus deus non fuit. Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Vos tangitis Christum: & in propheta malignamini. Non dicitis Christum deum non esse, & tamen dicitis quod si verum esset, Christus deus non esset. Ergo tangitis Christum. Non aperte negatis: sed occulte negatis. Non, inquit, negamus, aut negamus. Sed ideo dicimus deum mortuum non fuisse, quia secundum diuinitatem Christus mortuus non fuit. Ergo dicitis, quando Christus ambulauit in terra filium hominis in caelo non fuisse, quia secundum humanitatem in caelo non fuit. Si autem non ideo homo in caelo non fuit, quando in terra ambulauit Christus: quia secundum humanitatem in caelo non fuit, neque ideo mortuus non fuit deus, quando in cruce pependit Christus, quia secundum diuinitatem mortuus non fuit. Quid enim? Si secundum hoc aut hoc non est, ergo non est? Si secundum hoc non est, tamen est: quia secundum aliud est. Auctoritatem vultis? Audite lucernam, si non creditis luci. Augustinus dicit. Si propter hominem mortuus est deus, non est homo victurus cum deo: Non est mortalis victurus in æternum: propter quem mortuus est, qui viuere in æternum. Sed quomodo mortuus est deus? Vnde mortuus est? Et potest mori deus? Accepit ex te, vnde moreretur pro te. Idem iterum. Verbum, inquit, crucifixum est: sed non mutatum est in hominem. Et iterum. Per id ergo quod homo erat: mortuus est deus: & per id quod deus erat excitatus est homo. Et quicquid passus est homo, non potest dici non passus deus: quia deus erat hominem assumens: sed non est mutatus in hominem. Videte ad huc. Quis fuit ille qui dixit. Antequam Abraham haberet ego sum: Nonne homo? Quis fuit ille qui dixit. Pater clarifica me claritate quam habui prius quam mundus esset apud te: Nonne homo? Ergo homo vere di-

xit Priusq̄ Abraham fieret ego sum. Ergo homo vere dixit, Pater clarifica me claritate quam habui, priusq̄ mundus esset, apud te. Quid? Hoc vos scandalizat! Hoc vos mouet qđ illos mouebat qui dicebant. Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidisti! Quare non! Nomen & illi verū dicebant qui hec dicebant! Paulo ante euangelista dixerat quia ipse Iesus incipiens erat quasi annorum triginta. Pauca tempora ab illo fluxerant vsq̄ ad hoc. Nondum quadraginta anni cōpleti erant: quāto magis quinquaginta non erant! An forte verum dicebat: qui triginta annorum illum esse dicebat: quia hoc erat, & non verum dicebant qui eum nondum quinquaginta annos habere dicebāt: quoniam & hoc amplius erat! Qui enim triginta annos nominabat qđ amplius erat, non negabat. Qui autem quinquaginta annos non credebant: multo magis qđ amplius erat nō cōcedebant. Quid ergo? Quando triginta annos euangelista nominabat: nihil nobis certum determinare voluit de spatio temporis & tatis Iesu: hoc est hominis Christi vsq̄ ad quod nostra cogitatio iret & ultra nō procederet! Si amplius habuit in eo qđ hoc habuit: quare euangelista amplius nō dixit! Sed non amplius habuit in eo quod hoc habuit. Triginta annorum erat Iesus: homo triginta annorum erat: quia aetas hominis triginta annorum erat. Triginta anni iam fluxerāt & non amplius: ex quo homo esse cœperat. Propterea homo triginta annorum erat & non plus. Et quid? Si homo triginta annorum t̄m erat, nōne similiter deus triginta t̄m annorum erat qui homo triginta t̄m annorum erat! Q̄ recēs deus. Q̄ paruam aetatem habuit deus! Vere paruam: quia paruus factus. Parua aetas in paruo, magna eternitas in magno. Tamen plus temporis non habuit vbi temporalis fuit. Vbi enim aeternus fuit: nec triginta annorum fuit: nec viginti, nec decem, nec quinq̄, nec vnus. Illic enim non fuit annuus: sed aeternus. Vbi autem temporalis fuit: nō plus fuit. Vbi eternus fuit, quid dicam! Plus fuit! Parum est hoc. Tēpus enim nequaquā ad comparationē aeternitatis accedere pōt. Ergo eternitas fuit,

& triginta t̄m annorum fuit, & in tempore cœpit, & ante tempora fuit: & in eo qđ cœpit in tempore factus est homo: & in eo qđ fuit ante tempora factor est deus. Et cum cœpit esse homo ex tempore: nō tamen cœpit, quasi prius non fuisset. Et similiter cum factus est homo: non tamen factus est, quasi prius non extitisset. Propterea eos qui Christum creaturam esse dixerunt, fides catholica condēnauit: quia Christus quibus in tempore esse cœpit, nō tamen omnino esse cœpit: quia supra tēpora & ante tēpora idē ipse semper deus fuit. Hoc est autem creaturam esse, aliqd de nihilo esse: hoc est esse aliquid & fuisse nihil. Non autē omnis qui aliquid esse incipit, ideo esse incipit quia aliquid esse incipit: sicut qui aliquid esse desinit, non ideo esse desinit, quia aliquid eē desinit. Non enim aliquid ita esse desinit, vt nihil sit: sed solū vt id quod esse desinit ita non sit. Sic non semper qui aliquid esse incipit, ita aliquid esse incipit, quasi esse incipiat vt aliquid sit: sed vt aliquid qđ prius nō fuit esse incipiat, vt iam sit. Ita Christus, quando homo esse incœpit, aliquid esse incœpit: nec tamen ita aliquid esse incœpit, quasi prius non fuisset aliquid: quia & priusq̄ hoc fuit qđ aliquando esse cœpit, fuit aliquid quod semper fuit & nunq̄ esse cœpit. Itaq̄ deus hō factus est, & tamen deus creatura non est, quia quod factus est pro eo factus est: quia temporaliter assumpsit, quod semper non habuit: sed ex tpe nō accepit, qđ semper habuit. Tamen postq̄ deus factus est homo: & homo deus: vnus fuit, & non duo, homo & deus. Et propter ipsam ineffabilem yñionem qua deus & homo vnus fuit, sicut deus per humanitatem suam se veraciter temporalem exhibuit, sic & homo per diuinitatem suam ante tempora se fuisse non fallaciter prœdicauit. Si deus aeternus triginta t̄m annorum aliquando fuit propter humanitatem: quare similiter homo temporalis aeternus non fuit propter diuinitatem! Ergo (inquiunt) homo ab aeterno fuit: & homo mūdum creauit: & hō fuit anteq̄ homo esset. Pueri estis & adhuc inuoluntatis infantie expediti nō potuistis, Nō dum in vobis exercitati sensus creuerūt:

qui lacte opus nō habent, sed solido cibo. Quid em̄ sunt verborū inuolucra nisi quaedam inuolumenta intelligētia: quibus quādiu sensus humanus obuoluitur: nūq̄ cordis oculus ad veritatis lumen p̄fecte aperitur! Quaritis an fuit homo ante tempora, & ego vos interrogo an deus cœpit in tempore! Si aeternus factus est temporalis, temporalis factus nō est eternus! An forte ideo deus propter humanitatem in tēpore fuit: quia homo fuit, quādo homo in tempore fuit, sed homo propter diuinitatem ante tempora nō fuit: quia quādo deus ante tēpora fuit, homo adhuc deus nō fuit! Fortasse aliquid rationis erit: propter qđ eiusmodi locutiones caueatis: salua tamen integritate fidei christianae vt vnū eūdemq̄ ipsum esse credatis: qui & in tempore homo fuit, p̄pter humanitatem suā: & ante tempora deus propter diuinitatē suā. Et idcirco ipse idem veraciter se dixit, & in tempore venisse hominē, & ante tempora fuisse deū. Cum autem hoc & hoc dixit: non alius & alius dixit: sed secundum aliud & aliud dixit. Quod deus dixit, homo dixit: & quod homo dixit, deus dixit: quia & homo deus, & deus homo vnus fuit. Quādo dico homo, naturam significo humanā, id est animā & carnem. Quādo dico deus, naturā significo diuinā, id est veri diuinitatē. Item quādo dico homo, personam significo ex anima & carne. Item quādo dico deus, personam significo in diuinitate. Nō amplius notat homo in natura, q̄ animā & carnē: neq̄ in persona, q̄ ex anima & carne. Neq̄ amplius deus notat in natura q̄ diuinitatē: neq̄ in persona q̄ in diuinitate: & tamen in Christo persona ex anima & carne: & persona in diuinitate nō duae sunt personae, sed vna persona est. Quae est natura hominis: Humanitas. Quae est natura dei: Diuinitas. Ex humanitate est homo: ex diuinitate est deus. Qđ homo est, ex anima & carne est: hoc est esse eius: quia natura eius est. Quod homo est, ex eo est quod hominis est. Quod deus est, ex eo est quod dei est. Etem̄ quod deus est, ex diuinitate est: hoc esse eius est: quia natura eius est. Et ideo quod deus est, ex eo est, qđ suū est. Quod homo est, ex eo est, qđ hoīs est. S Quapropter quia deus & hō ex eo qđ ho-

minis est, homo est: & homo ex eo qđ dei est, deus est: profecto & deus homo, & homo deus est. Itē quā nō ex alio homo deus, q̄ deus: neq̄ ex alio deus homo, q̄ homo: nō alius, sed idem est deus & homo. Tamen qđ homo in suo est cōditione: deus in eodē est dignatione: & qđ deus in suo est per naturā: homo in eodē est per gratiā. Sic itaq̄ in Christo aliā dicimus esse humanā naturā, & aliā diuinā: sed non aliū dicimus esse hoīem, & aliū deum: sed deū & hoīem vnū Iesum Christū. Quid est Iesus? Saluator. Quid est Christus? Vnctus. Aliud notat Iesus, aliud Christus: & nō aliū t̄m significat Iesus, q̄ Christus: quia vnus est Iesus Christus. Augustinus dicit. Aliā significationē habet Iesus, & aliā significationē habet Christus: cū sit vnus Iesus Christus saluator noster. Iesus t̄m proprio nomen est illi, quō Moyses noīe proprio appellatus est: quomodo Helias: quomodo Abraham. Sic tanq̄ proprium nomen & dominus noster Iesus. Christus autem sacramēti nomen est: quomodo si dicatur propheta: quō si dicatur sacerdos. Lege sermonē Augustini in epistolā Iohannis: ibi hoc reperies. Idem in libro de prœdestinatione sanctorū. Ille inquit nos credere in Christū, fecit q̄ nobis fecit in quē credimus Christū. Hoc itaq̄ dicit Augustinus. Vis ergo adhuc pleni⁹ audire, quō aut scđm qđ, dñs Iesus Christus factus est, aut infectus! Ambrosius in libro quem de Trinitate scripsit, ita dicit. Dicimus igit, inquit, factū esse hoīem: & ad hoīem hoc esse referendū. Deniq̄ & alibi habes. Qui factus est ei ex semine Dauid scđm carnē. Scđm carnem vtiq̄ ex semine Dauid factus est. Deus autē ante secula ex deo natus est. Nec tamen factum esse semper ad creationē refertur. Scriptū est enim. Domine refugium factus es nobis. Et paulo post. Ergo si factum esse frequēter ad aliquid, nō ad naturā refertur: etiā creatum ad causam refertur. Vnde intelligim⁹ illud quod de incarnatione dñi scriptū est. Dñs creauit me principii vniuersi suarum in opera sua: id significare qđ ad redimēda opera patris: dñs Iesus ex virgine sit creatus. Idē in eodē. Paulus (inquit) prohibet me creaturā seruire: & Christo admonet seruiendum. Non ergo creatura

Christus. Paulus inquit. Seruus Christi Iesu & bonus seruus, qui dominum recognoscit. Ipse creaturae seruire nos prohibet. Quae admodum ergo ipse Christo seruiret, si Christum creaturam putaret? Vide ergo quod Christum & factum & creatum secundum aliquid affirmat: quae tamen creaturam esse negat. Idem quoque in eodem libro Christum non adoptiuum: sed naturale filium esse testatur dicens. Per adoptionem nos filii dicimur: ille per veritatem naturae. Quod ergo ex nihilo qui ex nihilo fecit omnia: ita oportet secundum testimonia scripturarum fidei vestigia formare: ut recte credulitati sincere confessionis puritatem adiungamus.

De separatione animae & carnis in Christo. Cap. X.

Vidā putauerūt in morte diuinitatem a Christo homine recessisse: & mortem hominis aliud quam separationem diuinitatis a carne non fuisse. Inueniunt enim quaedam verba in quibus ita dictum esse videtur: & inuenientes huiusmodi literae adherentes: non pertingentes ad spiritum. Beatus quoque Ambrosius tale aliquid videtur dicere in expositione psalms illius quem ipse dominus in passione sua de se scriptum esse ostendit dicens. Deus deus meus ut quid dereliquisti me? Super enim hunc locum Ambrosius dicit. Clamat homo separatione diuinitatis moriturus: & alia quasi ad ipsum probandum adducta: quia, si deus vita est: & ubi vita fuit, mors esse non potuit. Ac propterea nisi vita prius recessisset, mors venire non potuisset. Scriptum quippe est: quia Iesus clamans magna voce dixit. Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? Clamat homo se derelictum esse a deo: & conqueritur deum a se recessisse: & quasi ideo se moriturum esse quod deus ab ipso recesserit. Ideo dixit: quia clamat homo separatione diuinitatis moriturus. Sed videte quod dicitur. Si enim agitur de illa separatione diuinitatis: pro qua Christus homo in cruce clamabat: illa utique iam facta erat. Non enim derelinquendum: sed derelictum iam se protestatur dicens. Deus meus ut quid dereliquisti me? Si ergo de illa separatione diuinitatis agitur: iam recesserat deus quando

homo in cruce pendens derelictum se a deo vociferabatur. Et utique adhuc Christus in carne vivebat, quoniam sic deus ab eo recesserat. Respondeat ergo. Si mors esse non poterat nisi prius vita discederet: quomodo vita manere potuit postquam vita recesserat? Iam, sic recesserat deus, & adhuc Christus viuus in cruce pendebat, cum se derelictum caufatur. Si ergo in hac recessio X ne dei, & in hac diuinitatis separatione, illam quam inter diuinitatem & humanitatem constabat unionem personae solutam dicunt: fuit quoddam tempus quando Christus adhuc viuus homo erat: & deus non erat. Sed quis hoc dicat? Quis sane fidei concordans non obhorreat deo imponere: quod assumptum hominem usque ad mortem quidem comitatio perduxit: & in morte quando maiori periculo iam imminente maius auxilium necessarium erat, deseruit? Quare ergo tanto opere mercenarius improperat, quod lupo veniente oves quas custodire debuerant, fugientes deseruit: cum ipse unicam illam ouem, & agnum illum ovis virginis filium, quem non solum custodiendum, sed etiam glorificandum suscepit, lupo veniente deseruit? Ovis prius de pastore securo veniente lupo non timuit dicens: Venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Nunc autem a pastore derelicta, causando & conquerendo clamat: quare dereliquisti me? Solus homo fuit, & deus non fuit, & iam deus homo non fuit: quia iam ab homine recesserat deus: nec homo deus fuit: quia adhuc viuus in cruce pendens a deo derelictus fuit. Iam non solum ergo in morte: sed & ante mortem diuinitas ab homine recesserat, quando homo adhuc deum a se recessisse: ac per hoc ut isti aiunt deum se non esse, plangebatur. Quis hoc dicat? Quomodo aiunt quibus intelligendum est, quod Christus a deo derelictum se esse clamat, & quod scriptura hominem separatione diuinitatis moriturum clamasse affirmat: si deus ab homine non recesserat? Quid, ergo? Non potuit diuinitas humanitatem & secundum aliquid deseruisse: inquam videlicet eam potestati inimicorum expositam ad tempus non defendit: & secundum aliquid non deseruisse, inquam, si etiam tunc ab ea per presentiam maiestatis non recessit? Dereliquit

illis, sed illam non dereliquit. Dereliquit illis, sed sibi non dereliquit. Dereliquit: quia auxilium non contulit: sed non dereliquit quia praesentiam non abstulit. Subtraxit protectionem, sed non separauit unionem. Separauit se foris ut ad defensionem contra inimicos non adesset: sed non separauit se intus, ut illi ad unionem personae desesset. Sic ergo dereliquit ut non adiuuaret: sed non dereliquit ut recederet. Vado per viam, mecum pergis: pariter ambulamus. Securus sum quasi amicum mecum habens. Venit hostis meus & irruens in me & resistere non valentem vulneribus afflicti. Tu me plagari cernens nihil moueris, sed patienter sustines: & stas iuxta quasi non curas vulnera mea, & dico. Ut quid dereliquisti me? adhuc stas iuxta me, & caufor te recessisse a me. Iuxta es loco, sed longe auxilio. Iuxta fuisti quando te praesentem exhibuisti in dilectione. Longe factus es quando in periculis constituto, te subtraxisti a compassione. Sic ergo humanitas a diuinitate in passione derelicta se clamabat: quia eam inimicorum potestati ad crucifigendum concesserat: sicut scriptum est. Non haberes in me potestatem ullam, nisi tibi datum fuisset de super. Quam tamen mortem qua non pro sua iniquitate, sed pro nostra redemptione sustinuit in cruce pendens: quare sit derelicta requirit: non quasi aduersus deum de poena murmurans, sed nobis innocentiam suam in poena demonstrans: causam querebat qui peccatum ne sciebat.

Christus separata anima a carne & persona fuit & deus & homo. Cap. XI.

Acriptum est. Et clamans Iesus voce magna, tradidit spiritum. Quis tradidit? Iesus. Quid tradidit? Spiritum. Cui tradidit? Patri. Non Iudeus eiecit, neque pater extraxit, sed ipse sponte tradidit. Non violenter ablatum est: sed sponte datus. Potestatem inquit habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Ipsa anima, ipse est spiritus. Ipsa ergo anima emissa est potestate morientis, non violentia occidentis. Emissa est anima. Ille emisit, cuius fuit. Unde emisit? Ex carne. Quo

emisit? Ad patrem. Recessit anima, & mortua est caro. Mortuus est Christus: quia caro Christi mortua est. Sicut mortuus est deus, quia mortua est humanitas dei: ita mortuus est homo quia mortua est caro hominis. Sola caro mortua est, & carne mortuus est homo, cuius caro fuit: mortuus est etiam deus, quia deus homo fuit. Separatio animae mors carnis fuit. Sola caro mortua est, a qua anima separata est: anima mortua non est: nec diuinitas mortua est, sed sola caro mortua est: quia separata est anima ab ea, vita eius. Anima ad infernum descendit: caro in sepulchro iacuit: diuinitas cum utroque permanet. Neque enim caro & anima personam destruere poterunt separata, quam non fecerant & coniuncta. Verbum persona aeterna fuit. Neque tunc persona esse coepit, quando anima & carne in personam accepit. Accepit animam & carnem, ut in se persona essent, non ut se personam facerent. Quia ergo anima & caro in eo personam esse acceperunt: quod verbo personae uniri coeperunt: semper quidem cum verbo una & eadem persona permanserunt: quia nunquam postea a verbo vel inter se diuisa recesserunt. Fuit ergo verbum persona aeterna propter diuinitatem aeternam: & ipsa persona deus fuit propter diuinitatem, & homo fuit propter unitam verbo humanitatem. Ergo Christus persona ad infernum descendit, sed secundum solam animam: quia sola anima ad infernum descendit: & Christus persona in sepulchro iacuit & secundum solam carnem: quia sola caro in sepulchro iacuit & Christi persona ubique fuit: & secundum solam diuinitatem quia sola diuinitas ubique fuit. Neque anima in sepulchro iacuit, nec caro ad infernum descendit, neque caro vel anima ubique fuit. Corpus solum in sepulchro iacuit: & propter partem istam hominis Christus homo in sepulchro iacuit. Dicunt hoc quaedam scriptura: quod cum Christus in sepulchro iacuisse dicit: totum pro parte ponit: quia non totus homo in sepulchro iacuit: sed una pars hominis tantum corpus. Hic intendite. Non totus homo: sed pars hominis. Quis homo? Christus. Totus homo, totus Christus. Pars hominis, pars Christi. Christus in sepulchro iacuit: totum in parte ponitur. Ergo non totum iacuit sed pars. Quid est totum? Christus.

Quid est pars? Corpus. Ergo vel Christ⁹ non iacuit in sepulchrosi Christus in sepulchro iacuisse dicitur: & est figura dicē dī, qua totū pro parte ponitur, & in toto pars intelligitur. Ergo nec Christus vere ad infernum descendit: sed pars Christi tm̄, anima sola. Aliquid scrupulositatis incurrit. Suspecta quippe sunt hęc catholice veritati, & non recipit aut approbat ut dicatur Christū non vere in sepulchro iacuisse, nec vere ad infernum descendisse. Quid enim? Si ideo nō vere in sepulchro iacuit: quia solū corpus in sepulchro iacuit, nec vere ad infernū descendit, quia anima sola ad infernū descendit: ergo nec vere mortuus fuit, quia sola caro mortua fuit: nō anima vel diuinitas. Quid est qđ scriptum est? Quia cum Christ⁹ in sepulchro iacuisse dicitur totum pro parte ponitur, atq; aliud totū in parte operari? Quando em̄ totū pro parte ponitur: ipsum quidē totū nominatur, sed non ipsum intelligitur, sed pars eius sola, pro qua punitur. Quādo vero totum in parte operari dicitur, ipsum qđ dicitur intelligitur: nec pro ipso quod dicitur aliud intelligitur: quā scđm aliud. i. scđm partem operari intelligatur. Quādo enim totū in parte operatur: ideo vere totū operatur: qđ & totum cum parte est, & pars in toto est, quando & totū & pars operatur. Quādo simul sunt simul operari possunt. Tunc quippe operatio partis recte totius dicitur, quādo totius est, & in toto est ipsa pars quę operatur. Quando vero totum destructū est, & iam totum non est, non proprie totius dicitur: quod extra totum pars sola operatur. Quid ergo? Nunquid scđm hoc dicemus quādo caro Christi mortua est: ideo Christū vere mortuū fuisse: quia homo in parte sua sustinuit passionem: quā vero corpus Christi in sepulchro iacuit: ideo Christū non vere iacuisse: quia pars ipsa quę iacuit a toto iam diuisa fuit? Ergo Christus vere mortu⁹ est: sed vere sepultus non est: Absit. Sed vere mortuus est: & vere sepult⁹: vere ad infernum descendit & vere in coelum ascendit. Quomodo ergo totum positum est pro parte: quādo scriptum est Christum iacuisse in sepulchro? Quod est totum: & quę est

pars? Totum enim ad partes dicitur: & partes ad totum referuntur. Fortassis ergo cogitas quasi tria quædam: diuinitatem: animam: & carnem Christum composuisse: & Christum esse totum quoddam tribus partibus compositum: diuinitate: & carne: & anima. Ergo tertia pars Christi verbum est? Absit. Nō enim pars Christi verbum est: sed ipse Christus verbum est. Totum verbum: sicut totus deus: non dimidia pars Christi verbum: & dimidia pars homo: sed totus Christus verbum & totus Christus homo: quia idē ipse deus & homo. Intelligis quid dico? Si nō intelligis: crede tamen. Credi potest: si intelligi non potest. Verū tamen est: qđ Christus idē ipse & deus & homo fuit: nec tertia pars Christi verbum fuit: nec aliquid ex carne, & anima, & verbo: quasi ex partibus compositum totum fuit: quia totū ipsum verbum fuit. Vbi ergo totum fuit compositum ex partibus? Vbi partes fuerunt in toto & totū fuit ex partibus. Diuinitas autem pars nō fuit, ut ex ipsa totum esset mai⁹ ipsa, nec in ipsa pars fuit, ut in ipsa aliquid esset minus ipsa. In humanitate sola partes inuenimus, & totū ex partibus constat. Homo quoddam totū est duabus partibus cōstans, anima & carne. Istę sunt duę partes hominis, & in his duabus partib⁹ constat totus homo. Natura diuina simplex est: natura humana duplex: propterea partes hominis duę sunt. Quia in natura hominis duo sunt: anima & caro. Vbi hac duo sunt, totus homo est. Vbi alterū horum est, pars hominis est. Propter hoc igitur verbum totum hominem assumpsit: quia totū quod hominis erat assumpsit, animam & carnē. In sepulchro autem non totus homo iacuit, sed pars hominis tm̄, hoc est anima. Si enim in sepulchro totus homo iacuisse diceretur, profecto a carne mortua anima recessisse negaretur. Similiter si totus homo ad infernum descendisse diceretur, caro utiq; pariter cum aīa illuc descendisse affirmaretur. Itaq; pars hominis tm̄ in sepulchro iacuit, & non totus homo: & dum Christus in sepulchro iacuisse dicitur, propter solam carnem quę ibi iacuit, verum esse probatur. Dum em̄ Christus in sepulchro fuisse dicitur, totus homo in sepulchro fuisse dicitur: quia cum Christus dicitur, tot⁹ homo dicitur: quomōdo totus homo Christus est? Et verum est qđ Christ⁹ in sepulchro iacuit: nec tm̄ homo totus in sepulchro iacuit: quāuis totus homo Christus fuit. Ideo quippe tot⁹ homo Christus fuit: quia anima & caro verbo in personam vnita fuit. Christus autē propterea vere in sepulchro iacuit, quia caro eius ibi iacuit. Et idcirco verbū per sona deesse non potuit vbi caro erat, quæ ipsi verbo personaliter vnita fuit. Sic itaq; Christus in sepulchro fuit quando caro eius ibi fuit, & totus tamen homo ibi non fuit: quia nō anima & caro simul, sed sola caro ibi fuit. Quod autē homo dicitur homo, & persona homo, propter totū hominem dicitur: & propter totum quod hominis est dicitur: nō id dico modo qđ hō a pte de humo sumpta denomiatur: sed cum dicitur homo & intelligitur persona totum quod homo est: a toto dicitur quod hominis est. Aliud vero est cum homo dicitur esse id qđ homo est, atq; aliud cum dicitur esse id quod est in homine. Cum enim dicitur esse homo propter totum hominis esse dicitur, id est animā & carnem. Cū vero dicitur esse id quod est in homine, propter partem hominis dicitur, hoc est propter solā animam, vel propter solam carnem. Cum homo dicitur homo, dicitur persona: cum dicitur id quod est in homine dicitur, quod est in persona. Dicitur quippe homo sapiēs, & nō dicitur tamen propter totū quod est homo, sed propter partem quę est in homine: quia sapientia nō in anima & in carne est, sed in anima sola. Item cum dicitur homo candidus aut niger, non propter totū quod est homo dicitur, sed propter partem quę est in homine: quia cādor & nigredo nō in anima & carne est, sed in sola carne. Et si forte totus homo hoc esse dicitur, nō tamen ita dicitur, quasi totū quod hominis est hoc sit: sed quia id quod in homine esse debet, totū hoc sit. Dicitur quippe tot⁹ homo albus, quando totū corpus hoīs albū est: nō quia totū quod hominis est album est, sed quia totū quod in homine albū esse potest, album est. Itaq; & Christus cū dicitur

tur homo, propter totum dicitur qđ est homo. i. animā & carnem. Cum autē mortalis vel mortuus vel sepultus dicitur, propter partē hoīs dicitur. i. solā carnē: quia sola caro & mortalis fuit, quā corruptionē passibilitatis portauit: & sola mortua fuit, quā in cruce aīa sine vīta sua pependit. Et sola sepulta fuit, quādo anima cum ipsa in sepulchro mortua iacente nō fuit. Et tamen Christus hoc totū quod sola caro fecit, veraciter & ipse fecit, qui per diuinitatem suā personaliter pręsens erat, in carne, & cū carne quę hoc fecit. Similiter cū Christus spū exultasse dicitur, siue affectū aut desiderū, vel timorē habuisse dicitur: scđm solā animā hoc habuisse intelligitur: quia sola aīa hoc habuit, & ipse per animā veraciter habuit cuius diuinitati ipsa anima psonaliter vnita fuit, habuit quippe aīa illa scđm affectus naturę cū quib⁹ assumpta fuit, & desiderū & gaudium, & dolorē & timorē passionis, pro carne sua: quę oīa ad tempus rationabiliter admīsa sunt, potestate faciētis & volūtate patiētis. Et cū timuit poenam suę carnis & dolores refugit: scđm affectū naturę fecit, quo nemo carnē suā odio habuit: cuius malū aliqñ ex rōne sustinere potest: amare autē nūq̄ potest. Sic itaq; in Christo scđm affectū naturę quem aīa in carne & pro carne habuit, volūtas quædam erat, scđm quā & mortē & dolorē, & passionē horruisse, & noluisse veraciter dicitur. Quā tm̄ volūtatem, superior volūtas spirit⁹ quę ad obediētiā paternę iussio nis prōpta fuit, dirigebat. Volūtas quippe spūs, in Christo quasi mediū quodā loco constituta, volūtatem carnis subiectā, per rationem moderabat, & voluntariis partibus superiori per obediētiā subiciebat dicēs. Non mea voluntas, sed tua fiat. Ita ergo Christus qđ dicitur, aliqñ scđm personā dicitur, aliqñ scđm id quod fuit in persona: & similiter quod scđm hominē dicitur: aliqñ scđm ipsum hominē dicitur, aliqñ scđm ipsum quod fuit in hoīe. In natura autē diuinitatis vbi multiplicitas, aut diuersitas nulla est, persona, & id quod est in persona diuersum esse nō potest. In sola hūanitate vbi multiplicitas inuenit: aliqđ totū, & aliud pars esse ostēdit. Totū persona est: pars in persona. Totū est aīa & ca-

ro: pars anima sola, aut sola caro. Dicit autem scriptura. Sicut anima rationalis & caro vnus homo: ita deus & homo vnus est Christus. Videte similitudinē. Bene dico anima & caro est homo: & iterum bene dico homo est persona. Et rursum bene dico, anima & caro est vna persona. Nō autem similiter dicere possum, sola anima est homo aut sola caro est homo. Et idcirco dicere, nō possum, sola anima est persona, aut sola caro est persona. In Christo autē dicere possum deus & homo est Christus, & dicere possum similiter, deus est Christus, & iterum homo est Christus. Et rursum dicere possum, deus & homo vna est persona: & item deus est persona, & homo est persona. Qualis ergo est similitudo hęc cum dicitur. Sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita deus & homo vnus est Christus. Si enim omnimoda similitudo est: quare sicut in Christo dicitur deus & homo Christus: & homo Christus: & deus Christus: nō ita etiā in hoīe dicitur: sicut caro & anima simul homo: ita etiā sola caro per se homo, aut sola anima per se homo: vel sicut in homine anima quidē & caro simul homo dicitur: nec anima per se sola homo dicitur, nec caro per se homo dicitur: sic in Christo deus quidē & homo simul Christus dicitur: ita tamen vt nec homo solus per se, nec deus solus per se Christus dicatur. Magna inuolutio dicēdi est circa hęc: & laborat homo in suo, qui pene nihil intelligere nouit, nisi hoc & scdm hoc quod dicere nouit. Quarit hi quod die hoīes quod dicēdū sit, & quid credēdū raro. Querunt an locutio illa bona est, & an locutio illa recipienda est, & an probanda est locutio illa. In moneta verborū positi sunt, & concurrunt multitudine magna sermonū, & infinita perplexio: quia iudiciū ipsius a litera trahere volūt, nō iudiciū literę a spū. Nesciūt enim quia spiritus literā iudicare debet, nō litera spiritū. Sicut scriptū est. Spiritus iudicat oīa, & ipse a nemine iudicatur. Laborāt ergo in iudicio dicēdi: quia spiritū nō habēt intelligēdi. Volūt habere iudiciū, & spiritum habere nolunt: sine quo recte iudicare nō possunt. Propterea laborāt in dicēdo, & veniūt alia & alia dicēda de illo quod vnū intelligēdū est. Quęritur quid sit persona, & adducit deinde diffi-

nitio nē personę, sicut a quibusdā facta est, & probata: quia persona est indiuiduū rationalis substantia. Ecce dicamus scdm nos quod persona hoc est. Bene diffinitū est scdm nos quod sit persona. Scdm nos ita dicamus. Nam quod supra nos est, dici oīno nō potest. Indicibile est quia incōprehensibile est. Scdm nos ergo dicam. Persona est indiuiduū rationalis substantię. Quę est rationalis substantia nisi spiritus rationalis. Hęc est enim proprie rationalis substantia, spūalis substantia quę sola rationalis capax est: quia in ea sola ratio esse potest. Nā si homo rationalis substantia esse dicitur, nō propter totū dicitur, sed propter animā solā quę proprie rationalis substantia dicitur. Homo enim scdm animam tamen rationalis est: quia ipse animam rationalem habet. Anima autē scdm se rationalis est: quia ipsa in se rationem vel rationalitatem, id est, rationis capacitatem habet. Sic itaque rationalis substantia proprie & secundū se non est: nisi spiritus rationalis: quod indiuiduū vere est: & inquantū natura simplex est: cōpositio nē partium nō habēs: & naturę simplicis est eiusdem proprietatis plura nō continēs. Hic itaque spiritus rationalis proprie persona dicitur: & nūc ratio discretus: & ratione discernēs. Sic, n. quidam personā dictā esse voluerūt: quasi per se sonantē: & quasi singulr discernētē: vt inquantū nūero discreta est per se, inquantū ratione discernit sonantē, vel pronūciantē: vel iudicatē se intelligam. Ecce ergo secundū hęc diffinitionē proprie dicim: quod spiritus rationalis persona est: per se discernēs se. Nō est hic magna quęstio neque ambiguitas intelligēdi: vbi quod est totū vnū est. In hoīe autē nō eadē ratio occurrit: vbi duo quidē sunt: & tamen personę duę nō sunt: sed vna persona caro & anima. Hic autē quidā tam multipliciter delirasse inueniuntur, solis verbis adherētēs: vt nō facile verborū inuolucra iudicari potuissent, nisi si sine error se manifeste oīderet. Dicūt hoīem totū quiddā esse cōpositū ex anima & corpore, aliud oīno & diuersum ab anima & corpore: ita vt hoc totū nec anima sit, nec corpus sit: nec sit anima & corpus: nō enim totū ista est, sed ex istis esse dicitur. Hoc igitur totū hoīem esse putāt, & ipsum hoīem quod hoc totū est rationale esse, rationalitate quę in ipso toto est, diuersa a ratione, siue a rationalitate partis, id est, sicut ipsum totū diuersum est a parte. Postremo oīa quę in toto sunt diuersa esse oīno ab his quę in

partibus cōstant: sicut ipsum totū partibus diuersum est. Itaque sicut rationalitas hominis alia est, quę rationalitas animę: quia vna totū est, & in toto est: altera partis est & in parte est: ita & bonitatem totius quę in toto est, alia esse dicitur, & bonitatem partis alia: quia partis est & in parte tamen. Similiter & malitiā hoīs alia quę in toto est: & malitiā animę alia quia in parte est. Postremo quotienscūque totū facit, & pars facit, quibus simul operentur: alia tamen esse actionē partis, quę in parte est, & alia esse actionē totius quę in toto est: sicut totum ipsum aliud est, & aliud pars eius. Ad hęc modū igitur quoties homo peccat, vel bene facit, peccatū vel iustitiā in hoīe esse, quę toti accidit ad proprietatē: & iterum peccatū siue iustitiā in anima esse, quę parti accidit ad proprietatē cōrendunt. Quia propter quod homo moritur, & anima a carne separatū diuisis partibus, totū ipsum quod ex eis cōpositū fuerat: nihil esse, ac per hoc ipsum hominē, qui hoc totū erat, similiter nihil esse, nec alicubi esse. Et modo interim nec peccatū eius puniri, nec iustitiā remunerari, animam tamen in iudicio esse: vt homo scdm meritū suū vel poenā, vel gloriā recipiat, donec tandē in nouissimo anima ad corpus reuertēte, rursum homo esse incipiat: & tunc scdm meritū suū, ipse quoque remunerationē accipiat. Tales modos loquēdi hoīes cōtingunt: & per falsas fictiones sermonū ad veras deceptiones errorū ducunt. Quid enim stultius est quod dicere quod tunc homo esse desinat quā vere esse incipit: & tanto vti que verius est, quāto verius est in quo esse incipit. Nō inquit: sed figura est, quā sancti cū Christo esse dicuntur. Bene. Quādo vobiscum sunt veritas est: & quā cū Christo sunt figura est. In hoc vobis credite. Nos enim nō credimus. Nos scim⁹ quia Christus veritas est. Quā ad Christū vadit, nō ad figurā vadunt: sed ad veritatem vadunt, & figurā euadunt. Quid tantopere homines sancti mori desiderauerunt, si post mortem nihil futurū fuerit: Cupio inquit Apōstolus dissolui, & esse cū Christo. Quid cupis? Mori & cū Christo esse. Immo mori & nihil esse. Hoc isti dicūt: quia nihil eris post mortem. Si istis credis, mortem nō optas, nisi forte si non esse desideras. Si boni homines post mor-

tem nihil futurū sunt, quod de iniuis & prauis hominibus vere dictū est: esse nihil cupiūt: nec tamen esse queunt. Desinat ergo nunc & boni sperare & mali timere: quia nō erunt aliquid cū hinc exierint: vt vel mala vel bona sentire possint. Sed bene inquit sperent & timeant, quibus non pro se, tamen pro animabus suis: quia cum ipsi non erūt, animę ipsorum erunt: quę vel gloriabuntur pro iustitiā, vel cruciabuntur pro culpa. Ideo ergo inquit sperent & timeant pro animabus suis. Vtinā tam recte dicere retis, quę rectum dicitis. Bene enim dicitis: sic homini sperandū & timendū pro anima sua dicitis: si tamen intelligeretis quod nūquam melius, aut verius pro se timet homo, quę cum timet pro anima sua. Quid enim magis est homo quę anima? Non hęc putas quicūque es, quę te figuris sermonū munieras. Nouū aliquid illatū est auribus meis, cū dictū est: hoc potius esse hoīem, quod potius hoīs est. Audi ergo. Tu christianus nescis quod ethnicus ille testatus est. Mens inquit cuiusque is est quisque: ergo ethnicus ille te christiano religioſior fuit, qui veritatem confessus est: quā tu negas. Ergo inquis: homo est anima? Quid nisi? Nōne tu dicis quod homo est corpus: & dicere times, homo est anima? Paulo ante argumentādo occurristi: quia oīs homo est corpus. Oīs homo est animal, & omne animal est corpus. Igitur omnis homo est corpus. Nullā contradictionem hic esse putas. Autoritas enim hoc dicit. Producis authores ethnicos, vt probes quod omnis homo est corpus, & ethnicis autoritatibus credere non vis, quod omnis homo est anima. Fortassis quia magis placet tibi hoc esse hominē, quę illud: quia hoc tibi magis placet quę illud. Sed ego inquis de toto loquor, cū dico omnis homo est corpus: nō de parte totius quę corpus est, neque de parte quę anima est: hoc enim totū homo est, nō pars eius aliqua. De hoc ergo toto dico, quod corpus est. Dic ergo hoc totū quare magis dicis esse corpus, quę animā: cum ex anima simul & corpore constet. Si propter partē vnā quia corpus est totū ipsum corpus dicitur: nonne multo magis dicēdū est anima propter partē alterā quę anima est? Si enim a parte totū, natura, & nomen trahere dicitur: ab illa proculdubio parte quę melior est & dignior: recti & naturā & nomen

R men trahere dicitur. Sed nō habet vsus loquendi inquis, vt homo anima dicatur. Ecce concedo scđm vsum loquendi. Dic quod liber: vt tñ scđm regulam credendi sentias id qđ negari non debet. Vfus loquēdi ab hominibus inuētus est, & ppter homines inuētus est: & ideo ea potius in dicendo hoibus forma esse debet: quā sensus humanus in rebus percipiendis & cognoscendis habet. Scimus quippe qđ vere vnū nihil est nisi id solū qđ vnitare vnū est: id em̄ solum ratio vere vnū discernit: in quo totū qđ est vnū esse inuenit. Quęsciq; ergo numero plura sunt, est aliqua do vniatur, vere tñ vnū esse non possunt: quia tñ ea quę in vna cōpositione vniuntur, quodāmodo ad seinuicē accedunt & appropinquāt sibi: vt quātū possunt vnitare imitētur: id circo scđm quēdā modū, & ipsa quę simul iuncta sunt vnū esse dicuntur. Nā sicut ratio id qđ vere vnū est in percipiēdo nō diuidit: ita quoq; sensus quod simul iūctū est & vnitū, in percipiēdo non discernit. Et quēdāmodo illic ratio in eo qđ vnū est totū, nō diuidit essentia: ita quoq; sensus hic in eo qđ vnitum est totū, nō diuidit formā. Illic ratio percipit simul quod vnū est: quā nō in eo aliud & aliud: hic vero sensus simul percipit qđ vnitū est: quā nō est in eo alibi & alibi. Tamen quę vnita sunt plura, nō vere vnum sunt, quā simul cōueniāt, & quodāmodo appropinquēt ad vnitare: nec tñ ita vere aut ita pprie. Quid em̄ propius esse potest qđ vnitatis sibi? Qñ ergo vnū dicuntur plura ppter ea quā vnita sunt, nō pprie dicuntur: quā non vere sunt id qđ dicunt, sed scđm quēdā modū tñ similia. Verūtamen scđm vsu aliter vnū est ea quę ad vnitare faciendā pariter cōueniūt, vt ex eo qđ simul esse incipiunt vnū quodāmodo esse incipiant: aliter vero illa vbi ante vnitare vnitatis præcessit: & qđ additū est de reliquo ad ipsam vnitare per vnitare accessit. Aliud quippe est aliqua simul per vnitare ad vnitare componi: atq; aliud aliqua per vnitare ad vnitare cōponitur, nomen totius partis cōmunicare nō possunt: quia nō habent singula separatim in se vnitare quā faciunt simul ex se. Quādo vero aliqua alicui vnitare suā haberi per vnitare

apponitur: in participatiōe illi trāseūt cui apponitur: vt nomen quoq; cum illo participare incipiat, sicut per vnitare suā vnitare illius participare incipit. Verbi gratia. Pares, rectum, & fundamētū, tria quędam sunt: & nullū horū per se domus est. Quando ergo cōueniunt vt hæc esse incipiant, tria simul cōponuntur: nō duo tertio apponunt. Nō autē sic iuncta sunt corpus & anima. Anima quippe inquitū est spiritus rationalis, ex se & per se habet esse personā: & quādo corpus ei sociatur nō tantū ad personā cōponitur, quātum in personā apponit. Vt in eo qđ per vnitare quodāmodo vnū sit cū illa, eadē quę ipsa est persona esse incipiat, cum illa. In quātum ergo corpus cū anima vnitū est, vna persona cū anima est: sed tñ personā esse aīa ex se habet, inquitū est rationalis spiritus. Corpus vero ex aīa habet inquitū vnitū est rationali spiritui. Quia vero sensus hoīs in hoīe viuēte corpus & animā simul percipit: nō animā per se aut corpus per se, sed animā simul & corpus personā dicere humanus sermo cōsuevit. Hęc autē persona quę in anima quidē proprie vna est per vnitare: inter corpus vero & animā, vna per vnitare: scđm vsu loquēdi diuersis nominibus appellatur. Quorū quędā a parte sumpta sunt: quędā vero ab iis quę cōstant in parte. Nam qđ persona rationalis homo dicitur: vel aīa vel corpus a parte sola vocabula sumpta sunt: quia in homine solū corpus hominis esse corp⁹ & ab humo sumptū esse, & ex cōiūctiōe animę sensificatum esse inuenitur. Hęc ergo vocabula a parte hoīs sumpta sunt. Quādo autē albus dicitur esse homo: aut niger, aut magnus, aut paruus: vocabula sumuntur ab iis quę in parte cōstant: quā in solo corpore hominis & non in anima eiusmodi proprietates inueniuntur. Quādo autē rationalis dicitur homo: aut sapiens, aut iustus ab iis quę solū in parte sunt noīa ad totū sumuntur: quā corpus hoīs, sed sola aīa rationalis, & sapiens, & iusta inuenitur. Itaq; nomen hoīs aliquid quando a corpore sumit: aliquid ab iis quę sunt in corpore: aliquid autē sumitur ab iis quę sunt in aīa: nunq; autē sumit ab aīa: ab illa quippe parte hoīs humana locutio homini potissima vocabula formantur:

quā primum & principaliter in homine sensus humanus agnouit. Et debuisset homo quidē a meliori parte sua nomē potius sumpsisse: nisi quā sermo aliter ad intelligentiā homini famulari non potuisset, nisi prius eū quē sensus humanus in percipiēdo habuit: modū in dicendo tenuisset. Itaq; quā id quod ab humo erat euidentius in hoīe videbat: ab illo potius homo dicebat. Sic quidē ex infirmitate sentiēdi: confusio dicendi orta est: & debemus ppter vsu in loquendo, modū dicēdi seruare: nec tamē propter consuetudinē loquēdi, a veritate credēdi recedere. Propterea quę scriptura sacra, ne verba hominū in veritate dei errare nos faciant: personam ipsam pprie ipsū spm̄ rationalē esse restatur. Quę persona licet propter id quod de humo sumptū est, hō dicatur: tñ verissime & quā illi sociata est: sola bñ vel male operat: & quādo ab illo separata est: sola in pœna vel gloria remunerat. Et sicut in corpore posita quędā sola cogitatione & voluntate facit sine corpore: quędā post voluntatē & scđm voluntatē in operatione p corpus: ita quoq; pro meritū pmiū percipit primū: separata a corpore sine corpore: postea vnitare corpori in corpore. Ecce ergo dicamus. Homo est aīa. Verū est: ppter id quod in hoīe sensificatum est ab anima. Homo est corpus. Verū est: quia id quod sensificatum est in hoīe & de humo sumptū est: ipsum est corp⁹. Hō est persona. Verū est: quia id quod ab humo sumptum est aīa iunctū est in persona. Hoc totum vsu dicēdi habet: & scđm eum modū quo vere dicit: sine incoueniētiā pro veritate recipi pot. Iterū dicamus hō est animal. Nō hoc vsus loquēdi recipit, quā formatus est scđm modū sentiēdi. Solū em̄ corp⁹ in hoīe videtur, & in solo corpore homo videt: & idcirco a corpore homini nomen sumit quā propter corpus hō vocatur. Iterū quā in eo quod videt aliud esse percipitur quod non videtur: duo in hoīe esse deprehēdunt, i. corpus & anima: quę quā simul iūcta & vnita inueniuntur: eisdē vnitatis in homine corpus & anima partes nominantur: Ecce igit concedamus quod vsus

loquendi affert. Homo est corpus: & homo non est spiritus. Hō est animal: & homo nō est aīa. Nunq; similiter concedemus homo mortuus non est homo: hō em̄ viuens est hō. Si autē homo mortuus non est homo, ergo homo quā viuere desinit homo esse desinit. Sed quid est quod viuere desinit: nisi quod morit? Quid autē moritur: nisi solū corpus quod ab anima deseritur? Anima em̄ non moritur, nec viuere desinit: etiā quādo viuifica re desinit. Ergo solū corpus morit. Sed homo (quis), i. ipsa persona morit. Quid est persona? Nonne indiuiduū rationalis substantiā? Si ergo indiuiduū rationalis substantiā persona est: rationalis vtrig; spūs: qui & simplicitate vnus est, & natura rationalis capax: pprie personā esse habet: ex se quidē inquitū spūs rationalis est per se aut quādo sine corpore est. Quando autē corpus illi vnitum est inquitū cū corpore vnitum est: vna cum corpore persona est. Quando vero a corpore separatur: persona tamen esse non desinit: & ipsa eadem persona quę prius fuit: quā corpus a societate spūs decedens: eisdē spūi personā esse nō tollit: sicut prius quando iungebatur ipsi vt persona esset nō dedit. Remanet itaq; separata anima a carne eadem persona spiritus rationalis: quę licet fortassis scđm vsu loquēdi homo iam dici nō possit: quia id quod de terra sumptum erat, iam sibi vnitum non habet: nō tamen ideo minus persona est: & eadē persona quę prius fuit: quādo & illud sibi vnitū habuit: & propter ipsam vnitare vna cū illo persona fuit. Sicut ergo corpus rationali spiritui iunctū, non dat illi vt sit persona, sed iunctum, illi accipit ab illo vt ipsum sit vna persona cū illo: sic humanitas iuncta verbo nō quidem illi dedit vt esset persona: sed vnitatis illi accepit ab illo vt vna esset persona cum illo. Considerādum vero est quod X cum verbū & homo vna sit persona in Christo: recte tamen per se dicimus verbum esse persona: & iterum recte per se dicimus: homo est persona. Et recte dicimus: quod simul homo & verbum non duæ sunt sed vna persona. Quia enim verbum & ante asumptum hominem

persona fuit: & post assumptū hominē persona esse non desinit: ideo recte p se dicimus verbū est persona: & qa rursū inter hoīem assumptū & verbū maior & excellētor q̄ inter animā & corpus vnio fuit: nihilomin⁹ recte p se dicim⁹: hō est persona. Homo q̄ppe. i. corpus & aīa simul iūcta: psona esse habet: nō tñ alia q̄ verbū, qa vna psona homo & verbum. Vnio q̄ppe vnū facit. Caro nāq̄ & aīa simul iūcta psona fuissent: si vna cū verbo psona nō fuissent. Propterea recte dicimus: q̄ & verbū & est persona & iterū recte dicimus q̄ hō est psona: & similiter recte dicim⁹: q̄ verbū & hō non sunt dua: sed vna psona. Iterū recte dicimus q̄ verbū ex quo hō factum est, nunq̄ postea hō esse desit: qa se nec in morte carnis suae ab assumpta hūanitate vnq̄ diuisit. Quapropter Christus etiā in morte carnis suae nec deus esse desit: qa in vera deitate immortalis pmanit: nec psona esse desit: qa verbū fuit, nec hō esse desit, qa diuinitas ei⁹ ab humanitate sua nō recessit. Sola aīa a carne ad tēp⁹ diuisa est: sed diuinitas nec ab anima nec a carne separata est: Xps ergo & vere mortuus fuit ppter mortuā carnem: & vere viuus permanit ppter immortalē diuinitatē: & ver⁹ de⁹ simul & ver⁹ hō fuit ppter inseparabile diuinitatis & hūanitatis vnionē

Qz per hominem verbo vnium deo vniantur oēs qui mēbra sunt illius.

Caput. XII.

A Postolus dicit. Mediator non est vnus: deus autē vnus est. Duo. n. erāt de⁹ & homo: diuersi & aduersi. Deus erat iustus: homo erat iūst⁹: in hoc nota aduersos. Homo erat miser: deus beatus: in hoc nota diuersos. Sic igitur homo & aduersus deo erat per iniūsticiam: & diuersus a deo per miseriam. Propter hoc necesse habuit homo: primum quidē iustificari a culpa: vt reconciliaretur: postea vero liberari a miseria vt reformaretur. In hoc ergo mediatore eguit homo ad deū vt reconciliaretur illi: & reduceretur ad illum: sed causam dissidentū agendam con-

uenienter suscipere non posset: qui nō aliqua societatis ac pacis amicitia vtriq̄ familiaris, atq̄ p̄pinuus existeret. Propter hoc ergo fili⁹ dei factus est homo: vt inter hominē & deū reconciliatōnis & pacis mediator esse posset. Suscepit humanitatē per quā hominibus appropinquaret. Retinuit diuinitatem per quā a deo non recederet. Fact⁹ homo, sustinuit poenam, vt demonstraret affectum: seruauit iusticiam, vt conferret remedium. Verbi quippe quod cū patre deo vnū erat per ineffabile vnitate: cū homine assumpto vnū factum est per admirabile vnionem. Vnitas in natura: vnio in persona. Cū patre deo vnum in natura, non in persona: non in natura. Quid magis vnum q̄ vnitas? Quod vnitate vnum est summe vnum est. Verbi & pater vnitate vnū erant: quia natura vnum erant: & voluit ipm̄ verbum nobiscū vnū fieri: vt nos in se & per se vnū faceret: & cum illo cū quo ipsum vnū erat. Assumpsit ergo ex nobis nostram naturā: vt eam sibi sociaret per vnionem in persona, quae sociata non erat per vnitatem in natura: vt per id quidem quod de nostro vnū se cum fecerat nos sibi vniret: vt cum ipso vnū essemus: per id quod nostrum sibi vnium erat: & per ipsum vnū esse cū patre: qui cum ipso vnū erat. Pater, inquit, sancte serua eos in nos te quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut & nos. Non pro eis autem rogo tm̄: sed p eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt & ipsi in nobis vnum sint: & mūdus credat: qa tu me misisti. Sed ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis: vt sint vnū sicut & nos vnū sum⁹. Ego in eis & tu in me, vt sint consummati in vnum: & cognoscat mūdus quia tu me misisti. Rogat vnitas pro vnione. Verbum cum patre vnum in natura: homo cum verbo, vnū in persona. Mēbra cum capite vnum, primum in iusticia: postea in gloria. Vt enim in iusticia vnum sint, cognoscat mundus quia tu me misisti: vt autem i gloria vnum sint: volo vt vbi ego sum & illi sint mecum: vt videant claritatē meam quam

dedisti mihi: quia dilexisti me ante cōstitutionem mundi.

Qz Xps scdm hūanitatē in cōlo est: scdm diuinitatē vbīq̄. Ca. XIII.

A Veris quomodo mediator dei & hominū Xps Iesus nūc esse credatur in cōlo, aut qa de⁹ vbīq̄ sit: hominē quoq̄ illum qui in deo fit vbīq̄ diffusus: ex hoc nō mirum intelligi volens etiā in paradiso esse potuisse qui vbīq̄ sit. Noli itaq̄ dubitare ibi nūc esse hominē Iesum Christū vnde venturus est. Memoriter quoq̄ recolle & fideliter tene christiana nam confessionē: qm̄ resurrexit a mortuis: ascendit ad cōlū: sedet ad dexteram patris. Nec aliunde q̄ inde venturus est: ad viuos & mortuos iudicādos: & sic vēturus est illa angelica voce restante: Quēadmodū visus est ire in cōelum, i. in eadē forma carnis atq̄ substantia. Cui p̄fecto immortalitē dedit: naturam non abstulit. Scdm hanc formā nō est putandus vbīq̄ diffusus. Cauēdum est em̄ ne ita diuinitatem astruam⁹ hominīs: vt veritatē corporis auferamus. Non em̄ est consequens vt quod in deo est, ita sit vbīq̄ sicut deus. Nam de nobis veracissima scriptura dicit: q̄ in illo viuimus & mouemur & sumus: nec tamen sicut ille, vbīq̄ sum⁹: sed aliter homo ille in deo: qm̄ aliter & deus ille in homine proprio quodā & singulari modo. Vna em̄ persona est deus & homo & vtrūq̄ vnus est Iesus Christus: vbīq̄ per id quod deus est: in cōlo aūr per id quod homo. Est ergo deus per cuncta diffusus. Ipse quippe ait: per prophetā. Cōelum & terrā ego impleo. Sed quod paulo ante posui de sapiētia ei⁹. Attinget a fine vsq̄ ad finē fortiter: & disponit omnia suauiter. Itemq̄ scriptū est. Spiritus dñi repleuit orbem terrarum: ei⁹ dicitur in quodā psalmo. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiā? Si ascendero in cōelum tu illic es: si descendero ad infernum ades. Sed sic est deus vbīq̄ per cuncta diffusus: vt non sit qualitas mundi: sed substantia creatrix mundi: sine labore regens: & sine onere continens mūdum. Non tamen

per spatia locorum quasi mole diffusa: ita vt in dimidiō mundi corpore sit dimidius: & in alio dimidiō dimidi⁹ atq̄ ita per totum totus & in cōlo solo totus: & in sola terra totus: & in cōlo & in terra totus: & nullo loco contētus: sed in seipso vbīq̄ totus. Ita pater, ita filius: ita spūs sanctus: ita trinitas vnus deus. Verū illud est multo mirabilius q̄ cū deus vbīq̄ sit totus: non tamen in omnibus habitat. Non em̄ omnibus dici potest quod ait apostolus: vel quod iā dixi: vel etiā illud. Nescitis quia tempus dei estis: & spūs dei habitat in vobis! Vnde ecōtrario de quibusdā dicit idem: quisq̄ autē spiritum Xpi non habet: hic nō est eius. Quis porro audeat opinari (nisi quisq̄ inseparabilitatē trinitatis ignorat penitus) q̄ in aliquo habitare possit pater, aut filius: in quo non habitat spūs sanctus: aut in aliquo spūs sanctus in quo non & pater & filius! Vnde fatendū est vbīq̄ esse deum per diuinitatis p̄sentiam: sed non vbīq̄ per diuinitatis & in habitationis gratiam. Propter hāc em̄ habitationē vbīq̄ p̄culdubio gratia dilectionis ei⁹ agnoscitur: non dicimus pater noster qui es vbīq̄: cū & hoc verū sit: sed Pater noster qui es in cōlis: vt templū eius in oratione potius cōmemoremus: quod & nos ipsi esse debemus: & ingrū sum⁹: intantū ad eius societate & adoptiōis familiā perrinem⁹. Cū igitur qui vbīq̄ est non in omnibus habitat: etiā in quibus habitat non aequaliter habitat. Nā vnde est illud quod Heliseus poposcit vt dupliciter in eo spiritus dei fieret q̄ erat in Helia! Et vnde in oībus sanctis sunt alii sanctiores nisi abundant⁹ habendo habitore deum! Quomodo ergo verum est quod superius diximus: q̄ deus vbīq̄ sit totus: quando in aliis est amplius, in aliis minus! Sed non est negligenter intuentū quod dixim⁹: In seipso est vbīq̄ totus: Non ergo in eis: quia alii plus eum capiunt: alii minus. Ideo em̄ vbīq̄ esse dicitur: qa nulli parti rerū absens est. Ideo totus: qa non vni parti rerū partem suā p̄sentem p̄bet: & alteri parti alteram partē: aqua les vero aequalibus: minorā vero mino-

rem: maiorisq; maiorem: Non solū vniuersali creaturæ: verum etiam cui libet parti eius totū pariter adest. Porro etiā quod parum distinet putauimus posse intelligi: cū dicerem⁹ deū esse vbiq; totum nisi adderemus in seipso ideo diligenti⁹ exponendū. Quomodo em̄ vbiq; in seipso? Vbiq; .s. q̄a nūq̄ est absens: in seipso aut̄ quia non cōtinetur ab eis quibus est p̄sens: tanq̄ sine his esse non possit. Sicut aut̄ nec ab illo abest in quo non habitat: & totus adest, quīs ille eū non habeat: ita & in illo in quo habitat totus est p̄sens: quīs non ex toto eū capiat. Nec em̄ ad habitandum diuidit se per hominū eorda seu corpora: aliā sui partem huic tribuēs: illi aliā, sicut lux ista per aditus & fenestras domorū sed potius si quemlibet sonū (cum res corporea & trāsitoria sit) surdus nō capit: surdaster non totū capit: atq; in his qui audiunt cū pariter se propinquāt: tāto magis alius alio capit: q̄to est acutioris: tanto aut̄ minus q̄to est obtusioris auditus: cum ille nō varie magis minus sonet: sed in eo loco in quo sunt oēs aequaliter p̄sto sit. Quanto excellentius deus natura incorporea & immutabilis & viua, qui non sicut sonus per moras temporū tendi & diuidi potest: nec spatio aereo tanq̄ loco suo indiget vbi p̄sentibus p̄sto sit: sed æterna stabilitate ipse in se manens totus adesse rebus omnibus potest: & singularis totus: quīs in quib⁹ habitat habeat eū pro suæ capacitatis diuersitate: alii amplius, alii minus: amplius quos ipse sibi dilectissimū tēplum gratia suæ bonitatis ædificat. Habitat etiam in hominibus adhuc animalibus nondū spiritalibus, ideo dicitur deus: quia in eis occulte agit vt sint templū eius: idq; in proficientibus & proficiendo perseverantibus perficit. Quamobrē deus qui vbiq; p̄sens est: & vbiq; tot⁹ nō in omnibus habitat: sed in eis tm̄ quos efficit beatissimū templū suū: vel beatissima tēpla sua: cruens eos a potestate tenebrarū: & transferēs in regnum claritatis suæ quod incipit a regeneratione. Cum igitur habitationem eius cogitas: vnitatem cogita: cōgregationēq; sanctorum

maxime in cœlis vbi propterea sc̄ipue habitare dicitur: quia ibi sit voluntas eius perfecta: eorum in quibus habitat obœdientia: deinde in terra vbi ædificans domū suam habitat in fine seculi dedicandam. Christum aut̄ dominū nostrum vnigenitum dei filiū æqualem patri, eundemq; hominis filiū quo maior est pater: & vbiq; nō dubites esse totum p̄sentem tanq̄ deum: & in eodem templo dei esse totum p̄sentem tanq̄ inhabitantē deū: & in loco aliquo cœli propter veri corporis modum.

Explicit prima pars.

INCIPIT

Secunda pars de vnitae ecclesie.

De gratia quæ per Christum datur: & spiritu a capite in mēbra diffusio. Caput Primum.



Christum est quod lex nemine ad perfectum duxit. Lex enim ignorantiam docere potuit: infirmitatem adiuvare non potuit. Duo hic mala in homine fuerunt: & ex his cætera mala hominis omnia processerunt. Vnum fuit ignorantia: alterum concupiscentia. Ignorantia boni: concupiscentia mali. Ex ignorantia venit delictum: ex concupiscentia peccatum. Hæc igitur duo in homine ab initio fuerunt: sed vt cognosceret homo morbum suū, dimissus est tot⁹ sibi: ne forte gratiam superfluā iudicaret: si prius infirmitatis suæ defectum non agnosceret. Positum est ergo tēpus naturalis legis vt natura per se operaretur: non quod per se quicq; posset, sed vt se non posse agnosceret. Illa ergo sibi relicta errare cœpit a veritate per ignorantiam, & cōiuncta est de cecitate: postmodum etiā conuincenda de infirmitate. Data est lex scripta vt ignorantia illu-

minaret, sed infirmitatē non corroboraret: vt in ea parte hō qua defectū suū agnouit: iuuaret. Vbi aut̄ p se stare putauit, relinqueretur. Accepta ergo sciētia veritatis per legē conari cœpit vt p̄ficeret: sed p̄sens concupiscentia quia gratiam adiuuantē nō habuit, ab op̄e vir tutis defecit. Cōiunct⁹ igit in vtroq; est quod videlicet p se nec verū potest agnoscere: nec bonū perficere. Post hæc itaq; cōuenienter gratia data est quod illuminaret cæcū, & sanaret infirmū. Illuminaret ignorantia, refrigeraret concupiscentia: illuminaret ad cognitionē veritatis: infirmaret ad amorē virtutis. Propter ea spūs in igne datus est vt lumen haberet, & flammā: lumen ad cognitionem, flammā ad dilectionē. Porro sicut spūs hōis mediante capite ad mēbra viuificanda descendit: sic spūs sanctus per christū venit ad christianos. Caput em̄ est christus: mēbrū christian⁹. Caput vni⁹, mēbra multa: & cōstat vnum corp⁹ ex capite & mēbris: & in vno corpore spūs ritus vnus. Cuius plenitudo quidē in capite est: participatio in mēbris. Si ergo corpus vni⁹ est, & spūs vnus: qui in corpore ipso non est, a spū viuificari nō potest: sicut scriptū est. Qui non habet spiritum christi: hic non est eius. Qui em̄ nō habet spiritū christi: non est mēbrū christi. In corpore vno: spūs vnus. Nichil in corpore mortuū: nihil vnus corpus viuū. Per fidem mēbra efficiuntur dilectionē viuificamur. Per fidē accipimus vniōnē: per caritatē accipimus viuificationē. In sacramento aut̄ per baptismum vniuntur: p corpus xp̄i & sanguinē viuificamur. Per baptismū efficiuntur membra corporis: per corp⁹ aut̄ xp̄i efficiuntur participes viuificationis. De ecclesia, quid sit ecclesia.

Cap. Secundum.

Ecclēsia sancta corp⁹ est xp̄i vno spiritu viuificata, & vnita fide vna, & sanctificata. Hui⁹ corporis mēbra singulū q̄q; fidelium existūt: oēs corpus vni⁹, propter spm̄ vni⁹, & fidē vnā. Quæ admodū autē in corpore humano singula quæq; mēbra pp̄ria ac discreta

officia habent, & tamen vnūquodq; nō sibi soli agit quod solum agit: sic in corpore sanctæ ecclesie dona gratiarū distributa sunt, & tamen vnūquisq; non sibi soli habet, etiam id quod solus habet. Soli em̄ oculi vident: & tamen sibi solūmodo non vident: sed toti corpori. Sole autem aures audiunt: nec tamen sibi solūmodo audiunt, sed toti corpori. Soli pedes ambulant: & non sibi tamen solūmodo ambulant, sed toti corpori. Et ad hunc modum vnūquodq; quod habet solū in se non habet solummodo propter se: quatinus scdm̄ dispositionem optimi largitoris, & distributoris sapientissimi, singula sint omnī, & omnia singulorū. Quisquis ergo donum gratiæ dei percipere meruit: sciat non ad se solum pertinere quod habet, etiam si solus habet. Hæc itaq; similitudine ecclesie facta, id est vniuersitas fidelium, corpus christi vocatur: p̄ter spiritum christi quē accepit: cui⁹ participatio in homine designat: quando a christo christianus appellatur. Hoc itaq; nomen signat mēbra christi participatia spiritum christi: vt ab vnctō sit vnctus: quia a christo dicitur christianus. Christus quippe vnctus interpretatur: illo videlicet oleo lætitiæ, quod præ cunctis participibus suis scdm̄ plenitudinem accepit: & cunctis participibus suis quasi caput membrum scdm̄ participationē transfudit: sicut vnguentum in capite, quod descendit a capite in barbā: & deinde vsq; in oram: hoc est in extremitatē vestimenti defluxit: vt ad totum efflueret, & totum viuificaret. Quando ergo christianus efficietis: membrum christi efficietis: membrum corporis christi participans spiritū christi. Quid est ergo ecclesia nisi multitudo fidelium, vniuersitas christianorū:

De duobus partibus ecclesie, clericis & laicis. Cap. III.



Vniuersitas autem hæc duos ordines completur: laicos & clericos, quasi duo latera corporis vni⁹. Quasi em̄ ad sinistrā sunt laici quod

vita presentis necessitati inseruiunt. Nō ita dico ad sinistra quēadmodū illi ad sinistra statuētur, quibus dicitur: Ite male dicti in ignē aeternum. Absit a me: vt bonos laicos ibi statuere psumam. Nā q̄ boni erūt siue laici siue clerici ibi nō erunt: & q̄ mali erunt siue laici siue clerici ibi erunt. Non ergo ad illā sinistra laicos christianos, q̄ veri christiani sūt, constituo: sed ad illā sinistra de qua dicitur: In dextera eius lōgeuitas vitę: in sinistra aut̄ eius diuitiā & gloria. Qd̄ em̄ ad sinistra in corpore est: de corpore est, & bonū est: quīs optm̄ non sit. Laici ergo christiani q̄ terrena & terrena vitā necessaria tractant: pars corporis Xpi sinistra sunt. Clerici vero quoniam ea q̄ ad spiritalē vitam pertinent dispēsant: quasi dextera pars sunt corporis christi. Sed cōstat his duab⁹ partibus totum corpus Xpi quod est vniuersa ecclesia. Laicus interpretatur popularis: gr̄ce enim laos latine dicitur populus. Vnde & βασιλευς basileus rex dicitur putat: quasi βασις βασις laoy, i. sustentamentū populi. Clericus dicitur a clerico gr̄ce: quod latine interpretatum fortē sonat, siue q̄ ipse sorte sit electus a deo ad seruitium dei: siue q̄ ipse deus fors illius sit: & quod portione aliā in terra habere nō debeat cleric⁹ nisi deū & ea q̄ ad partem dei spectāt: cui statum est decimis & oblationibus q̄ deo offerūtur sustentari. Laicis ergo xp̄ianis fidelibus terrena possidere conceditur, clericis vero spiritalia tm̄ cōmittuntur: quēadmodū olīm in illo populo priore cetera tribus q̄ typū laicorū p̄ferebant: portiones in hereditate acceperūt. Sola tribus Leui q̄ ecclesiasticos figurabat, decimis & oblationib⁹ & sacrificiorum victimis pascebatur.

Duas esse vitas, & scdm̄ duas vitas duos populos: & in duobus populis duas pr̄ates, & i vtraq̄ diuersos gradus & ordines dignitatū: & vnā inferiorē, alterā superiorē. Cap. III.

Ve quippe vitę sunt: vna terrena, altera cœlestis: altera corporea, altera spiritalis. Vna qua corpus viuūt, ex anima, alte

ra qua anima viuūt ex deo. Vtraq̄ bonum suum habet quo vegetatur & nutritur vt possit subsistere. Vita terrena bonis terrenis alitur: vita spiritalis bonis spiritalibus nutritur. Ad vitā terrenam pertinent omnia quę terrena sunt. Ad vitam spiritalē quę spiritalia sunt bona omnia. Vt autem in vtraq̄ vita iustitia seruetur, & vtilitas proueniat: primum vtrinq̄ distributi sunt: qui vtriusq̄ bona scdm̄ necessitatem vel rationē studio ac labore, acquirant. Deinde alii qui ea potestate officii commissi scdm̄ æquitatem dispēsant: vt nemo fratrem suum in negotio supergrediatur: sed iustitia inuolata conseruetur. Propterea in vtroq̄ populo scdm̄ vtrāq̄ vitam distributo: potestates sunt constitutę. In laicis quippe ad quorū studium & prouidentiam ea quę terrena vitā necessaria sunt, pertinent, potestas est terrena. In clericis aut̄ ad quorum officii spectant ea quę spiritalis vitę sunt bona: potestas est diuina. Illa igitur potestas secularis dicitur: ista spiritalis nominatur. In vtrāq̄ potestate diuersi sunt gradus, & ordines potestati: sub vno tamen vtrāq̄ capite distributi: & quasi ab vno principio deducti, & ad vnum relati. Terrena potestas caput habet regem. Spiritalis potestas habet summū pontificem. Ad potestatem regis pertinet quę terrena sunt, & ad terrenam vitā facta omnia. Ad potestatem summī pontificis pertinent quę spiritalia sunt, & vitę spiritali attributa vniuersa. Quanto autē vita spiritalis dignior est q̄ terrena, & spiritus q̄ corpus: tanto spiritalis potestas terrenam siue secularē potestatem honore, ac dignitate præcedit. Nam spiritalis potestas terrenam potestatem & instituire habet, vt fit: & iudicare habet si bona non fuerit. Ipsa vero a deo primum instituta est, & cum deuiat, a solo deo iudicari potest: sicut scriptum est. Spiritalis diiudicat omnia: & ipse a nemine iudicatur. Qz̄ autem spiritalis potestas (q̄rum ad diuinam institutionem spectat) & prior sit tempore: & maior dignitate: in illo antiquo veteris instrumenti po

pulo manifeste declaratur: vbi primū a deo sacerdotium institutum est: postea vero per sacerdotium (iubente deo) regalis potestas ordinata. Vnde in ecclesia adhuc sacerdotalis dignitas potestatem regalem cōsecrat, & sanctificās per benedictionem: & formans per institutionem. Si ergo (vt dicit apostolus) qui benedicit maior est, & minor q̄ benedicitur: constat absq̄ omni dubitatione q̄ terrena potestas quę a spiritali benedictionem accipit: iure inferior existimetur.

Qz̄ omnis administratio ecclesiastica constat in tribus: hoc est in ordinib⁹ in sacramētis, in p̄ceptis. Cap. V.

Omnis ecclesiastica administratio in tribus constat: in ordinibus, in sacramētis, in p̄ceptis. Ordines consideram⁹ in p̄sonis prælatorum: Sacramenta in ministerio eorum. Præcepta in conuersatione subiectorum. Quę singula propria consideratione egent. De ordinib⁹ hoc primū attendēdū est, q̄ alii sunt scdm̄ gradū differentem, sicut est diaconus & sacerdos: alii in eodē gradu scdm̄ potestatem excellentē, sicut diaconus & archidiaconus. Vnus gradus est in sacramēto: non tamen vna potestas in ministerio. Diaconus enim sacerdoti ministrat in sacramento corporis & sanguinis christi. Archidiacon⁹ aut̄ hoc plus habet: q̄ p̄ter ministerium altaris sub episcopo & vice episcopi curam habet ecclesiarum: & causas ecclesiasticas examinat & ministeria dispensat. Similiter sacerdos & pontifex siue summus sacerdos vnus gradus est in sacramento: diuersa tamen potestas in ministerio: quia cum vtriusq̄ corporis & sanguinis christi cōsecrandi, baptizandi, cathecizandi, prædicandi, ligandi, soluendi: vna quodāmodo sit dignitas: Pontificibus tamen ecclesias dedicandi, ordines faciēdi, manus imponēdi, sacri christatis consecrandi, communē super populum benedictionem faciēdi: singularis data est potestas. Sic itaq̄ alia est differentia graduū in sacris ordinibus: alia est in

eodem gradu differentia dignitatum. Ordo aut̄ alius est in potestate terrena vel seculari: & alii in potestate spūali.

De potestate terrena. Cap. VI.

Potestas terrena pertinet ad vitam terrenā. Et omnia quę ad terrenam vitam spectant subiecta sunt terrene potestati. Hęc aut̄ oīa dupliciter pertinent ad ius terrenę potestatis: vt videlicet ipsa terrena potestas hęc & possidentibus scdm̄ iustitiā distribuat: & contra iniustitiam impugnantium defendat. Sicut aut̄ prælatorum debitum est subiectis possidenda iuste dispensare, & eos contra iniustitiam defendere: sic subiectorū debitum est scdm̄ instituta legū & rationabiles consuetudines, p̄lati & in se & in suis seruitium exhibere. Est aut̄ seruitium aliud determinatū, sicut census & tributum q̄ annuatim soluunt. Aliud fortuitū quod videlicet pro culpis ex casu accidentibus exigitur. Quod & ipsum licet scdm̄ mensuram peccati legibus determinatū sit: in hoc tamē quodāmodo determinatum non est: quia euentus eius certus non est: neq̄ exigi iure potest: nisi cum acciderit culpa p̄ qua perfoluendum est. Hęc ergo est discretio terrenę potestatis: vt sciatur quod prælati subiectis: vel quod subiecti prælati exhibere debēt pro ipsa terra vel terrena substantia circa quā vtrinq̄ debitum pensatur.

Quomodo ecclesia terrena possideat. Cap. VII.

DE his autem terrenis bonis ad terrenam vitam pertinentibus, q̄ vel possident prælati in subiectis, vel subiecti possident a prælati: quādā ecclesiis christi deuotione fidelium concessa sunt possidenda: saluo tamen iure terrenę potestatis. Sic enim rationabile est & bonum: quia deus noster pacis amator est: & nihil inordinatum approbare potest vera iustitia. Spiritalis siquidem potestas non ideo præsidet vt terrena in suo iure

preiudiciū faciat: sicut ipsa terrena potestas q̄ spirituali debetur, nunq̄ sine culpa vsurpat. Sic igit̄ quando hmōi q̄ ad terrenā spectant potestātē ecclesiis Christi cōcedūtur, si quidē largitores sunt muneris, hoc solū concedere possunt in ea qd̄ possident: quia nec subiecti id qd̄ suis superioribus debetur ad aliam possunt transferre potestātē: nec plati in his quæ iuste a subiectis possident alienos possessores inducere. Hoc est vt nec prælati id qd̄ subditorum est aliis tribuāt, nec subiecti id qd̄ platorū est immutare p̄sumant. Notandū tñ q̄ principes terreni in terrenis possessionibus quas vel in subiectis, vel sine subiectis possident, ecclesiæ aliquādo cōcedunt solam vtilitatē: aliquādo & vtilitatē & potestātē. Vtilitatem sine potestate concedūt: quādo fructū quidē possessionis ad vsum ecclesiæ trāsserri dēcernunt: sed potestātē iustitiæ exercēdæ in ipsa possessione ad eius iurisdictionem transire nō permittūt. Aliquādo & potestatem & vtilitatē simul tribuunt. Vbi tamen diligenter attendendum est: q̄ licet ecclesia fructum terrenæ possessionis in vsum accipiat: potestatem tamen exercēdā iustitiæ p̄ ecclesiasticas personas, aut iustitia secularia non potest exercere: potest tamen ministros habere laicas p̄sonas per quas iura ac iudicia ad terrenā potestātē pertinentia scdm̄ tenorem legum, & debitum iuris terreni exercent. Sic tamen vt & ipsum q̄ potestātē habet a principe terreno se habere agnoscat: & ipsas possessiones nunq̄ ita a regia potestate elongari posse intelligat: qn̄ si ratio postulauerit & necessitas: & illis ipsa potestas debeat patrociniū: & illi ipse possessiones debeant in necessitate obsequium. Sicut enim regia potestas patrociniū quod debet alteri nō potest dare: sic ipsa possessio etiam ab ecclesiasticis personis obnta, obsequiū qd̄ regie potestati p̄ p̄sōcinio debet iure negare nō p̄t. Sicut scriptū est. Reddite q̄ sunt cæsaris cæsari, & q̄ sunt dei deo.

Quot modis in seculari potestate determinanda est iustitia.

Caput. VIII.

Sciendū vero est q̄ iustitia illa q̄ terrenæ potestati in subiectis data est quinq̄ modis determinat: scdm̄ personā, scdm̄ causam, scdm̄ modum, scdm̄ locum, & scdm̄ tempus. Nam quod aliquo modo licet, non statim omni modo licet: & ipsa iustitia nisi iuste exhibita fuerit, iustitiæ nomen amittit. Quapropter qd̄ licet p̄spiciendū est diligenter quomodo licet: & considerandi sunt modi q̄bus iustitiæ forma determinatur. Scdm̄ personā aliquid licet: & aliquid non licet: quēadmodum seculari iudici in personā laicam si peccauerit manum mittere licet: in clericis non licet. Scdm̄ causam iustitia determinatur: vt videlicet negotia secularia a potestate terrenā: spiritalia vero & ecclesiastica a spirituali potestate examinent. Scdm̄ modum siue mensuram iustitia determinat, cum videlicet q̄libet culpa congrua & sibi conuenienti p̄na mulctat: vt nec priuat⁹ amor in vindicta aq̄uitatis aliquid subtrahat: neq̄ odii priuatum adiciat debite seueritati. Scdm̄ locum & temp⁹ determinat iustitia: si vbi & qn̄ conuenit iudiciū, exercet, & p̄fertur veritatis sententia. Scdm̄ p̄sonā ergo iustitia violatur: si iudex secularis in ecclesiasticā personā manū mitteret. Scdm̄ causā, si ecclesiastica negotia examināda susciperet. Scdm̄ mēsurā, si mēdaciū vel maledictū suspēdio puniret. Scdm̄ locū, si loca sacra violare p̄sumeret: & cōfugiētib⁹ ad illa etiā reis & p̄ suis scelerib⁹ cōdēnandis iordinate violētā inferret. Scdm̄ t̄ps̄ si sacris & solēnibus dieb⁹ reuerētā nō exhiberet: qn̄ & his parcēdū est qb⁹ p̄ culpis suis supplicia debent. His igit̄ modis secularis potestas iustitiā exercere debet, legū instituta sequēs: & nihil p̄ter iustitiā & veritatem approbās iudicādo. Secularis autē p̄tās caput habet regē siue ip̄atorē ab illo p̄ subiectas p̄tates duces, & cōmites & p̄fectos, & magistrat⁹ alios: descēdēs q̄ tñ oēs a prima p̄tate auctoritatē sumunt in eo q̄ subiectis plati existunt.

De ornamentis regis. Cap. IX.

Habet autē potestas secularis ornamenta quędam dignitatis sue: quibus & excellentia ordinis ostenditur, & sacramentum ministerii figuratur. Annulus fidem, armilla bonam operationem, sceptrum iustitiam, gladius vindictam, purpura reuerentiam, diadema gloriā designat. Et hec quędam in p̄senti de seculari potestate dicta sufficiant.

Explicita est secunda pars.

INCIPIT

tertia Pars, de ecclesiasticis ordinibus. De potestate spirituali, & eius coronā. Caput primum.

Piritualis potestas in clero ordinatur habēs gradus & ordines dignitatu; differentes. Primum signaculum clericis est corona: qua signatur ad partem fortis ministerii diuini: cui seruire regnare est. Corona quippe regale dec⁹ significat. Sic dicit beatus Petrus apostolus. Vos estis genus electum: regale sacerdotium. Propter hoc igitur coma capitis clerico in modum coronę condat⁹: & ipsa capitis summitas desuper nudat⁹ & reuelatur: vt per hoc detur intelligi: q̄ ad regiam in Christo potestatem assumitur: & q̄ inter ipsum & deum deinceps velamen esse nō debet: vt reuelata facie, & pura mente Domini sui gloriā contempletur. Summum capitis summum est mentis. Denudatio capitis illuminationem significat mentis.

De clericis.

Cap. II.

Lericus quippe secreto rum dei non ignat⁹ esse debet: quia nuncius eius est ad populum. Tondetur etiam capilli capitis vsq̄ ad aperturam

& reuelationem sensuum, id est oculorum & aurium vt eum ab audiendo & intelligendo verba dei, terrenorū occupatio, quę per capillos significatur, non impediatur. Postq̄ autem cleric⁹ factus est debet deinceps de stipendiis ecclesię sustentari: & sub tutela & custodia spiritualium magistrorum, scientia diuina & ecclesiastica disciplinā erudiri: quatinus ad sacros ordines ministerii diuini cum ratio poposcerit diuine possit accedere. Nemo ad clerū assumendus est: nisi sub titulo certo. Qui enim caput non habent accephali sunt non clerici.

De tonsura ecclesiastica. Cap. III.

Onsurę autē ecclesię vsus a Nazareis exort⁹ esse putatur: qui prius crine seruato, deniq̄ ob vitę continentia caput radebant, & capillos in igne sacrificii ponebant. Hic vsus ab apostolis introductus est: vt qui diuinis cultibus mācipati deo consecratur quasi Nazareus, id est sancti, crineposito, inueniantur: sicut ad Ezechielem dicitur. Tu fili hominis sume tibi gladium acutum: & duc super caput tuū & barbam. Hoc etiam in nouo testamēto nazareos illos Priscilla & Aquila in actibus apostolorum primum fecisse legim⁹. Paulum quoq̄ apostolum & quosdam discipulorum Christi qui in huiusmodi cultu imitandi extiterunt: scilicet vt hoc signo vitia in corde & opere pululantia p̄cedenda doceantur.

Quomodo ordines sacri in mōachis sint. Cap. III.

Vidam volunt coronā aliquando pro signo accipiendā penitentia; quēadmodum in ordine monachorum: quibus & ceteri ordines sacri qui in clero sunt proprii, secundū indulgentiam conceduntur. Non enim in populo p̄sse possunt, nec spiritualis dignitatis in ecclesia curam suscipere: donec ad clerū assumantur. Propterea quod in illis est sacri signaculi ad idul

gentiam est: nō pro potestate prælatio-
nis in populo dei: sed ne in ipso quoq;
habitu pœnitentiæ quo se sponte pro-
ter deum sequestrauerunt, sacrosanctâ
corporis & sanguinis Christi commu-
nionem vel habere non possint, vel ex-
tra ad impedimentum quietis suæ re-
quirere compellantur. Vt ergo intrin-
secus quietius viuant: ordines ministe-
rii diuini per indulgentiam ipsis con-
ceduntur: non ad exercendam prælationē
populo dei: sed ad celebrandam intrin-
secus communionem sacramenti Dei:
quod tamen principio nō ita fuisse di-
cunt. Monachi quippe & eremum habi-
tantes olim presbyteros habuisse legūt.

De septem gradibus sacris. Cap. V.

A **D** **R**imū igitur signacu-
lum clerici corona est:
quo in partem ministe-
rii sacri cōsignatur. Se-
quitur deinde septem
graduum promotiōes:
in quibus per spūalem potestatem alti-
us semper ad sacra tractanda conscen-
dit. Primus gradus est ostiariorum. Se-
cundus lectorum. Tertius exorcistarū.
Quartus acoluthorum. Quintus sub-
diaconorum. Sextus diaconorum. Septi-
mus sacerdotum. Hic gradus dispa-
res in eodem ordine habet dignitates. Nā
post sacerdotes altiores sunt principes
sacerdotū, id est episcopi. Supra quos
iterum sunt archiepiscopi: & supra il-
los qui dicuntur primates: supra quos
quidam patriarchas cōstituerē volūt:
alii eosdē primates & patriarchas di-
cunt. Nos tamen, iiii. tm̄ ex antiquo ec-
clesiæ vsu patriarchas nominatos iue-
nimus. Primum Alexandrinum. Secun-
dum Hierosolymitanum. Tertium An-
tiochenum. Quartum Aquileiense: qui
post Grandensis dicitur est: nisi forte se-
cundum proprietatem linguarum iidē
ipsi alibi patriarche: alibi primates ap-
pellati sint. Post hos omnes sequitur
pontifex quē papā: id est patrē pa-
trum consuetudo ecclesiastica nomina-
re instituit. Hic est principalis & ma-
ximus sedis apostolicæ in ecclesia Ro-
mana successor: vnde & ipsum specia-
liter apostolicum sancta ecclesia nomi-

nare consuevit. Cui vice Petri princi-
pis apostolorum præsidere, omnis ec-
clesiasticus ordo obtemperare debet: q̄
solus prærogatiua dignitatis claus
habet ligandi omnia & soluendi super
terram. Isti ergo ordines sacri diuersis
locis per orbem terrarum (quacunq;
sanctæ ecclesiæ corp⁹ diffusum est) dis-
ponuntur: non solum voluntaria ordi-
natione spiritualium patrum: sed ex
ipso quoq; gentilitatis vsu conueni-
enti ratione assumptā. In illis siqui-
dem ciuitatibus vbi olim gentiles fla-
mines suos constituere consueuerant:
ibi nunc episcopi sunt ordinati. Vbi
vero archiamines dispositi fuerant:
archiepiscopi successerunt. Lege li-
brum Clementis: illic inuenies quo-
modo beatus Petrus per diuersa orbis
terrarum loca præcipēs ecclesiarum dis-
poni instituit. Septem ergo spirituali-
um officiorū gradus proinde in sancta
ecclesia secundum septiformem grati-
am distributi sunt: quos Domin⁹ Iesus
Christus eiusdem spiritus plenitudinē
habens: omnia in semetipso exhibuit:
& corpori suo, id est ecclesiæ imitan-
da reliquit: cui ipsius spiritus partici-
pationem concessit.

De ostiariis.

Cap. VI.

B **I**nter hos septem gra-
dus spiritualis officii
prim⁹ est eorū q̄ ostia-
rii dicuntur: qui in ve-
teri testamēto olim ia-
nitores vocabantur. Ad
officiū ostiarii pertinet claus eccle-
siæ: vt claudat & aperiat horis compe-
tentibus templum dei: & omnia quæ
sunt intus extraq; custodiat: fideles re-
cipiat: excōscatos & infideles eiciat.
Ostiarius cum ordinatur postq̄ ab ar-
chidiacono instructus fuerit, qualiter ī
domo dei debeat conuersari: ad sugge-
stionem archidiaconi tradit ei episco-
pus claus ecclesiæ de altario dicens ei.
Sic age quasi redditur⁹ deo rationem
pro his rebus quæ his clauibus reclud-
duntur. Hoc officium dominus in sua
persona suscepit: quando flagello de fu-
niculis factō vendentes & ementes de
templo eiecit. Ipse quippe ostiarius di-

cit. Ego sum ostium. Per me si quis in-
troierit saluabitur: & ingredietur, &
egredietur, & pasca inueniet.

De lectoribus.

Cap. VII.

C **S**ecundus gradus est le-
ctorum: qui formam &
initium a prophetis ac-
cepit. Sunt enim lecto-
tores qui verbum dei
annunciant: quibus di-
citur. Clama ne cesses: quasi tuba exal-
ta vocem tuam. Hi cum ordinantur
primum de vita ipsorum, & fide, & in-
genio: episcopus ad populum verbū fa-
cit: deinde eis vidēte populo ab episco-
po codex traditur diuinæ lectionū: &
dicitur eis. Accipite & estote verbi dei
relatores: habituri (si fideliter & vtili-
ter impleueritis officium) partem cū
his qui verbum dei ministrauerūt. Ex
hoc ergo potestatem habent in eccle-
sia coram populo propheticas & apo-
stolicas lectiones recitandi. Hi quidem
qui ad hunc gradum promouentur li-
terarum sciētia debent esse instructi vt
eorum quæ legunt sensum intelligant:
in pronuntiatione vim accentū agno-
scant: distincte legant: ne confusione p-
nuntiationis intellectum auditoribus
tollant. Considerant quid sit indicati-
ue legendum: quid sub interrogatiōne
pronuntiandum: vbi sit in oratione di-
stinctio, vel media distinctio facienda:
quā & hæc male seruata intellectu per-
turbant: & grammaticorum typum ge-
rentes ad irrisionem prouocāt. Vox le-
ctoris auribus & cordi cōsulere debet,
non oculis: ne motu vel gestu indis-
ciphato spectatores magis ex seipso fa-
ciat, q̄ auditores: eque effractum & foc-
moneum q̄ agrestem & rusticum sonū
deuitans. Lectores enim olim præcones
vel proclamatores vocabantur: quia in
populo vocem faciunt. Hoc officium do-
minus in propria persona ostēdit: quā-
do in medio seniorum librum Esaię p-
phete aperiens, distincte ad intelligen-
dum legit. Spiritus Domini super me
euangelizare pauperibus misit me. Ex
quo lectoribus intelligi datur: q̄ gratia
spirituali clarere debent: qui populo
verbum Dei annunciant.

De exorcistis.

Cap. VIII.



Tertio loco sequitur or-
do exorcistarum: qui su-
per cathecuminos faci-
unt sacramentum aper-
tionis: & habet spiritua-
le imperium super spiri-
tus immundos: vt eos de corporibus ob-
sessis eiciant. Debet autem habere spi-
ritum mundum qui spiritibus immun-
dis sperat: vt vita ab officio non discor-
det: & malignum quem per acceptū of-
ficium expellit de corpore alieno: per
mūditiā vitæ expellat de corde suo.
Hi cum ordinantur accipiunt de manu
episcopi librum exorcismorum, & dici-
tur eis. Accipite & memorię commē-
date: & habetote potestatem imponen-
di manus super energuminos: sine ca-
thecuminos. Exorcistæ in ordine & mi-
nisterio ecclesiæ constituti sunt secun-
dum officia quæ in templo Salomonis
erant disposita. Quæ posterius sunt ab
Esdra dispersita. Leguntur enī sub Es-
dra fuisse actores tēpli filii seruorū Sa-
lomonis: qui actum templi totius sub
cura sua haberent: aut sacris oblationi-
bus deseruirent. Et cum fuissent ex or-
dine in ministerio templi: longe tamen
fuerunt ab officio altaris dei. Neq; enī
Psalmistis, id est cantoribus: nec ostia-
riis: nec sacrarum seruīs attingere lice-
bat ad munera altaris: nisi tantūmodo
leuitis. Quasi ergo actores quidam spi-
rituales templi dei exorcistæ sunt ī po-
pulo dei: qui de substantia domini sui
sibi in donis spiritualib⁹ tradita: in spi-
ritualibus edificiis dilapsa restituunt,
& reparant dissipata. Exorcistas signifi-
cat apostolus cum dicit. Nunquid oēs
donationes habent sanationis? Hoc of-
ficio vsus est deus quādo salua sua te-
rigit aures & linguā surdi & muti di-
cens. Effeta quod est adaperire: hoc ex-
emplo nos docens spiritualiter aperi-
re debere aures præcordiorum homi-
num: ad intelligendū, & ora ad confi-
tendum: vt expulso dæmone, spiritus san-
ctus vas suum recipiat. Similiter hoc
officiū exhibuit: qm̄ de Maria Magdale-
na septem dæmonia eiecit.

De acolitibus.

Caput. IX.

Eruditionis Theologicae

E Varro loco succedunt acolithi: qui latine dicitur ceroserarii: quia accessos cereos deferunt, dum legitur euangelium: vel dum offertur sacrificium. Non ut tenebras huiusmodi aeris illuminent: sed ob hoc ut sicut visibile lumen manibus gestant, ita opera lucis proximis ostendant: & more lucis, errantibus viam in tenebris palpantibus ducatum praebent. Hi cum ordinantur postquam edocti fuerint ab episcopo qualiter in officio suo agere debeant: accipiunt ab archidiacono ceroserarium, id est candelabrum cum cereo: ut sciant se ad accedenda luminaria mancipari. Accipiunt & vrceolum vacuum ad infundendum vinum in calicem: quo consecrandus est sanguis Christi: ut sit commemoratio sanguinis de Christi latere profluentis, & aquae inde procedentis. Quae duo ideo in calice commiscetur: quia Christi sanguine sumus redempti: & aqua baptismatis a peccatis abluti. Hoc officium se habere Dominus in euangelio testatur: dicens. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitae.

De subdiaconis. Cap. X.

F Vinto loco est ordo subdiaconorum qui apud grecos hypodiaconi vocantur. Isti sunt qui in Esdra nathanei, id est in humilitate domino seruientes appellatur: ex quorum ordine fuit ille Nathanael: qui in euangelio saluatorem confiteri, & ab ipso meruit collaudari dicente domino. Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Isti subseruiunt leuitis: & vasa corporis & sanguinis christi ipsis ad altare deferunt: & iterum referunt. De quibus quidem patribus placuit: ut qui sacra mysteria contrectant, legem obseruent continentis: sicut scriptum est: mundamini quae ferunt vasa domini. Hi in templo Domini oblationes suscipiunt a populis. Ad istorum provisionem pertinet tantum de oblationibus ponere in altari: quantum sus-

ficere possit populo dei. Similiter ipsi corporales, pallas & substratoria lauare: & aquam in baptisterium vergere debent: vrceum quoque & aquam, manile & manutergium tenere, episcopo & presbitero, & leuitis: pro lauandis manibus ante altare aquam praebere. Hi cum ordinantur sicut sacerdotes & leuitae manus impositione non accipiunt: sed tantum calicem vacuum & patenam vacuam de manu episcopi. De manu vero archidiaconi vrceolum cum aqua: manile seu mantile, & manutergium: quibus misurare debent manus sacerdos & leuita tractaturi diuina sacramenta. Hoc officio usus est dominus: quando facta coena cum discipulis lintheo se praecinxit: & mittens aquam in peluim pedes discipulorum lauit: & lintheo extersit.

De diaconis. Cap. XI.

Diaconorum ordo sexto sequitur loco, non sine aliquo senarii mysterio: in quo propter perfectionem sui significatur operum perfectio. Hic ordo in veteri testamento a tribu Leui habuit exordium. Praecipit enim Deus Moysi ut post ordinationem Aaron & filiorum eius: rursus tribus Leui ad diuini cultus ministeria ordinaretur: & consecraretur domino: & seruiret pro Israel coram Aaron & filiis eius in tabernaculo dei. Ipsique gestarent Arcam & tabernaculum: & omnia vasa eius & in circuitu tabernaculi, ipsi castra constituerent: & in transportando tabernaculo ipsi deponerent: rursusque ipsi componerent. A viginti autem annis & supra iussi sunt seruire in tabernaculo. Quam regulam etiam sancti patres in nouo testamento constituerunt: quoniam haec aetas ad portanda onera robusta est: quae illi ordini a Moysse institutum est. Quod etiam in nouo testamento representatur: cum diaconis supra sinistrum humerum stola ponitur: & casula in diebus ieiunij super eundem humerum complicatur: quia quicquid laboris & sustentationis in hac vita roboramus: tanquam in sinistra portamus: donec in dextera hoc est in aeternitate re-

quem habeamus. Hic ordo in nouo testamento ab apostolis initium sumpsit: quando sic legitur in actibus apostolorum. Apostoli, septem viros boni testimonij plenos spiritu sancto: ad hoc officium elegerunt: & oratione premissa manus eis imposuerunt. Et exinde apostoli & eorum successores decreuerunt: ut in omni matrice ecclesia septem diaconi circa Aram Christi sublimiori gradu, tanquam columnae altaris assisterent, etiam non sine aliquo septenarij mysterio. In quo figuratur ut septiformis gratiae spiritus fulgentes, sancti sint corpore & spiritu. Hi sunt septem angeli in apocalypsi tuba canentes. Hi sunt septem candelabra aurea. Hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modum praeconis admonent cunctos, siue ad orandum, siue ad genua flectenda, siue ad psallendum, siue ad legendum, & audiendum verbum. Ipsi etiam gelizant: ipsi sacramenta dei dispensant. Sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam sicut in sacerdote consecratio: ita in ministro dispensatio sacramenti. Ipsi etiam sacerdotibus propter praesumptionem non licet calicem domini in mensa tollere: nisi traditum eis fuerit a diacono. Leuitae hostias super altare ponunt, ipsi mensam domini componunt. Leuitae operiunt Arcam testamenti: quae non omnes videre debent, aut possunt altarium mysteriorum quae operiuntur a leuitis. Ipsi albis induti vestibus assistunt altari: ut candore vestis munditia vitae significetur, nitidique ad hostias & immaculatae accedant. Tales enim dominum decet habere ministros: qui nullo carnis corruptantur contagio: sed perfecta mentis & corporis castitate splendant. Quales enim diaconi ordinandi sunt: apostolus plenissime docet scribens ad Timotheum. Nam cum promississet de sacerdotum electione, continuo subiunxit. Diaconos similiter irreprehensibiles: hoc est sine crimine: sicut episcopos pudicos: hic est a libidine continentes: non bilingues: ne turbent habentes pacem non multo vino deditos: quia ubi ebrietas, ibi libido & furor dominatur: non turpe lucrum sectantes, ne de caelesti militia lucra terrena sectent. Post hoc sub-

iecit. Hi autem probentur primi: & sic ministrent nullum crimen habentes. Et hi itaque sicut episcopi ante ordinationem probari debent: & si digni inuenti fuerint, sic demum ad sacrum ministerium admitti. Hi cum ordinantur: solus episcopus manus eis imponit, quae ad ministerium non ad sacerdotium applicant: ponit eis orarium. I. stola super sinistrum humerum ab episcopo: ut hoc agnoscat se accepisse iugum domini: quo omnia ad sinistram, id est parte vitae prudentia aduersa fortiter tolerant: & diuino timori subiacent. Accipiunt & textum euangeliorum de manu episcopi, per quem intelligant se esse presbiteros euangelij christi. Nam sicut lectoribus veteris testamenti: ita diaconis noui praedicare preceptum est: praecipue euangelium quod solis ipsis in ecclesia pronunciare licet. Ad ipsos pertinet assistere sacerdotibus & ministrare in omnibus quae aguntur in sacramentis christi: in baptismismo, id est in chrismate: in patena & calice. Oblationes etiam inferre & disponere in altari: componere etiam mensam domini atque vestire: crucem ferre & praedicare euangelium & apostolum. Ad ipsos quoque pertinet officium praedicationis: & recitatio nominum. Ipsi praemonent aures ad dominum: ipsi hortantur orare. Ipsi clamant: & pacem ipsi annunciant. Hoc officio usus est dominus, quando post coenam proprio ore & propriis manibus sacramenta consecrata dispensauit: & quando apostolos dormitantes ad orationem incitauit: dicens. Vigilate & orate: ut non intretis in tentationem.

De presbyteris. Cap. XII.

Septimo loco subsequitur ordo presbyterorum: qui in veteri testamento a filiis Aaron sumpsit initium. Nam qui tunc sacerdotes vocabantur: hi sunt qui nunc appellantur presbyteri: & qui tunc dicebantur principes sacerdotum: nunc episcopi nominantur. Presbyteri autem interpretantur seniores: quia seniores graeci presbyteros vocant. Debent enim presbyteri seniores esse in populo dei: non tantum aetate corporis: quantum prudentia morum: & maturitate bonae conuersationis: sicut scriptum est. Senectus venerabilis est: non diuturna, neque

annorum numero cōputata. Cui enī sunt sensus hominis: & ætas senectutis vita immaculata. Diffat autem hoc tm̄ inter pontifices, & huius temporis sacerdotes: q̄ solis pontificibus addita ē clericorum ordinatio. Basilicarum de dicatio, sacri chris̄matis cōsecratio, manus impositio, & cōmunis super populum benedictio. In aliis autem sacramētis siue, scilicet cathecizandi, siue baptizandi, siue missam celebrandi, & consecrādi corporis & sanguinis Christi sacramentum, siue in ecclesia verbum faciendi: cōmunis est vtriusq̄ dispensatio. Summis ergo sacerdotibus supradicta idcirco singulariter reseruata sunt: ne eadē p̄sūs auctoritas potestatis ab oībus passim vēdicata: inferiores erga sup̄positos insolentes redderet: & soluto obedientiæ vinculo scandalum generaret. P̄b̄i successores & vicarii sunt septuaginta discipulorum qui p̄ceperant Dominū Iesum in omnē ciuitatem & locum quo ipse erat vētur⁹. Ita quippe p̄b̄i qui adiutores sunt eporū, rudes populos cathecizando inītant, baptizādo vnitati ecclesiæ incorporāt, & in sacramentis vsq̄ ad manus impositionem populo dei ministrant. Episcopi vero successores sunt apostolorum: qui ex necessitate ad adiutoriū & supplementum sui officii, in tanta multitudīne populorum regendorum ministerium sibi expetūt sacerdotum. Sicut Moyses in Eremo septuaginta viros elegit prudentes: quorum consilio & auxilio multitudīnem tantam facilius gubernaret. Siue inferioris siue superioris sint ordinis sacerdotes. i. siue p̄b̄i siue ep̄i, vicem gerunt summi p̄tifficis: dum populos delinquentes ad p̄niam vocant: & orationum suarum medicamento sanāt. Vnde apostolus dicit: deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: & posuit in nobis verbum recōciliationis. Obsecramus ergo pro Christo reconciliamini deo. In hoc igitur vice mediatoris fungūtur sacerdotes: q̄ deū pro peccatis populi exorant: & peccitantes absoluendo recōciliant. Quapropter conuenit vt tanq̄ boni mediatōres inter homines & deū: p̄ceperant

pra dei ad populum deferant, veritatē p̄dicando: & p̄ces populi deo offerant p̄ peccatoribus intercedēdo. Mediator autem (vt ait apostolus) vni⁹ nō est: quia discordes reconciliatē nō potest: qui vtrinq̄ societatis pace, & amicitia vinculo cōcors nō est: sed idcirco sacerdotes cum deo pacem habere per eminentiam sanctitatis: & cum p̄ximis cōcordiam seruare debent, per affectū cōpassionis. Quales ergo debeant esse p̄byteri apostolus scribens ad Titum in sinuat dicens. Huius rei gratia reliquit te crete: vt constituas per ciuitates p̄byteros quē admodum tibi disposuit: Si quis sine crimine est: vnius vxoris vir habet filios fideles: non in accusatione luxuriat: aut non subditos. Oportet enī episcopum esse sine crimine. Qua sententia ostendit etiam p̄byteros sub eporum nomine taxari. Vnde & ad Theum de ordinatione episcopi & diaconi scribit de p̄b̄is tacēs: quos sub nomine episcoporum intelligendos reliquit. Quapropter tales etiā in ecclesia p̄byteros cōstituēdos eē: sicut episcopos: & apostol⁹ asserit, & canones apostolicā auctoritatē secuti testant. P̄b̄i cum ordinantur episcopo eos benedicēte: & manus super capita eorum tenente, omnes p̄b̄i qui p̄sentes sunt manus iuxta manum episcopi super capita eorum leuant: & spiritum sanctū super eos qui ordinantur inuocant. Vnguntur p̄b̄is manus sicut episcopis: vt cognoscant se hoc sacramēto gratiam consecrandi accipere: & opera misericordie erga omnes pro viribus exercere debere. Vnctio capitū specialiter ad episcopum pertinet: vt intelligat se vicarium illius esse de quo scriptum est: vixit te deus de⁹ tuus oleo lētitia. Hi post inuocationem sancti spiritus stolā super vtrumq̄ humerum accipiunt: & in modum sustentaculorum dextrū la rus munit & sinistrum: vt ex hoc intelligant se per arma iustitię a dextris & a sinistris esse munitos: vt eos nec aduersa frangant, nec prospera extollant. Accipiunt & calicem cum vino: & p̄tenam cum hostiis de manu episcopi: quatenus his instrumentis potestatem

se accepisse agnoscat: placabiles deo hostias offerendi. Ad ipsos pertinet sacramentum corporis & sanguinis Domini in altario dei conficere: orationes dicere: & benedicere dona dei. Hoc officio vsus est dominus noster Iesus Christus: quando post cenam panem & vinum in corpus & sanguinem suum cōmutauit: & vt in memoriam suę passionis idem faceret discipulos moriens instituit. Hoc quoq̄ excellenter officium implens exhibuit: quando ipse sacerdos & hostia seipsum in ara crucis propter peccata generis humani obtulit: & proprium sanguinem sancta æterna in gredīs celestia & terrena pacificauit. In quo apparet quanta sit excellentia sacerdotalis officii: per quod quotidie in altari passio Christi celebratur: & reus quisq̄ a peccatis conuersus deo reconciliatur. Quibus omnibus de sacerdotali officio breuiter pertractatis admonēdi sunt Christi sacerdotes: quatenus si cur excellent ordinis dignitate, sic excellent vita sanctitate: vt plebs eis cōmissa atq̄ eorū disciplinis edocta, grātanter eis obediat, & eorum imitatio ne de die in diem proficiat.

De episcopis.

Cap. XIII.

Sacri canones definiūt nullum ī episcopū eligendū: nisi qui prius in sacris ordinib⁹ religio se fuerit conuersatus. Sacros autem ordines Diaconatus & Presbyteratus tm̄ appellandos censent: quia hos solos primitiua legitur ecclesia habuisse: & de his solis p̄ceptum habemus apostoli Subdiaconos tamē quia & ipsi sacris altaribus administrant: oportunitate exigente in episcopos eligi concedunt. Sed rarissime & ipsum non sine Romani pontificis siue metropolitani licentia: si tamen spectatē sit religionis: & p̄babilis scientię. Ad episcopum specialiter pertinet Basilicā consecratio, vnctio altaris, & consecratio chris̄matis, manus impositio, & communis super populum benedictio. Ipse p̄dicta officia & ordines ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicat. Dum enim

p̄cessit vnusq̄q̄ in singulis: iste p̄ordinator est in cunctis. Nullus ep̄s aliū in ep̄m sine metropolitani cōsensu cōsecrare debet: nec metropolitanus ordinare ep̄m nisi trib⁹ ad minimū ep̄is p̄sentib⁹: aliis oib⁹ q̄ in eadē puincia sūt episcopis assensum dantibus. Cum vero ordinatur: duo episcopi ponūt: & tenent euangeliorum codicem super caput, & super verticem eius: & vno super eum fundente benedictionem: reliq̄ omnes episcopi q̄ adsunt manibus suis caput eius tangunt. Vngitur autē sacra vnctio caput eius: quia oīs sanctificatio constat in spiritu sancto: cui⁹ virtus inuisibilis in ipsa chris̄matis sancti vnctio, & significatur, & confert. Ordinando autem pontifex manum imponit, Euāgelicam vero lectionē diacon⁹ legit: confirmationis autem epistolam notarius scribit. Deniq̄ & ordinat⁹ & ordinat⁹ in ipsa ordinatione vterq̄ missam celebrare debet. Et hac q̄dem forma consecrandis pontificibus a sanctis patribus tradita est.

De archiepiscopis. Cap. XIII.

Sed quādo archiepiscopus electus ordināndus fuerit: omnes eiusdem prouinciæ episcopi ad sedem metropolitanā conuenire debent: vt ab omnibus ipse ordinet. Oportet enī vt ipse qui illis omnibus p̄esse debet, ab omnibus illis eligatur & ordinetur: alioquin cassa iudicatur consecratio. Statutum est autem vt archiepiscopus intra tres menses consecrationis suæ ad fidem suam exponēdam, & pallium suscipiendum ad apostolicam sedē mittat: quod amplius habere episcopo dignoscitur. Archiepiscopus enī episcopis p̄est: & pallium portat.

De summo pontifice.

Caput. XV.

Via sedes ap̄lica cui⁹ cūctis ī orbe terrarum p̄fertur ecclesiis: atq̄ supra se metropolitanus habere non potest: cardinales episcopi p̄culdubio metropolitani vice fungunt, qui

videlicet electum antistitem ad apostolici culminis apicem prouehunt. Facta autem electione si forte casus vel uolentia aliqua obstiterit: ut is qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem in thronizari non ualeat: electus tamen quemadmodum statutum est, sicut papa, auctoritatem obtinere debet regendi sanctam Romanam ecclesiam & disponendi facultates illius.

De ceteris officiis que sunt in clero. Caput. XVI.

R I sunt ordines & ministeria clericorum. Quarum in auctoritate pontificale: in archidiaconia curia: & primicerii ac thesaurarii sollicitudinem diuiduntur.

De archidiaconis. Cap. XVII.

S Archidiaconus ipse subdiaconus & leuitis: ad que ista pertinent ministeria. Sollicitudo parochiarum & ordinatio: & iurgia ad eius pertinent cura. Pro reparandis diocesis Basilicis ipse suggerit sacerdoti: ipse ingreditur parochias cum iussione episcopi: & ornamenta vel res Basilicarum: vel parochiarum: gesta libertatis ecclesiasticarum episcopo idem refert: collectam pecuniam de communiōe ipse accipit & episcopo defert: & cetera quedam episcopalis prouidentia ministeria sub episcopo quasi in partem cure aduocatus: in causis ecclesiasticis examinandis dispensat.

De primicerio. Cap. XVIII.

T Primicerium pertinet acoluthi, exorcista, leuitores, atque psalmista. id est cantores. Signum quoque dandum pro officio clericorum, pro uite honestate: & officium cantandi peragendi sollicitudine: electiones, benedictiones, psalmos, laudes, offertorium, & responsoria: que clericorum dicere debeat. Ordo quoque & modus psallendi in choro pro solennitate & tempore. Ordinatio quoque per luminaribus deportandis: siquid etiam necessarium est pro reparatione Basili-

carum, que quales sunt in urbe, ipse denunciat sacerdoti. Epistolas episcopi per dies ieiuniorum parochianis per ostia rios dirigit. Clericos quos delinquere cognoscit: ipse distringit. Quos uero emendare non ualet, eorum excessum ad agnitionem episcopi defert. Basilicarios ipse constituit: & matriculas ipse disponit. Quando autem primicerius absens est: ea que predicta sunt ille exquirat, qui ei aut lege est proximus, aut eruditione his explendis certus.

De thesaurario. Cap. XIX.

V Thesaurarium pertinent ostiarii, Basilicarum ordinatio, incensum preparatio, cura christi matris conficiendi: cura baptisterii ordinandi, preparatio luminarium in sacrificio, & sacrificiis.

Quando & quomodo ordinationes sint faciende. Cap. XX.

X Ordinationes autem sacras, scilicet presbyterorum & diaconorum non nisi certis temporibus fieri debere sancti patres decreuerunt, id est Ieiunio quarti mensis & septimi & decimi, & initio quadragesimalis ac mediane quadragesime die sabbati circaveesperam ieiunio celebrato. Quando uero episcopus ordinationes facere disponit: omnes qui ad sacrum ordinem accedere uolunt: feria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad ciuitatem, una cum presbyteris qui eos presentare debent. Tunc ergo episcopus e latere suo eligere debet sacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros legis diuine, & exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus: qui ordinandorum & uitam & scientiam sine fauoris gratia, aut muneris cupiditate, secundum ueritatem diligenter inuestigent: ut sic per tres continuos dies diligenter examinati, sabbato tandem qui probati fuerint episcopo consecrandi presententur. Benedictiones uero pontificum diebus tantum dominicis celebrandas esse sacri canones sanxerunt.

Qua aetate ordinandi sunt qui ordinantur. Cap. XXI.

Y E aetate uero ordinandorum talem nobis definitio sacre scripturae discretionem reliquit. Ut subdiaconus quidem non ordinetur ante quatuordecim annos: nec diaconus ante uingentiquing. nec presbyter ante triginta: quatenus deinceps si dignus inuentus fuerit in episcopum eligi possit.

Qua sine certo titulo ordinandi non sunt sacerdotes. Cap. XXII.

Z Quod autem sine certo titulo presbyter aut diaconus ordinari non debeat, dicere quid refert, cum etiam si perfectionem ecclesiasticam discipline sequeremur aliter in clerum assumendus non esset.

Quales sunt eligendi ad sacros ordines & quales non. Cap. XXIII.

A E uita autem & conditione eorum qui ad sacros ordines eliguntur multa nobis patres documenta reliquerunt. Nam quid a sacris ordinibus non impediatur eos qui probata fuerint conuersationis placuit definire. Qui a medicorum incisione forte claudii efficiuntur, uel pro egritudine siue per uolentiam abscedunt: & qui non sponte, sed casu aliquod membrum sibi amputauerunt: si tamen tale fuerit ut ab opere administrationis non impediatur, & laici qui non concubinam nec pellicem norunt, nec bigami extiterunt: & in ceteris sine crimine uixerunt: liberi quoque qui a dominis suis ita manumissi sunt, ut in eis nullum obsequium aut potestatem obseruauerint, & sine crimine uixerint, hos in clerum assumi posse sine contradictione sanxerunt. Publice uero poenitentes, criminatos, illiteratos, bigamos, repudiarum maritos, ex adulterio natos, ab hereticis baptizatos, & qui seipsum abscederunt, a sacris ordinibus arcendos: & energuminos in clerum non recipiendos. Sed & filios presbyterorum ad sacros ordines non ad-

mittendos, nisi quos uel habitus religionis, uel spiritualis uite honestas commendat. Poenitentes uero si necessitas exegerit inter ostiarios deputari, uel inter lectores: ita ut euangelium uel epistolam non legant. Si autem ordinati sunt inter subdiaconos haberi conceduntur: ita ut manus non imponant, nec sacra contingant. Poenitentes autem decim annos qui post baptismum pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, aut grauissimis peccatis, publicam gerentes poenitentiam sub cilicio, diuino fuerint altario reconciliati. Similiter transmarinos & incognitos homines, sicut clericos aliarum ecclesiarum, neque ordinari neque ordinatos recipi concedunt, sine commendatione litteris episcoporum suorum.

Qua ratione mutatio possit fieri ordinatorum. Cap. XXIII.


B Mutatio episcoporum de suis locis ad alia loca nulla ratione debet fieri, nisi pro magna utilitate, uel necessitate cogere. Et hoc quidem non per ipsos fieri oportet, sed consilio & inuitatione coepiscoporum, atque auctoritate Romani pontificis. Mutatio similiter clericorum siue presbyterorum non sine magna discretionem fieri debet, cum consilio & auctoritate episcoporum suorum. Clerici etiam in ecclesiis duarum ciuitatum ascribi sacri canones uerant. Presbyteros quoque relicta cura ecclesiarum suarum profectio nem suscipere, siue ad orationes siue quolibet: inconsulto episcopo non oportere testantur. Determinant quoque que sint que necessario presbyteros scire oportet, scilicet librum sacramentorum, lectionarium, baptisterium, compotum, canonem, poenitentialem, psalterium, homilias: per circum anni dominicis diebus & singulis festiuitatibus aptas: & multa alia que de uita & conuersatione sacrorum ordinum, uel rationabiliter dicta sunt, uel necessario facienda.

Explicita est tertia pars.

INCIPIT

quarta pars, de indumentis sacris.

¶ Quot & q̄ sunt indumeta sacra. Ca. I.



Osse optet Christi sacerdotes & ministros: qm̄ id circo singularis eis in sacro ministerio habit⁹ attribuitur: vt per id quod foris apparet: quales intus esse debeant, ostendat. Sacram̄ aut vestitū rit⁹: partim a veteri testam̄to assūpt⁹ est, partim a patrib⁹ nouis adiectus. Legimus q̄ Moyles Aaron fratrem suū cum filiis suis ad ostiū tabernaculi testimonij sanctificandū applicuit, & lotum aqua, tunica byssina vestiuit: deinde zona præcinxit: & vestiuit eū tunicam interiorem: & imposuit ei super humerale: & cinxit eū scdm̄ facturam superhumeralis: & imposuit super eum logion. i. rōnale: in quo erat manifestatio & veritas: sed mitrā imposuit sup̄ caput ei⁹: & super mitram in fronte ipsius laminam aureā, in qua scriptū erat nomen dei. Sc̄ptem si prædicta enumeres instrumeta pōtifficalis ornatus inuenies. i. tunicā byssinam, zonam, tunicā interiorem, superhumeralis, rationale, mitram, & laminam auream: quibus si fœminalia linea quæ ritu sacro circa renes pōtifficis stringebant ad ieceris, octo sunt sacerdotalia indumeta.

¶ De tunica byssina. Cap. II.



Tunica byssina est q̄ gr̄ce poderis, id est talaris appellatur: quia a collo vsq̄ ad talos extēditur: quæ in nouo quidem sacerdotio non de bysso solum, sed etiam de lino contextitur: quæ mēbris corporis modificata atq̄ aptata, nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis esse debere ostendit. Hęc ob speciem candoris nomen Albę sortitur, quo munditiā significat ministrorum dei. Sicut scriptum est. Byssinum sunt iustificationes sanctorum. Caro quippe hominis munditiā quā ex natura non habet, studio bono admittēte acquirit per gratiam:

vt scdm̄ Apostolum minister Christi, corpus suum castiget, & in seruitutem reddat: quemadmodū byssus vel lino cando rem quem ex natura non habuit, per studij & industriam multis tuncionibus & quasi quadam vexatiōe attritū acquirit.

¶ De zona. Cap. III.



Hęc vestis. i. tunica linea circa renes fortiter attingitur: vt castitas sacerdotis nullo inuentuorū estu dissoluatur: sicut scriptum est. Sint lumbi vestri præcincti. Vestis quippe candida mundiciam, zona vero continentiam significat: vt illic non sordescat, hic non effluat vitia spiritualis. Hęc zona in veteri testamento quatuor coloribus distincta inuenitur. i. bysso, purpura, hyacintho, cocco: quos varia interpretatione siue ad quatuor elementa, quorū complexionem natura humana constat: vt totum quod hominis est stringatur & cohibeat a fluxu vitiorum, siue quatuor principales virtutes animi, quibus homo ex omni parte cingi debet & muniti, referendos existimant.


¶ De fœminalibus lineis. Ca. III.



Ob eiusdem castitatis & continentie signum quæ per tunicam & zonā designatur: hoc est etiam q̄ inter cetera sacra indumenta, fœminalia linea circa renes ad sacrum ministerij ingredientium applicari iubentur: non tam ad turpitudinis velandē (quæ solitis quotidiani vsus indumentis regebatur) necessitatem, q̄ ob cōseruandē castitatis & munditiæ significationem. Neq̄ vero existimādū in illo priori populo viros discoperta, aut nō velata carne pudoris solitos incedere: vt intraturi ad sancta tūc demissis verēda tegere iuberent. Sed voluit sermo dei in sacro officio ministros dei ad regēda infirma corporis propriū ac singulare operimētum habere: vt per hoc ostēderet pudicitiam & castimoniam illorū præcipue cū sancta tractaret: vnicā & singularē esse debere. Vñ ministri noui sacerdotij hoc operimētū in sacro officio singulare non assūmūt: quib⁹ est iniuncta seruandē castitatis quotidiana necessitas: sicut quotidie

est offerendi cōcessa potestas. Ministri vero veteris figurā, tēpore offerendi sacrificij femoralia sumūt: quæ ministerio expleto iterum solunt: qm̄ a contactu carnis vetus lex sancta tractaturos prohibuit: quos rursus expleta vice ad operam carnalis cōmerciū relaxauit. Reliqua autem duo, id est tunica linea, & zona veteris & noui testamenti sacerdotib⁹ cōmunia esse noscitur: quibus nostrū sacerdotij zonam quatuor colorib⁹ intertextā nō requirat, fortassis superstitionis vitandē causa aut inopia artificij inductum, cōtentum pura ac simplici continentia.

¶ De interiori tunica. Ca. V.



Equitur quartum indumentū, tunica interior, siue hyacinthina, qua in veteri & in nouo testam̄to solū vsūtur pōtiffices. Et merito pontifex duabus induitur tunicis, q̄ debet de thesauro suo proferre noua & vetera: ppter qd̄ & ipsa tunica secunda interior appellatur: vel hyacinthina cuius color speciem cali sereni imitatur: vt per hoc intelligi detur, q̄ pontifex plus debet de cælestib⁹ cogitare, q̄ de terrenis. Rectus ordo: prius in tunica linea & zona & fœminalib⁹ exprimit munditiā carnis: deinde per tunicam interiorem vel hyacinthinam significatur munditiā cordis.

¶ De superhumerali. Ca. VI.



Vinta vestis est superhumeralis: qd̄ hebraice vocatur Ephod. Hoc in testam̄to veteri solū pōtiffices vtebatur: eisdem quibus & zona fuerat distincta colorib⁹. Sub gratia aut hoc vestimētū tā sacerdotibus q̄ pōtifficibus cōmune est. Quod aut per quatuor colores in zona significari dixim⁹: id ipsum in superhumerali per eisdem quatuor colores significatū inuenimus. Significat aut superhumeralis fortitudinē operum, & patientiā laborū: pro eo q̄ ad portanda onera humeri supponitur. Idcirco in ipso superhumerali duobus lapidibus preciosis: quorū vnus a dextero humero, alter vero a sinistro superposit⁹ fuerat: nomina duodecim patriarcharū inscripta erāt: sex in

vno, & sex in altero: ga per nomina patriarcharū memoria sanctorū intelligitur, quā sacerdos a dextris & a sinistris, i. in p̄speris & aduersis cordi impressam semp habere & portare debet. Nostrū vero sacerdotij superhumeralis similiter intextū nō habet vt vetus: pro eo q̄ christiana religio magis simplici veritati studere debeat, q̄ superstitioni.

¶ De rationali quod gr̄ce logion dicitur. Cap. VII.



Equitur deinde rationale siue logion, qd̄ pectori pōtifficis superimponitur, vt in eius corde sapientiam & discretionē inesse debere ostēdatur. In ipso autē rationali posita sunt manifestatio & veritas, vt in doctrina sua pontifex nec aliud q̄ veritas suggerit, efficere præsumat: neq̄ id quod a veritate intus hauserit rōne & opere approbare & manifestare desinat. Notandū vero q̄ adinuitē cōcatenant rationale & superhumeralis: ga coherere & cōcordare debent: ratio & opera: vt quod mētis intellectu percipimus opere impleamus. Deinde etiam quia non prius rationale q̄ superhumeralis nominat: quoniā in schola virtutū opera præcedunt, vt sapientiā apprehendas: sicut scriptum est. A mandatis tuis intellexi. Et iterum. Quæ cepit Iesus facere & docere. Postea manifestatio sequitur post rationale, ne docere præsumas qd̄ pri⁹ nō didiceris. Huic etiā cōcordat q̄ in ipso rationali duodecim lapides inserti erāt duo decim patriarcharū nomina inscripta in se cōtinētes: ga pōtiffex sanctorū patrū exempla impressa memoriæ habere debet: & sibi ipsa facta sua moderari.

¶ De mitra quæ cydaris dicitur vel tiora, & de lamina aurea. Ca. VIII.



Ost cetera ornamenta superimponit capiti pōtifficis mitra: q̄ alio nomine cydaris vel tiora vocatur: qua quocūq̄ sensu q̄ in capite sedē habet regimen significat. Minister ergo bene vitam suam reges caput suū Christi ornat. Quia autē sicut ait Ap̄tus: caput Christi deus est: cō

ueniēter ornamēto capitis: nouisse lamina aurea sup̄imponitur: cui inscriptū est nomen dei: qđ hebraice ineffabile uocat. Vt per hoc significet deū sicut cōditore oīm ita etiā rectorē esse vniuersorū: & ad honorē & gloriā eius referēdū quicqd a sacerdotibus & ministris sacris bene fuerit dispēsati. Hęc igitur indumēta octo esse debere Moyses in Exodo cōstituit. Sed in Leuitico de eisdem indumentis tractans de octauo. i. de fœminalib⁹ tacuit: fortassis qđ ad genitalia nostra & uerecūda lex manū non mīttit: qui uoluntariū deo castitatis sacrificiū offerre debemus: sicut scriptū est. De uirginibus preceptū domini nō habeo. Et ipse deus de uoluntariis eunuchis loquēs adiecit. Qui potest capere capiat. Ac si diceret. Fœminalibus ego nō uestio, nec cuiq̄ necessitatem impono. Qui uult esse sacerdos ipse se uestiat: & in gressuris ad sancta, ad uerēda tegēda uoluntarie munimētū castitatis assumat. No tandū uero qđ sacerdotib⁹ inferioris ordinis: neq; tunica datur hyacinthina, neq; superhumeralē, neq; rationale, neq; lamina aurea: quibus soli utuntur pōtiffices. i. summi sacerdotes: sed tm̄ poderis & mitra & zona qua stringitur poderis ipsa. i. tunica byssina: quia fungūtur quidem sacerdotio: sed nō in illa dignitate qua funguntur sacerdotio qui octo indumentis decorantur.

De indumentis noui sacerdotii. Caput. IX.

L Hęc sunt autem indumēta quæ a ueteri instrumēto nouum sacerdotiū assumpsit. Tunica linea, zona, superhumeralē, tunica interior, rationale, & mitra: sed tunica interiori, & rationali soli utuntur pontiffices. Laminā auream nouum sacerdotiū nō habet: pro qua nūc frontibus fidelium signum crucis imprimitur: quoniam auto legis sanguis euan-gelii preciosior est.

De stola uel orario. Cap. X.

M Hęc sunt quæ ueterib⁹ noua institutio adiecit. Stola quæ alio nomine orariū uocatur: quæ collo sacerdotis sup̄imponitur: ut est

iugū dñi assumpsisse significet: quæ a collo per anteriora descendens dextrū latus ornat & sinistrū: ut doceat ipsum per arma iustitię a dextris & a sinistris, id est in prosperis & in aduersis debere esse munitum: sicut scriptum est. Patiētia uobis necessaria est, ut reportetis promissiones. Et iterū. Qui perseuerauerit usq; in finē hic saluus erit. Inde est qđ stola cum zona poderis quibusdam nexibus colligatur: quia uirtutes uirtutibus sociantur, ne aliquo tentationis impulsu moueantur.

De planeta uel casula. Ca. XI.

Sic igitur sacerdote dñi ornato, per tunicā munditia, per zonā cōtinentia, per superhumeralē iustitia, per stolā patientia: cunctis postremo casula supponitur, quæ caritatē significat: sicut scriptum est. Adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. Si linguis hominū loquar & angelorum, caritatem autem non habeam nihil sum &c.

De mappa uel manipula. Caput. XII.

Quia uero mentibus bene compositis, & diuino cultui mācipatis aliquotiens negligentia subre-pit: necesse est ut ad eā detergendam iugis adhibeatur diligentia: qua uelut quædā ab oculis demergens pituita sepius emūdetur. Propter quod in sinistra manu quædam apponitur mappula: quæ sepe fluentem oculorum pituitam tangat, & oculorum lippitudinem abstergat.

De dalmatica. Cap. XIII.

Vtuntur præterea leuitæ alio indumento qđ dalmatica dicit: a regione quidem ubi prim⁹ eius usus institut⁹ putat nomena colobio uero quo Apostoli & quidā apostolorū successores uſi fuisse legūtur, adiectis manicis formā trahens. Significat autē dalmatica ppter sui latitudinē curā proximorū: quæ se extendit p dilectionē ut plurib⁹ pſiciat. Ad unum ergo finem tendit, & significatio dalmaticę in leuitis, & significatio casule

in psbyteris: quæ uerisq; cura & sollicitudo proximorū inſiſtit, per dilectionē adimplēda.

De sandaliis & caligis byssinis siue lineis. Ca. XIII.



Vtuntur autē episcopi & cardinales psbyteri sandaliis, quæ calciamēta sunt prædicatorū. Habēt autē hęc desubtus soleam integrā, ne pes terrā contingat: desuper uero cōstant ex corio per loca perforato: quæ gressus prædicatorū & subtus muniti esse debent, ne terrenis polluantur: & desuper aperti, ut ad cælestia cognoscēda reuelent. Quæ autē locis quibusdā aperiuntur, hoc significat qđ euangelica prædicatio nec omnibus reuelari debet, nec ab omnibus abscondi: sicut scriptum est. Vobis datū est nosse mysteriū regni dei: ceteris autem in parabolis. Illic quippe sandalia aperiuntur, ubi mysteria regni dei cognoscūtur. Prius autē qđ sandalia in pedibus assument: induuntur caligis byssinis, uel lineis usq; ad genua protensis, & ibidem cōstrictis: per quod significatur qđ rectos gressus debent facere pedibus suis: & genua debilia. i. negligētis resoluta roborare: & sic ad prædicandum euangelium festinare.

De baculo episcopi, & annulo. Caput. XV.

Vtuntur pontiffices baculis & annulis. Baculus per rectitudinem suam iustitiam significat prælatorum, quæ subiectos regere debent. Qui idcirco subtus acumen habet, ut rebelles per increpationē pungat: desuper recuruus est: ut per consolationē mites trahat. Annulus sacramentū fidei significat: quo sponsa Christi ecclesia subarrata est: cuius custodes & pædagogū episcopi sunt & prælati, p signo ferētes hoc testimonii illi.

De pallio archiepiscopi. Ca. XVI.

Archiepiscopi utuntur pallio qđ significat torquē aureā, quā solebāt legitime certatēs accipere. Circulo autem quo humeris cōstringuntur, timor

& disciplina dñi intelligit: quo se & subditos sibi regere debent. Per duas uero lineas ex utraq; pte. i. ante & retro a summo deorsum pendentes: prædicatio utriusq; testamenti, uel dilectio dei & proximi figuratur.

De uasis sacris. Ca. XVII.



Hęc autē sunt quæ de uasis sacris in ministerio diuino breuiter attingimus. Ara crucem significat. Calix sepulchrum. Patena lapidem. Corporalis palla syndonem quæ inuolutum est corpus Christi.

Finis partis. IIII.

INCIPIT quinta pars, De dedicatione ecclesie. Caput. I.



Ost ordies quos in prima pte ecclesiasticę administrationis posuimus ad sacramentorū cōsiderationem trāsimus. Et primū quidē de sacramēto dedicationis ecclesie, in qua cætera omnia sacramenta celebrantur, loquendum nobis uis detur. Superius in ea quā generaliter de sacramentis præmissimus tractatione, distinximus sacramenta alia esse salutis, alia administrationis, alia exercitationis. Prima ad remediū: Secunda ad officium: Tertia ad exercitiū. Et illa quidem quæ administrationis siue præparationis sunt ordinibus coherēt: quoniam & ipsi ordines sacramenta sunt, & quæ circa ordines considerantur: qualia sunt indumentata sacra & uasa, & cætera huiusmodi. Hęc omnia quia ut dictū est circa ipsos ordines considerantur, diuisim tractari nō debuerunt. Alia uero sacramēta omnia ad quæ cōsciēda & sanctificanda uniuersa hęc quasi quædam instrumēta præmissa sunt, subsequēter tractari exposcūt. Et primū sicut dictū est de dedicatione ecclesie, qđ

de primo baptisate, quo ipsa quodammodo ecclesia primū baptizatur: vt i ea post modū homines ad salutē regenerandi baptizentur. Quasi em̄ primū sacramētū in baptisate cognoscitur: per qđ fideles oēs inter mēbra corporis Christi per regenerationis nouē gratiā cōputantur. Idcirco hoc primū tractandū occurrit. Primū in dedicatione figuratū ecclesiā: deinde in sanctificatione aīe fidelis exhibitū. Quod em̄ in hac domo orationis visibiliter per figurā exprimitur: totū in aīa fideli p̄ inuisibile veritatē exhibetur. Ipsa em̄ verū tēplū dei est cōcederatiōe virtutū, quasi quadā structura lapidū spiritaliū edificata: vbi fides fundamētū facit: spes fabricā erigit: caritas consummationem imponit. Sed & ipsa ecclesia ex multitudine fidelū in vnū cōgregata: domus est dei vltis lapidibus cōstructa: vbi Christus fundamentum angulare positus est: duos parietes Iudeorū & gentium in vna fide cōiungens. Huius itaq; sacramenti quod in dedicatione ecclesiā exhibetur formā primū proponimus: vt deinde mysticam intelligētiā fidei quē in illo formatur, exquiramus.

De his quae visibiliter aguntur in ea. Cap. II.

X **R**imū pontifex aquā benedicit: typicū sal admiscēs. deinde ecclesiā ipsam extrinsecus ter gyrando aspergit, clero & populo subsequente. Interim vero in circuitu dedicandae ecclesiae intrinsecus duodecim accēsa sunt luminaria. Per singulas autem vices ad portam basilicā veniens (quā ob sacramenti figuram clausam esse oportet) percutit virga pastoralis superliminare ipsius dicens. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portae aeternales, & introibit rex gloriae. Cui diaconus intus positus respondet. Quis est iste rex gloriae? Pontifex autē. Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Tertia demū vice referato ostio intrat pontifex cū clero & populo dicens ter: Pax huic domui. Deinde cū sacerdotibus & leuitis & clericis ad orationē proferant, pro sanctificatione ipsius domus dedicandae. Postea conuersus ab oratione nondū salutās popu-

lum dicēdo dominus vobiscū: tantummodo hortatur cunctos ad orandū. His completis incipit de sinistro angulo basilicā ab oriente per pavementū scribere alphabetum vsq; in dextrū angulum occidentis: atq; iterum a dextro angulo orientis vsq; in sinistrum angulū occidentis. De hinc ad altiora cōscendit: & stans ante altare deum sibi in adiutoriū inuocat dicens. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandū me festina. Gloria patri. Sicut erat in principio, & nunc & semper &c. sine alleluia. Post hoc aquā benedicit, salem & cinerem admiscens: & faciēs ter signum crucis super ipsam: cui mixturae vinū etiā additur. Post hęc tingerit digitum in aqua, & facit crucem per quatuor cornua altaris. Inde venit ante altare, & circūiens aspergit illud septem vicibus, asperforio facto de hyssopo. Circūit dehinc totam ecclesiam: intrinsecus aspergens parietes ipsius eadem aqua faciēs hoc & tertio. Interim vero cantatur psalmus, Exurgat deus, cum antiphona. Cantatur etiā antiphona. Qui habitat in adiutorio altissimi. Circūit iterum ipse pontifex, transiens per mediam ecclesiam & cantās: Domus mea domus &c. Et iterum. Narrabo nomen tuū fratribus meis: in medio ecclesiae laudabo te. His autem peractis pontifex se ad orationem cōfert: petens vt omnes qui eandem domū orant: intrauerint, exauditos se esse gaudeant. Completa itaq; expiatione conuertitur ad altare incipiens antiphonam. Introibo ad altare dei: cum ipso psalmo: & quod reliquum est de aqua purificationis ad basim altaris effundit. Deinde ipsū altare lintheo extergitur: & Pontifex incensum desert super illud. Postea facit crucem in medio altaris & per quatuor angulos eius, de oleo sanctificato. Deinde in circuitu ecclesiae duodecim cruces chrismatur in parietibus, ab ipso Pontifice tres per singulos figuratae. Reuersus deinde iterū ad altare accēsum thus super illud offert in modum crucis: & sic peracta deniq; consecratione ipsum altare albis velaminibus operitur.

Quod sit mysterium supradictorum. Cap. III.

A **M** Vita in his oibus latent profunda mysteria, ex quibus pauca ad memoriam excitanda attingimus. Domus dedicanda, aīa sanctificanda est. Aqua poenitentia est, sordes abluēs peccatorū. Sal sermo diuinus increpatione mordēs, & cōdiens corda spūda. Trina asperio, trina mersio est purificandi per aquā. Duodecim luminaria Aplī sunt: ecclesiā per quatuor mundi partes illuminātes, & crucis mysteriū p̄ totū mundū effēretes. Pōtiffex Christus est: virga potestas. Trina supliminaris percussio, caeli, terrē & inferni dñatio. Interrogatio inclusi, ignoratiā populū: apertio ostiū, sublatio peccati. Pōtiffex ecclesiam ingrediēs pacē domū imprecatur: quā Christi mū dū ingrediēs pacē inter deū & hoīem fecit. Prostratus pro sanctificatione domus oratur: & Christi humiliat⁹ p̄ discipulis & pro credituris oibus patrē orabat dicens: Pater sanctifica eos in noīe tuo. Surgens autē ab oratione populū nō salutat: quā q̄ nō dū sanctificati sunt, applaudendū non est ipsis, sed orandū p̄ ipsos. Descriptio alphabeti, simplex doctrina fidei. Pavimentū, cor humanū. In pavemento alphabetū describit⁹, quā carnalis & rudis pp̄lus prima ac simplici doctrina fidei iniciat⁹. Duct⁹ a sinistro angulo oriētis in dextrū occidētis, & itē a dextro angulo orientis in sinistrū occidētis, formā crucis exprimit: quē mētibus hoīm per fidē euāgelicē p̄dicatio nis imprimi: & quā primū fides in Iudeis fuit, & postea ad gētes trāsiuit: & rursus in fine cū plenitudo gētū intrauerit: tūc oīs Israel saluus erit. Vtriusq; ergo populū collectionē hī duo versus significāt in crucis effigie cōpacti: hoc est qđ Iacob filios Ioseph benedicēs, cancellatis manibus formā crucis exprimēs: dextrā manū super caput Esraim, & sinistrā sup caput Manasse posuit: quā priori populo abiecto, iunior ad dexterā collocat⁹ est. Cābucā siue virga pastoralis qua scriptura figuratur, ministerium significat doctorū, quorū studio & p̄dicatione & cōuersio gētū facta est, & p̄ficiēda est Iudeorū. Quā itās ante altare, deū i adiutoriū vocat: significat eos qui p̄cepta fidei cognitiōe, se ad bona opera & ad luctā cōtra inuisibiles hostes accin-

gūt: & quia de suis viribus minime praesumunt, diuinū auxiliū sibi adesse despo- scunt. In quo quia certantū labor exprimitur, quasi inter suspiria & gemit⁹ nondū alleluia nominatur. Post hęc aqua benedicatur cum sale & cinere: addito vino aquē mixto. Aqua populus est, sal doctrina: cinis passionis Christi memoria: vinū aqua mixtū, Christus deus & homo. Vinū diuinitas, aqua mortalitas. Sic em̄ populus sanctificatur doctrina fidei & memoria passionis Christi: vnit⁹ capiti suo deo & homini. Post hęc ecclesia int⁹ aqua sanctificata aspergit⁹: vt & intus & exterius aīa sanctificanda ostendatur. Asperforium hyssopi humilitatē Christi significat: quā aspersa sancta mundatur ecclesia. Circūit pontifex altare, & ecclesiā totā aspergens: quasi oēs lustrādo, & curā impendēdo omnibus verbo & exemplo cōmunem se p̄bens vniuersis. Propter quod etiā opus oratione cōsummat: orans vt exaudiant ibi iusta petentes: quoniam opus hominis sine diuino adiutorio esse p̄t: fructuosum esse non p̄t. Nouissime cōpleta expiatione pontifex ad altare conuertitur: quod reliquū est de aqua purificationis ad basim eius effundēs: quasi cōmitat⁹ deo quod superest vires suas excedēs in perfectione sacri ministerii. Dehinc lintheo altare extergitur. Altare Christi est super quem offerimus patri nostrae deuotionis munus. Lintheū caro eius, tum sionibus passionis ad candorē incorruptionis perducta. Incensum, orationes sanctorum significat. Oleum autem gratiā sancti spiritus demonstrat: cuius plenitudo in capite praecessit: de hinc participatio ad mēbra defluxit. Propter hoc a sacro altari duodecim cruces parietibus chrismatur: quia spiritalis gratia a Christo in Apostolos descendit: vt crucis mysterium per quatuor mundi partes cum fide trinitatis praedicarent. Candidum velamen quo post consecrationem altare operitur, gloriam incorruptiōis designat: quā post passionem cōsumpta mortalitate Iesu humanitas induta est: sicut scriptum est. Cōscidisti sacco meo, & lacerasti me circumdediti.

Explicita est quinta pars. Bb iiii

INCIPIT

sexta pars de sacramento baptismi.

¶ Quare sit primū, & quare de eo inquirenda. Cap.I.

D



A sacramentū baptismi primū est inter oīa sacramenta: in quib⁹ salus cōstare potest. De ipso nāq; dñs dicit. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu facto: nō potest introire regnū celoz. Et iterum. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Hęc sunt igitur quæ de sacramento baptismi principiā paliter inquirēda pponimus. Primū quid sit baptismus: Secundū quare institutus sit baptismus, vel quare circūcisio mutata sit, & cætera quædā veteris legis sacramēta. Tertiū qñ institutus sit baptismus: & de tribus temporibus. Primo qñ circūcisio statum habuit ante baptismū. Vltimo quādo baptismus statū habuerit post circūcisionem. Medio quādo circūcisio & baptismus simul cōcurrerūt: altera vt finiretur, alter vt cōfirmaret. Item qñ homines obligari cōceptit pcepto suscipiēdi baptismi. Item quid distat inter baptismū Ioannis, & Christi. Itē quare fuerit forma baptismi Ioannis. Item quare sit forma baptismi Christi. Itē verū nullus saluari potest nisi actualiter pcepto sacramēto baptismi. De his oībus multa querēda restant: sed nos interim pro tpe pauca scdm nostram possibilitatē prosequamur.

¶ Quid sit baptismus, & de nomine dei in quo fit baptismus: & de fide & verbo sanctificante. Cap.II.

E



I ergo querit⁹ qd sit baptismus: dicimus q baptismus est aqua diluēdis criminib⁹ sanctificata per verbū dei. Aqua em̄ sola elemētū esse potest, sacramētū esse nō potest, donec accedat verbū ad elemētū, & sit sacramētū. Per verbū em̄ elemētū sanctificat, vt virtutē sacramēti accipiat. Vt quædamodū

elemētū ex naturali quādā qualitate representat, ex superaddita institutione significat: sic ex sanctificatione cōtineat (quæ sanctificādis per eā impediēda est) gratiā spiritū ritūalē. Verbū autē quo elemētū sanctificatur vt sit sacramētū: ipm̄ intelligimus de quo dictū est. Itē docete oēs gentes baptizantes eos in noīe patris & filii & spiritus sancti. Nomen ergo patris & filii & spiritus sancti, ipm̄ est verbū dei, per qd sanctificat elemētū, vt sit sacramētū. Et recte per verbū dei sanctificantur quæ per verbum dei creata subsistunt. Ipse dixit & facta sunt. Per verbum creare potuit: & per verbum sanctificare non potest. Quibus per verbum subsistentiam dedit: putas q per ipsum verbum gratiā apponere non possit. Ne ergo mireris si per verbū dei sanctificatur: quod ad remedū salutis institutū est sacramētū. Sed forte dicit cogitatio tua: quod est istud verbum dei? Quod est hoc nomen patris & filii & spirit⁹ sancti, in quo baptizari iubemur? Nunquid vocē aliquā hoc cogitare oportet & sonum ad aures humanas prolatū? Si vocem aliquam intelligi oportet nomen trinitatis: ipsam quā aut qualem intelligi oportet. Si dicimus q hęc vox de⁹ in nomine isto intelligēda est: consequens est vt vbi sonus iste sup aquā sanctificādam prolatus non fuerit sacramētū baptismi esse non possit. Quid ergo? Merisisti hominem & dixisti. Baptizo te in nomine patris & filii & spiritus sancti. Et dicit mihi. Christianus est hic homo. Baptizatus est in nomine patris & filii & spiritus sancti. Ego illū merisisti tertio in aquā. Ego dixi cū mergerem illū. Baptizo te in nomine patris & filii & spiritus sancti. Ego igit⁹ testis affisto: q baptizatus est hic in nomine patris & filii & spiritus sancti. Baptizatus est in nomine trinitatis. In quo noīe? Tu mihi dixisti q nomē trinitatis est deus. Hoc nomen ego hic non audiui cum dixisti. In nomine patris & filii & spiritus sancti. Quid ergo nomen dicere voluisti? Dixisti te baptizare in nomine patris & filii & spiritus sancti. Et illud nomen de quo dixisti, nō dixisti: quomodo ergo sanctificata est aqua in nomine quod dictum non est? Quod si putas te in hoc dixisse nomen patris & filii & spiritus sancti: q dixisti in nomine

G

patris & filii & spiritus sancti: & sic esse intelligendum in nomine patris & filii & spiritus sancti pro eo qd nomen patris ibi dicitur: in eo qd patris dicitur: & nomen filii ibi dicitur: in eo qd filii dicitur: & nomen spiritus sancti ibi dicitur in eo qd spiritus sanctus dicitur: ergo multa sunt nomina non vni nomen. Ego pceptū dñi accepi vt baptizare in nomine patris & filii & spiritus sancti: tu autē in nominibus multis baptizasti. Pater & filius & spiritus sanctus: tria nomina sunt & triū nomina sunt: nō vni nomen: nec vni nomen. Quia tres vn⁹ nō sunt: quis vn⁹ sint tres. Ipse vero nō dixit in nominibus: sed in nomine inquit patris & filii & spiritus sancti, quia vn⁹ est nomen: vbi est vna natura, vna substantia, vna diuinitas, vna maiestas. Hoc nomen autē est in quo oēs saluos fieri oportet. Velim ergo vt mihi ostēdas vbi prouleris hoc vn⁹ nomē patris & filii & spiritus sancti mergens hominem dixisti. Baptizo te in nomine patris & filii & spiritus sancti. Si ergo tale aliqd in cogitatione cōcipias & doceri exposcules: qd sit nomen patris & filii & spiritus sancti in quo baptizamur & remissionē peccatorū cōsequimur: ego diligentia fidei tuę nequaquā contēnendam existimo. Quō em̄ in ipso nomine baptizare possumus: si ipsum nomē ignoramus? Clamamus quotidie: sanctificet nomē tuū. Sed quō in nobis sanctificat: si a nobis ignoratur? Et si vocē sanctificari petim⁹ dicat qui potest: quō in voce saluari rogamus? Deus inquit in nomine tuo saluum me fac. Si igit⁹ in voce salus est: ergo tacētes, vel potius loqui nō valētes saluari nō possunt: quia loqui nō possunt. Quis hoc dicat? Ergo nomē dei in quo nos sanctificari & saluari oportet, extra vocē quære oportet: ne forte sit illud in sola voce ponimus, scandalū veritati faciam⁹. Not⁹ in iudea de⁹ in Israel magnū nomē eius. Ergo vbi nomē est: tibi nomē est: quia & ipsa nomē nomen est. Dicit aliquis. Magni nominis est homo ille: & homo ille magnū nomen habet in populo. Forte quia multas syllabas habet nomen eius: ideo magnū est nomen eius. Ergo nomen dei paruū est, quia duas syllabas tantū cōplectitur: & duabus syllabis formatur nomē dei. Vides modo vbi sit magnitudo nominis dei. Vbi em̄ magnitudo nominis est: ibi & ipsum nomen cōsiderare oportet: Si ergo magnitudinē nominis: magnitudinē fa-

ma: & notitia magnitudinē cōueniēter intelligim⁹: nomē ipsum ipsam famā & notitia magis quā vocē aliquā vel sonū vocis ad aures veniētem intelligere debemus. Ergo fama eius⁹ & notitia eius ipsam est nomen eius⁹. Et rursum ipsa notitia eius⁹ nō est aliud quā fides eius: quia p fidē solā nunc interim cognoscit deus: postmodū etiā cognoscēdus p spēm. Fides ergo dei ipsa est nomen dei: p quā nunc in hominibus notitia eius habet: vbi adhuc ab hominibus pntia eius nō videt. Puto iam obscurū vel ambigū nō esse: quædamodū in nomine dei saluatur, q in eo qd de ipso sentire potuit: & sentiendo credit: iustificat & iustificatus liberat. Rursum qualiter nomē dei sanctificatur qñ ab iis a quibus cognoscit de⁹ honorat: hoc dubiū nō est, si ei quē iā p fidē cognoscere meruim⁹: casti timoris & dilectionis reuerentiā exhibem⁹. Quid tibi videt⁹? Si nomē dei est notitia eius⁹: & fides eius⁹ in nobis est: nōne in nomine eius baptizatur q in fide baptizant⁹ patris & filii & spiritus sancti? Hoc est em̄ vn⁹ nomē & vnus nomen: quo trinitas pdicatur: & vnitas nō negat. Quando ergo baptizas in fide patris & filii & spiritus sancti? Et hoc nomē. i. hanc fidē cōfiteris cū dicis. Baptizo te in nomine patris & filii & spiritus sancti. Vt impleat qd scriptū est. Corde credit ad iustitiā: ore autē confessio fit ad salutē. Sed forte quia dixit dñs Iesus Xps. Baptizate in nomine patris & filii & spiritus sancti. Si ipsum nomē notitia & fides intelligēda est trinitatis: sufficet ad formā sacramēti cōplendā & sanctificationē pntiendā sine verborū platione cū sola fide baptizandū immergere. Qui em̄ dixit vt in fide trinitatis homines baptizaretur: non qd dicat docuit: sed qd credatur ostēdit. Quapropter ne forte in sanctificatione sacramēti fidei pntio superuacua esse videat⁹: oportet nos in eo quod dictum est in nomine patris & filii & spiritus sancti: amplius aliqd intelligere q si dictū fuisset: in fide patris & filii & spiritus sancti. Plus em̄ aliquid habere videt⁹ nomen quā fides. Nam fides intus est, & latet occultata donec nominari incipiat: & venire in manifestationem. Tunc quippe nomen esse incipit quādo nominari incipit & notificari, vt cognoscatur. Et sic qdem in nomine

patris & filii & spiritus sancti baptizamus: quoniam baptizamus in confessione fidei patris & filii & spiritus sancti. Ipse enim dixit. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Docete & baptizate. Si tingis & taces: tingis & non doces. Flabes baptizate: sed docete non habes. Crede ergo & confitere: loquere & merge: ut in confessione lauentur quę mundada sunt. Sed forte quis ipsam professionis fidei formam in perficiendo baptismatis sacramento, qualę intelligi oportet. Ad quod breuiter respondendum potuissimam esse baptizandi formam quam dominus Iesus Christus cum discipulos suos ad baptizandum omnes gentes mitteret tradidit, dicens. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Ergo recte feceris: si quod ille precepit tu confiteris. Ille iussit ut in nomine patris & filii & spiritus sancti baptizares. Tu mergis hominem & discis: Ego baptizo te in nomine patris & filii & spiritus sancti. Bene sequis formam institutionis diuina: facis quod iussit: profiteris quod instituit. Sed dicitis: Quid ergo? Si quis forte per ignorantiam sine conscientia erroris: horum verborum formam non tenens: tamę cum plena fide hominem baptizaret: dicens. Baptizo te in nomine patris omnipotentis siue in nomine filii deitissimi in nomine spiritus sancti: siue etiam quod in actibus apostolorum legimus: in nomine domini nostri Iesu Christi: siue aliud aliquid simile: quod quidem quantum ad expressionem vocis a supradicta dicendi forma diuersum esset: sed quantum ad professionem veritatis non esset: contrarium. An ne verum baptismatis sacramentum in illo constare deberet? Poterat fortasse ad hanc questionem tuam soluendā plurimam hincinde rationes conducere & ostendere: vbi eadem fides constat: diuersitas sermonis ab ipsa duntaxat sinceritate & unitate fidei non discrepans: nihil officiat. Sed in hac parte visum est mihi auctoritate potius quam mea ratione interrogationi tuę respondendum. Beatus Ambrosius in libro quę de trinitate scripsit, sic ait. Illi qui negauerunt se scire spiritum sanctum: quis baptizatos se dicerent in Iohannis baptismi: baptizati sunt postea: quia Iohannes in remissionem peccatorum: in aduenientis Iesu, non in suo baptizauit nomine: & ideo

spiritum nesciebant: quia nec baptismum in Christi nomine, sicut Iohannes baptizare solebat acceperat. Iohannes, n. licet non baptizaret in spiritu: tamen & Christum prædicabat & spiritum. Denique cum interrogaretur ne forte ipse esset Christus: respondit. Ego vos aqua baptizo. Venit autem fortior me, cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Ergo isti qui nec in Christi nomine, nec cum fide spiritus sancti baptizati fuerunt: non potuerunt accipere baptismatis sacramentum. Baptizati sunt itaque in nomine Iesu Christi: nec iteratum est in his baptismum: sed nouatum. Vnum enim baptismum. Vbi autem non est plenum baptismatis sacramentum: nec principium vel species aliqua baptismatis existimat. Plenum autem est patrem & filium spiritumque sanctum confiteri. Si vnum neges totum subruis: & quemadmodum si vnum in sermone comprehendas aut patrem aut filium, aut spiritum sanctum: fide autem nec patrem nec filium nec spiritum sanctum abneges: plenum est fidei sacramentum. Ita etiam quis & patrem & filium: & spiritum sanctum dicas: & aut patris aut filii aut spiritus sancti minuas potestatem: vacuum est omnino mysterium. Denique & illi ipsi qui dixerant: nec si spiritus sanctus sit audiuimus: baptizati sunt postea in nomine domini Iesu Christi: & hoc abundauit ad gratiam: quia iam spiritum sanctum paulo predicante cognouerant. Nec contrarium debet videri: quia quis etiam postea tacitum sit: de spiritu tamen creditum est. Et quod verbo tacitum fuerat, expressum est fide. Cum enim dicitur in nomine domini nostri Iesu Christi: per unitatem nominis impletum est mysterium. Nec a Christi baptismate spiritus separatur: quia Iohannes in poenitentia baptizauit: Christus in spiritu. Nunc consideremus vtrum quemadmodum in Christi nomine plenum esse legimus baptismatis sacramentum: ita etiam sancto spiritu nuncupato, nihil desit ad mysterii plenitudinem. Et rationem sequamur: quia qui vnum dixerit trinitatem signauit. Si Christum dicas & deum patrem a quo vnctus est filius: & ipsum, qui vnctus est, filium: & spiritum sanctum quo vnctus est designasti. Scriptum est enim. Hunc Iesum a nazareth quem vnxit deus spiritu sancto. Et si patrem dicas: & filium eius: & spiritum oris eius

pariter indicasti: cum id etiam corde comprehendas. Et si spiritum dicas, & deum patrem a quo procedit spiritus, & filium: (quia filii quoque est spiritus) nuncupasti. Vnde ut rationi conpuleretur auctoritas: in spiritu quoque recte baptizari nos posse scriptura indicat. Dicitur de domino. Vos autem baptizabimini in spiritu sancto. Et apostolus ait. Omnes enim in ipso corpore in vnum spiritum baptizati sumus. Vnum opus quia vnum mysterium: vnum baptismum: quia mors vna pro mundo. Vnitatis ergo operationis: unitas predicationis quoniam non potest separari. Hucusque verba beati Ambrosii: qualiter de recta baptizandi forma sentiendum sit manifeste explanant. Vides ergo qualiter in fide trinitatis solo patre vel filio vel spiritu sancto nuncupato plenum sit baptismatis sacramentum: & quemadmodum sine fide trinitatis etiam tribus simul nominatis imperfectum. Sicut, n. vbique fides integra quiritur: sic eadem fidei integritate manente sine detrimento salutis sermo variatur. Verum tamen ecclesiastica consuetudo hanc potissimum in baptizando formam tenere elegit: quia ab ipso sanctificationis auctore ex prima institutione seruanda accepit. Si quis forte querat vtrum in articulo necessitatis sufficere possit ad plenum baptismi sacramentum: si fuerit quis in fide trinitatis sine platione verborum baptizatus: vel quia si quis baptizauit loqui non potuit, siue quia ob festinationem vel stuporem imminetis periculi: siue alia quacunque causa puentus dum baptizaret: locutionis memor non fuit. Si quis ergo forte hoc querat: ego de his que occulta sunt iudicare nolo: precipue quia nomen trinitatis hic non audiuimus. Vbi est vera fides fuit: confessio tamę fidei non fuit. Et hæc quidē de eo quod sit sacramentum baptismatis: & de verbo sanctificatione in presentia dicta sufficiant.

Quare institutum sit sacramentum baptismi. Cap. III.



Nunc restat demonstrare quare institutum est baptismi sacramentum: & quare circumcisio que loco illius olim posita fuisse putatur: succedente baptismi ablata sit: vel mutata. Nam si olim per circumcisionem similiter, ut nunc per baptismum peccata dimittebant: quid ne-

cesse fuit ut ipsa circumcisio succedente baptismi sacramento mutaretur? Cur autem accepta minus profuisse credatur: quę neglecta non minus nocuisse affirmat. Sicut enim nunc per euangelium dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnum dei: ita olim per legem dicebatur. Masculus cuius caro proputii circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo. Nisi forte in hoc quoque ille non est baptizatus a regno dei excludendus dicitur: ille vero quoniam non est circumcisus periturus memoratur: quis velit intelligere propterea baptismum aliquid amplius conferre quam circumcisionem: quia circumcisio suscepta a perditione tamen potuit liberare: baptismus vero renatos etiam ad gloriam perducere potest. Nam illi antiqui patres qui sacramenti circumcisionis iustificationem perceperant: a perditione quidem seruabant, sed ad gloriam regni non ducebantur: donec veniret ille qui sanguine suo rumpeat ignem extinguens: aditum paradisi rursum patefaceret: & credentibus in se omnibus regni celestis ianuam præcedens ipse primus aperiret. In hoc ergo baptismus amplius confert: quoniam renatos hinc exeuntes statim ad regnum mittit: quod tamen ex virtute sanguinis sui ipsam aquam sanctificantis condonatur. Si igitur quis dicere velit idcirco circumcisioe baptismi mutata: ut in baptismi proficeret, quod circumcisio implere non potuit: fortassis videbitur conuenienter illi respondere posse, quod hoc quod amplius nunc in baptismi est, ex baptismi non est: sed ex passionis Christi baptismum sanctificantem impletum. Idem vero circumcisionem facere potuisset: si illi passio Christi in cooperatione sanctificationis adiuncta fuisset. Nam in baptismi quantum spectat ad virtutem baptismi: similiter ut in circumcisione remissio tamen peccatorum precipitur: quia sicut dictum est: quod iustificatis postea aditus patrię celestis panditur: cruce Christi condonatur. Propter huiusmodi rationem aliam mutatam circumcisionis causam comodiorē fortasse & manifestam magis proponendam putamus. In presentibus quodam loco cum de sacramentis tractaremus: diximus sacramenta omnia signa quadam esse eius (quæ per illa dat) gratiæ spiritualis. Oportet autem ut secundum processum temporum spiritualium

gratiarū signa: magis semp ac magis cui dentia ac declarantia formarent: vt cum effectu salutis, cresceret cognitio veritatis. Itaq; sub lege naturali primum data sunt sacramēta, decimationes, sacrificia, & oblationes: vt in decimatione quidem peccatorū remissio: in sacrificiis vero carnis mortificatio: in oblatōe autē boni operis exhibitio signaret. Sed erat obscura significatio hæc in sacramento decimationis, vbi homo de iis q̄ possidebat partem obtulit, partē retinuit: vt ad hunc modū in eo qd̄ erat: quod imperfectionis & defectus fuit, sibi tribueret: quod vero ad bonitatem spectabat: deo imputaret. Hoc sibi voluerunt nouē partes retente: q̄a nouenarius signū imperfectionis est: a denario p̄fecto deficiens. Propterea autē q̄a obscurum signū fuit emundationis in decimatione: data est circūcisio vt virtutē iustificationis eidentius demonstraret: quādo dictum est hominī: vt portionē carnis suæ, non q̄dem sup̄fluum, sed illius quod superfluum erat in hoīe, signum auferret: vt p̄ hoc agnosceret q̄ culpam quā natura per illā partē corporis traheret, gratia per sacramentū circūcisionis emundaret. Sed q̄a circūcisio eas tm̄ quæ foris sunt enormitates amputare potest, eas vero q̄ intrinsecus sunt pollutionū sordes munda- re nō potest: venit post circūcisionem lauacrum aquæ totū purgans: vt perfecta iustitia signaret. Rursus quia prioris populi qui sub timore seruiebat mundatio laboriosa fuit: propterea sacramentū circūcisionis in carne q̄ dolorem habet illi datum est. Nouo autē populo q̄ voluntate & dilectione seruit: sacramentū iustificationis in lauacro aquæ: quæ suauem habet purificationē propositū est: & sic quīdem rationē reddendam existimā pro eo q̄ sacramentū circūcisionis mutatum est: & sacramentū baptismi institutum.

Quando institutum sit sacramentum baptismi. Cap. III.

R Veritur etiā quādo institutum sit sacramentum baptismi: ex quo deinceps licitū nō fuit illud negligere: quā illud suscipere debitū fuit. Erunt quidē sup̄ hoc diuersæ pluriū opiniones.

Alii dicūt ex eo institutū baptisma: quo Xps Nicodemo nocte ad se venienti modum nouę regenerationis insinuans ait. Nisi qs̄ renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnū dei. Alii dicūt institutionē baptismi ex eo coepisse: quo Xps post resurrectionē suā in coelū ascensus discipulos ad p̄dicandū misit dicens: Ite docete oēs gentes baptizātes eos in nomē patris & filii & spiritū sancti. Quidā institutionem baptismi ex eo coepisse putant: quo Ioannes in aqua baptizare coepit: p̄dicans baptizaturū in spū. Alii in passione Xpi quā dixit Consummatum est: oīa veteris testamēti sacramenta finē accepisse: & noui exordium putant. Commodius autē videt vt dicamus baptismum prius p̄ Ioannē: & deinde p̄ Xpm: siue p̄ discipulos Xpi aliquādiū, solū ne a consuetudine abhorreret in vsum p̄ductum: nouissime autē quā vniuersum mundum p̄dicatores baptizare misit sunt: generaliter institutū. Vident autē hic tria tēpora distinguēda. Primo em̄ ante baptismū circūcisio sola statū habuit: & suscipiebatur ad iustificationē sine baptismō. Nouissime autē nunc post circūcisionem solus baptismus statū habet: & celebrat ad salutē sine circūcisione. Fuit autē mediū tēpus quoddā: quādo & circūcisio & baptismus simul cucurrerūt: Altera, i. circūcisio vt finiretur: altera, i. baptismus vt confirmaret. Oportuit em̄ vt & illa q̄ finiēda erant nequaquā subito vel precipitanter: sed paulatim & quasi cū quadam reuerentia dimitterētur: vt ostēderentur bona fuisse tempore suo. Et similiter q̄ in cipiēda erant non subito in auctoritate assumerētur: sed cum mora & grauitate inchoarētur: ne velut aliena & p̄ter rem aliūde inducta subito putarent. Illa igit̄ dimissa sunt, non piecta: & ista instituta sunt, non vsurpata: vt diuini consilii auctoritas vbique seruetur: & humana cautio ne diuina opera reprehendere audeat, admoneret. Quis ergo in passione Xpi per quā consummata sunt oīa, veteris figurę status finē accepit: & noui sacramēti cōstitutio exordiu: tm̄ & prius ali quādo tpe: & noua inchoata sūt ad cōsuetudinē, & vetera postmodū aliquādiū tolerata scdm̄ dispensationē. Simul ergo fue-

runt vtrāq; tempore illo: siue ante passionem, siue post, ab eo quā inchoata sunt noua: donec postmodū vetera sunt interdicta. Et in isto medio tpe quod fuit baptismus cū circūcisio: ab inchoatione sua vsq; ad passionē Xpi: hoc fuit circūcisio cum baptismō post passionē Xpi, vsq; ad illud tēpus quo ipsa circūcisio coepit prohiberi. Sicut em̄ ante passionē ipsa circūcisio in statu suo ad remediū suscipiebatur: & tamen etiā tunc baptismus sine periculo salutis non contēnebat ab iis quibus p̄dicabatur: ita post passionē baptismus quasi in statu suo percipiebatur ad salutē: & tamen etiā tunc circūcisio sine periculo salutis non contēnebat ab his quibus finis eius nōdum manifestabatur. Postq̄ autem dictum est. Si circūdimini Xps vobis nihil p̄dest: iam deinceps nō poterat circūcisio ad salutem percipi: sicut prius postq̄ dictum fuerat. Mafculus cuius caro pręputi circūcisā nō fuerit: peribit aīa illa de populo suo: non potuit circūcisio ab iis p̄sertim quibus inūcta fuerat, sine periculo salutis contēni. Rursus quēadmodum in principio baptismus a Ioanne scdm̄ solum sacramentū dābatur: vt ii q̄ baptizādū vsum non nouerant, erudirent: sic in nouissimo a quibusdam fidelibus circūcisio dispensatorie scdm̄ solum sacramentum suscipiebatur: ne ii qui circūcidi cōsueuerant scandalizentur.

Quando hoīes obligari coeperūt p̄cepto percipiendi baptismi. Cap. V.

I ergo quiritur quā hoīes obligari coeperūt debito percipiendi baptismi: hoc veritati & rationi consentaneū esse p̄bat: ex eo vniūquēq; obligari coepisse debito baptismatis suscipiēdi: ex quo vel post institutionē p̄ceptum vel ante institutionē consiliū p̄cepit baptizādū. Qui em̄ nec prius contēptor consilii: nec post p̄uaricator p̄cepti extitit culpā: dus nō fuit: nisi forte quis aut prius aut postea ignorās fuisse dicatur: ad quē diuinę institutionis notitia puenisset: nisi eius culpa obstitisset. Quando igit̄ Xps Nicodemo nocte ad se veniēti dixit: Nisi qs̄ renatus fuerit ex aqua & spū sancto: nō pōt videre regnū dei: amico reuelatū est

consiliū. Quādo vero postea dixit: Ite, docete oēs gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spūs sancti: informādis oibus expositū est p̄ceptum. Vbi quīdem generalis institutio facta est q̄ ex eo vniūquēq; debitorem habuit: quod ad ipsū p̄dicatibus ap̄lis nūciis verbū p̄ceptum institutionis peruenit. Qui autē interim lōge positi: aut prope in occulto constituti: nondum cognita institutione diuina forte ab hac vita subducti sunt: hoc de ipsis mihi sentiendū videtur: qd̄ & de illis qui ante ipsam institutionem: siue in p̄putio, siue in lege fuerunt: quia quod illis fecerūt tempora: hoc istis operata est absentia. Si qs̄ autē p̄max esse velit: & adhuc hmoi aliquos in ignotis regionibus: & remotis terrarū sedibus degere contendat: q̄ forte mandatū diuinū de percipiēdo baptismatis sacramēto nō acceperint: ego vel neminē talem esse: vel si forte aliquis est: si eius culpa nō obstitisset: audire & scire potuisse ac debuisse sine cūctatione affirmo: maxime cū scriptura euidenter clamer: In omnē terram exiit sonus eorū: & in fines orbis terrarū verba eorū. Si igitur in oēm terrā sonus eorum: & in omni terra q̄dem vel auditi sunt, & contēptores condēnantur: vel auditi nō sunt pro culpa sua: & ignorātes ignorantur: & nō saluantur. Et hæc de tēpore institutionis baptismi: & de debito percipiēdi baptismi dicta sunt.

Quid distet inter baptismū Ioannis, & Xpi: & de forma baptismi Ioannis, & Christi. Caput. VI.

Inter baptismū Ioannis, & baptismū Xpi, hæc distātia est: q̄ i baptismō Ioannis p̄ intinctionem aque solū sacramentū dabatur: in baptisate vero Xpi cum sacramento etiā res sacramenti percipitur. Ioannes em̄ peccatores aqua tinxit: & peccata consentibus penitentia inuixit: Christus baptizat & pctā dimittit. Ille baptizans v̄turum & baptizatum in spiritu p̄dicauit: hic baptizās, ad remissionē peccatorū spm̄ infundit. Illic hoīes baptizabantur in nomine venturi: hic homines baptizātur in nomine patris & filii & spūs sancti. Sacramentum ergo

utrobique quod ad formam exteriorē idem fuit: sed quod ad effectū idem non fuit: quia illic sacramentū solum fuit: nam remissio peccatorū non fuit: hic autē & sacramenti forma proponitur: & virtus sacramenti pariter in remissionem peccatorum condonatur.

Utrum post datū preceptū baptismi aliquis saluari possit nisi actualiter precepto sacramento baptismi. Cap. VII.

Solent quidam sine curio se, siue studiose inquire re: utrum aliquis post indictum & publice propositū baptismatis sacramentū saluari possit: nisi actualiter ipsum sacramentum baptismi percipiat. Videntur enim rationes manifeste esse, & habent auctoritates multas: si tamen habere dicendi sunt, qui non intelligunt. Primum quia dictū est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: non potest intrare in regnū dei. Et iterū alibi. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Et sunt alia multa talia: quibus quasi astrui videtur nullo modo saluari posse eū qui hoc sacramentū non habuerit: quicquid propter hoc sacramentū habuerit. Si fidem perfectam habuerit, si spem, si caritatem habuerit: etiā si cor contritum & humiliatū habuerit quod deus non despiciat: verā poenitentia de peccatis: firmū propositum de futuris: quicquid habuerit saluus esse non poterit si hoc non habuerit. Et hoc totū ita ipsis videtur: propter hoc quod scriptū est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnū dei. Et tamen si quis querat quid factum sit de illis qui pro Christi sanguine effuso sine sacramento aquae ab hac vita transierunt: dicere non audent eiusmodi saluos non esse. Et cum ostendere non possit hoc in eo quod supra memoratū est scriptū esse: dicere tamen non audent: quia ibi scriptū non est: ideo negandū esse. Qui, inquit, dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: non addidit: vel effuso sanguine vice aquae: & tamen verum est quod hic scriptum non est. Nā si saluus est qui propter deū aquā susceperit: quare non multo magis saluus est qui propter deum sanguinē sudat? Plus enim est sanguinē dare, quam aquā accipere. Illud enim

quod quidam dicunt: propterea saluos esse qui sanguinē fundunt, quia cum sanguine etiā aquā fundunt: & in ipsa aqua quam fundunt baptismā percipiunt, quod sit frivolum patet. Si enim propter humorē aquae: qui cum sanie cruoris de vulneribus manat baptizati dicuntur qui interficiuntur: ergo qui suffocantur vel submerguntur: vel alio quo liber genere mortis (ubi sanguis non funditur) occiduntur, baptizati non sunt in sanguine suo: & frustra mortui sunt pro Christo: quia humorē aquae quem intra corpus habuerunt non effuderunt. Quis hoc dicat? Ergo in sanguine baptizatur qui pro Christo moritur: qui & si sanguinem non effundit ex vulnere: dat vitam que preciosior est sanguine. Nam sanguinem fundere posset, & si vitam non daret: & minus esset sanguinem fundere quam vitam dare. Bene ergo sanguinē fundit: qui vitam ponit pro Christo: & habet baptismā suū in virtute sacramentis: sine qua sicut sacramentum ipsum acceptissimum non potest: ita cum illa habetur, sacramentum habere non posse, non nocet. Verum ergo est (quis ibi dictū non est) quod qui pro Christo moritur, in Christo baptizatur. Ita (inquit) verū est quod ibi dictū non est: & ideo verum est quod alibi dictum est: etiam si ibi dictum non est. Qui enim dixit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnū dei: idē ipse alibi dixit. Qui me confessus fuerit coram hominibus: confitebor & ego eū coram patre meo. Quod ergo ibi dictū non est subintelligendū tamē est: quod dictū non est: quod alibi dictum est. Videte ergo quod dicunt. Ideo inquit quod dictum non est: subintelligendū est, ubi dictum non est: quod alibi dictum est. Si ergo hoc in hoc loco subintelligendū est ubi dictū non est: quod alibi dictū est: quare similiter etiā de fide subintelligendū non est: quod alibi dictū est. Qui credit inquit in me mortē non videbit in eternū. Idē qui dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnū dei: ipse dixit: qui credit in me, non morietur in eternū. Aut ergo nega fidem: aut concede saluationē. Quid tibi videtur? Ubi fides est, ubi spes est: ubi caritas est: denique ubi plena & perfecta virtus sacramenti est: saluus non est: quia solum sacramentum non est: &

ideo non est: quia haberi non potest. Qui crediderit inquit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ecce ergo dubium non est: quod ubi fides est & baptismus est, saluus sit. Et quod sequitur: Qui vero non crediderit, condēnabitur. Quare ita dicere voluit? Quare non dixit: qui non crediderit & baptizatus non fuerit condēnabitur: sicut dixerat, qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit? Quare: nisi quia credere voluntatis est, & quia fides credere volenti deesse non potest. Et idcirco in eo quod non credit semper prava voluntas arguitur: ubi necessitas nulla esse potest: quod ad excusationē prætedatur. Baptizari autē in voluntate esse potest, etiā quādo non est in possibilitate: Et idcirco iuste bona voluntas cum deuotione fidei suae non despicitur: quod ab eo quod foris est factamento aquae percipiendo articulo necessitatis præcedatur. Vis nosse plenius an ne ratio hæc alicubi auctoritate manifestior se præbet: quod & ille quas supra commemorauimus auctoritates tam manifeste videantur: ut de veritate ipsarū dubitari non possit? Audi tamen adhuc aliud, si forte euidentius tibi demonstrari possit: de quo dubitari non debes. Beatus Augustinus in libro de unico baptismo sic ait. Etiam atque etiā considerans, inuenio non tantum passionē pro nomine Christi id quod deerat baptismō posse impleri: sed etiā fidem conuersioneque cordis: si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Vides quomodo manifeste testatur fidem & cordis conuersionem, bonae voluntati ad salutem posse sufficere: ubi visibile sacramentū aquae ex necessitate contigit haberi non posse. Sed ne forte contrarietas aliqua tibi esse videatur: in eo quod postea in libro retractationū exemplū de latrone quod ad hanc sententiam in qua dixerat effusionē sanguinis: siue fide, & cordis conuersione: vicem baptismi implere posse: comparatā assumptur: improbauit dicens. In quarto libro cum dicerem vicem baptismi posse habere passionem: non satis idoneū posui illius latronis exemplū: qui utrum fuerit baptizatus incertum est. Sed considerare debes: quod in hoc loco exemplum tantum quod ad probationem sententiæ adduxerat corripuit: ipsum sententiā non reprobaui. Quod si pu-

ras idcirco sententiā illā improbandā quae exemplū correctū est: ergo falsum est quod dixerat effusionem sanguinis vicem baptismi posse habere: quomodo ad illud probandum exemplū ipsum positū est. Non enim ait cum dicerem vicem baptismi posse habere fidem: sed cum dicerem inquit vicem baptismi posse habere passionem: quod utrumque in ipsa sententiā posuisset. Si ergo ad id quod dicitur vicem baptismi posse habere passionē exemplum positū est cum ipsum sine ambiguitate vlla, verū esse costet: patet quod exemplum postmodum correctū est: sed sententiā non est improbatā. Oportet ergo ut aut confitearis vicem baptismi, in articulo necessitatis fidem verā & confessionē cordis implere posse: aut ostendas qualiter fides vera & caritas non ficta haberi possit: ubi saluus non sit. Nisi forte dicere velis neminem, fidem verā & caritatem veram habere posse: qui visibile sacramentū aquae non sit habiturus. Quod tamen qua ratione vel auctoritate probes, ignoro. Sed nos interim non contēdimus utrum aliquis qui baptismi sacramentū percepturus non est: ista habere possit: hoc solo dūtaxat constante: quod si quis esset qui hæc haberet etiā sine visibili sacramento aquae perire non posset. Multa sunt alia quae super hoc approbandū adduci potuissent: sed nos quare superius in tractatu sacramentorū ad id ipsum probandum posuimus: nequaquam iterum replicanda putamus.

De sacramētis neophytorum.
Caput. VIII.

Neophytus nouitius iterpretatur. Neophytus vocatur nup ad fidem conuersus: siue rudis in disciplina religiose conuersionis. Nouiter ad fidem conuersi visibilibus sacramentis instruenti sunt: ut per ea quae videntur, intelligant quae non videntur. Admonēdi sunt hominē ut considerent nouā non esse fidem: in qua noui sunt ipsi: quoniam ab initio mundi sicut nullo tempore defuerit fideles & iusti membra Christi: ita ab initio nunquam defuerunt sacramenta salutis quae præcesserunt in preparatione & signum redemptionis, quae completa est in morte Christi. Prima namque ætate Abel

agnū obtulit in sacrificio figurā mortis Xpi. Secūda atate Noe Arcam in dilu- uio gubernauit: sicut Xps ecclesia inter fluctus tentationū regēs mergi nō finit. Tertia etate Abrahā p filio oblato arie- tem maclauit: sicut deus pater verbum suū pro salute mundi obtulit. In quo ta- men diuinitate inuolabili pmanente so- la hūanitas dolorē mortis sustinuit. Post ea eductus est populus Israel de aegypto p mare rubrum in colūna ignis & nubis: sicut fideles dei de tenebris peccati libe- rantur, renouati p sacramentū baptis- mi Xpi sanguine consecrati: ipsū fide se- quentes: in quo est & nubes humanitatis & ignis diuinitatis. Quarta atate in He- rusalē regnū populi dei sublimat tēpora- le, praefigurans aternū: In quo princeps pacis, pater futuri seculi: fideles suos ad uisionem aeternae pacis introducet. Huius- modi regni exordium Dauid exitit: qui per multas tribulationes pbatus, & gloria- tus: pacis successore filium reliquit: ut ostē- datur qd ad futuram pacis getem puenire nō possint: q in pſenti uita cōtra tētatio- nes & tribulationes uincēdas fortes non fuerint. Propter hoc q in sabbato sancto paschalis solēnitatis baptizandi sūt: quarta hebdomada quadragesimalis obserua- tia: q continēt nobis arma ministrat & in quarta eiusdē hebdomade feria cathe- cizandi deferuntur ad ecclesiam: ubi audi- turi & instruēdi qualiter contra spūales nequias sunt pugnaturi. Sed tamen vsq; in sabbatū paschalis solēnitatis eorū ba- ptismus differit: hoc atēdente ecclesia q qui ad agnitionē in pſenti uita uocatur: in spe futurae ueritatis baptizatur. Quia atate populus ppter peccata sua in Ba- bylonem captiuus ducit: & rursus deo mi- serate post septuaginta annos soluto ca- ptiuuitatis iugo ad terrā suā reuocatur. Quā populus dei q in hac uita q septena- rio dierū uoluitur: uanitati & cōfusione subiectus: mortalitatis iugū portat: post finē ei⁹ a corruptione liberat. Sic igit ab initio nullo tpe sacramēta dei defuerūt: qbus fidelis populus ad pceptionē inuisi- bilium nutritur: & exercitaret ad cognitio- nē. Ad uisum sexta etate de uirgine na- tus est Xps: sicut sexta die de terra uirgi- ne prim⁹ hō est plasmatus. Ipse ergo quasi

cōsummaturus oīa: cū ad uirilē atatem puenisset: tricesimo etatis suae anno a Ioā- ne baptizatus est: nō necessitate, sed dispo- sitione: ut lauacrum emundandis sanctifica- ret. Dehinc aplos ministros euāgelii con- uocauit regnū caelorum uerūm praedicare coepit: & nouissime in cōsummationem oīm semetipsum hostiā p mundi redem- ptione in ara crucis patri offerēs mortē sustinuit: ut credentibus in se mortis ter- morē tolleret: & a morte resurrexit ut p se morientibus spē uitae & resurrectionis daret: Postea ascēsus in caelos discipu- los in mundū uniuersum misit: docere & baptizare oēs gentes ut uocarent q praecendentē sequerent ad uitā. Haec sunt sa- cramenta fidei xpianae ab initio condita in fine credenda: sine fine profutura. Haec sunt qbus cathecizandos imbūimus: & eo- rum qui sacramento nouitatis regenerā- di sunt: fidem salutarī confessione pme- rendam exigimus.

De catechizatione.

Cap. IX.



Etecuminus instructus uel audiens interpretatur. Catechizare em est in- struere: qm baptizandi prius instruunt & docē- tur quae sit forma fidei xpianae: in qua eos saluos fieri & sacramē- tum salutis suscipere oportet: sicut scri- ptum est: Ite docete oēs gentes baptizan- tes eos in uoce patris & filii, & spūs san- cti. Prius docete: postea baptizate. Doce- te ad instructionem: baptizate ad emun- dationem. Docete ad fidē: baptizate ad peccatorū remissionē. Idcirco docete qd qui crediderit, ideo baptizate: quia q ba- ptizatus fuerit, saluus erit. Haec igit for- ma catechizationis a primis temporibus xpianae fidei instituta est. Quae tunc qui- dem necessario seruabat quādo adultis & intelligentiā habentibus priusq; ad ba- ptismi sacramentū accederent: regula fi- dei xpianae nūciabatur: ut uel spōre fidei acquiescentes digni regeneratione spūali iudicarentur: uel credere nolentes merito a pceptione sacramēti dei uelut indigni repellerentur. Ad obtinendā quippe sa- lutem idcirco arbitriū hominis cōsulē- dum est: quoniā opus salutis uoluntariū esse oportet. Et hoc quidē a principio sic

factum est. Postq; autē ad fidem multi- tudo gentium introiuit iam nunc etiam in iis qui a fidelibus generant paruulis: eadē forma seruatur: quos & ipsos ma- ter ecclesia puidā dispensatione sacra- mento salutis interim carere nō uult: ne forte ipsa dilatione, a salute alieni fie- rent, si non percepto sacramēto salutis subito ab hac uita exirent. Congruē ergo prouisa est in illis medicina salutis: ut in sacramento fidei baptizentur, & per alterius fidē deo reconciliēnt: quos per alterius peccatū alienatos constat esse a deo. Institūtū est itaq; ad hoc no- uum sacramentū ad catechizandos par- uulos: exorcizandos, iniuriados, & deim- de baptizandos: in quibus pro paruulis audit ecclesia, & ad interrogata re- spondet & spondet donec ipsi ad intel- ligibiles annos perueniāt, & sacramēta fidei & caritatis & spei per se intelligere ualeant & seruare.

De exorcismo.

Cap. X.

F



Forcismus de greco in latinū adiuratio dicitur. Exorcistae enim sunt: qui super catecuminos siue sup energuminos. i. eos qui habēt spiritū immū- di: inuocant nomē dñi Iesu diuina uir- tute obiecta: adiurantes eū ut egrediat ab illis. Recte ergo post catechizationē exorcismus sequitur: ut ab eo qui iam fide instructus est, aduersaria uirt⁹ pel- lat. Tria quippe sunt vsq; ad susceptio- nem nouitatis pſcienda: qbus baptizā- dus quasi cōcipitur & nutritur, & vsq; ad integritatē nouae uitaē pmouet: hęc autē sunt catechismi, exorcismi, oratio- nes. Primū itaq; catechizat baptizā- dus: ut ad fidē pprio moueatur uolūta- tis arbitrio. Deinde exorcizatur ut ab eo diaboli potestas iniqua pellat. Addi- tur etiam oratio ut grā pueniat & sub- sequatur, quae uires praebet liberō ar- bitrio: & qua procul fiat uniuersa mali- gnū spiritus illusio. Forma igitur exor- cismi in hunc modum perficitur. Si- gnatur primō baptizandus crucis si- gnaculo in fronte, in pectore, in oculis, in naribus; in auribus; in ore: ut totius corporis sensus hoc signaculo munia-

tur, cuius uirtute omnia nostra sacra- menta complentur, & omnia diaboli fi- gmenta frustrantur. Postea datur sal be- nedictum in os eius: ut sapientia con- ditus fectore careat iniquitatis, & uis- tra non putrescat a uermibus uitiōrū. Deinde exuffiatur malignus fortis: ut spiritus spiritu pellatur. Postea tan- guntur ei aures & nares salua: ut ta- ctu superne sapientiae: & aures eius aper- riantur ad audiendum uerbum dei, & nares similiter ad discernendū odorem uitae & mortis. Hoc est sacramentum apertionis qd dominus in euangelio si- gnificauit: quando aures & os tetigit furdi & muti dicens: Effeta quod est adaperite.

De his quae post exorcizationē sequuntur in baptismo.

Cap. XI.



Is ergo completis, uenit sacerdos ad fontē: cōsecratur fons in no- mine patris, & filii, & spiritus sancti: ut san- ctitas sacramenti non ex eo qui ministrat, sed ex eo qui san- ctificat constare sciatur, sicut scriptum est: Hic est qui baptizat. Sic enim nec a bono melius datur: nec a malo peius ac- cipitur: quia sanctitas sacramenti non in merito ministrantium, sed in dei san- ctificatis uirtute pſciit. Traditur etiā noua uita auditoribus symbolū dei, in quo apostolica doctrina forma cōsistit. Postremo oblatas ad baptismū paruulus, & interrogatus a sacerdote an abrenunciet sathanae, & omnibus ope- ribus eius, atq; omnibus pompis eius: per ora gestantium respōdet: ut q alie- na iniquitate obligatus est, aliena fide & confessione soluat. Post abrenuncia- tionem factam, ungitur oleo sacro: in pectore tanq; in unguentum aduersus ho- stem: ne ei dēnceps immunda & noxia persuadere possit. Ungitur & inter sca- pulas, ubi vigor portandi oneris est: ut fortitudinem accipiat ad portandum onus domini. Deinde interrogatur an credat in deum patrem, & filium, & spi- ritum sanctum: unam esse ecclesiam ca- tholicam, remissionem peccatorum, &

vitam eternam. Sub hac igitur fidei respō-
sione: trina mersione a fordib⁹ vetusta-
tis abluitur, & nouū hominē idūt⁹ tri-
duanā mortī Christi consepelitur: si-
cut ait Apostolus: Quicūq; in Christo
baptizati sumus, in mortem ipsius ba-
ptizati sumus. Consepulti enim sumus
cum Christo per baptismū in mortem:
vt quomōdō Christus resurrexit a mor-
tuis ita & nos in nouitate vitę ambule-
mus. Trina enim immersio trina est co-
gitationis, locutionis, & operationis:
H emundatio. Complectis autē baptismi sa-
cramētis postq̄ baptizatus a fonte ascē-
dit: sacro chrismate ī vertice vngitur:
vt spiritum Christi participando meri-
to deinceps christianus appelletur: co-
heres regni & glorię sacra vnctione ef-
fectus. Exinde traditur christiano ve-
stis candida: vt q̄ primę natiuitatis de-
corem vetustatis pānis obfuscauerat:
habitu regenerationis, gloria preferat
indumentū. Tegitur etiam post sacram
vnctionem eius caput sacro velamine:
vt intelligat se diademate regni & sa-
cerdotali dignitate potiri. Ad vltimū
datur cęteris accensus in manū ei⁹: qua-
rūsus implere doceatur illud euangeli-
cū quo dicitur. Sic luceat lux vestra co-
ram hominib⁹ vt videant vestra bona
opera, & glorificent patrem vestrum q̄
in cęlis est. Hanc igitur lampadem si
inextinguibilem seruauerit: inter virgī-
nes sapientes cum sponso cęlesti ad uo-
ptias introibit.

De patrinis Cap. XII.
I Patrini vocantur qui par-
uulos ad baptismū offe-
runt, & pro ipsis spōden-
do quasi fideiutores ad-
deum sunt. Hi propter
ea patrinī vocantur: q̄
regenerandos ad vitam nouā offerant
& quodāmodo authores sūt ipsius re-
generationis nouę. De quibus placuit
patribus vt per singulos baptizandos:
patrinī singulī admitterent, id est vn⁹
mā: siue vir, siue mulier. Propterea for-
tassis ne spūalis cognatio: cui reuerētiā
exhibere oportebat, passim diffusa: in
mifimonii copula obesse potuisset. Sed
quædam ecclesię hanc consuetudinem

non seruant: plures ad susceptionē pa-
ruulorū admittentes. Hoc similiter san-
ctum est: vt alium in baptismo vel in
chrismate, hoc est confirmatione, in fi-
liolum non suscipiat: is qui baptizatus
nō est vel cōfirmat⁹. Sed nec monachi
cōpatres aut cōmatres facere possunt:
quibus eiusmodi cōmercia familiarita-
tis phibent. Patrini fideiutores sunt:
pro iis quos in baptismo susceperūt: vt
eos cum ad legitimam etatem peruene-
rint admonerent fidem rectam & con-
uersationem bonam custodire. Ante om-
nia symbolū & orationem dominicā
ipsi teneant, & eis insinuent. Pro quorū
fide sponfionem fecerunt.

De rebaptizatione. Cap. XIII.
A Postolus dicit. Vn⁹ de⁹
vna fides, vnum bap-
tisma. Qd̄ ergo vnū, ge-
minari non potest: qua-
propter valde rationa-
bili definitione a san-
ctis patribus institutum est: vt qui se-
mel baptismi sacramentū percepisse
cognoscitur: nulla ratione illud itera-
to accipiat siue in ecclesia, siue extra ec-
clesiam: hoc est a catholico, siue ab hæ-
retico: siue deniq; a fidei: siue ab infide-
li, cuiuscunq; cōditionis, etatis: aut se-
xus, persona illud acceperit: modo tm̄
secundū rectā catholicī baptismatis for-
mā acceperit: ratū constare debet: nec
vlla ratione poterit iterari. Qd̄ em̄ bo-
num accepit: quare bonum non iudice-
tur etiam si a bono non accepit: Non
enim illius erat a quo accepit: vel po-
tius per quem accepit, qui bonus non
fuit: sed illius, in cuius nomine accepit
qui semper bonus, malum dare non po-
tuit. Propter hoc eos qui ab hæreticis
in nomine trinitatis baptizati sunt: cū
ad vnitatem ecclesię redeunt non re-
baptizari, sed vel vnctione chrismatis,
vel impositione manus reconciliari ca-
tholicę ecclesię antiqua patrū traditio
instituit sicut pridē Arrianos: p̄ impo-
sitionem manus occidens: per vnctio-
nem vero sacri chrismatis ad ingres-
sum catholicę ecclesię oriens reforma-
uit. Nam qui solum sacramentum for-

ris acceperunt: intus per impositionē
manus spiritum accipiunt. Placuit ta-
men eos qui se baptizatos nesciunt: &
sui baptismatis testes non habent, sine
cunctatione baptizari: quia iteratū di-
ci non debet: qd̄ factum esse nescit. Que-
ritur etiam de iis qui mimice, id est io-
cose baptizantur: vtrum verum & ple-
num sacramentum baptismi percipi-
ant. Sed sciendum q̄ aliud est aliqd̄ io-
cose vel lusorie dare, siue accipere: & ta-
mē velle dare, aut accipere, & hoc omni-
no intēdere, vt detur & accipiat: qd̄ io-
cose vel datur, vel accipitur. Aliud au-
tem aliquid agere qd̄ formā illi⁹ in ope-
re habeat: & tamē hoc nolle agere neq;
intendere vt hoc agatur, sed aliud ali-
quid quodcūq;. Vbi ergo intentio ba-
ptizandi est, etiam si reuerentiā debita
in agendo non est: sacramentū quidem
est: quia omnino agitur, & hoc intēdi-
tur: nec tamen sine culpa agentis: quia
qd̄ agitur & intēditur: non digne agi-
tur. Ridiculum autem omnino est: vt
vbi intentio agendi nulla cōstat, opus
esse dicatur: propter speciem quandam
assimilatam operi, nō p̄pter hoc assu-
ptam, sed forte puenientē ex alio quo-
cūq;. Eiusmodi est quod quidam impe-
riti existimant verba illa quę ad confi-
ciendam eucharistiam instituta sunt: a
quacūq; persona siue in quocunq; loco
& qualicunq; intentione super panem
& vinum prolata, effectum consecratio-
nis & sanctificationis habere: quasi sa-
cramenta dei sic instituta sint, vt nullā
operandi rationem admittant: sed tu-
multuosa quadam & violenta atq; ir-
rationabili perrinaciā, sine omni inten-
tione aut voluntate operantium ad ef-
fectum procedant. Ego filium meū for-
te ad balnea ruleram. Veni ad aquam
non vt baptizare: sed vt balnearerem: nō
vt sacramentum darem: sed vt fordes
abluerem, vel carnem fouerem. Posui
paruulum meū in aquam, sed quia vo-
lui vt bene cresceret, & prodesset: dixi
forte sicut dixissem in manducando &
bibendo, sicut in arando & seminando,
siue aliud quodcunq; agendo dixissem,
dixi in nomine patris, & filii, & spiri-
tus sancti. Tu venis & dicis mihi, q̄ ba-

ptizatus est filius meus. Ego balneati
scio, baptizatum nescio. Qd̄ si idcirco
baptizatum putas: quia cum merge-
rem dixi. In nomine patris, & filii, & spi-
ritus sancti. Ergo & ossa baptizata est
quia cum mergerem illam dixi. In no-
mine patris, & filii, & spirit⁹ sancti. Vi-
de ergo & considera q̄ rationale esse
oportet opus ministeriorum dei, nec p̄-
pter solam formam præiudicare vbi in-
tentio agendi nulla est.

Quare in sola aqua baptismus
celebratur. Cap. XIII.

Sciendum est etiam q̄
in solo elemento aque
sacramentum bap-
tismi consecrari institu-
tum est: quia sola hæc
plenam habet & perfe-
ctam mundationem. Alii vero liquores
omnes aqua purificantur. Et si quid a-
lio quolibet liquore tactum fuerit: a-
qua abluitur: vt emundetur. Propter
ea in sola aqua sacramentum emunda-
tionis constat, sicut scriptum est. Nisi
quis renatus fuerit ex aqua & spiritu
sancto non potest introire in regnum
dei.


De forma baptismatis.
Cap. XV.

Baptismi forma iā olim
in diluio præcessit:
vbi in figura saluando
rum octo animę per li-
gnum saluatae sunt. Si-
militer & in mari ru-
bro: vbi aqua baptismum, & rubor san-
guinem præferbat. Similiter in aqua
asperfusionis cui cinis rufę vitulę mi-
scebatur: quę carnem Christi figura-
bat, quę feminino sexu designatur p̄-
pter infirmitatem: rufa propter san-
guinem.

Explicit sexta pars.

INCIPIT
Septima pars de Confirmatione.

De Chrismate & eius vsu
Cap. I.



Ohrismatis vñtionem iā ab antiquo in veteri testamento institutam legimus: quātunc quidē reges solū & sacerdotes liniabantur. Quorum vñtionem singularis ille vñct⁹ pręfigurabatur: qui prę cunctis participibus suis vñctus est: vt cum illo participarent in nomine: qui participes illius esse mererētur in vñctione. A chrisma enim Christus dicitur: & a Christo Christian⁹ nominat⁹. Propterea ex quo nomen omnes cōmunicare cōeperunt: omnes vñtionem accipere debuerunt, quia in Christo omnes genus electū sumus: & regale sacerdotiū. Chrisma ex oleo & balsamo cōficitur: quia per oleum infusio gratię: per balsamum odor bonę famę designatur.

¶ Quid sit impositio manus per solos pontifices celebratur.

Cap. II.



Manus impositio que vñctio nominē confirmatio vocatur: qua christianus vñctione chrismat⁹ per impositionem manus in fronte signatur: solis episcopis apostolorum vicariis debetur: vt christianum cōsignent: & spiritum paraclitum tradāt. Sicut in primitiua ecclesia spiritū sanctum per impositionem manuum dandi soli apostoli potestatem habuisse leguntur.

¶ De eo quod Syluester papa instituit vt presbyter baptizatum chrisma te in vertice liniat. Cap. III.



N gestis pontificali- bus legitur quod Syluester papa constituit vt baptizatum presbyter in vertice chrisma te liniat: propter occasionem quidem mortis: ne forte per absentiam episcopi: & difficultatem eum cōsequēdi: sine manus impositione baptizatum ab hac vita migrare contingeret. Quod quidem omnino periculosum esset. Quia sicut in baptismo remissio peccatorū accipitur: ita per manus impositionem spiritus paraclitis datur. Illic gratia attribuitur ad remissionem peccatorum: hic gratia datur ad confirmationem. Quid autem prodest si a lapsu erigeris, nisi etiam ad stādam confirmeris? Propterea timendū est iis qui per negligentiam amittunt episcopi presentiam, & non suscipiunt manus impositionem: ne forte propter ea damnentur: quia festinare debuerūt dum potuerunt. Propter eos enim qui articulo temporis praueniuntur: insinuta est illa qua sacerdos baptizatum statim in vertice liniat sacri chrismat⁹ vñctio: vt in hoc ipso ostendatur quantum sacramentum istud necessarium sit ad salutem, cum tam sollicitē vñctio- nis cauetur ne forte sine ipso ab hac vita subtrahantur. Manifestum est autē quod primis tēporibus omnis vñctio chrismat⁹ per solos pontifices fiebat. Sed & posteaq̄ institutum est: vt baptizatum sacerdos in vertice liniat, cōsignatio tamen frontis solis pontificibus seruatur. Solus enim pontifex frontem cōsignare & liniare potest, & spiritum sanctum tradere.

¶ Vtrum maius sacramentū sit, impositio manus an baptis- m⁹.

Cap. III.



De sacramento confirmationis, id est impositionis manū etiam quæritur vtrum mai⁹ sit sacramentum quā baptis- mus. Sed sicut sacri canones definiunt, vtrūq̄ magnum omnino est sacramentum: & summa deuotione pensandum. Quis tamen alterum, id est impositio manuum in eo quod a solis pontificibus celebratur, maiori videatur reuerentia colendum sed hec duo ita coniuncta sunt in opere ratione salutis: vt nisi morte interueniente omnino separari non possint.

¶ Quid non debeat iterari manus impositio sicut nec baptis- mus, & quod a ieiunio celebranda sit. Cap. V.



Sacramento impositionis manū definitum est, vt nulla ratio ne iteretur, sicut nec baptis- mus: & si forte id factū fuerit graui poenitentia est plectendum. Hoc quoque statutum est, vt impositionis manuum sacramentum, non nisi a ieiunio, vel de- tur vel accipiat: si si qui accipit perfecte gratis fuerint: vt mundi donū spiritus sancti accipiant. Sicut enim duobus temporibus in pascha videlicet & pentecoste baptis- ma, quod illis solum tēporibus generaliter celebrandum est, a ieiunio celebrari debet: ita etiam donū spiritus sancti per manus impositionē a ieiunio pontificibus & in ieiunio solum conuenit celebrari: exceptis infirmis, & morte periclitantibus.

¶ Quanto tempore debeant esse sub disciplina chrismat⁹ qui manus impositionem acceperunt.

Cap. VI.



Tolent quidam querere quanto tempore debeant vñctionē chrismat⁹ obseruare in capite vt scilicet capita non lauent quod accipiunt manus impositionem: absque tempore baptisterii. Quibus responderi potest conueniens esse: vt tanto tempore aduentus spiritus sancti apud vnquemque qui est accipit celebretur: quanto tempore generaliter ab ecclesia celebratur aduentus spiritus sancti super apostolos, hoc est septem diebus. Et merito: quia septem sunt dona spiritus sancti: & in septem comitibus ad hospitem suum spiritus sanctus venit. Et dignū est vt habeat vnusquisque diē suum & vnusquisque in die suo conuiuium præparetur. Alium diem habet sapientia, alium intellectus, alium consilium, alium fortitudo, alium scientia, alium pietas, alium timor. Talia conuiuia Christus apud hospites suos exercet: talia & spiritus sanctus.


¶ Explicata est septima pars.

INCIPIT

Octaua pars, De sacramento corporis & sanguinis Christi.

De eius excellentia.

Cap. I.



Sacramentum corporis & sanguinis Christi vnū est ex his in quibus principaliter salus constat, & iter omnia singulare: quia ex ipso omnis sanctificatio est. Hęc enim hostia semel pro mundi salute oblata, omnibus præcedentibus & subsequētib⁹ sacramentis virtutem dedit: vt ex illa sanctificarent per illam liberandos omnes.

¶ Quando institutum sit sacramentū corporis & sanguinis Christi. Cap. II.



Sacramentum corporis & sanguinis sui ipse dominus Iesus Christus instituit: quando post cœnam veteris pasche panem & vinū in corpus & sanguinem suum diuina potentia transmutans apostolis sumendum tribuit: & vt idem post hoc in memoriam sui agerent præcepit. Vtrum mortale an immortale corpus suum in cœna Christus discipulis tradidit. Cap. III.



Solent quidam quære re quale corpus suum discipulis suis dominus Christus tradidit. Hoc est passibile an impassibile: mortale an immortale, & cetera quę ad hanc questionem pertinent. Ego in eiusmodi (sicut & in aliis p̄fessus sum) diuina secreta magis veneranda quā discutienda censeo. Si p̄licitati fidei hoc sufficere puto: si dicimus quod tale dedit quę voluit: & rursum quę dedit ipse nouit. Ideo enim tale dedit quale voluit, quia omnipotēs erat.

& potuit omne quod voluit. Ideo autem ipse nouit quale dedit: quia sapientia erat: & non potuit ignorare quod fuit. Propterea leuius se quaestione absoluit: & fortassis rutilius in semetipso subsistit: qui non dicit mortale dedit: ne videatur dicere contra sacramenti dignitatem: nec dicit immortale dedit: ne existimeretur credere contra eam quam in Christo ante resurrectionem fuit mortalis corporis veritatem. Propter hoc fortassis melius est: ut neutrum definire praesumamus: quis tamen alterum fuisse credamus. Sic itaque non dicatur hoc vel hoc fuit: quis tamen credatur quod alterum fuit. Quod si alterum dicendum est ego absque praedudicio veritatis magis sensu ad illud accedo: ut illud impassibile & immortale, quantum, si prinet ad sanctificationem sacramenti tradidisse dicatur. Si quis autem obiciendum putet: quod ante resurrectionem dominus Iesus Christus corpus mortale portabat: & hoc ipsum in dubitanter profitemur mortale fuisse dominum Iesum secundum susceptam humanitatem: quia si mortale fuisse non crederemus: mortuum negarem. Humana ergo natura in Christo mortalis fuit: sed voluntate, non necessitate. Ex eo enim quo per gratiam ab omni peccato munda verbo dei in unitatem personae iuncta est: ab omni mortis necessitate & debito libera facta est: ut nihil mori deberet pro eo quod peccati nihil haberet. Sustinuit tamen sponte mortalitatem: quia mortem sustinere volebat: quia si mortalitatem non sustinisset mori omnino non potuisset. Sic ergo sponte mortalitatem portauit: quousque mortem gustaret: & ita mortalitatem deponeret. Quia ergo voluntate non necessitate mortalis fuit: ipsius mortalitatis proprietatem: secundum quod ratio & ordo temporis postulabat: priusquam eam per mortem totam exueret: aliquando ex parte quando voluit deponere: & rursus quando voluit recipere. Ut in hoc ipso probaret: quod in quantum eam sustinuit, ex necessitate non esset: qui sic pro potestate in quantum voluit eam non habere, sustinere omnino non posset. Legitur in euangelio quod dominus Iesus Christus cum verbum vitae praedica-

ret, & ad vitam mortales & morituros inuitaret: zelantes hostes quem ratione conuincere non poterant: furor extinguere volebant. Itaque quasi in eum qui nihil amplius mortali haberet: manus iniecerunt in ipsum: & duxerunt eum in supercilium montis: ut illinc eum precipitarent. Ipse autem ut ostenderet se quidem mortalem esse, sustinuit ut teneretur: & ut iterum demonstraret: quod voluntate non necessitate mortalitatem & passibilitatem ferebat, non sustinuit ut precipitaretur. Cum esset ducendus, teneri se patienter tolerabat. Cum autem esset precipitandus, potenter per medium illorum transibat. Quamodo voluit tenebatur: & quando voluit non tenebatur. Quantum voluit & quamodo voluit naturam mortalitatis admisit. Quantum autem eam sustinere noluit: & quando noluit, eandem a se potestate remouit. Transiens inquit per medium illorum ibat. Nunquid putas quod Christus luctando se de manibus inimicorum subtraxerit, cum ab eis teneretur ut transiens liber per medium illorum iret? Ergo fortitudo corporis sola in eo laudanda est: non virtus deitatis? Non ita conuenit, sed exhibuit se quale voluit admittens ad se, ex eo quod sponte portabat quantum voluit. Si ergo Christus naturam mortalitatis secundum rationem dispensationis diuinae: priusquam eam perenniter victurus exueret secundum tempus aliquando ex parte deposuit: & iterum cum tempus postulabat assumpsit: quid mirum est si dicitur, aliquando pro causa & ratione temporis, secundum aliquid & totam deposuisse: in qua tamen adhuc cum tempus postulabat passurus fuit? Si ergo hoc esse potuit: ut ipse se ipsum manibus gestaret, & discipulis sine corruptione sui edendum distribueret: & tamen ipse qui dedit, & qui dabatur qui portauit, & qui portabatur idem esset: quid mirum est si dicitur, quod ipse in eo quod dabatur mortalis fuit, & in eo quod dabatur immortalis fuit: & tamen ipse qui mortalis dabatur: & qui immortalis dabatur non duo, sed vnus ipse fuit? Quomodo mortalis non dabatur qui inuisibiliter fumebatur, & incorruptibiliter manduca-

batur? Inuisibiliter fumebatur quantum ad formam dico propriam corporis sui: non quantum ad speciem sacramenti sui. Inuisibiliter enim fumebatur: quia in eo quod fumebatur quod ipse erat non videbatur. Christus enim fumebatur & speciem panis & vini tamen videbatur. Ideo dico inuisibiliter fumebatur, & quod erat non videbatur. Si ergo in eo quod dabatur, quod ipse erat videbatur: & in eo quod dabatur quod ipse erat non videbatur: etiam in eo quod dabatur tenebatur, & crucifigebatur: & in eo quod dabatur frangebatur & non diuidebatur, edebatur & non corrumpabatur: quod miraris si in eo quod dabatur mortalis dicitur: in eo quod dabatur immortalis & impassibilis fuisse praedicatur. Haec tamen sic dicta sunt ut nemini in eo quod lateret praedudicium fiat.

Verum corpus Christi fuit quod Iudas per intinctam buccellam accepit. Cap. III.

A Verunt & hoc verum corpus Christi illud fuisse credendum sit quod ipse traditori suo per intinctam buccellam porrexit. Cum intinxisset, inquit, Iesus panem: dedit Iudae Simonis scariothis. Sed ut dicit beatus Augustinus non sicut putant quidam negligenter legentes: tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligendum est enim quod iam eis omnibus distribuerat sacramentum corporis & sanguinis sui: ubi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime narrat. Ac deinde ad hoc ventum est ubi secundum narrationem Iohannis: apertissime per buccellam intinctam, atque porrectam suam exprimit traditor: fortassis per panis intinctionem illius significans fictionem. Non enim omnia quae tinguntur abluuntur: sed ut inficiantur nonnulla tinguntur. Si autem bonum aliquid significat haec intinctio: eidem bono ingratum non immerito est secuta damnatio. Et haec quidem verba sunt beati Augustini super eo quod quaesitum est: an Iudas in buccella corporis Christi accepit. Ex eo tamen quod traditori suo dominus, ad notandum eum, buccellam intinctam dedit: consuetudo habet, ut corpus Christi fideles intin-

ctum non accipiant. **CO** agnus paschalis figura corporis Christi fuit. Cap. V.



B Sicut circumcisio olim quantum ad effectum remissionis peccatorum baptismi vicem gerebat: mare rubrum autem eiusdem similitudinem & figuram praeferebat: ita agnus paschalis cuius carnes a populo edebantur, & sanguine portae domorum signabantur, in figura sacramenti corporis Christi praefecit. Postquam autem veritas venit: signum e medio sublatum est: ex quo iam non erat res quae futura significaretur: sed quae praesens perciperetur. Mansit tamen figura quod diu res nondum fuit: & exhibitum prius est in similitudine quod postmodum complendum erat in veritate. Aegyptus mundus: exterminator deus, agnus Christus, sanguis agni, passio Christi, domus animarum, corpora: domus cogitationum, corda. Haec sanguine tingimus per passionis imitationem: crucis signum intus & foris oppositum contra aduersarias potestates. Denique carnes agni comedimus: quomodo in sacramento verum corpus eius sumendo, per fidem & dilectionem Christo incorporamur. Alibi quod manducatur incorporatur, quando autem caro Christi manducatur, non quod manducatur: sed qui manducatur ei quod manducatur incorporatur. Idcirco voluit Christus a nobis manducari: ut nos sibi incorporaretur. Hoc est sacramentum corporis Christi: & res sacramenti corporis Christi. Qui manducatur & incorporatur: sacramentum habet: & rem sacramenti habet. Qui manducatur & non incorporatur: sacramentum habet sed rem sacramenti non habet. Sicut qui incorporatur etiam si manducare non contingat: rem sacramenti habet quibus sacramentum non habeat. Qui sumit sacramentum habet: qui credit & diligit, rem sacramenti habet. Melius ergo est illi qui credit & diligit, etiam si sumere & manducare non possit: quam illi qui sumit & manducatur & non credit, nec diligit: vel si credit non diligit.

Quod sacramentum altaris & figura est quantum ad panis & vini speciem: & res est quod ad corporis Christi veritatem.

Caput.VI.

Vnt qui ex quibusdam scripturarum locis munimur erroris ducere putauerunt dicentes in sacramento altaris veritatem corporis & sanguinis Christi non esse: sed imaginem illius tantum & speciem & figuram. Propterea quod scriptura aliquoties dicit id quod in eucharistia altaris sumit: imaginem illius esse: vel speciem quod in participatione Iesu Christi percipit. Qui profecto hunc erroris laqueum non inciderent: si vel sacramenta dei recta & humiliter fidei susciperent, aut scripturas conuenienter intelligentia tractarent. Nunc autem quia in sacramentis dei sensum suum fidei praeferunt in scripturis sacris sanam interpretationis formam tenere contemnunt: & fit ut sermo veritatis amplius eos caligare faciat: dum non recte intellectus erroris pro veritate ministrat. Quod tamen scripturae vitium non est: sed legentium & non intelligentium cecitas. Neque sacramentorum dei confusio, sed presumptionum prauiditas. Hic autem periculose errauerunt tot manifestis sententiis & assertionibus non dubiis: quaedam ambigua praeferebant: & in ipsis magis mendacium quam veritatem eligentes. Non quia hoc ibi magis dicebat: sed quia hoc ab illis magis credebatur. Quid enim? Nunquid ideo sacramentum altaris veritas non est: quia figura est? Ergo nec mors Christi veritas est: quia figura est: & resurrectio Christi veritas non est: quia figura est. Nam & mortem Christi & resurrectionem figuram esse: & imaginem, & similitudinem, & sacramentum: & exemplum: Apostolus manifeste declarat dicens. Christus mortuus est pro nobis: vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Ergo mors Christi exemplum fuit: ut peccato moriamur: & resurrectio eius exemplum fuit:

ut iustitiam viuamus. Nunquid ideo veritas non fuit? Ergo Christus vere mortuus non est: & vere non resurrexit: si mors eius vel resurrectio vera non fuit. Absit. Nam de ipso scriptum est. Vere laqueo res nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Ergo mors Christi vera fuit: & tamen exemplum fuit: & resurrectio eius vera fuit: & exemplum fuit. Quare ergo altaris sacramentum similitudo esse non potest: & veritas non alio quidem similitudo: in alio veritas.

¶ Tria esse in sacramento altaris. Panis & vini speciem: corporis Christi veritatem: gratiam spirituales. Cap.VII.

Nam cum unum sit sacramentum, tria ibi discreta proponuntur: species videlicet visibilis, & veritas corporis, & virtus gratiae spiritualis. Aliud est enim visibilis species quae visibiliter cernitur: aliud est veritas corporis & sanguinis quae sub visibili specie inuisibiliter creditur: atque aliud gratia spiritualis, quae cum corpore & sanguine inuisibiliter & spiritualiter percipitur. Quod enim videmus: species est panis & vini: quod autem sub specie illa credimus: verum corpus Christi est: & verus sanguis Iesu Christi quod percipit in cruce: & qui fluxit de latere. Nec per panem & vinum corpus & sanguinem tantum significari credimus: sed sub specie panis & vini verum corpus & verum sanguinem consecrari: & speciem quidem visibilem sacramentum esse veri corporis, & veri sanguinis: corpus autem & sanguinem sacramentum esse gratiae spiritualis. Et quae admodum species illic cernit, cuius res vel substantia ibi esse non creditur: sic res ibi veraciter & substantia liter praesens creditur: cuius species non cernitur. Videtur enim species panis & vini, & substantia panis & vini non creditur: creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi: & tamen species non cernitur. Quod ergo videtur secundum speciem sacramentum est, & imago illius quod creditur secundum corporis veritatem: & quod creditur secundum corporis veritatem, sacramentum est illius quod percipitur secundum gra-

tiam spirituales. Sacramentum ergo altaris & eucharistia diuina: in vero corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi imago est, secundum speciem panis & vini in qua cernitur: & res est secundum substantiam suae veritatem: in qua creditur illic atque percipitur. Et rursum quod nunc visibiliter secundum sacramenti speciem & corporaliter secundum carnem & sanguinem Christi veritatem Christum in altari sumimus, sacramentum est, & imago: quod ipsum eundem inuisibiliter & spiritualiter secundum gratiam infusionem & spiritus sancti participationem in corde sumere debemus. Ergo diuinitas in eucharistia quae in altari & secundum panis & vini speciem: & secundum corporis & sanguinis Christi veritatem visibiliter & corporaliter tractatur, sacramentum est & signum: & imago inuisibilis & spiritualis participationis Iesu: quae intus in corde per fidei & dilectionem perficitur.

¶ Quare in specie panis & vini Christus sacramentum corporis sui & sanguinis instituit. Cap.VIII.

Oluit enim sapientia dei, quae se per visibilia manifestat, ostendere quod ipsa animarum reformatio est & cibus: & propterea carnem assumptam in edulium proposuit, ut per cibum carnis ad gustum inuiteret diuinitatis. Sed nec rursus humana infirmitas tactum carnis in assumptione horreret: consueti & principalis edulii speciem illam velauit: & sic sumenda proposuit: ut sensus in uno foueret, & fides in altero edificaretur. Fouetur enim sensus in uno dum solita tantum & consuetum percipit. Aedificatur autem fides in altero, dum in eo quod videt quale sit illud quod non videt agnoscit. Proponitur igitur species panis & vini: ut doceatur plena & perfecta reformatio esse in assumptione corporis & sanguinis Christi: ex diuinitate Christi. Plena autem reformatio cibus & potus est: cibi autem & potus panis & vini substantia principalis est. Et proponitur species ex principali substantia reformationis: ut in ea sumatur: & per eam veritas corporis & sanguinis Christi significet. Sicut ipse testatur dicens. Caro mea vere est cibus: & san-

guis meus vere est potus. Quae tamen corporis & sanguinis sumptio quia sola sine spirituali effectu salutem non conferat: ipse idem saluator manifestat dicens: Caro nihil potest: spiritus est qui viuificat. Virtus ergo & plenitudo spiritualis reformationis, quae in corpore Christi & sanguine est: per speciem quod panis & vini significat: in perceptione autem gratiae, in infusione interna & aeterna reformationis perficitur. Et sic quod est tria in uno ibi sunt: in primo quod signum inuenit secundum: in secundo autem causa tertium: in tertio vero virtus secundum, & veritas primum: & haec tria in uno sunt, & unum sacramentum. Claret itaque quod diuinitatem eucharistiae assumptio sacramentum est, & imago participationis Iesu: quia hoc quod eius sacramentum visibiliter percipimus, signum est quod eius spiritualiter uniri debemus. Ipsa autem eucharistia, id est bona gratia: ipsa, id est hostia sacra diuinitatem vocat: quoniam diuinitas nos facit: & participes diuinitatis eos qui se digne participant. Et quia ipsa signum est & veritas, in qua vera caro Christi sub specie panis sumit: & in carne eius digne sumpta, ipse etiam diuinitatis susceptio & participatio: & consortium condonatur: propterea diuinitas & sanctissima & sanctificans sanctificatoria omnia & sancta.

¶ Qualis intelligenda est mutatio panis & vini in corpus Christi. Cap.IX.

Quod verba sanctificationis vera panis & vera vini substantia, in verum corpus & sanguinem Christi conuertitur: sola specie panis & vini remanente: & substantia in substantiam transeunte. Conuersio autem ipsa non secundum unionem, sed secundum transitionem credenda est: quoniam nequaquam essentia essentiae in augmentum accedit: ut per id quod accedit, id ad quod accedit maius fiat: sed transitione: ut id quod accedit: cum illo ad quod accedit, unum fiat. Nec sic in pane corpus Christi consecrari dicimus: ut de pane corpus Christi esse accipiat: nec quasi nouum corpus subito factum de mutata essentia: sed in ipsum corpus verum mutatam essentiam. Nec ipsam substantiam panis &

vini in nihilū redactā : quia desit esse qđ fuit: Sed mutatā potius, quia cepit esse aliud qđ nō fuit, & ipsum qđ cepit esse ex ea esse non accepit, quia panis fuit: sed ipsa eius esse accepit quando desit esse qđ fuit. Hoc expressius distinximus ppter eos qui ex sua ratione fidei preiudiciū faciūt, & sensu suo incedentes asserere nitūtur, vel hoc esse solū qđ cernitur: vel tale eē qđ creditur: hoc est qđ sola panis & vini species cernitur, solā ibi esse panis & vini substantiā: vel quia substantia corporis & sanguinis Christi credit, possibiliter ei inesse specie & qualitātē panis & vini qđ cernit, quasi nō possit species apparere, cuius nō assit substantia: vel substantia latere, cuius non appareat forma.

Quid significāt tres portiones illę quę de corpore Christi in sacramento altaris fiunt. Cap. X.

Res portiones illę quę in altari fiūt de corpore Christi, mysticam significationē habēt. Est em̄ corpus Christi uniuersa ecclesia: caput, s. cum mēbris: & inueniūtur in corpore isto quasi tres partes, ex quibus totū corpus cōstat. Vna pars est ipsum caput. Caput enim & caput est, & pars similiter corporis. Itaq; caput ipm̄ pars corporis vna est. Alia pars corporis est in mēbris illis, quę iā secuta sunt caput: & sunt cū ipso capite, vbi est ipsum caput. Sicut scriptum est: vbiq; fuerit corpus, illuc cōgregabitur & aquilæ. Illi ergo qđ de hac vita exierūt, quorū corpora ī sepulchris requiescūt, & animę cū Christo sunt: isti sunt pars corporis altera: & sunt quasi simul duę partes istę: caput, s. & hęc altera pars corporis. Propterea in altari duę pres seorsum reseruat̄ur extra calicem: quasi extra passionē. Quoniā ipm̄ caput iā immortale & impassibile de morte resurrexit amplius nō moriturū, neq; passurū amplius. Et similiter illi qui de hac vita sancti egressi sunt, & cū ipso capite suo iā gloriātur: & gaudēt, expectātes & ipsi resurrectionem carnis suę & immortalitātē, iam neq; dolorem neq;

passionē sentiūt vllā, & sunt simul istę duę partes extra calicē & extra passionē, quoniā hęc priora trāsierūt. Tertiā pars in calice ponitur, significās eos qđ adhuc viuūt in passione, donec & ipsi ab hac vita exeant & transeant ad caput suum, vbi amplius nec moriantur nec patiantur.

Corpus Christi quando diuidi videtur scđm solā speciē diuiditur, scđm se autē integrum manet. sic in singulis partibus totum, sicut in diuersis locis vnū & idem ipsum est. Cap. XI.

Noli autē putare qđ partes vides in sacramento altaris, quasi diuisum sit vel separatū a se, aut velut per mēbra discriptū corp⁹ Christi. Ipse integer manet in se, nec diuiditur, nec pritur. Sed tibi scđm speciē exhiberi oportebat, qđ ad mysticā significationē pertinuit. Monstrat ergo tibi foris speciē in qua sensus tu⁹ erudiat, & seruat intus corporis sui incorruptionē: in qua vnitas eius nō diuidat. Videtur pars vna & quasi pars esse videtur, & totū ibi est, & pars altera videtur & quasi altera videtur & idē est & totū ipsum. Et si tertiā pars videretur similiter: idē ipsum est & totū. Totū hęc & totū ibi. Nec minus in parte, qđ in toto, nec in toto maius qđ in parte. Quot cūq; partes feceris, in singulis totū est. Nec mireris, opus dei est hoc. Si in diuersis locis potest esse vnus: quare etiā nō in singulis partibus potest esse totū? vtrūq; mirū est, sed nō ideo falsum est, quia mirū est. Et verū est qđ mirū est: nec tñ sit mirū, qđ opus dei est. Nō est mirū si mirabilis mirabilia opat. Quō inq; corpus vnū eodē tēpore ī diuersis locis esse potest: Hic est: Ibi est. Et totū vtrubiq; est & ī multis locis similiter. Noli mirari. Qui locū fecit: corpus fecit, & locū in corpore: & corpus ī loco. Et qui fecit vt corpus vnū, in locovno esset: fecit sicut voluit: & si voluisset, aliter facere potuisset. Nā & qđ vult aliter facit, & est sicut ipse vult semp. Quia autē sic ipse fecit vt corpus vnū in locovno esset: tu qđ factū est vidisti:

& nescis aliud nisi qđ factū est qđ vidi sti. Idcirco miraris qđ aliud vides, vel audis, qđ videre & audire consueuisti. Ipse autē nō mirat qđ aliud facit qđ qđ facere consuevit: qđ qđ illud fecit sciuit: & tunc qđ aliter facere potuisset, si voluisset. Idcirco cum qđ mirari cęperis, & dixerit forte tibi cogitatio tua, quō hoc esse possit, cogita sciētē & desinet esse mirabile, qđ illud fuerit. Et si forte mirabile esse nō desierit, tñ scēribile nō erit. Si factor omnipotēs cogitatur: non erit impossibile quicquid erit.

Corpus ea quę ī corpore Christi indigna videtur secundū speciē solam fiunt.

Cap. XII.

Vod si cōtingat aliqui scđm cut cōtingere solet, vt videas aliqua fieri ī hoc sacramento, quę minus digna eē videbunt: noli horrere. Sola species quę apparet hoc habet. Tibi monstrat speciē: sibi seruat veritatē. Exhibet sensui tuo similitudinē cibi corporalis, vt sensus tuus p oīa in suo erudiat. Seruat corpori suo veritatem naturę inuolabilis & immortalis, ne in suo corrupatur. Si ī aliquo a similitudine recederet, verū sacramentum nō esset, & pderet se ibi, & tollerēt locū fidei, neq; iam crederēt. Sed videret: Quod fieri nō oportet. Itaq; quātū ad nos seruat p oīa corruptibilis cibi similitudinē: & tñ nō amittit quātū ad se inuolabilis corporis veritatē. Videt corrodī, & manet incorruptus. Videtur affici vel maculari, & perseuerat inuolatus. Sustinet hęc fieri circa se, ne sensus noster aliquod alienū percipiat, sed non recipit hęc in se: ne incorruptibilis natura sinceritatē suā amittat. Fanta est dignitas & mūditiā corporis Christi, vt nec corruptione aliqua affici possit, nec sordibus maculari. Itaq; si quando hęc fieri videris, noli timere ipsi sed sollicit⁹ esto tibi. Ipse ledi nō potest, tu noceri potes: qui male credere potes.

Quid fiat de corpore Christi & corporali presentia eius post sumpcionē sacramenti. Cap. XIII.



Sed forsassis iterum dicat tibi cogitatio tua, quid fiat de corpore Christi postqđ sumpsi fuerit & comestū. Tales sunt cogitationes hominū, vt vix quiescere velint in his maxime qđ q̄reda nō sunt. Dicit ergo tibi cor tuū, qđ factū est de corpore Christi, postqđ illud sumpsi & māducaui? Audi ergo. Corporalē p̄sentia Christi q̄ris? In cœlo q̄re. Ibi Christ⁹ est ad dexterā dei p̄s sedens. Tecū ad tps esse voluit, qđ & q̄diu necesse fuit. Exhibuit tibi ad tps corporalem p̄ntiā suā, vt te ad sp̄ialē excitaret. Ideo corporaliter ad te venit, & exhibuit tibi ad tps corporalē p̄ntiā suā, vt p illā sp̄ialis inueniret, qđ nō auferret. Ita p carnē assumptā olim in mundū venit, & scđm p̄ntiā corporalē ad tps cū hoībus cōuersatus est, vt eos ad sp̄ialē p̄ntiā q̄rendā & iueniendā excitaret. Postea completa dispensatione scđm corporalē p̄ntiā recessit, & scđm sp̄ialē p̄ntiā remāsit. Nā vt ostēderet, qđ scđm sp̄ialē p̄ntiā nō recedebat, qđ scđm corporalē p̄ntiā abire disponebat, ait: Ecce ego vobiscū sum oībus dieb⁹ vsq; ad cōsumationē seculi. Sic ergo in sacramento suo mō tpaliter venit ad te, & est eo corporaliter tecū, vt tu p corporalē p̄ntiā ad sp̄ialē q̄rendā exciteris, & iueniendā adiuueris. Quādo ī manibus sacramētū ei⁹ tenes, corporaliter tecū est. Quādo ore suscipis, corporaliter tecū est. Quā māducas, & qđ gustas, corporaliter tecū est. Deniq; ī visu, ī tactu, ī sapore, corporaliter tecū est. Q̄diu sensus corporaliter afficit, p̄ntia ei⁹ corporalis nō auferet. Postqđ autē sensus corporalis ī percipiēdo deficit: deinceps corporalis p̄ntia q̄reda nō est, sed sp̄ialis retinēda, dispensatio cōpleta est. p̄fectū sacramētū virtus manet: Christus de ore ad cor trāsit. Melius est tibi vt eat in mētē tuā, qđ in vētrē tuū. Cibus iste atē nō corpus est. Noli ī ipso q̄re consuetudinē cibi corporalis. Venit ad te vt comedat: nō vt cōsumat. Venit vt gustetur: nō vt incorporet. Augustin⁹ vocē de cœlo audiuit, qđ hoc a terrenis illi dici aut respōderi nō potuit. Cibus

sum grandis, cresce & māducabis me: nō vt me mutes in te, sicut cibū carnis tuę: sed tu mutaberis in me. Itaq; prudēter discerne, qđ in sacramēto dei sensui exhibitū sit: qđ spūi accōmodatū: etiā vt si solet post cōpletā p̄ceptionē aliquid iterato senseris: in hoc quoq; species ad p̄prietatē sensui famulatur, vt veritas similitudinis vbiq; cōseruetur. Nā si ī aliquo quātū. s. sensui exhibedū est similitudo defecerit, illic p̄cul dubio sacramētū nō esset. Sed res ipsa proderetur & manifestaret euidētī miraculo, qđ nō cōuenit qđiū fides locū habet. Post hęc ergo si corporalē p̄sentīā Christi q̄ris, in celo q̄re. Ibi quere vbi & prius fuit, q̄ p̄ sacramētum suū corporaliter tecū esse inciperet, & vnde nō discessit quando ad te venit.

CO celebratio cōsecrationis corporis Christi missa vocatur, & quādo missa, & a quo primum instituta est, & vnde missa dicitur. **Cap. XIII.**

M


Memoratio missę in cōmemorationē passio- nis Christi agit: sicut ipse p̄cepit apl̄s tradēs eis corpus & sanguinē suū dicens. Hoc facite in meā cōmemorationem. Hanc missam beatus Petrus apl̄s prim⁹ oīm Antiochię dicē celebrasse: in qua tres tm̄ orationes in initio fidei dicebātur, incipiētes ab eo loco vbi dicit: Hęc igitur oblationē. Cętera aut postea a sanctis patrib⁹ diuersis tp̄ib⁹, diuersa adiecta sunt. Missa autē dicta est quasi transmissa, vel quasi trāmissio, eo qđ popul⁹ fidelis p̄ ministeriū sacerdotis, qđ media toris vice fungit̄ inter deū & hoīes, p̄ces & vota & oblationes deo trāsmittat. Ipsa etiā hostia facta, missa vocari p̄t, qđ trāmissa est prim⁹. s. a patre nobis vt nobiscū esset: postea a nobis pat̄ri, vt apud pat̄rē pro nobis intercederet. Prim⁹ a patre nobis p̄ incarnationē, postea pat̄ri a nobis p̄ passionē. Mōdo in sacramēto, Prim⁹ a patre nobis p̄ sanctificationē, qua nobiscū esse scipit, postea pat̄ri a nobis p̄ oblationē, qua p̄ nobis intercedit. Vel missa dicta est sicut quidā putāt ab emittēdo: quia tē-

pore quo sacerdos incipit consecrare corpus dñi, catacumini foras emittuntur. Lecto em̄ euāgelio diacon⁹ clamat: Si quis catecuminus adest exeat foras. Catecumini sacris mysteriis interesse nō debēt, qđ nō nisi baptizatis & Christianis cōmittunt, sicut de quibusdā qđ catecuminoꝝ & nōdū renatoꝝ typū gerebāt: scriptū est. Ipse autē Iesus nō credebat se illis.

Explicita est octaua pars.

INCIPIT

nona pars de minoribus sacramētis & sacris **De sacramētis quę ad exercitiationē instituta sunt: & qđ oīa sanctificāntur per verbum dei.** **Cap. I.**




Vnt quędā sacramēta in ecclesia in qbus et̄i principāliter salus nō cōstet: tm̄ sal⁹ ex eis auget, inquantū deuotio exercet. Hęc licet in p̄-

sentī oīa enumerari nō possint, quędā tm̄ intermittere nō oportet pro exēplo vniuersoꝝ. Ex his igit̄ sacramētis alia cōstāt in rebus, qualia sunt: aqua asperisionis, suscepio cineris, benedictio ramorum & cereoꝝ, & cętera talia. Alia autē cōstāt in factis qualia sunt: signaculū crucis, exsufflatio exorcizationis, expansio manū, incuruatio genuū, & alia hm̄ōi. Alia ī dictis cōstāt, sicut: trinitatis inuocatio, & q̄cūq; ī hūc modū. Hęc autē oīa per verbū dei sanctificāntur, siue p̄ prolationē verborū diuina virtute inuocata sanctificant, siue sola fide exhibitā per eandē diuinā virtutē sanctificatiōis effectū accipiāt. Vbi em̄ vera fides est, verbū dei deesse non potest: quia ipm̄ verbū fide cōcipit, & per fidē operat̄. Omnia, inq̄t Apl̄s, quęcūq; facitis, in noīe dñi facite. Nō autē cōfite quēs est vt intelligam⁹ Apl̄m p̄cepisse, qđ in oībus op̄eribus nostris verbā p̄feremus, sed vt in oībus op̄ibus n̄ris fidē rectā teneremus. Ille enim in noīe dñi

omnia quę facit operat̄, qui per rectam fidē agnoscit se, nec sine illo aliqd boni posse facere, & si quid fecerit laudabile extra illū gloriari nō debere. Qui fide liter ī omni ope suo & ante factū ab illo auxiliū q̄rit, & post factū totū qđ operatus est bonū, ad laudē & gloriā eius cōuertit. Sicut ergo oīa qđ facimus sola fide etiā sine platione verboꝝ, in noīe dñi recte fieri dicunt̄: sic & qđā sacramēta sine platione verboꝝ per solā fidē sanctificāntur. Nā ipsa verba aliquā sacramēta sunt, qđ tm̄ ex aliis verbis sanctificationē nō accipiūt. Nullum tm̄ sacramētū sine illo verbo sanctificatur, qđ siue sola fide, siue ex fide, & platione verborum inuocatum, omnē sanctificationem operatur.

De aqua asperisionis quę cum sale benedicitur. **Cap. II.**



Alexander papa quint⁹ a beato Petro constituit vt sal & aqua benedicerētur ad aspergendū populū & habitacula eoz. Illo vtiq; exemplo quo Helisęus propheta sal in aquā misisse legitur, vt hoc cōdīmēto fontes amari in dulcedinē verterētur. Hac igit̄ aqua sanctificata fideles aspergūt, & habitacula fidelū lustrāt vt ab illusionē & infestationē malignoꝝ spiritūū. Hęc est autē significatio hui⁹ sacramētī, qđ aqua p̄nitentiā significat de p̄teritis, sal discretionē & cautelam de futuris: quę duo si simul misceātur, amara cōscientia in dulcedinē vertitur, atq; illusiones & infestationes demonū amplius ei nō dominantur. Nos itaq; supradictam institutionem secuti, per singulos dies dominicos sal & aquam simul miscendo benedicimus, vt hac asperisione fideles & habitacula fidelium contra spiritalia nequitias muniamus.

De susceptione cineris. **Cap. III.**



Celestastica institutio habet, vt p̄ singulos annos in initio quadragesimę qđ caput ieiunij dicit̄ quarta feria qñ ieiunij vortūū suscipit:

cinis consecratus capitibus fidelis imponatur. s. ob recordationē mortalitatis nostrę, vt mortalitas tunc homo qđ ex habitu p̄nitentię & recordatione peccatorum suoz ad deuotionē compungitur, etiam per memoriā conditionis suę humilietur. Propter qđ ei dicitur. Memēto quia cinis es, & in cinerem reuertēris.

De ramis palmarū & de frondibus benedicendis. **Cap. IIII.**



Rabet etiā ecclesiastica cōsuetudo vt in dominica quę pxima est ante solēnitatē paschalē, rami palmarū & frondes arborū benedicantur, & populo portandi distribuānt, in figurā eoz qui dño Iesu eodē die Hierosolymā ascendēti cū ramis palmarū & frōndibus arborū virētib⁹, cantātes & laudātes occurrerūt. In quo nō solū nobis id qđ illi tunc corporaliter fecerūt, corporaliter faciēdū proponit, sed id potius qđ vel in illo vel in isto corporali facto spiritualiter imitādum significat. Palma quippe signū victorię est, rami autē virētes bona opera significāt. Tunc igitur Christo cum ramis palmarū & frondibus occurrimus laudātes, quādo ipsum mortis triumphatorem bonis op̄erib⁹ & digna gratiarū actione laudamus.

De cereo qui in sancto sabbato benedicitur, & de agnis qui benedictur in pascha. **Cap. V.**



Cozimus papa constituit cereum magnū ī sabbato sancto paschę benedici, quē diacon⁹ a sacerdote benedicit. Hic cereus Christum designat. In cęra humanitatem, in igne diuinitatē. Qui catecuminos ad baptismum p̄cedit illuminans, sicut olim columna ignis filios Israel mare rubrum transeuntes p̄cessit: per ignem illuminans, & obtubrāns per nubē. Sub eadē figura iuxta consuetudinē antiquā in die paschali in ecclesia Romana agni cęrei benedicitur, & populo distribuatur.

De signis quorū sonitu fideles in
vñū conuocantur. Cap. VI.

S Ignorum vsus a veteri testamento assumptus est, vbi tubæ argenteæ a domino ductiles fieri precipiuntur, quibus multitudo populi conuocari debuisset. Ad similitudinem harū tubarū signa ex metallo aris in ecclesia facta sunt ad corda fidelium excitanda: vt per ea signū detur quando debeant in vñū conuenire. Vasa ista metallina ora prædicantium significant. Plectra ferrea quo interiori tunduntur, vt sonū emittant, lingue sunt eorū dē. Funis autem mēsurā vitæ est, & conuersationis modus qui in scriptura proponitur. Funis manu tenetur, quādo scriptura opere adimpletur. Funē sursum sequitur, qui ductu scripture sacræ ad bona eleuatur. Funē deorsum trahit, qui eadem docente quantum in malis pressus iaceat agnoscit. Iste aptus est populum dei in vñū conuocare, qui & eleuatus opere exempla bonitatis ostēdit, & inclinatus humilitate infirmam rem suam veraciter agnoscit. Signa ergo euangelica durabiliora sunt, & longius audiuntur quā tubæ legis, quia vox veteris testamenti ad tēpus iudeis tñ insonuit. Sonus autem euangelicæ prædicationis in omnes gentes ad fines orbis terrarum exiuit, & vsq; in finem seculi non cessabit.

De cortinis. Cap. VII.

Cortina quæ ante sancta, i. inter populum & clerum pendet velamen literæ significat, per quā iis qui sub lege erant veritas adhuc euāgelii tegebatur. Cortina illa quæ inter sancta, & sancta sanctorū, hoc est inter clerum & sanctuarium suspensa est, significat velamen mortalis nature: per quā a nobis etiam sub gratia positis adhuc secreta cœlestia absconduntur. Primum velamen est quod in morte Christi scissum legitur. Secundum velamen vsq; ad tempus resurrectionis non auferet. Propter hoc in tempore quadragesimæ quæ vitam

presentem significat, vñū tñ velamen inter nos & sancta sanctorum oppanditur: quod vsq; ad diem resurrectionis non auferetur: quia nunc litera nondum reuelata est, sed mortalitas nōdum ablata: quæ tamen omnis in futuro e medio tollenda erit, cum mortale hoc immortalitatem & corruptibile incorruptionem induerit. Tunc quippe reuelata facie ingrediemur vel potius egrediemur ad gloriam domini contemplantā, vt est quæ nunc per solam fidem agnoscimus, facie ad faciem videndo sicuti est agnoscamus.

De aliis sacramentis quæ in factis constant. Cap. VIII.

Multa sunt alia ecclesiæ sacramenta rebus vel factis expressa, quæ omnia hic enumerari nō possunt. Multa enim sunt, & ideo presentis sermonis breuitas ea nō capit. Insufflatio in exorcizatione, virtutē spiritus sancti significat, quia veniente fugatur & subruitur spiritus malignus. Sicut scriptum est. Flauit spiritus tuus & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Signaculum crucis virtutem passionis Christi ostēdit. Hoc ergo quando fronte imprimitur, Christianus munitur. Quando contra imminens periculum opponitur, aduersaria virtus fugatur. Primum ad arma, secundum ad tela. Primum ad defensionem: secundum ad impugnationem. Tunio pectoris compunctionē cordis designat. Pectus tunditur, vt cogitationes vanæ & desideria praua de corde pellantur. Inclinatio capitis, genuū curuatio, siue prostratio, humilitatem & reuerentiam, siue etiam veniæ postulationem significant. Expansio manuum charitatem & affectus boni amplitudinem demonstrat.

De his sacramentis quæ verbis constant. Cap. IX.

Alia item sunt sacramenta in sola verborum prolatione expressa: quæ & ipsa variā significationem ostēdunt. Celestinus papa in

stituit, vt ex psalmis Dauid ante sacrificiū antiphonæ caneretur, quæ introitus dicimus. Collectas diuersi composuerunt, precipue Gelasius & Gregorius. Dominus vobiscum, ab antiquo vsu assumptum est. Booz messorum suos salutans, hac salutatio vsus est: & propheta in Paralipomenon Asa regem, & quæ cum eo erat salutatio dicens: Dominus vobiscum. Primis temporibus ab episcopo Pauli missa incipiebat, post quā euāgelium sequebatur, sicut nunc hymnus angelicus qui ad officium missæ in solēnibus diebus recitatur, ab angelis primū decantatus legitur: cui ea quæ adiecta sunt, a beato Hylario Pictauesi addita creduntur, a quo auctus est, & sicut nunc canitur consummatus. Simmachus autem papa in ordine quinquagesimo tertio, instituit, vt hic hymnus diebus dominicis & in natalitiis martyrum in ecclesia ad officium missæ decantetur. Responsorium Itali tradiderunt, quod operatione & vitæ actiua per asperitatem cantus significat. Alleluia, lætitiā signat. Per iubilū in quo finit: ineffabile gaudium in sine veterum exprimit. Tractus aliquoties tribulationem significat. Vt de profundis. Comouisti. Aliquæ leticiam. Vt iubilare. Laudate. Credo in vñū deum: centum quinquaginta patres in Cōstantino politano cōcilio contra heresim Macedonii eiusdem urbis episcopi, qui spiritum sanctum creaturam asseruit, composuerunt. Sixtus papa instituit vt ante cōsecrationem post hymnum, Sanctus, Sanctus, Sanctus cantaretur: quæ trina repetitio trinitatis est cōfessio. Secreta vocat quia secreto dicuntur, ne vilescant. Olim alta voce dicebant: sed legitur quod pastores dum illa vsu quotidiano audire cognita in agro decantarent, diuinitus percussus sunt, vnde & consuetudo mutata putatur. Papa Pelagius docet ab vniuersi orbis cōmunionem separatos esse, quod quia libera diffensione iter sacra missarum mysteria apostolice potestatis memoriam, secundum consuetudinem nō frequentant. Te igitur in primis, hac obsecratione & cōsecratione sanctus Gelasius papa ex maiori parte composuit. Beatus Gregorius addidit, dies quos in tua pace disponas, & oratione dominicā censuit super corpus Christi recitari, sicut in vita illius legitur. Qui pridie quæ pateret, vsq; in mei memoriā facietis,

apostoli in vsu habuerunt, & in his verbis corporis Christi sacramentum celebrauerunt. Alii Alexandrini papa hæc addidisse ferunt. Leo papa constituit intra actionem dicere, sanctum sacrificium immaculatam hostiam. Felix papa constituit supra memorias martyrum missas celebrari. Gregorius papa constituit in canone dici. Quorum solēnitates hodie in cōspetu tuæ maiestatis celebrantur: dñe deus noster. In toto orbe terrarum, intra quorū nos confortium. Sergius papa constituit, vt agnus dei in fractione dñici corporis cantaretur. Innocentius papa ad Decretum. Pacem asseris ante cōfecta mysteria quibusdam populis imprimit, vel sibi inter se faceret dotes tradere: cum propter omnia quæ aperire nō debeo pax sit necessaria indicenda, per quā constet populū ad omnia quæ in mysteriis agunt, atque in ecclesia celebrant, prouidisse cōsentire, ac finita esse, pacis cōcludentes signaculo demonstrant. Gloria & honor patri & filio, & spūi sc̄to in sc̄la sc̄lorū amen. Trecenti decem & octo episcopi in Nicena synodo composuerunt, contra heresim Arianam, quæ filium patris & spūm sc̄tum vtroque minorē assererat. Hunc hymnum postea Hieronymus Damasus papa de graeco in latinū trāstulit, & addidit, sicut erat in principio & nunc & semper: Pater noster ipse Christus tradidit discipulis suis. Vnde specialiter oratio dominica vocatur, in qua septem discretæ petitiones: septiformis gratiæ sacramentum sunt. Symbolū fidei. i. credo in deum apostoli duo decim dicauerunt: totidem sententiis cōprehensum, qui numerus apostolice fidei sacramentum cōstat. Quicumque vult, beatus Athanasius composuit. Et multi alii sancti patres alia atque alia in celebratione diuini officii, ad ecclesiæ decorem & eruditionem fidelium ac deuotionem addiderunt.

De sacris & nō sacramentis. Cap. X.

Sunt alia quedam in ecclesia sacra, non tñ sacramenta: quæ & ipsa quoque quis spiritualis gratiæ effectū non habent, neque conferant sanctificationem: in hoc tñ sacra sunt, quæ ad sancta pertinet: & illis coheret quæ

& sanctitatē habet: & conferunt sanctificationē. Eiusmodi sunt oīa que ad ornatum ecclesiarū pertinent: siue que in possessionibus earū continentur: que in hoc quod scdm aliquid sancta sunt: quod in ministeriū sanctorū tradita sunt & assignata. Ista ergo quasi simpliciter sancta sunt: illa vero quibus ista cōsecratur: sancta sanctorū. Qui ergo sanctū de sancto auferit: sacrilegium facit. Qui vero ipsa sancta temerare audet: abominatōnem cōmittit. Eiusmodi ergo sunt que sancta dicuntur, vel sanctis sanctificata: quæcūq; ecclesia possidet in substantia terrena: siue in pecunia: siue in terra: maxime in decimis: que ab initio ita institutæ sunt: ut nūq; a ministerio diuino siue illorū quod deo seruūt & ministerio diuino deputati sunt vsu sine peccato abalienari potuissent. Hæ quæ in principio ob formā sacramēti magis institutæ vidētur. Postea autē sub lege scripta & sub lege gratiæ: ad sustentationē ministrorū dei sunt reseruatæ, ita ut in eis & deuotio offerentiū mereretur: & accipiētū necessitas cōsolaretur. Hæ igitur nullo modo ab vsu ecclesiæ abalienari possunt: neq; in possessionē laicam siue cōmutatione siue donatione transire. Cetera corporalia que siue in terris siue in pecunia ecclesia possidet, quod diu quod ab illa licite possidētur, auferri siue culpa nō possunt: sed si causa & ratio postulauerit, per cōmutationē aut donationē, ad alienā possessionē trāsiere possunt. Sicut ergo rapina est & violentia eiusmodi bona homini iuste possidenti tollere: sic sacrilegiū est & plusq; rapina ista ecclesiæ iuste possidenti auferre. Decimas autē quoquomodo vsurpare aut retinere, sine sacrilegii culpa nō possunt, nisi soli ad quorū sustentationē diuina institutiōe ordinatæ sunt. Hęc igitur differētia est inter decimas & ceteras ecclesiæ possessiones, quod decimæ & institutione & possessione, ad sacra pertinent: ceteræ autē possessiones ecclesiasticæ ad sacra pertinent sola possessione. Alię ergo possessiones ecclesiæ ad alienos possessores sine cōmutatione rationabili transferri non possunt. Decimæ autē ab alienis omnino possi-

deri nō possunt. Ille ergo non possunt auferri: istę nō possunt transferri. In illis sacrilegiū est si auferantur, in istis si transferantur. Decimarū autē & ceterarū possessionū ecclesiasticarū epī dispensatores esse debent, ut eas iis quod ecclesiæ deseruiūt rationabiliter distribuāt: ex quibus si quod forte aliqui ad sustentationē eorū, qui in ecclesiasticis officiis nō deseruiūt, sed tñ in secreto diuino seruitio mancipati sunt accommodatur, in dulgentia est non debitū: ita tñ ut hoc ipsum de portione sit pauperū, non de sustentatione clericorū. In eo enim quod ministro debetur, dignus est operarius mercede sua, nec bene sustentat egentē, qui fraudat seruientem.


Explicit nona pars.

INCIPIT

Decima pars, De Symonia.

Vnde dicitur, & quid est Symonia.

Cap. I.



Symonia a Symone Mago nomē accepit, qui huius mali exemplū exitiale posteris reliquit. Est enim symonia gratiæ spiritualis pecunia cōparare velle. Quod cū fit, & ille vitiosus qui vendit: & ille qui emit eadē sententiā feruntur: quia eiusdem reatus culpæ obnoxii comprobantur.

De auctoribus Symonię. Cap. II.



Symoniacę heresis cōtagium iam olim in Balaam pululauit, quod diuinationis precio proposito ad maledicēdū populū dei perrexit. Dehinc huius heresis duo leguntur auctores pestilētes emerisse: alter sub prophetica, alter sub apostolica doctrina. Prius Giezi magister esse venditū: deinde Symon auctor videtū emporū. Horum autē ut dictū est sectatores, si cut non sunt in errore diuersi: ita nec in damnatione discreti.

De iis quod spiritualia vendunt aut emunt.

Caput. III.



Qui ordines sacros emunt vel vendunt cōuicti sine misericordia depōnuntur: quia pfecto sacris ordinibus indigni sunt: qui in ipsis sacris ordinibus peccasse cōprobantur. Ab hereticis ad vnitatem ecclesiæ venientes aliquotiens legim⁹ in suos ordines receptos. Alii siquidē heretici in suscipiēdis ordinibus non errabant: sed alia causa erat atq; doctrina quæ eorū fidem impedebat. Symoniacorū vero heresis & peccatum, ipsa ordinatio eorum est. Merito igitur in suos ordines non recipiuntur: quoniam in ipsos suos ordines peccauerunt. Sciendū vero est quod qui a symoniacis nescientes ordinantur: quia eos catholicos non symoniacos putant: spiritualē gratiā per ministeriū illorum accipiūt: si erroris illorum (cuius conscii non fuerant) participes non fiunt. Qui autē pro gratia spirituali comparanda pecuniam offerunt: etiā a catholicis ordinati symoniaci existunt. Sed dicis mihi. Quomodo a symoniaco ordinatus per impositionē manus illius donū sancti spiritus accipere potest? Quomodo symoniacus potest dare quod non habet: etiā si catholic⁹ putetur? Audi quomodo. Sicut adulter, sicut fornicator, sicut ebriosus, aut auar⁹ dare potest quod nō habet: ita symoniacus quod non habet dare potest: & vere dare potest iis quod digni sunt accipere. Per ministeriū enim illius datur, non pro merito. Ideo iis qui erroris illius participes non sunt: & culpæ conscii non existunt: gratia per illū datur: ab illo non datur. Minister malus est largitor: bonus tamē minister est. Sicut hereticus siue ali⁹ qui libet malus minister, malus est: & tñ minister est. Malus in eo quod errorem vel malitiam habet: minister in eo quod habet officium. Sic symoniacus: Nam & ipse hereticus est: & si non fide, tamen opere: minister malus est, & tñ minister est. Malus in eo quod symoniacus est: minister in eo quod in officium ordinatus est. Malus in eo quod precii dedit: minister in eo quod ordinem & officium accepit. Sed dicis mihi. Quo-

modo ordinem aut officium accipere potuit qui precium dedit? Audi quomodo. Ad perniciem, ad perditionē. Officium emere potuit: gratiā accipere non potuit. Tamen quia officium accepit & habet: per ministeriū eius: bonis quidē gratia & officium datur. A malis vero non gratia sed officium solū accipitur: & tamen accipit quis ad perniciem eius qui male accipit: sicut ad perniciem eius qui male dedit.

De iis qui corporalia in ecclesia cōparando cū eis & in eis spiritualia emunt.

Caput. III.



Sunt autē quædam in ecclesia quæ dum precio comparantur: cū perceptione corporalis beneficii, participatio etiam spiritualis dignitatis accipitur. Vbi pfecto quis alterū vendere aut emere cognoscitur: neutrum intēditum aut inemptū reliquisse comprobatur. Sed dicis mihi. Quomodo hoc esse potest? Ego in ecclesia victi & vestiti emi: ecclesiam non emi. Stipem emi, prabendam emi: corporalia tñ emi: spiritualia nihil emi: aut emere volui. Dic ergo mihi. Quis nomen tuum inter nomina fratrum ascripsit? Quis tibi in choro, in capitulo locū assignauit? Si hæc non emisti vnde hæc habes? Quis tibi hæc dedit? Sed hæc inquis gratis accepisti: cetera emi. Hęc gratis data sunt. Bene dicis. Ouē emisti, & lanam non emisti: sed gratis accepisti. Tamen si ouem nō emisisses, lanam non habuisses. Pro arbore precium dedisti: ut eius fructum gratis māducares. Satis astute ingredi existimasti commento ridiculo. Vide ergo quomodo nō emeris quod non habuisses: si precium non dedisses. Aut te hoc pariter emisisse consistere: aut si non emisti: nolli tollere quod tuū nō est. Sed dicis mihi iterū. Quid ergo? Non possum ab ecclesia stipem emere: & corporalis sustentationis impensam precio sine symoniacæ culpa comparare? Ecce habeo pedia mea aut pecuniam meā, qua sustentari possem: & viuere. Sed forte timeo violentiā principum: aut fraudē familiaritū siue aliud quodcūq;. Forte etiam defectum aratis aut imbecillitatem viriū mearum confidero. Video quia non possum ipse sicut

expedit res meas disponere: & p̄p̄riis vti
lita tibus deseruire: Venio ad ecclesiã, cõ
mendo ei res meas, & vitæ mee p̄uiden
tiam cõmitto: & vt alat me, & sustentet:
& de meo mihi subsidũ ministrat: & ne
forte frauder in aliquo, expeto certã mi
hi & dererminatã penam constitui: quã
tum scilicet accipit vn̄? aliquis eorum q̄
ecclesiã deseruiunt: qui in titulo ecclesię
consci: ip̄i sunt. Præbendã pero ad quoti
dianã victus vsũ: sicut habet ali⁹ qui in
ecclesia est: qui de ecclesia viuūt: & eccle
siã seruit. Dat mihi ecclesia & concedit
illud, mea accipiens & sua reddens: imo
mea non sua mihi dispensans. Quid igit̄
tur inde iudicandum sentiam inquiris.
Ego tibi breuiter respondeo: q̄ si eccle
siam in vita tua dispensatricẽ facis aut
post mortẽ heredem relinquis: ego prohi
bere nec volo, nec possum. Et si de tuo re
pascit aut pro tuo, p̄uidentiã est, non
culpa: necessitas non iniquitas. Sic interim
vt aliud non requiras nec accipias. Cor
poralis tibi necessitudo conceditur: com
mercium iniquitatis negatur.

De eo q̄ sola corporalia venduntur.


Caput. V.

I Ontingit aut̄ aliquando
vt possessiones ecclesiã:
vel q̄libet alia ecclesiasti
ca bona corporalia per
malos p̄elatos data vel
vendita ab vsũ ecclesiã
alienentur. In quo genere crimen symo
niã esse non videtur: quã culpa grauis
non desit. Quanta em̄ iniquitas sit: mani
festum est eos qui ad edificandas & cu
stodiendas ecclesias positi sunt, destructio
ni illarũ & eorum quę ad illas pertinent
dissipationẽ operã dare: maxime si ea quę
ab alienantur talia sunt, q̄ ad vsũ alieno
rum nunq̄ licite transire possunt: sicut
sunt decimã q̄ ab initio institutę sunt
ad eorũ tm̄ sustentationem qui taberna
culo deseruiunt. Hęc igit̄ ad laicos trã
ferre quid aliud est, q̄ de sacro sacruũ au
ferre? Sic ergo si ynicuiq̄ peccato nomẽ
culpę conueniens datũ fuerit: nihil mali
fit in iudicio æquitatis.

Explicita est pars Decima.

INCIPIT

Vndecima pars, de sacramento coniugii.
De excellentia huius sacramenti: & q̄ in
eo cõsideranda sint. Cap. Primũ.



Vni oia sacra
mẽta post pctm̄
& p̄pter pecca
tum sumplerit
exordiũ: solũ cõ
iugii sacramen
tũ etiã ante pec
catũ legit̄ insti
tutũ: non tm̄ ad
remediũ, sed ad
officiũ. In cõiugio aut̄ hęc primũ consi
deranda sunt & discernẽda: origo & in
stitutiõ: cum modo & causis suis: & eius
scdm̄ tẽpus & locũ & ritus variatiõ.

De origine coniugii. Cap. II.



Coniugii auctor de⁹ est.
Ipse em̄ cõiugium esse
decreuit: quãdo mulie
rem ad ppagationẽ ge
neris hũani homini in
adiutoriuũ fecit. Adam
quoq̄ in spũ cognoscens ad quem vsũ
mulier facta esset: cũ adducta fuisset ad
eũ, dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis, &
caro de carne mea. Propter hoc reliquet
homo patrẽ suũ & matrem suã & adhe
rebit vxori suã: & erũt duo i carne vna.
Christus etiã in Chana galileæ non solũ
psentia corporali, sed exhibitione quoq̄
miraculi nuptias cõsecrauit. In qb⁹ oib⁹
ostẽdit cõiugiuũ & a deo esse & bonũ eẽ.

De duplici institutione coniugii: & de
causa institutionis duplici. Cap. III.



Distinctio coniugii du
plex est. Vna ante pecca
tum ad officiuũ. Altera
post peccatum ad reme
diũ. Prima vt natura
multiplicaretur. Secũda
vt natura exciperetur: & vitium cohibe
retur. Prima institutiõ coniugium pro
posuit in fœdere dilectionis: vt in eo sa
cramentum esset societatis: quã in spĩ
tu constat inter deũ & animam. Officiũ
autem coniugii in carnis commixtione
proposuit: vt in eo sacramentũ esset so
cietatis: quã in carne futura erat inter

Christum & ecclesiã. Secunda institutiõ
coniugii in fœdere dilectionis sancit:
vt p̄ eius bona id qd̄ in carnis cõmixtio
ne infirmitatis erat & delicti, excusaret.
Officiũ aut̄ coniugii in cõmixtione car
nis, concessit vt in eo p̄ter generis multi
plicationẽ generãtium infirmitas excipe
retur. Quare aut̄ institutũ sit coniugii sa
cramentũ: apl̄s innuit, vbi virũ imaginẽ
dei esse: ac p̄ hoc quodãmodo mulierem
animã rationalis typũ portare ostendit.
Quare item primo institutũ sit coniugii
officiũ: ipse deus institutor & ordinator
ostẽdit dicens. Crescite & multiplicamini
& replete terrã. Officiũ autẽ coniugii
hoc est carnis cõmixtionẽ ante pctm̄ non
ad remediũ infirmitatis: sed ad multipli
cationẽ pl̄s institutũ esse, post pctm̄ aut
idem ip̄m ad remediũ infirmitatis con
cessum beat⁹ Augustinus testat̄ his ver
bis dicẽs. Vtriusq̄ sexus infirmitas pp̄
dens in ruinã turpitudinis recte honesta
te nuptiarũ excipit: vt qd̄ sanis esset offi
ciũ, sit egrotis remediũ. Itẽ in coniugio
aliud esse & alterius rei sacramentũ esse
ip̄m coniugiuũ, & aliud esse & alteri⁹ rei
sacramentũ esse ip̄m coniugii officiuũ: idẽ
ipse in libro de bono coniugali testat̄ di
cẽs. In coniugio aliqd̄ boni esse videt̄: nõ
solũ p̄pter propagationẽ filiorũ, sed etiã
p̄pter naturalẽ in diuerso sexu societate.
Aliõgn iã nõ diceret̄ coniugiuũ in senib⁹:
si vel amississent filios vel nõ genuissent:
in qbus et̄si emarcuerit ardor carnis, vi
get tm̄ ordo caritatis. Itẽ. In nuptiis plus
valet sanctitas sacramenti, q̄ fecunditas v̄
eris. Vnde quidam non intelligẽtes hoc
qd̄ dictũ est: Illa mulier non p̄t prinere
ad Xpi & ecclesiã sacramentũ cum qua
noscit non fuisse carnale cõmerciuũ, existi
mant sacramentũ cõiugii esse non posse
vbi cõmixtio carnalis nõ fuerit. Nesciunt
em̄ q̄ officiuũ coniugii in carnis cõmixtio
ne, illa q̄ inter Christũ & ecclesiã per car
nis susceptionem facta est vnionem figu
rat: proptereaq̄ Christi & ecclesiã sacra
mentũ esse non possit: vbi cõmerciuũ car
nale nõ fuerit. Coniugiuũ tm̄ verum, & ve
rum cõiugii sacramentũ esse: etiã si car
nale commerciuũ non fuerit subsecutum:
immo potius rãto verius & sancti⁹ esse:
quãto in se nihil habet vnde castitas eru

bescat: sed vnde caritas gloriẽ. Nam &
ipsum coniugiuũ sacramentum est: sicut &
ipsum officiuũ coniugii sacramentum esse
cognoscit. Sed coniugiuũ vt dictum est, sa
cramentum est illius societatis quę in spũ
est inter deum & animã. Officiũ vero cõ
iugii sacramentũ est illius societatis quę
in carne est inter Christũ & ecclesiã. Scri
ptum est em̄. Erũt duo in carne vna: sed
si duo in carne vna: iam non duo sed vna
caro. Hoc est sacramentum quod ait apl̄s.
magnum in Christo & ecclesia: ad qd̄ sa
cramentũ pertinere nõ potest: mulier cũ
qua noscit non fuisse carnale cõmerciuũ.
P̄t tamen prinere ad aliud sacramentum
non magnũ in Xpo & ecclesia: sed mai⁹
in deo & aia. Quid em̄? Si magnũ est qd̄
in carne, magnũ nõ est: immo multo ma
ius qd̄ in spũ est! Caro inquit nihil pro
dest, spiritus est q̄ viuificat. Si ergo ma
gnum est qd̄ in carne est, maius vtiq̄ est
qd̄ in spĩtu est. Si recte p̄ scripturã san
ctam de⁹ sponsus dicit̄: & aia rationalis
sponsa vocat̄: aliquid p̄fecto inter deũ &
animã est: cuius id qd̄ in coniugio inter
masculum & foeminã constat, sacramen
tum & imago est. Et forte vt expressius
dicat̄ ipsa societas & quã exterius in con
iugio pacto fœderis seruat̄ sacramentum
est: & ipsius sacramenti res est dilectio mu
tua animorũ: quã adinuicẽ in societatis
& fœderis cõiugalis vinculo custeditur.
Et hęc ipsa rursus dilectio qua masculus
& foemina in sanctitate coniugii animis
vnũnt, sacramentũ est: & signũ illius di
lectionis qua de⁹ rationali animã intus
per infusionẽ gratiã suã & sp̄s sui par
ticipatiõẽ cõiungit. Copula igit̄ carnis
quã ante peccatum in cõiugio officium
fuit, & post peccatũ in eodẽ pro remedio
concessa est: sic vtrõbq̄ coniugio adiu
gitur: vt cũ coniugio ipsa sit: non coniu
gium ex ipsa. Nam & ante ipsam coniu
gium verũ est: & sine ipsa sanctũ esse po
test: tunc qdem si non adesset illa infir
tuosius: nunc aut̄ si illa non affuerit, sin
cerius. Quod em̄ post peccatum copula
carnis in coniugio admittit̄, indulgentiẽ
magis est & cõpassionis: ne vitii concu
piscentiã qd̄ in humana carne post pec
catũ radicauit: turpius in oẽm excessum
p̄fluere: si nusq̄ licite excipi potuisset.

Quid sit coniugium & qui illud legitime contrahere possint & q̄s consensus sit legitimus. Caput. III.

P Vidā hoc modo cōiugium diffiniendū putauerūt: vt dice-
rent cōiugium esse
consensum masculi
& foeminae indiui-
dualē vitae cōsuetu-
dinē retinentē. Cui diffinitioni legitimū
adiūgere oportet: q̄a si cōsensus masculi
& foeminae legitimus hoc est legitime &
inter p̄sonas legitimas factus nō fuerit:
cōiugium in eo cōsecrari nō potest. Le-
gitimas autē illas personas dicimus ī qui-
b⁹ illa rationabilis causa demonstrari non
potest: quare cōiugii pactum mutuo fir-
mare non possint. Ideo autē dico in quib⁹
rationabilis causa demonstrari non po-
test: quia etsi forte est, sed occulta & latēs
& nondum iudicio ecclesiae comprobata:
q̄rum ad iudiciū ecclesiae spectat pactum
coniugale neq̄ prohiberi potest vt non
fiat: neq̄ cum factum fuerit infirmari po-
test, vt non consistat. Quod em̄ omnino
occultū est, q̄rum ad iudiciū ecclesiae,
non esse dicendū est: quia ad efficiendum
aliquid vel impediendum non differt ab
eo quod non est. Prima autē institutio:
duas tm̄ p̄sonas. i. patrē & matrem a con-
tractu matrimonii exceptit: vbi hominem
vt adherere possit vxori suae patrē & ma-
trem relicturum esse asseruit dicēs. Pro-
pter hoc relinquet homo patrē suum &
matrē suam & adherēbit vxori suae. Ma-
nifestum est autē q̄ non requiruntur ad
hoc, qui relinquitur propter hoc. Has er-
go duas personas solas prima institutio
exceptit. In ceteris omnibus nullā vllā ad
sacramentum coniugii fœderandū pro-
hibuit. Venit postea secunda institutio,
quae per legem facta est: & exceptit quasdam
alias personas siue ad decorem naturae,
siue ad pudicitiae argumentum. Et extic
coepit esse ex phibitione illicitum quod
fuerat ex natura cōcessum. Vbi quidem
si non culpabiliter phibitio ignoratur
in transgressione ignorantia excusatur.
Nec prohibetur virtus sacramēti q̄dū
non patet transgressio p̄cepti. Cum au-

tem constans esse coeperit q̄ prohibi-
tum est constare deinceps aut ratum
esse non potest: quod factū est: quia quod
manifeste contra p̄ceptionem agitur:
legitimum aut verum esse nō iudicatur.
Erunt fortassis qui existiment ignoran-
tiam facere tantū non posse, vt pro ea cō-
iugium appellari debeat: inter eiusmodi
personas: quibus matrimonii copula ius-
te prohiberetur: si causa quae latet co-
gnosceretur. Ego illos iterrogo quid sen-
tiendum sit de filiis ex huiusmodi copu-
la procreatis: vtrum legitimi an illegiti-
mi sint iudicandi. Q̄ si durum videtur:
vt idcirco filii illegitimi dicantur: quia
parentes sc̄dm causam aliquam latētem
illicite, sc̄dm iudiciū autem & cōcessio-
nem ecclesiae legitime fuerunt copulati:
concedant necesse est copulam illam ex
qua procreati sunt: q̄dū quidem causa
latuit legitimam fuisse: etiam si iuste illi
citam fuisse causentur. Non enim omne
quod illicite fit, ideo non fit, quia illicite
fit: quoniam quod fit fieri omnino dicen-
dum est: q̄uis in eo quod sic fit male fieri
recte dicatur. Si autem quod fit & quod
illicite fit fieri quidem sciat: illicite au-
tem fieri nesciat: potest quidem igno-
rantia culpam temperare aut excusare:
vt actum legitimum constet in eo quod
fit: q̄uis facere non possit: vt irreprensibi-
liter non fiat: in eo quod sic fit. Si er-
go filii sc̄dm aliquid legitimi sunt, sc̄dm
aliquid legitima est & copula ex qua
sunt. Q̄ si copula ipsa sc̄dm aliquid legi-
tima recte dicitur: non mihi apparet qua-
re non etiam sc̄dm id ipsum coniugium
merito nominetur. Non est enim magna
contentio de nomine: vbi idem de verita-
te sentitur. Exceptis ergo eiusmodi cau-
sis: in quibus vel propter horrorem vel
turpitudinem, pudicitiae consulendū vi-
detur: in ceteris omnibus hoc sentiendū
puto q̄ si in aliqua forte per ignorantiam
offenditur: q̄dū quidem latet matrimo-
nio sc̄dm iudiciū ecclesiae legitime fa-
cto nequaquam tollere possit quin legitimū
appelletur. Nō mihi ergo quis fratrē &
sororē opponat aut cetera hmōi: in qb⁹
ratio ignorantiae excusationem non ad-
mittit. Non permittuntur in eiusmodi
offendere: q̄d in eo q̄d faciunt ignorantia

debet excusare. Horroris sunt huiusmo-
di facta non rationis: in quibus & si igno-
rantia fuerit: verecūdia tamen & pudici-
tia cōfusione non euadit. Aliud est de
illis loqui de quibus dicit apostolus. Te-
ratio vos non apprehēdat nisi humana.
In quibus em̄ humanū est errare in illis
potest ignorantia erroris culpā excusare.
Sic ergo legitimas p̄sonas sc̄dm iudiciū
ecclesiae appellandas putamus in quibus
nulla causa extat p̄ qua aut iuste prohi-
beri possit, q̄d faciendū est: aut cū factum
fuerit infirmari. Sed q̄dū q̄dem sic est: le-
gitimum esse dicē q̄d est. Si q̄s autē inter-
roget quomodo sc̄dm iudiciū ecclesiae le-
gitimū esse possit q̄d sc̄dm iudiciū diui-
num legitimū non est: ego q̄dem vtriusq̄
legitimū esse puto. Idcirco tñ sc̄dm iudi-
ciū ecclesiae specialiter legitimū dici: q̄a
sc̄dm iudiciū ecclesiae nihil in eo est pro
quo legitimū dici nō debeat: sed sc̄dm di-
uinū iudiciū aliqd in eo est: q̄d ecclesiae
iudicio manifestū esset: coniugii legiti-
mum non esset. Hoc est q̄a aliquid in eo
est: ecclesiae q̄dem occultū: sed deo notū.
S Quod si similiter ecclesiae manifestū esset:
coniugii legitimū non esset. Nunc autē
per ignorantiam excusat: vt ex eo ipso tam
apud deum q̄ apud hoīes legitimum sit:
q̄dū ignorat: q̄a apud hoīes quidē nihil
in eo reprehendit: apud deum autē quod re-
prehensibile est & si culpā habeat, ad con-
fusione tñ reprobationis nō imputatur.
Et has q̄dem p̄sonas ecclesiae legitimas:
sc̄dm iudiciū ecclesiae existimamus. Cō-
sensum autē legitimū illū esse putamus q̄
ad hoc fit ad q̄d fieri debet. Nā q̄ ad solā
carnis commixtionē consentiūt: p̄ tali cō-
sensu coniuges adhuc dici non possunt.
Hoc em̄ & fornicātes & adulterantes fa-
ciunt: a qb⁹s cōiugalis castimoniae no-
men procul abesse cognoscit. Ergo aliud
illud est: cuius cōsensus inter masculū &
foeminā coniugii sacrat. Hoc autē q̄d esse
dicendū est: nisi societas illa quae de⁹ crea-
tor a principio inter masculū & foeminā
instituit q̄n mulierē de latere viri forma-
ram eidem sociavit: Quia em̄ societas data
est, nō ancilla, aut dña: idcirco nec de iū-
mo neq̄ de imo: sed de medio fuerat p̄du-
cenda. Si em̄ de capite fieret: de summo
fieret: & videret ad dominationē creata,

Si autē de pedibus fieret: de imo fieret: &
videret ad seruitutē subiciēda. Propter
ea de medio facta est: vt ad aequalitatem
societatis facta p̄baretur. In hoc tamen
quodāmodo inferior ipso q̄ facta est de
ipso: vt ad ipm̄ semp̄ quasi ad principii
suum respiceret: & ei indiuidue adheren-
do: ab ea se (quae adinuicē constare debe-
bat) societate nō separaret. Hæc ergo so-
cietas coniugium est: q̄ fœdere sponsio-
nis mutue cōsecratur: quādo vterq̄ volū-
taria promissione debitore se facit alteri:
vt deinceps neq̄ ad alienam altero viuē-
te societate trāseat: neq̄ se ab illa q̄ ad in-
uicem constat societate disiungat. Ad cu-
ius q̄dem societatis cōsensum: si etiā car-
nalis commixtionis consensus in prima
fœderatione coniugitur: eiusdem com-
mixtionis debito cōiugati: postmodū ad
inuicem constringuntur. Q̄ si forte in fœ-
deratione cōiugii vtriusq̄ pari voto con-
sensus carnis remittit: pro eodē deinceps
coniugati debitores adinuicē non tenen-
tur. Quod em̄ ab vtriusq̄ pari consensu
dimissum & voto firmatū est: iuste post-
modū ab altero exigi nō potest: & tamē
firmū stat etiā sic coniugii sacramentum
cuius virtutē copula carnis sicut nō effi-
cit: cum adest: ita si defuerit tollere nō po-
test. Talis itaq̄ consensus indiuidualem
vitae consuetudinē retinere creditur qui
ad hoc factus est: vt mutua societatis q̄
adinuicē p̄ ipsum initiata est vtroq̄ viuē-
te amplius dissidiū nō patiat. Qui ergo
diffinire voluerit cōiugii: dicere potest.
Coniugii esse cōsensum legitimum, hoc
est inter legitimas p̄sonas & legitime fa-
ctum masculi & foeminae ad indiuidualem
vitae consuetudinē obseruandam. In quo
quidē consensu copulae carnalis cōmer-
cium pari voto aut futurū non contradi-
citur: aut non futurū laudatur.

Quando coniugium esse incipiat.
Caput. V.

S I quis autē querat quā-
do coniugii esse inci-
piat: dicimus q̄ ex quo-
talis cōsensus qualē su-
pra diffiniuimus inter
masculū & foeminā fa-
ctus fuerit: ex eo statim coniugii esse, quē-
DDd iiii

Eruditionis Theologicæ

etsi postea copula carnis sequitur: nihil tamen coniugio amplius ad virtutem sacramenti confertur. Unde constat quod si vir vel mulier post tale consensum, ad alienam societatem transferit: etiam si commixtio carnis illic sequatur ad priorem tamen societatem in qua sacramentum coniugii sanctum est: & postquam secunda copula illicita omnino iudicatur redire debeat. Sed dicis mihi. Aliquis promittit siue forte iuravit alicui se, usque ad tempus complacitum illam ducatur: & illa similiter promittit, vel iuravit se illi nunquam. Interim mutato proposito alter siue uterque ad aliam societatem transiit: & ille aliam uxorem ducit: & illa marito alteri nubuit. Quid ergo faciendum est? Nunquam propter priorem sponsionem secundam federationis pactum sciendum est? Sed considera quod longe aliud est promittere: atque aliud facere. Qui promittit non dicit: quod autem facit iam facit quod facit. In eo quod promittit si non facit quod promittit, mendacium est. In eo autem quod facit, etiam si post factum poenitet: tamen factum omnino est quod factum est. Qui ergo se promittit uxorem ducturum, non dicit tamen uxorem duxit: & quod sponso dicit se nupturam non dicit nupsit: nec coniugium adhuc fuit, sed futurum esse debuit. Cum autem postea & ille uxorem duxit, & illa marito nupsit, iam coniugium verum fuit: & non poterit dissolvi quod factum est: etiam si id quod promissum fuit non est impletum. Precedens ergo mendacium poenitentia corrigendum est: sed sequens coniugium dissolubile non est. Non autem sic est quod sacramentum coniugii non quidem ut supra dictum est: mutua sponsione futurum promittitur: sed presentis assensus attestacione firmatur: quia post tale consensum quicquid in aliena societate etiam cum carnis commixtione, vel cum prolis procreatione securum fuerit: irritum omnino esse debet. Sed putant quidam posterius factum irritum stare debere: quia in eo amplius esse videntur: ubi post consensum etiam carnis commixtio secuta est. Sed cum ideo stare debet in quo plus factum est: si totum id quod factum est, iuste factum non est? Si posterius propterea coniugium iudicatur: quia in eo copula carnalis fuit, quae in priori non fuit: ergo si tertium post hoc securum fuerit, dicit aliquis: quod melius iudicandum est quod secundum: quia in eo fortassis sepius copula carnalis fuit quam in secundo fuit: quod ratio

non admittit. Quapropter quicquid post consensum coniugale qui matrimonium faciat: cum alio vel alia siue in consensu, siue in coitu admissum fuerit: ad coniugii sacramentum pertinebit. Sed dicis. Si post primum coniugalis foederis consensum statim coniugium est: quod ergo sibi vult quod dicit auctoritas: aliter non fieri legitimum coniugium nisi ab his, qui super eam foemina potestatem habere videntur: & a quibus custoditur uxor, petatur: & a parentibus propinquis sponsetur: & legibus doretur & suo tempore sacerdotaliter ut mos est cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur: & cetera quaedam quae in hunc modum adiungit dicens. Quomodo aliter praesumpta non coniugia: sed adulteria contubernia: vel stupra aut fornicationes potius, quam legitima coniugia esse dicenda sunt. Sed id in hoc loco intelligi oportet legitima non esse, id est non fieri secundum institutionem legum: quae in hunc modum coniuges desponsari instituit. Nam quod postea adiungit, aliter praesumpta adulterina contubernia potius, vel stupra esse quam legitima coniugia: confirmat subsecquenti sermone temperat dicens. Nisi forte voluntas propria suffragata fuerit: & vota succurrerint legitima. Illic ergo ubi voluntas propria, & votum legitimum succurrit: etiam sine his omnibus legitimum coniugium esse potest. Si enim coniugium esse non potest ubi ista non sunt: nec baptismus esse potest, ubi non praecedit fontis consecratio, baptizandi exorcizatio: & ubi non sequitur olei & chrismatis unctio. Sed sicut baptismus esse potest sine istis, quibus ista debeant esse cum baptismo: ita & sine illis coniugium esse potest: etiam ibi ubi illa in coniugio & cum coniugio esse debent. Nam quod coniugium non in coitu consistit: sed in consensu, nec in consensu coitus: quia sicut sine coitu, consensus ita etiam sine consensu coitus esse potest: si forte verum castitatis & continentiae propositum placitum fuerit: beatus Ambrosius testatur dicens: Non desloratio virginitatis, sed pactio coniugalis coniugium facit. Item. Coniugium non facit coitus, sed consensus: quod si defuerit omnia etiam cum ipso coitu frustrantur. Isidorus etiam dicit, quod coniuges verius appellantur a prima desponsationis fide: quibus adhuc inter eos ignoratur coniugalis concubitus. Sed forte vi

detur hoc contrarium esse illi quod superius diximus coniugium in consensu maritali fieri. Si enim a prima desponsationis fide coniugium incipit, cum fides desponsationis in promissione futuri consensu praecedere videatur: quoniam coniugium ab hac fide initiari dicitur: proculdubio etiam ipsum matrimonium consensum ante ire probatur. Sed si desponsationem ipsam futuri matrimonii actionem & promissionem intelligere debemus: tunc mirum fide desponsationis impletionem promissionis & actionis exhibitionem convenienter accipimus. A qua mirum quia in praedicto consensu consistat, merito coniugium exordium sumit: quia in eo quod fides actionis & sponsionis quae de futuro coniugio verum facta fuerat adimplet: in consensu maritali coniugii sacramentum perficitur. Nomen autem desponsationis non ipsum coniugii consensum quo matrimonium firmatur, sed actionem & promissionem futuri consensu significare in ipsa vocis expressione conuenimus: quia & spondere non dare est aut facere: sed promittere. Unde & apostolus dicit. Respondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Quod si desponsationis nomen in ipso contractu matrimonii intelligere debemus: tunc fide desponsationis consensum mutuae societatis, quae coniugium dicitur, conuenienter accipimus. Unde & de matre domini Augustinus dicit: quod a prima desponsationis fide coniugium vocata est Ioseph: quia concubitu non cognouerat: nec fuerat cognitus. Et Ambrosius similiter. Desponsata viro coniugis nomen accepit. Cum enim initiat coniugium tunc coniugii nomen assumit. In quibus verbis sicut supra dictum est si desponsationem accipimus: in eo quod consensu maritali coniugium sancit: recte tunc ipsum coniugium inchoari & nomen coniugis assumi dicitur. Si autem desponsationem intelligimus in eo quod futurum ad coniugium faciendum consensum promittitur: tunc quidem coniugium in iis quae coniugium antecedunt inchoari dicitur: & ab ide etiam quae futura est coniugium, propter ea quibus iam coniugium initiatum est nomine coniugis cessatur. Sed ut liber de his & de homini sententiarum tamen ut coniugium nec ante legitimum consensum attestacionem, in quo uterque alteri ad coniugalis foederis societatem se tradit: verum esse credatur: nec postea imperfectum.

Vis scire quod dico? Cum ille dicit. Ego te accipio in meam: ut deinceps & tu uxor mea

sis: & ego maritus tuus: & illa sicut dicit: Ego te accipio in meam: ut deinceps & ego uxor tua sim & tu maritus meus: aut, si hoc dicitur: aut aliud quodcumque simile illi: in quo & si non hoc dicitur, hoc tamen intelligitur. Aut si non hoc dicitur: quia fortassis alicubi verba non celebrantur: sed res agit: tamen hoc facitur. Ducit illam: accipit illam: sicut mos est legitimum ducendi uxores. Cum igitur hoc sicut mos est dicitur vel facitur & in hoc sibi consensum sentit. hoc est quod dicere volo: quod deinceps coniuges sunt: siue hoc dixerint: & in hoc sibi consenserint coram legitimis testibus sicut debet: siue forte soli seorsum & in secreto nemine attestante vel aliternum qualiter non debent: tamen omnino coniuges sunt: nec deinceps nisi alia emergat causa dissidii ab iniuncta separati licite possunt: etiam si propter furuum consensum si factum negauerint coniugium non possint.

De iis qui occulte nubunt: vel postquam nupsissent contra coniugium aliqua verenda faciunt.

Cap. VI.



Ed dicis. Quid ergo faciendum est de homini qui clanculo conuenerunt: si postea aut alter aut uterque factum negando ad alienam societatem transierit? Quidam uxorem duxit clanculo sine presentia testium solo ad iniunctam maritali consensu firmato: deuitas ut nonnulli fieri solet aliquid qua de causa conscientiam alienam: postea breui tempore interiecto: priusquam consensum occultum facto manifesto probaret de facto poenitentiam: quam in hunc modum uxorem duxerat dimisit: aliam duxit celebri apparatum manifeste coram ecclesia fortassis cum paratum traditione: cum sacerdotis benedictione nuptias fecit: filios genuit. Venit prior illa ad ecclesiam: iudicium interpellat: iustitiam postulat. Iniuria sibi illata palam exponens. Negat ille: nec sunt testes qui poenitentiam probare quod occultum est. Hic quibus quid facere debet ecclesia: quia utrumque inconueniens aliquid quod scurrere videtur. Si enim illi mulieri quae quidem verum dicit, sed tamen occultum est, nec probatur quod dicit, sine legitimo testimonio propter solam dicitur eius credit, & pro eo quod incertum est & occultum, id quod certum & manifestum est dissoluit: poterit deinceps quilibet siue quilibet in alium vel in aliam quodcumque voluerit fingere.

vt sibi simili ratione credat. Quod si admistum fuerit: magna cōfusio proueniet neq; deinceps in ecclesia aliqd firmū stabit. Si vero propter auctoritatē ecclesiæ conseruandā coniugii quod primū factū est scinditur: & adulteriū quod secundo psumptum est confirmat: aliud malū magnum est: quādo nō solū libertas dat, sed etiam necessitas inducitur homini vt maneat in peccato suo. Hic ergo consiliū quaris. Ego fortassis tibi potiora dicitur non sum, tamen oportet vt in tantis malis profus ignorantes non simus. Si quis putauerit ppter hmōi mala vitanda talem consensum q nullo testimonio pbat: neq; facientiu mutua cōfessione firmatur irritū esse debere, neq; in eo vllatenus cōiugii stare posse: facilius incōueniens declinat. Pōt em etiā id qd supradictū est, furuios consensum nō coniugia esse, sed adulteria contrubernia vel supra nisi volūtas ppria suffragauerit: & legitima vota succurrerit: ppter hoc dictū putari q eiusmodi cōsensus q in occulto fiunt cōiugium nō sanciant: nisi idem ipsi qui in occulto sibi cōsenserint eundē cōsensum suum vtriq; volūtariē in manifesto pstantur. Tunc siquidē voluntas propria suffragatur & vota legitima succurrunt: cum id quod in occulto fecerunt sponte vtriq; in manifesto pstantur. Si quis igit ad hunc modū dicat cōiugium occulto quidē consensu initiari posse: sed nō nisi manifesta amborū confessione firmari cōpediosius mala multa declinat: Sed plurium approbatio hoc recipit vt siue in manifesto siue in occulto talis consensus inter legitimas personas factus fuerit, perfectum coniugii sacramentum iudicetur. Quod si ita verum esse cōstare debet: considerandum est quomodo supra memorata qstioni responderi oporteat. Dubium non est quin id quod ecclesiæ probari non potest, ecclesia ipsa iudicare non potest. Et rursus dubiū non est quin id quod legitimo & manifesto ecclesiæ iudicio factum est, sine legitima & rationabili & manifesta causa rescindi non potest. Ratio nos vrget. Ista mulier dicit: q pari consensu cū viro illo matrimonium fecit: Sed qd dicit: nec ipsa probare pōt, nec ecclesia qd probatum non est appro-

bare potest. Nō potest ergo pro eo quod occultū est, id quod manifestum est infirmari. Quapropter oportet vt secundam copulā q iudicio ecclesiæ legitime facta est: ipsa ecclesia iudicet ratā esse debere. Sed dicitis, Quid ergo faciendum est huic mulieri q virū suū ab ecclesia regit: sed habere non pōt: qd id quod occultū fuit pbare nō potest? Fortassis cū viderit qd maritum suū habere non pōt: alteri nubere volet & veniet ad ecclesiā expositulans: aut vt sibi maritus suus reddat: aut alteri nubere concedat. Hic ergo quaris qd ecclesia facere debeat, an ppter ea q priorē reddere non pōt, secundū cōcedat? Sed vide quō cōcedere ecclesia possit illi maritū alterū: q suum adhuc viuū esse confiteat. Ipsa dicit vir me? viuū, & tū ptere psumit vt alteri nubat. Ergo dicitis: ad cōtinentiā cogēda est mulier ista. Ita sane qd negligētiam cauere noluit iustū est vt poenā sustineat. Quare i manifesto nō nupit. Si prius in nubēdo testimoniū ecclesiæ habere cōtēpsit: qua ratione nūc iudicium ecclesiæ interpellat. Ipsa se igit obligauit. Sustineat itaq; nunc poenā negligentia vt aliis mulieribus ne idē psumant correctionis & cautelę exēplū fiat. Cōtinere pētū nō est, nec impossibile est etiā si difficile est. Si ergo mulieres nolūt continere: caueāt in occulto nubere. Ibi nubāt vbi testes habere possunt: si maritos cōsentientes habere nō possunt. Qd si culpā vitare nolūt, sustineāt poenā. Qui ergo coniugii suscipere vult: cogitet primum: qd illud susceperit legē ei? portare debet. Qui appetit qd delectat: portet necesse est si in eo vel pro eo uenerit etiā id qd grauat. Nō ergo permittit ecclesia illi mulieri q se alteri viro nupisse confiteat, illo viuēte ad alias transire nuptias: etiā si postmodū cōtingat: vt idem ipse vir post celebrationē secundarū nuptiarum ad se reuersus & de facto poenitens peccasse se confiteatur: & ad priorē vxorem redire voluerit: ei qd de veritate primū pacti contestetur: non recipit ecclesia testimoniū eius: qd variāuit verbum suū: & contra se testimoniū tulit: & abstulit sibi fidem in vtroq;. Tamen ecclesia id quod ipsa fecit, sine causa legitima rescidete nō pōt: sed ratū esse debere cen-

set, ne occulta manifestis p̄iudicēt. Itaq; illā homini mulierē p̄ legitima vxore ad iudicā, quā scdm iudiciū ecclesiæ legitime duxisse cognoscit. Sed dicitis. Si sic ergo iudiciū ecclesiæ stare debet: qm̄ occulta manifestis p̄iudicare nō possit: quid illi homini p̄ aīa sua faciendū est, q̄ viuēte vxore sua alteri adherere cogitur, quā nec dimittere potest, ne p̄ceptioni & iudicio ecclīæ cōtraire videat: nec sine scrupulo cōscientiē tenere quā viuēte adhuc priore cōtra diuinā iustitiā & institutiōnē illicite sibi sociasse cognoscit? Si ergo iste talis ad ecclīā cōfugiat querēs cōsiliū salutis: quid illi dicit ecclesia? Audi & intellige quid illi dicere potest ecclesia. Si dixerit ei ecclesia vt secundā quā publice duxit dimittat, & ad priorē reuertat: quā modo se cōtra primā testationē suā vxorē duxisse cōfiteat: & in hoc receperit testimoniū eius: oēs deinceps qui odio habebunt vxores suas fingēt & mentietur se prius alias duxisse: vt ab iis quas odiūt separētur: & ita lex matrimonii nihil in se stabilitatis habebit: sed passim vbiq; pro volūtate vnusquisq; dissoluet. Nō ergo ecclesia aliud dicere potest illi q̄ vt matrimonio qd eius attestatiōe firmatū est, fidem feruet. Sed dicitis. Causa illi est p̄ aīa sua, cōsiliū salutis querit. Nā vtrōq; periculū videt: & vtrū potius eligat nō inuenit. Si manet, cōtra cōsciētā facit: si discedit, cōtra obediētā facit. Nō ergo iā querit an discedere liceat: sed si nō discedit vtrū permanere expediat. Cōscientiā exponit, & cōsiliū salutis querit. Quid illi dicit ecclesia homini cōfitemi peccatū, & querēt cōsiliū? Si dixerit illi vt maneat post q̄ reuelauit peccatū: hoc est dicere quantum videtur vt maneat in peccato. Si vero nec hoc nec illud dicere potest: quantum videtur homini talī via salutis mōstrari nō potest. Sed hoc rursus multū a fide christiana abhorret: vt dicat aliquis talis esse, qui nō possit si vere poenituerit in qualicumq; sit periculo salutis esse. Multa sunt que ad hūc modū contingere potuissent. Alius dicit se cū sorore, aut cū matre vxoris suę rem habuisse. Alius vxorē se prius aliā duxisse fateat: & multa alia horrenda que miseria hominū vel falsa cōfingit, vltima vera cōmittit. Et verū est quidē qd multa

fiūt horrēda ab hoībus in desideriiis suis malis sic exēcatis vt faciāt que nō operaret: & sunt tanta hęc mala vt vix cōsiliū admittant nisi deus qui legem dedit gratiā & misericordiā prestet. Per legem em̄ nō iustificabitur in cōspectu eius omnis caro. Sicut olim maledictū erat oēs q sub lege erat premebat: nec qui euadere potuisset maledictiōnē: quia nō erat qd cauerē posset p̄uaricatiōnē, donec ipse legislator veniēs, maledictiōnem p̄ gratiā abstulit: & ne semper maledictiō & p̄uaricatiō regnarent: per eandē gratiā ipsam etiam legem mutauit. Ita & modo nunq; cum homo peccato suo & malitiā vrgente in necessitatem peccandi venit, nec potest legem portare nisi maledictiōnē p̄uaricatiōnis incurrat: cōmutat illi deus per misericordiā legem: & donat poenitentia vt saluus esse possit: qui vtriq; nō saluaretur, si per iustitiā & rigorem legis sine misericordiā iudicaretur. Non tibi fortassis scdm opinionē aut existimatiōnē tuā respondeo. De meo est non de tuo quod loquor. Nō aliud possum. Qd mihi mens suggerit profiteor. Si aliud dicerem contra cōscientiā meam & existimatiōnē dicērem. Quisq; pro se iudicet: ego tibi de corde meo loquor. Venit peccator ad me & exponit mihi cōscientiam suam, cōsiliū salutis querens. Quid illi dicam? Si dixerō illi recede: facio illū inobediētē ecclesiæ matri suæ: & exēplo eius alios confirmo, vt dimittant vxores eius legitimas: & cum eas odio habuerint, fingāt quodcūq; sibi placuerit, & mentiātur ecclesiæ vt libertatem habeant recedēdi ab eis: quia eas nō amant. Et si hoc ecclesia receperit & passa fuerit, veniet magnum malū: & dimittent omnes pro libito, aut viri vxores suas, aut mulieres maritos suos: & pro vno homine multi damnabuntur: quod ita fieri nō oportet. Quidā acute se cōsiderasse putauerūt sibi nō proximo cōsultentes: dicētes quorūiens eiusmodi forte aliqd contingeret ecclesiā vtrūq; facere debere: & in occulto, s. poenitētī cōsulare, vt ab eiusmodi copula recederet: & in manifesto discedentē cogere vt maneret. Quod quidē nō esset salutem proximi querere: sed quasi se velle a periculo liberare. Non mihi suadet cōscientia

mea vt hoc illi dicam. **Q**uærit a me quid sibi faciendū sit: ostendit periculum suū: necessitatem suam demonstrat: se paratū esse testatur: ad vtrūlibet quodcūq; iussus fuerit. Ego minus de me confido: dico illi vt pergat ad deum. Domine tu legem dedisti per seruos tuos qualem voluisti, & per quos voluisti: & ecce nos serui tui sub lege sumus: tu dñs lator legis sub lege nō es. **Q**uod instituisti quādo voluisti, & q̄diu voluisti: potes cū volueris & quibus volueris sine p̄uaricationis reatu indulgere. Neq; em̄ iam culpa erit q̄d indulgentis est remissio, non agentis p̄sumptio. Tu ergo p̄cepisti domine per seruos tuos per quos locut⁹ es: & ordinasti ecclesiā tuam, vt vir viuēte vxore sua alteri non adhereret: Ego vxorem habui: & illa viuēte alteri adhasi. Ecce iam ego facere nō possum, vt hoc factū nō sit. Sed tu facere potes vt hoc dānabiliter factū nō sit. Item tu mandasti domine vt ecclesiā tuę vicem tuā in terra agentī obediā remus sicut tibi: & nō scādālizemus vnū de pusillis tuis: & dixisti: quia qui ecclesię tuę mandatū sperneret tibi obediens nō esset. Ecce ego miser propter peccata mea in cōtradictionē veni: laqueum incidī necessitatis, vt exire sine peccato nō possim. Si maneo accusat me cōscientia mea aduersum te de occultis meis, quibus cōtra tuā dispositionē facio. Si recedo inobediens ero ecclesię tuę: & scandalizo nō solū pusillos, sed etiā magnos seruos tuos, qui in hac parte quod occultum est nesciunt, tñ quod iustū est volūt: & accusat me cōscientia mea de manifestis meis, quibus cōtra p̄ceptionē tuā ago. Ego igitur in arcto positus, & cinct⁹ vndiq; periculis tuam misericordiā imploro, parat⁹ ad om̄e quod iubes si illud scire dederis. Si dixeris discede, non maneo. Si dixeris mane, nō discedo. Scio em̄ quod te iubente fit, malum esse nō posse quocūq; illud fuerit. Tua est em̄ potestas ex qua bonum est om̄e quod tibi placuit. Cui indulges nō imputat: cui imputas nō indulget. Si ergo dñe tu iusseris, vt postposito ecclesię scandalō, & cōtempo mandato magistrorū meorū quos mihi dedisti, & quibus me obcedere p̄cepisti: ego magis te audio q̄ hoīem quem audire nec debeo, nisi

propter te: nec volo contra te. Si ergo tu iubes dñe, ad hoīem nō attēdo. Si aut̄ parere vis pusillis tuis, aut ecclesię tuę auctoritatē cōseruare propter salutem multorū: ego quidē pro peccatis meis in iudicio tuo sum. Sed tñ scio q̄ benign⁹ & misericors es, & potes si volueris non impurare necessitatē, si acceptā habueris voluntatē. Magis ergo volo incidere in manus tuas, q̄ in manus hominū: quia tibi & adest potestas, & nō deest pietas. Homo impurare legem nō potest: Tibi lex nō dominatur, quia cōditor & dominus legis es. Homo facta iudicat, non voluntatē: tu factis parcis propter voluntatem. Confidēs ergo in misericordia tua occulta necessitatis meę tibi cōmitto, nō p̄sumens propter timorem tuū ecclesiā scādālum facere: quia spero q̄ offensam tuī mihi pie ignoscere sustineas. Cū idcirco nō p̄sumo offendere proximū: ne in proximo offendā & det̄ meum. Sic mihi videtur quotiens occulta aliqua in necessitate cōscientiā remouent: & maxime si talia fuerint in quibus dispensatio institutionis indulgentiā admittat: quia ea quę cōtra naturam sunt & sine peccato nunq̄ fieri potuerunt, nō accipiunt remissionē nisi habuerint cōrectionem. In huiusmodi ergo occultis in quibus temporalis institutionis, nō naturalis p̄ceptionis p̄uaricatio est: videtur mihi nunq̄ ea quę latent, manifestis & maxime iis quę sine grauī scādalo mutari non possunt, p̄iudicare debere: sed magis expedire, vt in manifestis scandalum caueatur, & de occultis ad gratiā & ad misericordiā confugiatur. Possē autē fieri vt quod aliquando pro scandalo vitando ex necessitate cōtra institutionem agitur, quia occultū est, & probari ac per hoc vitari nō potest: poenitentī & dolenti, per misericordiā nō imputeretur. Vir potestātē corporis sui nō habet, sed mulier. Similiter mulier potestātē corporis sui non habet, sed vir. Potest ergo vir siue mulier peccādo facere, vt potestātē in corpe alterius perdat: sed facere nō potest, vt alteri potestātē sui corporis quātū in se est tollat. Quod sui iuris est perdere potest: q̄d suum non est, tollere non potest. Sic ergo & si aliquādo faciat vt debitū suū in corpore alterius iure exigere non possit: non

Questio **P**ramen facit, vt debitū alterius in suo corpore iure negare possit. **Q**uæritur autem & de iis qui se dicūt post coniugalem p̄ceptionem, siue ante: cū sororibus ac matribus, aut aliis quibuscūlibet in linea cognationis propinquis cōmerciū carnale habuisse, quid faciendū sit: si hoc factū esse legitimo testimonio approbari possit. Ego quidē q̄diu fieri rationabiliter posset p̄pter seruandā pacē thori cōiugalis eiusmodi, testimonia & probationes declinarem. Si autē res omnino manifesta fieret, tūc quidē propter horrore facti & scādāli vitādū, separationē fieri suaderē: sic tñ vt vterq; in cōrinentia permanere cogere tur: qm̄ quidē cōiugii sacramētū adinuitem nō scinderet: etiā si opus carnalis cōmerciū contradiceret. Si q̄s aut̄ dicat quō mulier quę nō peccauit cogi possit ad cōrinentiā inuita: videat & hoc esse de miseria carnis a cui⁹ voluptate qui se in p̄speritate nō cohibet: dignū est, vt in aduersitate quoq; dolore illius portet. Ista mulier quę nō dicit se cōrineri nō possit: Quid faceret si maritus eius longa & cōtinua, vel etiā p̄perua egritudine p̄meretur? Quē ergo nō desereret in lāguore corporis iacentē: nō deserat modo de iniquitate poenitentē. Vel si forte cōditionem carnis sustinere nō vult: legi carnis se nō subiiciat: neq; suscipiat ad delectationem quod pati nō vult ad afflictionem. Et hęc quidē de occulto cōsensu cōiugii, siue de ceteris quę in eo occulta sunt, vel occultanda & verenda esse possunt nobis dicēda fuerūt. Fatemur ergo: sicut dictū est in cōsensu maritali coniugium sanciri: & q̄ post ipsum legitime factū quicquid aliud sit cōtra ipm̄ stare non potest, si hic solus legitimo testimonio probari potest. Postq̄ ergo demonstrauius, quid sit coniugium, & ex quo cōiugium fit dicendū: vt ratū esse debeat: nunc consequenter de bonis cōiugii tractandum est.

Quæ tria sunt bona quę cōiugii comitantur. **S**ides, spes prolis, sacramētum.

Ca. VII.

Tria sunt principaliter bona coniugii quę comitantur. Fides, spes prolis, sacramētum. In fide attenditur ne, p̄ter vincu-

lum coniugale cum altera, vel cum altero cōcūbarur. In spe prolis attenditur, vt de uote expectetur, amanter suscipiatur, religiose nutriatur. In sacramento attenditur, ne cōiugium separetur: & dimissus aut dimissa, nec causa prolis alteri copuletur. Hęc sunt bona quę opponit coniugium contra eam quę in carne peccati adhuc manet cōcupiscentiā carnis, sine qua carnis commixtio fieri non potest. Bonum quippe coniugii vt dicit beatus Augustinus, malum inobediētū membrorum limitat quodāmodo & modificat: vt cōcupiscentia carnalis fiat saltem pudicitia cōiugalis. Duobus autem modis bonum hoc contra malum illud remediū occurrit, dum & illū immoderatā libidinis ardorem sub certa regula vnus fœderis limitando a vāgo concubitu modificat: & eum qui per se malus esset, per bona sibi adiuncta excusat. Nec tamen facit, vt malum prorsus non sit: sed vt damnabile nō sit: quippe p̄pter hoc malū nō fit culpabile illud bonū: imo p̄pter hoc bonū veniale fit illud malū: nisi em̄ malū esset, nō op⁹ haberet excusari. Et rursus nisi remediū haberet, deberet imputari. Si autem coniugium nihil boni in se haberet, remediū contra malum esse non posset. Nunc autem ipsa quę ei insunt bona, malum quod ab eo nō querit: sed in eo toleratur, excusant, vt nō imputetur ad damnationem: quod necessitas imponit, non voluntas exigit. Item Augustinus ad Valerium. Nō tñ fecunditas cuius fructus est in prole: nec tñ pudicitia cui⁹ vinculum fides est: sed etiam sacramētū nuptiarū commendatur fidelibus coniugatis. Huius sacramēti res est vt legitime copulari q̄diu viuunt non separentur.

Vtrum hęc bona inseparabilia sint coniugio an non.

Cap. VIII.

Si fides coniugii est p̄ter maritalem copulam aliam nescire, & violatio fidei huius ad alterium cōmittere: patet q̄ hoc bonum ita coniugio adhaeret: vt si quidem assit, ex eo amplius cōiugium commendetur: si non assit non tamen coniugii sacramētū adnihilatur.

Quæ enim adultera est non ideo cōiunx non est, quia adultera est: immo si cōiunx non esset, adultera esse nō posset. Non enim adulterium est, nisi cum fides tori legitimi violatur: quod utiq; cum sit culpa committitur, sacramentū nō cassatur. Similiter si spes prolis est in eo q; deuote expectatur, amanter suscipitur, religiose nutritur: non dubium est & hoc quoq; bonum omni cōiugio, siue cōiugibus omnibus semper adesse non posse. Quomodo enim ab illis proles speratur qui vel pari voto continentia custodiūt, siue pro atatis delectu amplius generare nō possunt: Itaq; duo hæc, i. fides & spes prolis ita cōiugium comitantur: vt vbi quidem assunt cōiugii in altero sincerius, in altero fructuosius appareat. Vbi autem nō assunt, aut culpabilis, aut infructuosius probatur: & tamen cōiugium esse non desistat. Sacramentū autē ita inseparabile esse videtur, vt sine illo omnino cōiugium esse non possit. Vnde Augustinus. Vsq; adeo fœdus nuptiale cuiusdam sacramenti res est: vt nec separatione irritum fiat: quia viuente viro a quo relicta est mœchatur, si alteri nupserit. Hoc autem vult sibi tanta firmitas cōiugalis vinculi: quod non tam valeret nisi alicui? maioris rei quoddam sacramentū adhiberetur, quod incōcussum manet: quia interueniente diuortio non aboletur nuptialis cōfœderatio: ita vt coniuges sint etiam separati. Nam quia duo sunt diuersa, cōiugium quod constat in legitima societate, & cōiugii officium quod constat in carnis commixtione: & in altero quidem, i. cōiugio sacramentum est: ad alterū vero, i. ad officium cōiugii, fides & spes prolis pertinere videtur. Vnū, i. fides vt per eam illicita carnis cōmixtio caueat: alterū, i. spes prolis, vt ppter eā licita carnis cōmixtio exerceat. Sicut ipm officium carnis cōmixtionis a cōiugio abesse potest, ita etiā ipm cōiugium sine fide quæ ad officium carnis cōmixtionis pertinet esse potest: quibus vt dictum est si fide careat, minus sincerum: si autē spe prolis careat, minus fructuosum inueniatur. Fides enim fructū habet in castitate pudicitia cōiugalis. Spes prolis fructum habet in vsu fecunditatis. Cōiugium autem in ipsa societate maritali sacramen-

tum est: & ideo sicut ipsa societas vtroq; viuente non diuiditur: ita & sacramentū societatis coniugalis quod diu cōiugium cōstat, ab ipso nō separatur. In quo videlicet cōiugio sacramentum foris est indiuisa societas: res sacramenti intus adinuicem flagrans perseveranter animorum caritas. Sacramentum foris ad Christum & ecclesiam: res sacramenti intus ad deum & animā. Vt sicut in copula carnis Christi & ecclesiam sacramentū diximus: ita etiā in societate societatis eiusdem sacramentū ostendamus. Hoc ergo dictum est, vt ostendatur q; aliquando cōiugium sine fide, & sine spe prolis est: sine sacramento autem nunq; esse potest: quibus & ipsum sacramentum aliquoties esse inueniatur: vbi sanctitas sacramenti nō esse ostenditur. Dicit enim beatus Augustinus q; sacramentum cōiugii omnibus gentibus commune esse potest: sanctitas autem sacramenti non nisi in ciuitate dei nostri est, & in monte sancto eius. Quod quemadmodum verum sit facile videre potest: qui superiora dicta considerat. Diximus enim supra q; in cōiugio duplex sacramentum consistat. Vnum in commixtione carnali, sacramentum illius societatis quæ est inter Christum & ecclesiam: alterū in societate cōiugali, sacramentum illius societatis quæ est inter deū & animā: siue etiam q; Christi ecclesiam: sacramentum esset in societate cōiugii: dei vero & animæ sacramentū in dilectione cōiugali. Siue igitur hoc modo sacramentum cōiugii accipiatur, recte sacramentū cōiugii omnibus gentibus cōmune esse dicitur: sanctitas autē siue virtus sacramenti, non nisi in ciuitate dei nostri, & in monte sancto eius. Hoc est in fide & caritate, in ecclesia videlicet sancta, & inter fideles esse perhibetur. Sacramentū autē cōiugii habent, qui pari consensu ad eam quæ a deo inter masculinum & foeminam instituta est societatem indiuisse adinuicem cōseruandam conueniunt. Sacramenti vero huius sanctitatem nō habent nisi ii soli qui per fidē membra Christi facti sunt: & per caritatem mentis & deuotionem intus deo vniti sunt.

De his qui in cōiugio incontinenter viuūt: & plus explede libidini, q; generade proli inferuunt. Cap. IX.

V Eatus Augustinus de his qui tali incōtinentia: siue infirmitate siue voluptate victi inferuūt: sic dicit. Concubitus qui non fit causa prolis, nuptia non cogit fieri: sed impetrant ignoscere. Si tamen non ita sit nimis vt impediat tempora quæ orationi debentur, nec immutetur in eum vsus qui contra naturam est. Concubitus enim qui est necessarius causa prolis, inculpabilis est tantummodo si est nuptialis. Qui autē vltra necessitatem iustam progreditur: nam non rationi sed libidini obsequitur: & hūc nō exigere, sed reddere cōiugii ne fornicetur, ad coniugem pertinet. Si vero ambo tali concupiscentia subiguntur, rem faciunt quæ non est nuptiarum, cuius delicti non sunt nuptia exhortatrices, sed deprecatrices. Decus quidem coniugale est castitas procreandi, & reddendi carnalis debiti fides. Hoc est opus nuptiarum quod ab omni crimine defendit Apostolus dicens. Si acceperis nō peccasti: & si nupserit virgo non peccat. Immoderata autem progressio scdm veniam conceditur. Sanctitati etiā cōiugii nec infidelis cōiugis obesse potest: sed potius fidelis prodest infideli. Vnde Apostolus. Sanctificatus est vir infidelis per fidem mulierem &c.

Qua ratione antiqui simul plures habuerunt vxores. Cap. X.

X E hoc similiter beatus Augustinus sic ait. Antiquis temporibus cum adhuc salutaris nē mysterium velaretur: iusti officio propagandi nuptias contrahebant: nō victi libidine, sed ducti pietate: qui multo facilius continere possent & vellent. Vtebatur tamen cōiugibus & plures vni viro habere licebat: quas castius habebat q; nunc vnā quilibet istorum in quibus videmus quod scdm veritatem concedit Apostolus. Habebant enim eas in opere generandi, non in morbo defidendi. Idem in libro de virginibus. Antiquis iustis non fuit peccatum q; pluribus foeminis utebantur: neq; contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuendi causa sed gignendi hoc facerent: neq; contra

morem: quia eo tempore ea fiebant: neq; contra præceptū quia nulla lege erat prohibitum. Verū tamen sicut idem alibi testatur, magis pertinet ad bonum nuptiarum vnū cum vna, q; cū multis copulari: quod indicat primi cōiugis copula diuinitus facta: vt inde cōnubia fumerent initium, vbi honestius attendere exemplum. Item idem. Sicut non est impar meritum patientia in Petro qui passus est, & in Ioanne qui passus nō est: sic non est impar meritum continentia in Ioanne qui nullas expertus est nuptias: & in Abraham qui filios generauit. Et illius enim cōlibatus & istius connubium, pro temporum distributione Christo militauerunt. Sed continentiam Ioannes in opere: Abraham in solo habitu habebat. Melior autem est castitas cōlibū q; castitas nuptiarū: quorum Abraham vnā habebat in vsu, ambas in habitu. Caste enim cōiugaliter vixit: esse autem castus sine cōiugio potuit: sed tūc nō oportuit. Idem. Iustus quous cupiat dissolui & esse cum Christo: tamen sumit alimentum non cupiditate viuendi, sed officio consulendi: vt maneat quod necessarium est propter alios. Sic misericeri foeminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis viris, non libidinosum. Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est cōcubitus ad salutem generis, & vtrūq; nō est sine delectatione carnali: quæ tñ modifitata & refrenante temperantia in vsu naturalem redacta libido esse non potest. Quod autem est in sustentando victu illius cibus: hoc est in querenda prole fornicarius vel adulterinus cōcubitus: & quod est in cibo licito imoderatior appetit: hoc est in cōiugibus venialis ille cōcubitus.

Utrum cōiugium dicendum est quod aliqui dissolui potest. Cap. XI.

Quidā cōiugium osno esse negat quod aliqui dissolui admittit. Inueniunt, nam auctoritates quasdam et verba scripturarū diuinarū a sanctis patribus prolata: quibus quasi id ipsum videtur astrui. Dicit enim beatus Augustinus in libro de bono cōiugali. Vsq; adeo fœdus nuptiale cuiusdam sacramenti res est: vt nec separatione irritum: quia viuente viro a quo relicta

est mœchatur, si alteri nupserit. Et idem. Quia interueniente diuortio non aboletur nuptialis confœderatio ita vt coniuges sint etiã separati. Propter hmoi assertiones videtur illis nō esse dicendū cōiugium etiam quādo est quod aliquādo ita diffidū & separationē admittit: vt diuisi adinuicem coniuges nō appellentur. Sed mihi interim nō apparet qua ratione possint probare, q̄ hoc ad virtutē sacramenti cōiugalis prinet: vt indiuidua ab vtriusq̄ societas, q̄diu vterq̄ viuūt conseruet: propterea coniugū nō fuisse q̄ aliquādo dissolui potuit. Si em̄ idcirco hoc cōiugium non esse dicunt: quia hoc ea que ad cōiugū pertinet in toto nō habet: intēdāt q̄ cū dictum est indiuiduā societate ad coniugū pertinere: vere dictū est: q̄ hāc coniugium habere debet: quādo. s. est vbi esse debet. Hęc em̄ cōiugū est, & hanc coniugū exigit, siue potius confert, quātū in se est. Sicut baptisimū est remissionē peccatorū cōferre: & vere dicitur cum dicitur q̄ baptisimus remissionem omnium peccatorum confert: & sicut sacramenti corporis Christi virtus est societatem & participationem Christi cōferre: & vere dicitur cū dicitur q̄ susceptio corporis Christi confert spiritualē participationem Christi: & tñ qui fctus baptisimū sacramētum accipit, remissionem peccatorū non percipit: & qui indigne manducat corpus Christi, nequaq̄ per id meretur spirituales participationē Christi. Si ergo vere hęc ad illa pertinere dicimus: & tñ illa sine istis aliis quorū inuenimus: nec ideo minus ad illa pertinēt quādo sine istis sunt illa: quādo videlicet sunt vbi esse non debent: & apud quos esse non debent: mirū est si indiuiduā societatem ad cōiugium pertinere dicimus, cum tamen cōiugium sine illa inueniamus: quādo. s. est vbi esse nō debet: Quod si idcirco cōiugū sacramētum nō esse dicunt: quia hoc non habet quod habere debet, quādo est vbi esse non debet: dicant similiter baptisimū sacramētū verum nō esse apud fctum, & fctum vere baptizatum non esse, quia ibi remissionem peccatorū non operatur: & verū corpus Christi non esse quod indigne percipitur, quia illic spiritualis participatio Christi non cōfertur. Intelligent ergo q̄ quo-

tiēs huiusmodi spirituales effectus sacramentis diuinis attribuuntur, virtus ipsorū sacramentorū exprimitur: in quo quidem nō ostenditur quid scdm vitium sacramentis dei abutentiū futurum sit: sed potius quid ex ipsis scdm efficaciam gratiē spiritualis quæ in ipsis est, si in prauitate abutentium non remaneant, fieri possit. Qui ergo hoc cōiugū habere dixit, hoc vtiq̄ dicere voluit, q̄ cōiugū hoc quantū in se est, habere debet, si fuerit vbi esse debet. Si autem forte non fuerit vbi esse debet, non est mirū si eo careat quod habere debet. Neq̄ ideo tamen minus verū est sacramētū dum est quibus modis vtile sit illi in quo est. Ad hunc modum putamus quādā cōiugia vere dici posse, q̄diu scdm iudiciū ecclesiæ rata habentur: quæ tamen postmodū emergentibus causis legitimis recte soluantur: & si postea cōtra ecclesiæ prohibitionē pertinaci præsumptione tenentur: illicitē & illegitimā copulationes iudicantur. Non tamen hoc de omnib⁹ sicut supra memorauī sic sententiā existimamus. Nā facta horrore excusatione, nulla legitimatorū nomen poterūt retinere. Aliud est de illis vbi venialiter peccat: vt videlicet si quis infra septimū aut sextum: aut etiã fortassis quintū gradum lineā propinquitatis ignorans temeraret: quod quidem non tam contra naturalem siue antiquā legalem institutionē, q̄ contra subsequentiē ecclesię præceptionem esset. Legimus q̄ beatus Gregorius Anglis nouiter ad fidem cōuersis, ne forte christianā religionē horrerent dispensatorie concessit, a quinto gradu consanguinitatis coniugia copulare: in quo apparet, q̄ ea que aliquādo dispensationem admittunt, vt licite manifeste fiant: excusationem habent, etiã si præter concessionem ignoranter fiant. Et idcirco fortassis eiusmodi q̄diu omnino latent ignoratiā conuenientius existimantur excusari: quæ tamen manifesta facta quia contra præceptionem sunt, nō debent tolerari. Hęc autem dicta sunt contra illos qui putāt cōiugium omnino dici non posse quod aliā quādo dissolui potest.

De his qui putāt etiã iter illegitimas personas quascūq̄ cōsensum adinuicē habitū cōiugū facere. Cap. XII.

B



lii nō minus præcipiti existimatione in cōtrariā assertionē feruntur: intētū vt dicāt: q̄cūlibet illegitimē psona fuerit cuiuscūq̄ p̄fessionis siue ordinis pari cōsensu adinuicem facto coniuges esse. Non sacerdotes: continentiam professos: non summos sacerdotes: nō monachos, aut sacras virgines ab hac lege excipiendos putant. Sed habent isti similiter verba quādā scripturarū quibus munire credunt & cōfirmare existimationem suā. Et sunt vere quādā dicta eiusmodi in quibus cōuenienter hoc intelligi possit, si cōuenienter hoc fieri possit. Sed nō sic iudicare debēt quib⁹ doctrina verbi dei cōmissa est, vt propter vnū aliquid confirmandū a sensu vniuersorū recedāt. Neq̄ partem torti, sed totū pars sequi debet. Sed si forte inueniat pars a toto discordas, aut coaptada est si fieri potest, aut si fieri nō potest abicienda. Melius em̄ a parte receditur, q̄ a toto. Oprimū autē est si & pars retinetur & totū. Hęc ergo sunt que adducunt in approbationem assertionis suæ. Beatus Augustinus, in libro de professione sanctæ viduitatis sic ait. In cōiugali vinculo si pudicitia conseruatur, damnatio non timēt. Sed in viduali & in virginali cōrinentia excellentia muneris amplioris experitur. Qua expetita & electa & voti debito oblata: iam nō solū capessere nuptias: sed etiã si nō nubatur nubere velle dānabile est. Nā vt hoc demonstraret Apostolus nō ait. Cum in deliciis hæc egerint in Christo nubūt: sed nubere volunt. Habētes inquit damnationem quā primā fidē irritam fecerūt: etsi nō nubendo, tñ volendo. Non quia ipse nuptiæ vel taliū dammandę iudicent: sed damnatur propositi fraus: damnatur fracta voti fides: damnatur non susceptio a bono inferioris: sed ruina bono ex superiore. Postremo damnantur tales: nō quia cōiugalem fidē posterius inierunt: sed quia continentię primam fidem irritā fecerunt. Et post pauca. Proinde qui dicit talium nuptias nō esse nuptias, sed potius adulteria: non mihi vidētur satis acute ac diligētē cōsiderare quid dicāt: fallit eos quippe similitudo veritatis. Quia enim cōiugū Chri-

sti dicitur eligere: quæ christiana sanctitate non nubunt: hinc quidam argumentantur dicentes. Si viro suo viuo que alteri nubit adultera est: sicut ipse dominus in euangelio definiuit: viuo ergo Christo cui mors vltra non dominabitur: que cōiugium eius elegerat: si homini nubit adultera est. Qui hoc dicit acute quidē mouentur: sed parum attendūt hanc argumentationē quanta sequatur absurditas. Cum em̄ laudabiliter etiam viuente viro ex eius consensu femina cōrinentiam Christo voueat: scdm istorū rōnem nulla hoc facere debet: ne ipsi Christo quod sentire nefas est, adulterum faciat: cui viuente viro nubit. Et post pauca. Fit autē per hanc minus cōsideratā opinionē: quæ putant lapsarū a sancto proposito feminarū si nupserint nō esse cōiugia: nō paruum malū vt a maritis separantur vxores, quasi adulteræ sint, non vxores. Et cū nolūt eas separatas reddere cōrinentię faciunt maritos earū adulteros veros cum suis vxorib⁹ viuīs alteras duxerūt. Quæ propter nō possum quidē dicere a proposito meliore lapsas si nupserint feminas adulteræ esse, non coniugia. Sed plane non dubitauerim dicere lapsas & ruinas a castitate sanctiore quæ vouet deo adulteris esse peiores. Et sic quidem beatus Augustinus dicit. Et videtur manifesta authoritas & ratio euidentis de qua dubitari non possit. Sed ecce dicamus ita: & ita sentiamus, vt lapsæ a proposito & professione continentię femine si nupserint coniugia esse vera: nec solui posse omnino eiusmodi. Quid ergo? Nonne similiter & eadem ratione de alio sexu sentiendum est: si lapsi a proposito & professione continentię viri vxores duxerint, coniugia esse vera & rata debere esse, in tantū vt solui omnino non possint, quia a culpa defendi non possint? Ecce ergo dicamus quæ ita est: & ita sentire & tenere oportet. Nō habemus rationem aliquā qua infringere possimus, aut infirmare tam euidentē rationem & authoritatem. Tenemur necessitate, vt ita sentiamus & teneam⁹. Videte quid sequit⁹! Si hoc pmulgatū fuerit & audierint hoies, quia ita tenet ecclesia q̄ lapsi a proposito & professione cōrinentię si coniugia inierint separari non possunt:

nec cogere eos potest ecclesia vt ad ppo-
sitiu continentiae seruadū reuertatur: nihil
deinceps stabile aut ratū esse poterit. Nō
ordo vel habitus: non deniq; votū aut p-
fessio vlla tenere poterūt hoīes: quin fre-
na impudicitiae laxent, & ruant in deside-
ria sua: vel cū fastidire coeperint bonū in
quo sunt libertatē querētes, vel cū tenta-
ti fuerit forte de malo: in quo nōdū sunt
ad voluptatē suā explendā festinatēs. Ita
dissipabit oīs ordo, & pulchritudo religio-
nis christiane ad nihilū redigēf, & turpi-
tudo magna succedet. Scdm infirmitatē
nostrī tps loquor. Quis deinceps in habi-
tu vel pffessione religionis cōstitutus sta-
bit: si vgeri coeperit stimulis carnis suae
sicut natura mortalis & corruptioni ob-
noxia pati cōsuerit: & dixerit ei cogita-
tio sua: nō poteris resistere tā violētē pas-
sioni, tātis desideriorū tuorū incendiis &
estibus: quē nō hodie aut cras aut triduo
siue quatuor aut octo dieb; aut etiā vni-
mēsis, aut vnus anni spatio bellū tibi in-
dixerūt: sed q̄diu viuīs super terrā: q̄diu
carnē mortale portas: q̄diu sentire pote-
ris nō te deserēt: nō tibi parcēt, nō tibi pa-
cem dabūt, aut requiēs: semp̄ intētionē op-
primēt, cogitationē tuā auertēt: vt nunq̄
mentē liberā aut voluntatē purā ad deū
erigere possis. Vide ergo q̄ & hoc seculū
F perdis & futurū nō acquiris. Melius tibi
saltem esset vel ista tormenta deuitare, q̄
in toto perire, & nihil sentire boni. Videt
deus q̄ inuitus pateris, nolēs traheris, co-
actus assentis: fortassis respiciet ad violen-
tiā passionis tuę: & misertus, excessui tuo
dabit veniā: precipue cū dicat Apostolus.
Melius est nubere q̄ vri. Et vnusq; vxorē
rem suā habeat ppter fornicationem. Be-
ne em̄ nouit Aplus infirmitatē humanā:
& ideo nō dixit illi habeant: q̄ illis licet:
& illi nō habeāt, q̄ illis nō licet: sed vnus
quisq; habeat: qui cōtinere nō potest me-
lius est vt nubat q̄ vratur. Melius est vt
licite excipiat infirmitatē, q̄ vitio semper
vraē ad passionē. Nā ipse dñs dicit. Qui
potest capere capiat. Ipse scit q̄ capere nō
possum verbū hoc vt cōtinēs permaneā.
Qñ putauī posse libētē pposui: & in ea
dē adhuc volūtate libētē perseuerarē, si
pati possem. Sed nō valeo tolerare aestum
bullientis nature, ardorem concupiscētia:

feruentis sustinere nō possum. Ideo facio
quod possum. Vado & duco vxorē: exci-
pio infirmitatē meā: dolēs quidē q̄ a su-
periori bono descendere cogor: sed tñ non
oīno desperās, q̄ ad cōcessa descēdo. Ma-
gis volo ī inferiori bono saluari, q̄ ī sum-
mo periclitari. Et si forte est culpa aliqua,
descendo quia propositū meū non teneo:
Ego poenitentiā agā, & satisfatione pla-
cabo deum. Nihil durū erit aut difficile:
em̄ hāc passionē euadere possim: & mortē
istā in qua viuens teneor, declinare. Quis
putatis eiusmodi rōnib; se instiget & co-
hortet cū affligi coeperit, & vri stimulis
carnis suę si sciat q̄ licet & q̄ fieri potest:
& salus est illis qui hoc faciūt: & non cogit
ecclesia illos qui sic terro aspiciūt: sed
ira viuere cōcedit: & legitima cenfet esse
cōiugia illoꝝ. Quis nō malit cū in tenta-
tione graui fuerit multis annis poenite-
re, & quālibet satisfationē exoluere: tñ
vt frui possit voto & optione sua: & desi-
deria sua licite adimplere? Quid ergo die-
G cemus? Plane attestari audemus q̄ etsi ne-
gari forte non potest hic ita dictū esse: &
hoc dictū ita intelligendū esse: nulla tamē
rōne his maxime tpbis quibus hoīes ad
vitia proni sunt expedit ita tenere & face-
re. Et ad hūc modū fortassis si quis dice-
re voluerit, hęc de illis tpbis dicta esse
qñ hoīes magis peccare erubescēbant: &
qñ sola erubescētia puaricationis cohibe-
re potuit fluctuātes & in tēratione cōsti-
tutos, ne a pposito & voto sanctitatis la-
berētur: & qñ magis terrebantur in eo q̄
sibi post lapsum ad prioris excellētię pu-
ritatem amplius reditum nō patere scie-
bāt: & ita tñc ecclesiā scdm tēporis illius
statum tenere debuisse, & tenuisse: vt qui
post votū & pffessionē cōtinentiē ad cōiu-
galem copulā descenderēt, ita manerent:
nec soluerētur hmōi contractus: & scdm
iudiciū & permissionem ecclesię tñc rata
fuisse huiusmodi cōiugia. Postea autē cū
inciperent hoīes abuti tali concessione &
permissione ecclesiā propter pericula im-
minentia vsū mutasse, & sententiā in-
torfisse ad aliud: atq; ideo nunc cōiugia
nō esse eiusmodi, propter prohibitionē &
institutionē ecclesię, scdm quā licita vel
illicita: rata & soluēda oīa iudicant. Si qs
hoc dicat, fortassis aliqd dixisse videbit.

H Nos nihil reprehēdimus ex oībus quę
veritatē quietā esse permittūt. Si quis
autē hęc dicta esse intelligat: de iis qui
propositū continentię occulte vouerūt,
& votū suū sine attestatōne hominū
solī deo obrulerūt, eosq; si postea voto
fractō ad cōiugale societātē descende-
re voluerint, idcirco ab ecclesia prohibē-
beri nō posse: quia professionē illoꝝ nō
accepit, neq; obseruationē cōtinentiæ
eis indixit. Si quis igitur tales viduas
aut virgines post votū continentiæ ad
maritalem copulā descendētes damna-
tionē quidē habere: i. rem damnabilem
facere, nō quia nubūt, sed quia votum
frangūt: non propter bonū inferius qd
appetūt, sed propter bonū superius qd
relinquūt, ita quidē propter fidē viola-
tam damnationē habere, se tamē omni-
no cōiuges esse, nec separari debere exi-
stimet, certū est sicut superius diximus
q̄ ea quę ecclesię pbari nō possunt, ab
ecclesia iudicari omnino non possunt.
Hęc igitur quę vera esse constat, si in
sentētia superius memorata cōuenien-
ter dicta accipimus: nihil ampli⁹ restat
q̄stionis cur nō veraciter dicta & vtili-
ter tenenda approbemus. Certū est em̄
q̄ si qui post occultū votū castitatis, &
propositū cōtinentiæ nondū manifesta
professione confirmatū, ad experiētiā
carnis redeunt: nullo modo ab ecclesia
prohiberi possunt, neq; eiusmodi copu-
lam ab ecclesia ipsa si quādo cōrigerit
abiudicat, sed ratam esse, neq; occulta
manifestis p̄iudicare debere cōfirmat.
Qz si quis ad hęc dicere voluerit q̄ il-
lē quę spiritaliter Christo nupserit,
nō possunt deinceps illo viuēte homi-
nes habere maritos, recte supradicta ra-
tione eius assertio reprobat. Ad hūc
modum de iis quę manifeste falsa sunt,
vel occulte vera, vnicuiq; scdm suā mē-
surā sentire licebit. Mihi autē hoc ma-
gis probabile est si inuenire contigerit
qd & veritatē seruat, & auctoritatē nō
improbat, p̄cipue tantī viri de quo be-
ne sentire debemus, etiā tunc quādo id
qd sensit ipse, nos sentire nō possum⁹.
I Dicamus igitur quātū scdm veritatē
dicere possumus, q̄ aut scdm tempus
hoc dictum est, quādo ita fieri oportet:

bat, aut scdm eos tm̄ hoc dictū est, qui
post occultū votum cōtinentię ad expe-
riētiā carnis redeunt & cōiuges sūt,
quos iccirco ecclesia separare non po-
test, quia cum hic manifestū constet fa-
ctū qd illic occultum fuit, probari non
potest. In qb; tñ temerare fidei reatus,
scdm aliqd prior adulterio dicitur, q̄
per illud in hominē, per hunc vero in
Christū peccatur. Aliud est autē de il-
lis qui post votū etiā pffessione publica
sub testimonio ecclesię erga deū se obli-
gauerūt: & forte adhuc qd amplius est
ad sanctimoniā continentię consecrati
sunt. De qb; vere dicimus, q̄ post ra-
le propositū & tale votū manifesta pro-
fessione cōfirmatum, ad cōiugale fo-
dus descendere non possunt, & si forte
hoc aliquādo attērauerint nō cōiuges,
sed fornicarios & spiritalis castimo-
nię violatores, ad p̄stinā propositū sui
integritatē reparandā & cōseruandam
districte reuocādos. Si autē temerario
ausu incepto persistere voluerint, &
illicitā copulā quā cōtra primę profes-
sionis debitū inierūt deserere cōtēpse-
rint, quasi inobediētes, & incestu for-
nicationis nefandę cōraminatos, iustā
seueritatis sentētia ab ecclesiā cōmu-
nitione p̄cidedos, neq; vllatenus ad poe-
nitentiā recipiēdos, nisi se ab huius in-
famis societatis cōseruatione retraxe-
rint. Et hoc est fortassis qd sibi volunt
verba illa cūctis pene p sui ambiguita-
te iam nota. Innocētius em̄ papa, cuius
auctoritas in ecclesia Christi celebris
est, sic dicit. Quę Christo (ingt) spira-
tialiter nubunt, & a sacerdote velant,
si publice nupserint, vel clanculo cor-
ruptæ fuerint: nō eas admittendas ad
agendā poenitentiā, nisi is cui se iunxe-
rant ab hac vita discesserit. Si em̄ hęc
ratio in hominib; seruat, vt quę di-
missō viro suo ad aliū trāfluērit, ad al-
tera habeatur: nec ei agēde poenitētiæ
locus concedatur, nisi alter defunctus
fuerit, quāto magis etiā ea quę se im-
mortali sponso iunxerat? Non est ergo
dubiu quin de illis hic agatur, quę in
proposito cōtinentię sub manifesta etiā
professione ad castimoniā cōseruandā
cōsecratæ sunt. De his ergo dicunt q̄ si
EEe

post tale ppositū ad nuptias carnales trāsierint, ad poenitentiā nō sint admittēdē, nisi is cui se iūxerāt .i. fornicator siue adulter ab hac vita, .i. a tali cōuersatione discesserit. In eo em̄ statu poenitentiā agere nō possunt, in quo q̄dā permāserint saluari nō possunt. Quidā eū cui se iūxerāt, Christū interpretari volūt, cui prius pposito cōtinētē se vouerūt, & quasi sub cōditione dictū sit, ga secūdus ad quē trāsēūt legitīm⁹ nō iudicat, nisi prius ille cui ante se iūxerāt moriat. Si em̄ i hoīb⁹ hęc ratio seruatur: vt q̄dā prior viuūt, secūdus legitīm⁹ esse nō possit: cōstat pfecto, q̄ vbi prior oīno mori nō pōt: secūdus nulla rōne legitīm⁹ esse pōt. Et ad hūc modū hac qualicūq; rōne pbat q̄ hęc q̄ cū p̄fessione cōtinētē sponse Christi cōsecratē sūt, ampli⁹ ad carnales nuptias trāsire nō possunt. Et est ista vtiq; p̄batione nō quidē p oīa ratio cogens, sed ad aliqd̄ similitudo cōueniens qua docent sponse Christi: q̄ si i toro carnali rāta fides exigīt: multo maior deuotio & amor suerior spūali debet. Sūt q̄ hęc ad terrore dicta eē putāt, alii ad publicā poenitentiā referūt, q̄ ppter rigorē ad incutiendū timorē aliqñ negāda videtur, vt dū peccator scdm̄ dispensationē foris repellit, & i statibus timorē cadēdi & i a cētibus humilitas resurgendi augeat. Ego nihil abicio ex iis q̄ veritati contraria nō sunt. Dicatur qd̄ libet dū nō credat nisi qd̄ licet. Sūma hęc est. Q̄ si quis post votū cōtinētē factū ad carnales nuptias trāsierit: si qdē occultū fuerit votū ei⁹: nō pōt illū phibere ecclesia qñ nubat. Et si postea facti poeniteat ecclesia neq; de occultis poenitētē a cōsilio salutis repellere, neq; ppter occultā, ea que manifesta sunt dissoluere pōt. Si autē ii q̄ ppositū suū publicā p̄fessione & voto firmauerūt, deinde voluerūt ad carnalis fœderis iura trāsire nullatenus eos ecclesia permittit: & si forte p̄sumperint ea cōtra ppositū ac professionis suę puritatē inire, quasi illegitima & a sanctitate cōiugii aliena debita districtiōe dissoluit. Sic ecclesia tenet. Sic nos tenere debemus, & q̄ ecclesia instituta sequitur, & salubre esse

credim⁹ quicqd̄ spū dei dictate ab illa fuerit institutū & dignū reuerentiā iudicatū: & etiā si aliis tēporibus aliqñ nō ita fuisse & nūc aliter esse q̄ fuit, demōstrēt: Nō tñ cogitare debem⁹ quasi leuitate aliqua factū sit, vt nunc aliter teneat, & aliter institutū sit q̄ fuit: sed q̄ tūc oportebat & ita salubre fuit, vt sic teneat & sic iubeat: nūc autē alia esse tēpora & aliud eē cōgruū siue necessariū salutī humane.

De coniugio infidelis. Cap. XIII.



Vidam putāt pagano-
rū siue quorūlibet infidelis societate cōiugii nō esse: quīs scdm̄ modū institutionis diuine legitime facta fuerit. Dicit em̄ q̄ legitīmū dici nō debet qd̄ sine fide factū est. Sed mihi interim nō occurrit ratio aliqua quomodo probare possint infidelium societate secūdū diuinā institutionē factā, coniugii nō esse, nisi forte similitur dicere velint baptisimi sacramētū nō esse: qd̄ hereticus dat vel accipit, q̄ fidelis nō est neq; ille qui dat neq; ille q̄ accipit. Et hac rōne cōrēdāt sacramēta dei nō posse ad infidelis participationē venire: si sacramētū cōiugii habere infideles nō possunt: aut solū cōiugii sacramētū ceteris oībus excellētius esse dicēdum: si solū extra fidē participari nō pōt. Baptisimi sacramētū infidelis habere potest, cōiugii sacramētū infidelis habere nō pōt: Ergo baptisimi sacramētū in quo specialiter signaculū fidei est, infidelis habere pōt: & cōiugii sacramētū qd̄ nō tā fidei signū est q̄ nature, nō tā virtutis indicū q̄ p̄pagationis instrumētū, eque fidelis & infidelis habere nō pōt. Sed baptisimi (inquit) sacramētū qñ infidelis accipit: ideo accipit q̄ etiā i alio infidelis fuit ipm̄ tñ sacramētum scdm̄ rectā fidei formā accipit. Alioqñ nisi illd̄ scdm̄ rectā fidei formā accipisset: nō vtiq; accepisset siue fidelis siue infidelis fuisset. Itaq; q̄ in hoc accipit do fidei cōtrarius nō fuit, accipit illud potuit: quīs scdm̄ aliud fidelis nō fuit. Et ego dico q̄ qñ infidelis vxorē ppter propagationē filioꝝ ducit: fidem toro

coniugali seruat, sociā diligit & custodit, & illa viuēte ad alienā societate nō trāsīt: quīs i alio infidelis sit: q̄. nō credit: i hoc tñ neq; cōtra fidē neq; cōtra diuinā institutionē facit. Sed auctoritas (inquit) dicit. Hmōi cōiugia vera nō eē. Ideo dicit q̄ oīa q̄ p̄ter fidē sūt, & si vera sunt ad speciē, nō sunt vera ad salutē: & si vera sunt ad formā sacramētū, ad effectū tñ virtutis & gratiē spūalis vera nō sunt. Sic & de quibsdā aliis sacramētis dictū est, q̄ vera nō sunt qñ ab infidelib⁹ participant. Nec solū ab infidelib⁹, sed etiā a fidelib⁹ prauis & peruerse agētib⁹ indigne contrectant. De ipso sacramēto corporis Christi dicit auctoritas, q̄ nō est verum corpus Christi qd̄ cōficat schismaticus. Et iterū alia auctoritas dicit: q̄ errat q̄ corpus Christi verba sacerdotis facere putat, & nō vitā. & multa ad hūc modū dicta inueniunt. Et dignū est vt dicta sanctorū quātū possumus p oīa venemur: & credamus verū esse qd̄ nobis ab illis dictū est: in qbus & p quos locut⁹ est spiritus veritatis. Itaq; dicimus veritate sacramētoꝝ dei duplicē esse, aliā scilicet i sanctificatione sacramēti, aliā in effectu spūali. Dicitur em̄ veritas sacramētoꝝ virtus & gratia spūalis q̄ in ipsis & p ipsa sacramēta p̄cipit: quā veritate accipere nō possunt q̄ sacramēta dei indigne percipiūt. Scdm̄ itaq; hunc modū sacra scriptura aliquoties dicit, q̄ sacramēta dei illis vera nō sunt q̄ ea indigne percipiūt, p eo q̄ sola exterius sacramēta cōtrectādo ad veritatē illoꝝ que i grā spūali cōstāt, nō p̄tingūt. Sic itaq; sacramenta dei & in se vera sunt semp̄ quātū ad eā q̄ p verbū dei sit sanctificationē: & indigne tractātib⁹ ac percipiētibus vera nō sunt, quātū scilicet pertinet ad eā que i ipsis percipit gratiē spūalis participationē. Ita ergo verum Christi corpus non est qd̄ cōficat schismaticus, q̄ cū corpus Christi sacramētū sit vnitatis, in ipso vtiq; schismaticus sit vnitatis nō cōficat qui se ab ipsa vnitatis diuidit. Simili modo q̄ putat sola verba sacerdotis ad corporis Christi cōsecrationē sufficere, & nō etiā vitā & conuersationē bonā illius

necessariā esse ad hoc vt illi fiat, & ad utilitatē illius fiat qd̄ per illū sit sacramētū dei. Qui hoc scilicet putant, errant: quia sacramēta dei & carnes agni in peccato permanentes nō sanctificant, quīs per illoꝝ ministeriū ad alioꝝ sanctificationē sacramēta fiāt. Sic ergo dicimus & de coniugii sacramento: quia secūdū aliqd̄ apud illos recte verū siue ratū siue sanctū nō esse dicitur, qui solū sacramētū habētēs vel nō recte credendo vel prauē viuēdo veritatē eius, hoc est, virtutē & effectū spiritualē accipere nō merētur. Dicit beatus Augustinus. Quod sacramētū coniugii oībus gētib⁹ cōmune est: Sanctitas autē sacramēti nō est nisi i ciuitate dei nostri & i morte sancto eius. Itē. Cū euangeliū cepit p̄dicari: primū gentiles gētibus cōiunctos inuenit cōiuges. Itē. Si domin⁹ dimittēde coniugis solā causam fornicationis admittit, & paganū coniugii dimitti phibet: cōsequens est vt paganisim⁹ nō subiaceat fornicationi. Quid est ergo (inquit) q̄ beatus Ambrosius dicit: Non est ratū coniugii p̄ter deū: & ideo nō est peccatū dimissio p̄ter deū si alii copuletur: Item beatus Gregorius dicit. Dimissio p̄ter deum nō est peccatū si alii coniugatur. Iniuria enim creatoris soluit ius matrimonii. Sed videte quomodo p̄batur cōiugii nō esse eiusmodi: quia inquit dictū est. Non est ratū coniugii p̄ter deū: & q̄ iterū dictū est: Iniuria creatoris soluit ius matrimonii. Ideo ergo cōiugii eē negauit, quia ratū nō eē dicit. Et quia iniuriā creatoris soluere dixit ius matrimonii. Sed attēdite q̄ in hoc pot⁹ cōiugii esse dixit q̄ cōiugii istud, sed non ratū affirmavit. Et simili modo q̄ dixit. Iniuriā creatoris ius matrimonii soluere, matrimonii illic esse & ius habere asseruit. Qd̄ vtiq; ius firmū staret & nō sine peccato negaret: si nō maior causa supueniēte soluere. Si enim prius nullum ius ibi fuit, quid necesse erat tantopere excusare eos qui se ab illo iure persoluēdo subtraxerūt: Si culpandus videbat etiā ille q̄ dimissus est, nisi p causam maiorē excusaretur: quo modo ille q̄ sine causa dimitteret non

iure accusaretur? Nunc autem quia debitum sacramenti coniugalis verum fuit, sine causa omnino negari non potuit. Debet enim vir uxori & uxor viro, ut alter ab altero non discedat: & si forte discesserit alter, ille qui deserit, coniugium tantum ius & debitum iuramentum custodiat. Sed est causa dei maior aduersus quam nulla stare debet causa. Hec cum ledit contra eam nulli aliquid debet. In omni causa ius suum perdit qui huic cause aduersat. Sub illa & secundum illam quae debemus: contra illam nihil. Dicit tibi uxor tua, Christianus factus es, ego te non sequar: quia idola non colis, quia parentum tuorum ritum & consuetudinem abiiecisti, eo ad alium: vel si ad alium non eo, tecum iam non eo, non te cognosco maritum nisi Christum neges. Hic tibi intende. Iniuria creatoris ius soluit matrimonium. Nihil illi amplius debes. Perdidit ius suum quod creatori suo iniuriam fecit. Non tibi licuerat illam deserrere, si ius suum in te non perdidisset. Potestatem habuit in corpore tuo, & non tibi licuit tollere illi quod suum erat, donec ipsa creatori tollere uoluit quod suum erat. Postquam autem creatori suo iniuriam facere uoluit, iure ius suum amisit. Hoc de patre, hoc de matre, hoc de fratre & sorore, hoc de filiis & cognatis, hoc denique de anima tua facere te oportet. Omnibus enim iis aliquid debes: sed pro deo, non contra deum. Ecce pater tuus aut mater tua aut frater aut soror, aut etiam anima tua ex una parte est & dicit uel aliquid tibi. Ego hoc amo, hoc appeto, ad hoc intendo. Vado ut hoc obtineam, hoc ad gratiam, hoc perficiam. Veni post me, assentire mihi, cooperare uoluntati meae, desiderio meo faue. Stat deus tuus, ex altera parte, & dicit tibi. Ego hoc auersor, detestor malitiam illam, peccatum illud non mihi placet: nolui assensum dare, malum est, non facias illud. Ad me potius intende, mihi acquiesce, post me ueni, sectare quod suadeo, sequere quo procedo: clamat e contrario tibi pater tuus. Filii quomodo me deseris? ego te genui, ego te in hac uita perduxi, ego te alui & nutruui, moribus & disciplina institui. Dicit e contrario deus tuus. Ille quod te genuit, sed quando genuit de me accepit, quod tibi dedit, substantiam de me generans tibi ministravit: sed uita generat

rato dare non potuit, ego quod tibi de meo a me ministrabatur per illum, solus uiuificaui sine illo, ego tibi dedi uitam tuam: dedi & mortem meam. Non est mortuus propter te pater tuus, sicut ego mortuus sum pro te, ut tu uiueres in me. Non me in causa precedere debet, qui in gratia & beneficio anteire non potuit. Non igitur illum audias contra me, non illum sequaris in eo quod mihi displicet. Nihil illi debes nisi propter me, a quo nihil accipere potuisses nisi datum fuisset a me. Hoc dico: hic intende. Si quando tale aliquid contigerit: siue pater, siue mater, siue frater, siue soror, siue uxor, siue filii, adhuc amplius dico, etiam si anima nostra auertere uoluerit nos a deo nostro, non debemus illam audire nec illam attendere, neque sequi desideria illius. Euangelium nobis clamat: Qui non dimiserit patrem aut matrem, fratres aut sorores, uxorem & filios: adhuc autem & animam suam propter me: non est me dignus. Omnis pietas illic impietas est, ubi ad hoc pius sis ut impius efficiaris. Videte ergo quod contra causam dei nulla causa stare potest, imo nec causa etiam est quae illi aduersat, quae summa & sola est. Ad hunc modum dimissio propter deum non est peccatum, si alii aduersum. Iniuria creatoris soluit ius matrimonium. Si infidelis discedit discedat. Non est subditus seruituti frater in eiusmodi, seruituti subditus esset si uel traheret inuitus, uel teneretur non uoluntarius. Nihil illi debet, siue discedat siue maneat: perdidit ius suum quod creatori iniuriam fecit. Si ergo discedit infidelis, discedat: nihil ad nos: non cogitur fidelis quasi aliquo debito obligatus, aut sequi discedere, aut sustinere continentem. Non est subiectus seruituti, liber est ut faciat quod uult, tamen in domino, ducat uxorem si uir ille est: si foemina est nubat. Quam uult societatem eligat: non iam tenet debito prioris societatis, cuius ius solutus est propter iniuriam creatoris. Quam uidelicet iniuria creatoris non solum tunc excusat fidelis, quam ab infideli propter deum dimissus alteri sine culpa coniungitur: sed tunc etiam excusat quam ipse fidelis magis societatem fidelem eligens infidelis cohabitare quam dem uolentem, sed fidem recipere renu-

tem Christiana de uotione detestat. Siue enim discedat siue manere eligat infidelis, nihil debet illi qui fidelis factus est. Ne mo illum cogere poterit quod faciat quod uelit. Iniuria creatoris soluit ius matrimonium. Non poterit iam infidelis ab illo quocumque exire, quia in illo debitum suum perdidit, postquam creatori id quod debet reddere contemnit: habet iam fidelis causam qua iuste negare poterit, etiam id quod prius debuit, & quod adhuc quod debuisset, si causam interueniret & debitum ipsum soluere non habuisset. Ergo liber est fidelis si socius fidelis eligere uult, nemo illum prohibere potest: tamen si patitur fidelis cohabitare uolentem opus perfectionis facit, ad lucrandum proximum suum: sic dicit Apostolus. Sanctificatus est uir infidelis pro muliere fidelis: & iterum mulier infidelis pro uirum fidelem. Si ergo fidelis infidelis cohabitare consentientem ad hoc patitur, ut de infideli faciat fidelem, siue faciat siue non faciat, quantum in se est lucratur animam fratris sui, & implet opus pietatis. Si autem pati non uult detestans infidelitatem eius, non est seruituti subiectus in eiusmodi frater. Nemo illum poterit cogere si uult quod infidelis deserat, neque prohibere etiam si uoluerit quod se infideli coniugat. In infideli peccatum est quod fide respicit, cuius culpa soluit ius matrimonium, ut iam exigere iure non possit, quod si exigeret sine iniuria negari non posset. Culpa prope infidelis fidelis a debito soluit, sicut e contrario iustitia fidelis infidelis debito astringit. Itaque non peccat fidelis si alteri se coniungit, quoniam a iure matrimonii aduersus infidelis solutus est: sed infidelis etiam derelictus sine culpa alienam societatem non appetit, quae adhuc ius matrimonii & debitum coniugalis foederis erga fidem astringit. Ergo non poterit adulterium uocari si fidelis alteri coniungitur. Infidelis autem etiam derelictus crimen adulterium incurrit si alteri copulatur. Propterea si fidelis etiam ab eo quod licet pro periculo proximi uitando se temperat: perfectius opus facit. Ad quod tamen nullatenus cogi poterit: quia non debiti opus est, sed caritatis effectus: sicut dicit Beatus Augustinus in libro de adulterinis coniugiis. Discessionem fidelis ab infideli dominus non prohibet: quia

non est iniusta coram eo. Sed Apostolus consilio caritatis non solum ne dimissi scandalizentur, sed etiam quod cum in aliena coniugia ceciderint adulterum nexibus colligati, difficillime ab infidelitate resoluant. Itaque adulterium committit infidelis si alteri se sociat, quia a debito prioris pacti solutus non est. Sed dicitur. Ecce infidelis uel quicumque Paganus siue Iudeus Christianus efficiatur, uxor quam prius habuit (quia etiam ad fidem sequi non uult) fidei libertate derelinquit: aliam siue delem ducit, prior se speratam uideat alteri nubit, adulterino nexu se alligat. Contingit postea ut copulata, infidelitate sua horreare incipiat, ad fidem ueniat, Christiana efficiat: quod de hac muliere faciendum est. Continere non potest. Exposita ab ecclesia ut aut uirum suum recipiat, aut alteri nubere concedat. Quid illi dicit ecclesia? Si uirum suum illi reddidit, soluit matrimonium, quod Christiana sanctitate firmatum est, & adulterium eius facit, cum uiuere uxor sua (quam fidelis fidelis legitime duxit) alteri copulatur, quod omnino fieri non licet. Ergo non reddit illi maritum suum ecclesia. Quid igitur illi dicit? Si dixerit illi ut alteri nubat, adulterium eius facere uideat, quam nondum solutam a lege uiuentis uiri cum altero coniugium copulare cecidit. Non igitur alium super esse uideat, nisi ut hanc mulierem ecclesia ad continentiam seruandam cogat, quae peccato suo obligata uideat, ut nec suum habere, possit, nec alterum. Sed si hoc ecclesia fecerit contingere poterit, ut scandalizet mulier illa, & fidei Christianam abhorrens ad infidelitatem reuertatur: aliquid quoque mulieres siue uiri in infidelitate constituti, quarum mariti & uxoribus iam ad fidem transferunt, & ipsis derelictis cum aliis fidelibus coniugia inierunt, hoc cognito ad fidem Christianam uenire praesentat, & subsequatur praeter multos dum fide fugiunt, quia continentem esse uel noluit uel non possunt. Postremo si mulier ista post peccatum gratiam baptismi de prioris peccato ad iudicem, uideat imperfecta fuisse gratia: & non totum quod praecedebat in culpa lauacro regenerationis ablutum: nec uerum iam esse, quod uetera transferunt, & noua facta sunt omnia. Propter haec liberata uideat mulier hanc

postquam fide percipit, & sacramentum libertatis & nouitatis induit: ut deinceps prioris copulae debito non teneat. Iustum est enim ut quae iniuria creatoris alligauit, reuerentia nunc & fides eius absoluat.

X **Questio.** Propter hoc non prohibet ecclesia eiusmodi si continentia seruare noluerit cum aliis in testimonio copulari. **P**otest autem quod si contingat eum qui prior ad fidem venit coniugaliter copulam non inisse, donec eum alter qui in infidelitate remanserat subsequatur, quod ecclesia de homini facere debeat. Sed dubium non est tales postquam in fide uenerint facti fuerint, si continentia noluerint in id ipsum redire debere, ac denuo Christiana deuotione conuenire ad prioris matrimonii (quod non sine creatoris institutione intererat) debitum soluendum. Hoc etiam quod prior si eo qui prior ad fidem venit fideli matrimonium alligato ille qui in infidelitate remansit cum illo cui se nexu adulterino iunxerat ad fidem pariter subsequatur, utrum ecclesia tolerare debeat, ut post fidem susceptam simul maneant, quod in infidelitate positi male iusti fuerunt. Sed eadem gratia interueniente & vetera omnia diluente, nihil impedit, quoniam bene in Christo simul permaneat, quod extra fidem Christi male sociati fuerunt. De iis etiam quod prior qui in infidelitate constituti cognatas suas ducunt, aut alias quascumque quod lege Christiana sociari non poterant, si forte simul ambo ad fidem ueniant, utrum ecclesia eiusmodi copulam tolerare possit. Sed alia ratio hic est, quod baptismi gratia culpam delet, non naturam. In baptismo quod gratia est in natura sanctificat, quod criminis est in culpa excusat. Propterea Christiana religio concedere non debet cum ad iudicium eius peruenierint, quod extra ipsam quod potuit inchoari, sed in ipsa non debet tolerari. Haec uero quae supra memorata sunt de utroque sexu simili modo pensanda sunt, siue scilicet uir mulierem suam, siue mulier uirum suum in fide Christiana perueniat.

C De consanguinitate & gradibus consanguinitatis. Cap. XIII.

Rimo gradu, superiori linea, continentur pater & mater. In inferiori, filius & filia. Quibus quoque nullae aliae personae iunguntur.

Secundo gradu continentur in superiori linea auus & auia. In inferiori, nepos & neptis. In transuerso, frater & soror, quae personae duplicantur. Auus enim & auia: una ex patre qui ex matre accipiunt. Quae personae, subsequenter quoque gradibus similitudine per substantiam earum qui in quo gradu subsistunt in ipso ordine duplicantur. Istae personae in secundo gradu ideo duplices appellantur: quia duo sunt auus, & paternus, & maternus. Item duo gratia nepotum sunt, siue filio siue ex filia percipit. Frater & soror ex transuerso ueniunt. id est aut frater patris, aut frater matris, quod aut patrum aut auiculus noiant. Qui & ipsi hoc ordine duplicantur. Tertio gradu ueniunt supra patruus & pater. Infra, pronepos & proneptis. Ex obliquo fratris sororisque filius uel filia: patruus, amita, id est patris frater & soror. Auiculus, matertera: matris frater & soror. Quarto gradu ueniunt supra, abauus & abauia. Infra abnepos & abneptis. Ex obliquo fratris & sororis nepos & neptis. Patruelis: soror. patruelis. id est patrum filius uel filia. Consobrini: consobrina. id est auiculi & matertera, filius uel filia. Amitinam, amitina. id est amite filius uel filia. Item consobrini sunt qui ex duabus sororibus nascuntur. Quibus accrescit patruus magnus, amita magna. id est aui patrum frater & soror. Auiculus magnus matertera magna. id est auique patrum mater frater & soror. Quinto gradu ueniunt supra quod arauus & arauia. Infra atnepos & atneptis. Ex obliquo fratris & sororis pronepos & proneptis: fratres patruelis, sorores patruelis, amitini amitinae: consobrini consobrinae: filius uel filia. Proconsobrini proconsobrina. id est patrum magni amite magnae: auiculi magni matertera magnae filius uel filia. Quibus accrescit propatruus & proamita. Hi sunt patrum materni frater & soror: patruus auiculus pro matertera. Hi sunt patrum paterni frater & soror: pronepos auiculus materni. Haec species nec aliis gradibus qui scripta est: nec aliis uocabulis declarari potest. Sexto gradu ueniunt supra: tritauus tritauia. Infra, trinepos trineptis. Ex obliquo fratris & sororis atnepos atneptis: fratres patruelis: sorores patruelis: amitini, amitinae:

consobrini consobrinae: patrum magni amite magni: auiculi magni matertera magnae: nepos neptis propriis consobrini filius uel filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescit proamiter: proauiculi pro matertera: filius uel filia: patruus, amita. Hi sunt abauus paterni frater & soror: abauiculus ab matertera. Hi sunt abauus uiculus materni. Haec quoque explanari amplius non possunt, quod ipse auctor disseruit.

A Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur: sed ex transuersa linea continentur, fratris sororis: atnepos atneptis: consobrini filii filiaeque. Successionis iure gradus septem constituti sunt, quia ulterius per naturam rerum, nec nomina inueniri, nec uita succedentibus prorogari potest. In iis, uic gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: ultra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari.

C Quare usque ad sextum gradum consanguinitas custoditur.

B Consanguinitas dum se paulatim propinquitatibus ordinibus dirimit usque ad ultimum gradum subtraxerit, & propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii vinculo replet, & quodammodo reuocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex aetatibus mundi generatio, & hominis status finit: ita propinquitas generis tot gradibus terminet hoc modo. Filius & filia: quod est frater & soror, sit ipse triticus. Illis seorsum sequebantur: ex radice illius triticus egrediuntur isti ramusculi. Nepos & neptis: primus. Pronepos & proneptis: secundus. Abnepos & abneptis: tertius. Atnepos & atneptis: quartus. Trinepos & trineptis: quintus. Trinepotis nepos & trineptis neptis, sextus.

C Quomodo sunt computandi consanguinitatis gradus.

C Gregorius, pp. vi. Progeniem suam uicqueque ad septimam obseruare decreuimus generationem: & quidam se agnoscunt affinitate propinquos ad coniugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur.

A Lex a deo scripta seruatur deus omnibus episcopis & clericis, nec non iudicibus per Italiam constitutis salutare & applica benedictione. Ad sedem applica perlata est questio nouiter exorta de gradibus consanguinitatis: quam quodam legum & canonum impertiti existimantes eisdem propinquitatis gradibus contra sacros canones & ecclesiasticum morem nescire nituntur: nouo & iudicio errore asserunt firmantes, quod germani fratres uel sorores inter se sint in secunda generatione, filii eorum uel filiae in quarta: nepotes uel neptes eorum in sexta. Talius modo pergenitae copulantes & eiusmodi, sexto eam gradu terminantes. Dicitur deinceps uiros ac mulieres iter se posse nuptialia iura contrahere, & ad hominum praesentium errorem confirmatum in argumetum assumunt sacras leges quas Iustinianus imperator promulgauit de successione consanguineorum, quibus concessum ostendere molitur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic serie genealogiae terminantes, numeratione secundaque patrum & antiquae ecclesiae computatione usque ad nos producta, uerba quadam calliditate disturbare nituntur. Nos uero deo annuente haec quaestione discutere curauimus in synodo habita in Lateranensi consistorio, conuocatis ad hoc opus episcopis & clericis atque iudicibus diuersarum uicqueque ciuitatum. Denique diu ueteris legibus & sacris canonibus distincte inuenimus ob aliam atque aliam causam alteram legum, alteram canonum fieri computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorum graduum mentio facta est, nisi ut hereditas uel successio ab una ad alteram personam iter consanguineos deferat. Hac igitur de causa quae hereditates nequeat deferri nisi de una ad alteram personam: ideo curauit sacris imperator in singulis personis singulos perferre gradus. Quia uero nuptiae non ualent fieri sine duabus personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituit personam. Utraque tamen computatione si altere ac subtiliter fuerit perspicua idem sensisse & eadem esse in sententia atque ad eundem terminum conuenire manifestum erit. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret in suis legibus non definiuit. Canones uero ultra septem nullam numerare generationem. Sexto quippe gradu deteriorato in ipsis legibus subtrulit imperator.

Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerent. Nāq; ex iis palam est intelligere quæadmodum vltiores gradus numerare de beamus. Generata quippe persona gradum adicit. Ecce in iis breuius verbis apte ostendit tales gradus quales isti computant, non tamen usque ad sextum, verum & vltra numerari debere cum vltra sex vltiores gradus numerandos esse decernat. Vbi enim ait vltiores gradus, apte indicat non sex tamen esse gradus: sed sex finitis ad huc esse alios numerandos. Vt ergo verum dicere leges sint, & veraces sint canones, dicamus hoc quod veritas habet. scilicet quod non terminat consanguinitas in huiusmodi sexto, & terminat secundum canones in primo gradu. Vtraque enim computatio si aut supius diximus, vno sine concludit. Nāq; duo gradus legales vnum gradum canonicum efficiunt. Fratres itaque quod secundum seculares leges dicuntur in secundo, iuxta canones numerantur in primo: filii fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo. Nepotes vero qui ibi computantur in sexto, istuc numerantur in tertio. Sic deinceps quod in legibus scribuntur, in octavo & in decimo: in canonicis definitur in quarto & in quinto. Atque hoc modo de reliquis sententiæ dicitur ut quod secundum canones dicuntur in sexto vel in septimo, secundum leges accipiantur in duodecimo vel quatuordecimo. Nam in septem gradibus si canonicæ & vltimè numerantur omnia per pingratum nota continentur, vltra quos nec consanguinitas inuenitur, nec nota reperitur, nec successio potest amplius progredi, nec memoriter ab aliqua generatione recordari. Ne vero in hac computatione consanguinitatis aliqua dehinc valeat ambiguitas remanere, alia quædam faciunt numerationem in hac etiam disputatiōe duximus finiendam. Sunt enim quidam qui non a fratribus sed a filiis eorum, id est patrueilibus vel consobrinitis genealogiam numerate incipiunt dicentes: filios fratrum in prima computari generatione debere, quia fratres quasi quædam truncus ex quo ceteri ramusculi oriuntur existunt. Sed nec ista graduum computatio si bene intellecta fuerit, ab ea quæ superius exposuimus in sententia poterit esse diuersa.

Libro tertio institutionum Sexto capitulo de gradibus cognationis.

Hoc loco necessarium est exponere quæadmodum gradus cognationis numerent. Quare in primis admonendum est cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transuerso, quæ etiam ex latere dicitur. Superior cognatio est patrueilis, inferior liberorum: Ex transuerso fratrum, sororum, eorumque vel quæ ex iis progenerant, & consequenter patrui, amite, auiculi, matertere. Et superior quædam & inferior cognatio a primo gradu incipit. At ea quæ ex transuerso numerata a secundo. Primo gradu est supra pater, mater: infra filius filia. Secundo supra auus auia, infra nepos neptis. Ex transuerso frater & soror. Tertio supra proauus pauia. Infra pronepos proneptis. Ex transuerso fratris sororisque filius filia. Et consequenter patruus amita, auiculus matertera. Patruus est patris frater, quæ græci *καταωρόρι* & *καταδελφορ* vocant. Auiculus est matris frater, qui apud eos proprie, *μητρικός* appellatur & proprie dicitur. Amita est patris soror, matertera est matris soror, quæ ut supra patet appellatur. Quarto gradu supra abauus abauia, infra abnepos abneptis. Ex transuerso fratris sororisque nepos neptis, & consequenter patruus magnus, amita magna, id est auus frater & soror. Item auiculus magnus, matertera magna, id est auus frater & soror. Consobrinitis consobrinitas, id est quicunque vel ex fratribus aut sororibus progenerantur. Sed quidam recte consobrinos eos proprie dici putant, qui ex duobus sororibus progenerantur, quasi consobrinos. Eos vero quod ex duobus progenerantur fratribus: proprie fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filie nascerentur, sorores patrueles appellatur. At eos quod ex fratre & sorore progenerant amirinos proprie dici. Amirine filii consobrinitum te appellant: si fuerit tua amita. Item amite tue filii consobrinitum te appellant, tu illos amirinos. Quinto gradu supra, atauus atauia. Infra, abnepos abneptis. Ex transuerso fratris sororisque pronepos proneptis, & consequenter propatruus proauita, id est proauus frater & soror, pauiculus pro-

matertera, id est proauus frater & soror. Item fratris patrueilis: sororis patrueilis, consobrini & consobrinitæ, amirini & amirine, filius filia, propior sobrinus, sobrina. Hi sunt patrui magni, amita magna: auunculi magni, matertere magna, filius filia. Sexto gradu sunt supra, tritruus tritrua, infra, trinepos trineptis: ex transuerso fratris sororisque abnepos abneptis. Et consequenter abpatruus abamita, id est abauus frater & filia. Item sobrinus sobrina: qui quæve ex fratribus vel sororibus patrueilis vel consobrinitis vel amitis progenerantur filius & filia. Hactenus ostendisse sufficiat: quæadmodum gradus cognationis numerentur. Nāq; ex iis palam est intelligere quemadmodum vltius quoque debemus gradus vltius. Quippe semper generata quæque persona gradum adicit: ut longe facilius sit respondere quanto quisque gradu sit quæ propria cognationis appellatiōe quæque denotare. At generationis quoque gradus eo modo numerantur. Sed quia magis veritas occulta fide quam per aures animus hominum inspicitur: ideo necessarium duximus, post narrationem graduum etiam eos presentibus libris inscribi: quatinus possint & ex auribus, & ex inspectione adulescentum perfectissimam doctrinam grauium adipisci.

Ex epistola Ioannis constantinopolitani episcopi.

HGregorius papa requisitus ab Augustino anglorum gentis episcopo quota generatione fideles debeant copulari: dispensatorie sic rescribit. Quædam lex romana in republica permittit ut siue frater & sororis siue duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia misceantur: sicut experimentero didicimus in tali coniugio sobole non posse succrescere. Vnde necesse est ut iam quarta vel quinta generatione fideles licenter sibi iungant. Item Ioannes dicit. Verum post multum temporis a Felice Messane Sicilię presule requisitus: vtrum Augustino scripserit. Vt angolorum quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur: humillimus pater Gregorius inter cetera talem dedit rationem. Quod scripsi Augustino gentis an-

glorum episcopo alio videlicet ut recordaris tuo, de consanguinitatis coniunctione ipsi & anglorum genti quæ nup ad fidem venerat: ne a bono quod ceperat metuendo austeriora recederet: specialiter non generaliter certissime scripsisse me cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas testis existit: nec ea intentione hæc illis scripsi mandata: ut postquam firma radice in fidem fuerint solidatis si infra propria consanguinitate inuenti fuerint non separentur: aut infra affinitatis lineam, usque ad septimam generationem iungant. Sed quod adhuc illis neophytis existit eis primū illicita consentire: & eos verbis & exemplis instrueret: & quæ post de talibus egerint ratio nabiliter & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apostolum quod ait, Lac dedi vobis potum non escam: ista illis modo non posteris ut pressum est temporibus tenenda indulsumus, ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat erueretur, sed aliquantulum firmaret: & usque ad perfectionem custodiret. Hæc ergo ego Ioannes idcirco perstringenda curauimus ut in quibus occasione nouę dispensationis illicita matrimonia contra hunc eruditissimum virum causantur: non generaliter quartæ generationis copulam censuisse: immo venialiter simulque temporaliter permisisse cognoscant.

Zacharias papa. capitulo primo.

Aserentibus hominibus de germaniæ partibus didici: quod beate recordationis papa Gregorius dum eos ad religionem christianitatis diuina gratia illustraret: licentiam illis dedisset in quarta se copulare generatione: quod quidem christianis licitum non esse, dum vtrique se cognouerint: sed dum rudes erant inuitam di ad fidem, quæ minime scriptum reperimus, non abigamus.

Item Capitulo quinto.

Vt consobrinita, neptis, nouerca, fratris vxor, vel de propria cognatione, vel quæ cognatus habuit: nullus audeat sibi in coniugio copulare. Si quis huic tali nephario coniugio conuenit, & in eo permanserit: sciat se apostolicę authoritatis anathematis vinculis esse innodatum: & nullus sacerdos tribuat ei

comunionem. Si vero conuersus diuifusq; fuerit a tali copulatione digne poenitentiae submitatur: vt sacerdos loci considerauerit.

¶ Decretum Gregorii iunioris.

L Si quis fratris vxorē duxerit in coniugiu, anathema sit. Si quis nouerca, aut nuru suam duxerit anathema sit. Si quis de propria cognatione vel qua cognatus habuit duxerit in coniugium, anathema sit.

¶ Beda in historia anglorum.

M Interroganti Augustino, vtrum debeant duo germani fratres singulas sorores vxores accipere: quae sunt ab illis longa progenie generata. Respondit Gregorius. Hoc fieri omnibus modis licet. Nequaquam in sacris eloquiis iuenit quod huic copulae contradicere videatur.

¶ Cap. xxxvii. Gregorius respondit Augustino.

N Cest: quia in lege scriptum est. Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim turpitudinem patris filius reuelare potest. Sed quia scriptum est. Erunt duo in carne vna. Qui turpitudinem nouercae quae vna caro cum patre fuit reuelare presumpserit: profecto patris turpitudinem reuelabit. Cum cognita quoque fratri misceri prohibetur: quia per conjunctionem prioris caro fratris fuerit facta: pro qua re etiam Ioannes baptista capite truncatus: & sancto martyrio con summatus est.

¶ De affinitate.

Cap. XV.

O Regorius seruus seruorum dei. Venerio catalitano. Fraternalitatis tuae studiosae sagacitati frater amade quas deo beo refero grates. quoniam quae deus debuit, locum me reddidisti. Vnde placide ad inquisita respondeo. Sedem apostolicam consulere decreuisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro iuncta cognationi eius prineat, si eo defuncto cognatio maneat eadem, vel si sub alio viro cognationis vocabula dissoluant, vel si susceptae soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Est enim verbum domini validum & forte, durable, perse-

uerabile, immutabile, non momentaneum, non transitorium. Ait autem per seipsam veritas, quod deus est verbum dei. Caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Antequam deus in carne inter homines appareret, eo inspirante dixit Adae. Quia obrem relinquet homo patrem suum & matrem suam & adheret uxori suae: & erunt duo in carne vna. Cui non contradixit deus. Denique cum veritas oriret de terra in terram, & visibilis in humanitate apparuit, interrogatus est si licitum esset homini uxorem relinquere. Quod prohibes fieri vetuit: praeterquam si fornicatio sola excluderet copulam maritalem. Vnde protulit statim in medium eandem ipsam sententiam quam ante secula manens cum patre verbum inspirauit in Adam ipse confirmans quod ipse homo protulit. Quia obrem relinquet homo &c. Si vna caro sunt, quomodo poterit alius eorum propinquus pertinere vni si non pertineat alteri? Quod minime fieri posse credendum est. Nam vno defuncto in superstite affinitas non delet, nec alia copula coniugalis affinitatem prioris copulae solueret. Sed neque alterius coniunctionis sobolem placet ad affinitatis ipsius prioris transire consortium, pro eo quod verbum domini validum est & forte & vt iniqua dixit propheta. Quoniam ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Statuit ea in aeternum: & in seculum seculi praecipitum posuit & non praeteribit. Non potest per verbum suum atque praecipitum efficere duos in carne vna & masculum & foeminae qui innumeram multitudinem sexus vtriusque non destitit secum facere vnum sicut per se veritas dicit. Non per uisum tuum rogo: sed pro iis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt vnum sint sicut tu pater in me, & ego in te: & ipsi in nobis vnum sint. Si quis temerario ausu & sacrilego in defuncto querit propinquitatem, vel sub altero affinitatis vocabula dissipare, vel susceptam sobolem alterius copulae credens legitime sociari propinquitatis prioris: hic negat verbum dei validum esse vel forte. Er qui tam facile vel tam velociter querit dissoluere: hic non credit verbum domini manere in aeternum. Conspice terram ex quatuor locis distam-

tibus magna interapedine & confecta & conglutinata, sicut cuiuscumque figuram vel immensitatis corpus volueris.

¶ Ex consilio Matisconensi.

P Sane consanguinitas quae in proprio viro obseruanda est, haec nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est: quia constat eos duos fuisse in carne vna: communis illis vtriusque parentela esse credenda est: sicut scriptum est. Erunt duo in carne vna.

¶ Ex consilio Cabillonensi.

Q Contradicimus quoque vt in quarta vel quinta vel sexta generatione nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum fuerit inuentum separetur.

¶ De spirituali germanitate. Ca. XVI. De qua Nicolaus Salomoni Constantiensi episcopo.

R Ciscitatur a nobis sanctitas vestra: si aliquis homo commatres spirituales habere valeat vna post alteram, in quo fraternitas tua meminisse debet scriptum esse. Erunt duo in carne vna. Itaque cum constet quia vir & vxor vna caro per conubium efficiuntur: restat nimirum virum commatrem constitui illi mulieri cuius matrimonio assumpta vxor commater esse videbatur: & liquet idcirco virum illi foeminae non posse iungi in copula: quia commater erat eius cum qua idem vna fuerat caro effectus.

¶ Idem Carolo archiepiscopo.

S I quis cum commatre spirituali fornicatus fuerit: anathematis (vt scitis) percutitur ictibus. Similiter autem & illum percutere promulgamus: quod cum ea quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit vincta, fornicationis perpetravit scelus: legitimam tamen si habuerit non dimittere cogatur uxorem.

¶ Ex consilio Cabilonensi.

T Dicitum est nobis quaedam foemina desideriose, quaedam vero fraudulenter vt a viris suis separentur proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Vnde nos dignum duximus: vt si qua mulier filium suum desidia-

aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad confirmandum propter fallaciam suam aut propter fraudem: quidam viuat poenitentiam agat: a viro tamen suo non separetur.

¶ Ex consilio Maguntinensi.

D E eo quod interrogasti, si ille qui filio suam suam duxit uxorem: & de eo qui concubuit cum commatre spirituali, & de eo qui filium suum baptizauit, & cuius vxor eius de fonte suscepit, ea ratione vt distindum coniugium fieret: si postea in tali copulatione permanere possent. De talibus sic respondendum est. Si filiolam aut commatrem suam spiritualem aliquis in coniugio duxerit: separandos eos esse iudicamus, & graui poenitentia peccandos. Si autem coniuges legitimi vnus aut ambo ex industria fecerint vt filium suum de fonte suscipiant, vt distindum fiat, tale consilium damus, si in nuptiis manere voluerint bonum est: sin autem, grauis poenitentia infideliatori iniungatur: & simul maneat, & si superuixerit praeparator coniugii, acerrima poenitentia mulceatur, & si ne spe coniugii maneat.

¶ Ex consilio Tyburinensi.

Q Uod spirituales commatrem habet cuius filium vel filiam de lauacro sacri fontis accepit, & eius vxor commater non est: liceat ei defuncto commatre suo eius viduam ducere in uxorem, si nullam habet consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Nunquid non possunt coniungi quos nulla proximitas carnalis vel in id generatio secernit spiritualis? Item similis ratioe qui spirituales habet commatrem, gener eius fieri non prohibetur: de illa distaxat filia quam ipse de sacro fonte non suscepit. Spiritualium quoque parentum, id est commatrum filii vel filiae ante siue post commaternitatem geniti, legitime coniungi possunt. Praeter illas personas quibus commatres existunt, quia spirituales filiam patris sui nemo uxorem ducere potest, quibus filiam eius qui commater est patris sui si filiola patris sui non fuit, uxorem accipere non prohibetur.

¶ Quid distet inter cognationem siue consanguinitatem & affinitatem, & spirituales germanitates. Cap. XVII.

Yria quaedam sunt. i. cōsan-
guinitas, affinitas, & spī-
ritualis germanitas: in
quibus christianorū cō-
iugio lex indicta est. Cō-
sanguinitas est iter eos
qui iungunt secundū lineā generis. Af-
finitas est inter eos qui genere qdē iū-
cū non sunt, & tamē mediante genere
sunt sociati. Verbi gratia. Fili⁹ fratris
mei consanguineus meus est: vxor eius
quae de meo genere nō est p̄ ipsum qui
est de genere meo affinis mihi facta est,
& ego illi. Qui ergo de aliena cogna-
tione vxorē ducit, cognatos suos illi af-
fines facit, & est inter mulierē & cogna-
tos viri, siue iter virū & cognatos mu-
lieris: non quidē consanguinitas, sed af-
finitas: in qua similiter vt in consanguī-
nitate contractus matrimonii prohibe-
tur. In cōsanguinitate vsq; ad septimū
gradū coniugia verita sunt. Quaedam
tamē scripturę in sexto gradu, quēdam
vero in septimo prohibitionē terminare
videtur. Ambigua est em̄ locutio cum
dicitur: q; vsq; ad septimū gradū cōiu-
gia copulari non pmittunt. Potest em̄
& sic intelligi: q; vsq; ad septimū quidē
gradū prohibent, sed in septimo conce-
duntur: vel q; septimus gradus vltim⁹
est, in quo prohibent: & post quē pmittunt.
Quidā primo gradu posuerūt fili-
os. Secūdo, nepotes. Tertio, pronepo-
tes. Quarto, atnepotes. Quinto, abnepo-
tes. Sexto, trinepotes. Septimo, trinepo-
tes. In hunc modū septem gra-
dus in phibitione continētur. Qui autē
patrē & matrē radicē generationis esse
dicūt: filiū autē & filiā quasi truncū ge-
nerationis cōstruunt: isti in nepotib⁹
primū gradū computandū censent: se-
cūdū quā acceptionē ille gradus qui in
superiori dispositione septimus fuit: in
hac sextus esse ostendit. Gradus cōsan-
guinitatis quārtū tendat sursum &
deorsum, copulā coniugālē non admittit,
sicut de filio ad matrē & omēs qui
supra sunt, hoc est auā proauā &c. &
de matre ad filiū: & oēs qui infra sunt.
Hoc est nepotē pronepote &c. Simili-
ter de patre ad filiam, vel de filia ad pa-
trē supra & infra considerat. Quapro-

pter inter eos qui a latere descendunt:
gradus consanguinitatis in matrimo-
nio computant. Quidā affinitatē quin-
to gradu terminare voluerūt. Alii vsq;
ad septimū sicut & consanguinitatem
obseruandā esse iudicauerūt. Spiritua-
lis autē germanitas siue propinquitas
hoc modo custoditur. Nemo cōmatrē
aut filiā spirituale vxorem ducere po-
test. Simili modo mulier compatri suo
aut filio spirituali vxor esse nō potest.
Filius quoq; cōmatrē patris vel filiam
spirituale vxorē habere phibetur. Et si
militer filia cōpatri matris suę aut fi-
lio spirituali vxor esse nō potest. In cō-
cilio Tyburienti concedit vt homo de
functo cōpatre suo vxorē illius ducat,
si ei cōmater non est. Qd si verū est, si
militer mulier defuncta cōmatre sua:
viro illius nubere potest, si ei cōpater
non est. Qd tamen in aliquibus prohibi-
bitum reperitur.

¶ Verum dolus qui suppositio dicitur
coniugium dissoluat. Ca. XVIII.

Vdiuimus aliquando
quibusdam vxores in-
cognitas facie despon-
santibus: alias quasdā
viles psonas dolo sup-
positas, vbi quidem si
assensum suū postea ii qui dolum passi
sunt, factū, qd ex intētionē non fecerūt,
p̄bere noluerint: nequaquā coniugium ra-
tum esse debere censemus. Ex intētio-
ne enim non factum cōstat, nec possunt
constringi ad exequēdum id qd nec in-
tenderunt cum facerent, nec voluerūt
cum scirent.

¶ Vtrū cōditio seruilis si nesciat: postea
coniugium dissoluat. Cap. XIX.

Verū etiam vtrū si qua
mulier seruo nupserit li-
berum eū existimās: aut
liber ancillam duxerit li-
beram putās: postea vbi
traus detecta fuerit con-
iugium dissolui debeat. Et sunt q; hūc
dolum aliter q; superiorē iudicādum pu-
tāt. Nā ga hic nō in persona, sed i qua-
litate psonae solū errat: idcirco sancti-
tatē matrimonii p̄iudicare debere cen-
sent. Sed fortassis hoc magis veritati &

pacī in qua nos vocauit deus conueni-
at: vt vbi alterius ignorātia culpabilis
non esse ostēditur, alterius dolus ad læ-
sionem innocētis in eo qd fraude vsur-
pauit, stare nō permittatur.

¶ Explicīt vndecima pars.

INCIPIT

duodecima pars de votis.

¶ De votis an sint diuersa. Cap. I.

De votis, votū
non soluo: Tu
postulasti, &
ego quidē qd
spopondi sol-
uere cogor.
Modicū inter
frequentes oc-
cupationes su-
rat⁹ oculū sum-
matim p̄strin-

xi: sed nō plene profectus sum qd quē
fisti. Quarīs de votis vtrū pari debito
& eadē necessitate astringant promisso-
res suos: Si interrogatū tuē tū & nō
etiā edificatiōni, responsum dare vellē:
breuiter respondere potuissem: q; non
vnū i votis oib⁹ debitū cōstat. Verū ga
te nō q̄stionē mouisse: sed edificatiōnē
magis q̄sisse nō dubitō quantū interim
p̄tpe possibilitas se suggessit & ratio:
deuotioni tuę satisfacere conat⁹ sum.
¶ De quinq; modis quibus mens agen-
da tractat. Cap. II.

Vinq; modi sunt qb⁹ hu-
mana mēsagēda tractare
cōsuevit, cogitatiōe, vo-
lūtate, deliberatiōe, p̄-
missionē, & voto. Aliud
est cogitare aliqd: atq; aliud velle qd co-
gitaueris. Nā & cogitare potes qd non
vis. Velle autē nō potes nisi cum placet
id qd cogitaueris. Verum aliquoriens
contingit vt id qd secūdū delectatiōnē
placet, secūdū ratiōnē nō placeat: & vt
nōdū ipsa ratiōne acquiescat ad illud vt
faciat ipm qd delectat. Et est qdē in ipsa
delectatiōe q̄i quēdā volūtas facti, sed
in ipsa rōne necdū tū est p̄positū faciē-
di. Si autē secutū fuerit post volūtātē p̄-
positū: vt mēs i id qd delectat assensum
cōfirmer: iā tenet, siue ad culpā si malū

est: siue ad meritū si bonū est. Hoc autē
totū qd cogitatiōis est, & volūtatis est,
& p̄positi est, totū in ipsa est: & ad ipsā
siue bonū sit siue malū: & nō tenet nisi i
se, & quātū i se extrātū tenet. Cū autē p̄-
missio secuta fuerit post p̄positū: iā obli-
gari incipit aduersus aliū sp̄sor, & de-
bitor fit p̄missiōis suę p̄ veritate seruā-
da ad pximū. Si qdē bonū est qd p̄misit
debitor est ga bonū est, & ga p̄misit. Si
autē malū est qd p̄misit, debitor nō est i
eo qd malū est, qd p̄misit. Reus tū ē ga
pmittere p̄sumpsit, qd sine culpa implere
nō potuit. Nouissime seqt votū in quo
āpl⁹ aliqd a p̄missione cōtineri videt.
¶ Quid sit votū & qd vouere. Cap. III.

Votū em̄ est testificatio
qdā promissionis sp̄-
tanea: quę ad solū deū
& ad ea q; dei sunt ma-
gis proprie referē. Vo-
uere siqdē est testifica-
tione p̄missionis sp̄taneę deo se obli-
gare ac debitore statuerē. Nā q; p̄mit-
tit simpliciter sp̄det se facturū aliqd:
q; vero vouet: cōtestat p̄missioni suę &
affirmat ipsam p̄missionē. Vbi inquan-
tū est p̄missio, tenet: i quātū est cōtesta-
tione, obligat. Votoq; aut aliud occultū est
ad deū & corā deo: aliud manifestū ad
deū corā hoīe. Occultū votū fractū, pec-
catū ē. Manifestū autē votū fractū, p̄cātū
& scādālū. In illo de⁹ offendit: in isto ve-
ro etiā i pximū peccat. Qd si q̄ris q; vo-
ta oīno tenēda sint, & q; itē sine culpa p̄-
mitti siue etiam cōmutari possint:
hāc primā discretiōnem accipio.

¶ Quę vota tenēda nō sint. Cap. IIII.

Scriptura dicit. Vota
stultorū frāgēda sūt. Vo-
ta q̄p̄ stultorū intelligi
m⁹ ea q; vel de malo fa-
ciunt, vel de bono male.
Verbi grā. Si qs voue-
ret quēpiā iterficere, siue qdlibet aliud
i quo culpa cōstaret se facturū, votū de
malo eēt, & malū eēt, & idcirco faciēdū
nō eēt. In quo priā culpa fuit vouere: se-
cūda foret si impleret p̄ficere. Si r̄ & votū
de bono factū si bene nō fiat inter vota
stultorū quę frangenda sunt, deputat.
Bene autē nō fit etiā si de bono sit illud

uotum, in quo uouet vel qđ non licet, vel qđ non expedit. Non licet: vt si mulier non consentiente vel potius cōtra dicente viro suo continentia uoueat. Non expedit: vt si quispiā in ieiunio, vel alio quolibet opere supra vires suas ac possibilitatē suā aliquid se facturū esse proponat. Hęc igitur oīa inter vota stultorū deputant, quę vel peruersa sunt, vel illicita, vel indiscreta. Vbi autē bonū uouet & bene uouet quādā eiusmodi sunt vt cōmutationē ex dispensatione suscipiant, quēdā vero talia vt recōpensationē oīno nō admittāt. **Q**đ uotum nullā cōmutationem admittat.

Cap. v.

G Is scire quę sunt illa qđ cōmutationē yllā non patiūtur! Fortassis mihi non credis, qđ auctoritatē queris, si quid ex vniuersis vnū ego pro te uolero. Est tamē quoddā qđ cōmutationē nullā admittit. Nā dispensatio esse non potest: ubi recōpensationē esse nō potest. Dispensatio quippe nomen dispendij est: detrimētū sonat quātū in ipso est. Stultū uero est uoluntarie damnū sustinere: ubi nullū lucrum consequit. Vbi autem in paruo detrimētū uoluntarie tolerat: vt in maiori lucrū proueniat: hęc dispensatio uocatur: & bona est dispensatio ista. Ecce ergo quomodo bene in illo uoluntarie damnū sustineri potest: quo maius nihil acqri potest: Vnū est, si auctoritatē uis qđ cōmutationē nō recipit: nō ego dico s; ueritas dicit: & si ego dico: post ueritatē dico, & secūdū ueritatē dico: qđ nō dabit hō cōmutationē pro anima sua: Sed forte respondebis & dices qđ nō dixit ueritas nō dabit: sed quam dabit homo cōmutationē p aīa sua! Ecce igitur nō affirmat, sed interrogat: tu rōde si potes quā dabit hō cōmutationē pro anima sua! Vides manifeste qđ vnū est qđ cōmutationē nō recipit, neq; dispensationē admittit. Hoc si uoues immo quia uoues (nō em̄ bonus esse potes si hoc nō uoueris) redde qđ uouisti: & ipsum qđ uouisti redde: qđ si aliud reddere uoueris: non accipitur

pro isto: qđcūq; illud fuerit. Vouete in qđ psalmista & reddite domino deo uestro: omnes qui in circuitu eius afferitis munera. Quę munera! Afferite dño filii dei, afferite dño filios arietū. Forte ista sūt munera quę uouete nos iubet & reddere psalmista. Arietes & filii arietū: cū dicit. Vouete &c. Cui munera Audi qđ sequit. Terribili & ei qđ aufert spm̄ principū apud reges terrę. Quid hoc pertinet vt postqđ dixerat: reddite dño deo uestro munera statim subiungeret: qui aufert spiritū principū: nisi quia ipsa munera ipsum spiritū significare uoluit! Sed si spm̄ principū aufert auferre nō poterit spm̄ tuū! Redde ergo uoluntarius ne amittas inuitus. Vouete & reddite dño deo uestro: oēs qđ in circuitu eius afferitis munera. Terribili & ei qui aufert spm̄ principū, terribili apud reges terrę. Vide ergo frater qđ est qđ uouere & reddere nos oportet dño deo nostro. Qđ si post uouere vel post uotū reddere nolum: tñ retinere nō ualemus. Si reddim⁹ accipiet, si nō reddimus, tollet. Si reddimus pro dato remunerabit: si nō reddimus pro non dato cōdemnabit. Si em̄ reddim⁹: qđ nostrū est dam⁹, & reputatur ad iustitiā: si autē nō reddim⁹ qđ alienū est retinemus, & iputat ad culpā. Qui amat inquit aīam suā pdet eā, & qđ perdidit aīam suā ppter me, inueniet eā. Seruat sibi qđ mihi tribuit, & qđ sibi retinet amittit. Vouete ergo & reddite. Si uoues aīam tuā, redde aīam tuā. Noli putare qđ reddere possis p aīa tua pecuniā tuā. Hoc. n. esset plus uouere & minus reddere, & nō esset equa recōpensationē. Si tua das deo, te ipsum sabulo: nō est equa partitio. Nōne si recte offeras & nō recte diuidas, peccasti! Plus enim ualet aīa, & min⁹ pecunia. Nōne anima plus est qđ esca, & corp⁹ plus qđ uestimētū! Si plus est aīa qđ esca, plus utiq; est qđ pecunia: qđ esca plus est qđ pecunia. Propter esca. n. dat pecunia, & si nō eēt esca: pecunia qđ eēt! Nā qđ plus cōfert & pdet: ipm̄ plus eēt necesse est. Si ergo uoues aīam, noli p aīa dare pecuniā: qđ si hoc facis, fraudē facis: plus uouēs & min⁹ reddēs. Cū anima tua dare potes

pecuniā tuā: pro aīa nō potes: nisi forte pro anima tua ita pecuniā tuā dare uoueris: vt anima tua data acceptabilior fiat. Pro illa, cū illa amatur: pro illa sine illa non accipitur. Noli ergo putare qđ p aīa tua, i. p cōmutatione aīa tuę pecuniā tuā dare possis: qđ & ipam pecuniā sic datā nō acciperet: & tu animā tuā seruare non posses sic retentā. Itaq; & pecunia amitteretur: & anima nō seruaretur. Hoc igitur vnum est qđ recōpensationem non accipit.

Quę uota cōmutationem patiūtur. Cap. VI.

Hęc omnia pro loco & tempore & causa cōmutationē admittūt. Vouisti aurum, argentum reddere potes: qđ qđ precio minus est, in pōdere maius esse potest. Vouisti peregrinationē tuā dño, cōmutationem admittit, si forte expediat magis qđ contingere potest: vt permanes in patria tua & in domo tua. Nā si illic pfoluere potes aliud tātū ualēs: siue ad laborem operis siue ad deuotionē virtutis, siue ad utilitatem administrationis, cōmutationē dare potes. Vouisti ieiunij & hic cōmutatio esse potest: si forte hoc nō expediat qđ cōtingere potest. Aliud adhuc dico. Vouisti deo seruire in aliquo loco, vel in habitu, vel in societate aliqua: dico qđ & hoc totū cōmutationē habere potest: qđ potest & locus destrui & hoies mori: & habitus mutari. Nunqđ putas ideo perdis aīam tuam si locus aliquis uastatur aut si hoies moriuntur! Tātūmodo ex te non fiat qđ in illis fit: neq; in te remaneat qđ a te fieri debuit. Non est periculū tuū ubi non est culpa tua. Fac qđ potes & quātū potes: & sufficit tibi. A bona uoluntate non ampli⁹ exigis nisi quantū potest. Si autē aliqđ horū uoueris vel similitū aliqđ, quā uel iuris auferri possūt, vel a uolentibus cōmutari: & implere quidē uales qđ uouisti, non est in tuo arbitrio cōmutatio uoti tui: etiā si maius aliquid uideris, vel melius faciedum qđ facias. Potest quidē dispensatio

fieri circa te: sed nō debet fieri a te. Nā tu quidē quātū in te est hoc debes qđ uouisti, ipm̄ & nō aliud. Nō tibi licet p alio aliud cōmutare: sed dispensatori & magistro tuo: si uouerit & expedit non uerit licet aliud accipere. Si idē a te datur debitum est: si aliud ab illo accipitur: indulgentia est. Nā idcirco dispensator dicitur ille qui a subiectis omnibus secundū utilitatē & fructū recōpensationis diuersa quędā a primis & alia ab iis quę proposita fuerāt salubri ac rationabili cōmutatione impedere potest. Sicut ergo uotū tuū in tua cōstita uoluntate: sic cōmutatio uoti tui in illi⁹ cōstita potestate. Illic per te operari potest bonū qđ delectat: hic autē cōsultere debes illū qđ magis expedit. Est autē adhuc amplius aliqđ qđ dicitis adiciendū uidetur. Ecce uouisti uirginitatem carnis tuę domino deo tuo: dico qđ reddere debes qđ uouisti. Non licet tibi retrospicere: vt deinceps ad experientia carnis descendas. Dico ergo tibi: redde qđ debes. Non licet tibi aliud pro isto reddere: si istud potes reddere. Sed qđ facimus: Ecce uouisti & uotū nō tenuisti: quia uirginitatē amisisti. Nō potes amplius reddere uirginitatē: nō potes dare qđ nō habes. Semel amissa est uirginitas: ampli⁹ reparari aut recuperari nō potest. Quid autē facies! Quid red des dño deo tuo p uirginitatē tuā quā uouisti & post uotū amisisti! Est ne aliqđ aliud qđ pro ista reddi possit: vt debitū reddat & tātū uotū impleat! Si nihil est aliud qđ p ista reddat: salus non est iis qui hęc uouerūt, & amissam iam reddere nō possunt. Nunquid igitur potē misericordia preſcindere audebim⁹ eiusmodi! Dicat hoc qđ audeat. Ego nec psumo nec uolo. Videat qđ hoc dicere uouerit ne forte sibi ipsi periculū struat: Ergo aliud est qđ reddere possis pro uirginitate tua si eam perdidisti. Quid aliud! Redde poenitentiam tuam: redde contritionem tuam: redde humilitatem tuā. Pro uirginitate carnis redde humilitatem cordis: pro carne fracta frāge cor: humilitatem p se debuisti etiā si uirginitatem habueras: & tamē si uirginitatem reddere non potes,

redde pro illa humilitatē, & satisfaciet tam pro se q̄ pro illa. Vide quanta est virtus humilitatis. Socia est virginitas humilitatis, & focia humilitas virginitatis: & non potest si abest humilitas satisfacere deo virginitas: potest autē etiā si abest virginitas satisfacere deo humilitas si habeatur. Est igit̄ aliqd̄ quod reddas pro virginitate tua, si illam reddere nō potes. Est vnde satisfacias deo, etiam si istam nō offeras: nūquid sic dico de anima tua? Perde animā tuā ita vt amplius eā reddere nō possis: & vide si aliqd̄ tibi superest qd̄ pro illa reddere possis. Propterea dixi tibi, Quia hoc vnum est pro quo cōmutatio nulla dari potest. Si hoc solum dari nō potest: hoc nisi reddideris quicqd̄ dederis non satisfacias. Hoc si reddis qcquid nō dederis, non offendis.

Explicita est pars duodecima.

INCIPIT

Decimatercia pars de vitiis.

De vitiis & virtutibus, & operibus malis.

Cap.I.

Septem capitula vitia siue principalia: siue originalia, sacra scriptura cōmemorat: quæ ideo capitula vel principalia vel originalia dicuntur: quia reli-



quorū omnīū caput sunt & principiū & origo. Omnia quippe alia ab istis septē vitiis oriuntur. Hoc autem interest se videri iter peccata & vitia: q̄ vitia sunt corruptiones animæ: ex quibus si ratione non refrēntentur, peccata, iactus iniustitię oriuntur. Quando autem tantū vitio consensus adhibetur, actus iniustitię est qd̄ peccatū dicitur. Itaq̄ vitium est infirmitas spiritualis corruptionis: peccatū autē ex corruptiōe oriens per consensum actus iniquitatis. Itaq̄ vitium absq̄ cōsensu infirmitas est cui inquantū infirmitas est misericordia debetur: præmiū autē & corona in-

quantū ab actu iniquitatis cohibetur. Cum consensu vero vitii culpa fit: vbi inquantum vitium est malū est, inquantū voluntariū est pœna dignū est. Vitium ergo, est in corruptione: peccatum autē in actione. Actus vero peccati solo consensu perficitur: etiā si foris opus non fuerit quia quod iniquitatis est p̄ consensum prauū in sola voluntate completur: etiam tunc cū ab eo qd̄ vult perficiendo foris inuita restringitur. Facit em̄ qd̄ suū est totū & qd̄ ampli⁹ nō facit suū non est: nec ab ipsa est q̄ ampli⁹ non facit sed cōtra ipsam. Ita in solo cōsensu opus iudicatur: cui quidē id qd̄ foris est opus tantū i malitia adscit quātū ipsum qui intus operatur, motū voluntatis ad malitiam accendit. Sic ergo vitia origo peccatorū sunt, ex quib⁹ nascuntur opera iniquitatis. Quę quidē sicut dictum est, absq̄ cōsensu pœnam habēt, quia corruptio sunt: cum cōsensu autē culpam: quia voluntaria sunt. Inquantum enim originalia sunt: pœna in ipsis exercetur. Inquantū voluntaria, pœna ipsis debetur. Sunt autē hæc. Prima, supbia: secunda, inuidia: tertia, irascit: quarta, acidia: quinta, auaritia: sexta gula: septima luxuria. Ex iis tria hominē expoliant: quartū flagellat spoliatum: quintū flagellatū eiecit: sextū eiectū seducit: septimū seductū seruituti subiicit. Superbia auferit homini des: inuidia proximū: ira seipsum: acidia flagellat spoliatū: auaritia flagellatū eiecit: gula eiectum seducit: luxuria seductū seruituti subiicit. Anima rationalis in sanitate sua, vas est solidū & integrum nullam habens corruptionē: quā vitia venientia in eā hoc modo vitiāt & corrumpunt: per superbiam inflatur: p̄ inuidiā arefcit: p̄ iram crepat: p̄ acidiam frangitur: per auaritiam dispergit: per gulam inficit: p̄ luxuriā cōculcatur, & in lutum redigitur. Superbia est amor proprię excellentię. Inuidia odium felicitatis alienę. Ira irrationabilis perturbatio mentis. Acidia est ex confusione mētis nata tristitia, siue tēditū & amaritudo animi imoderata: qua iocūditas spiritualis extinguitur: & quodā despectu rationis. principio mens in semetipsa

subuertitur. Auaritia est immoderat⁹ appetitus habēdi. Gula est immoderat⁹ appetitus edēdi. Luxuria est concupiscētia explēdę voluptatis nimia, vel cōcubitus desiderii supra modū, vel contra rationē efferuēs. Superbię duo sunt genera. Vnū intus, alterū foris. Intus superbia est: foris iactantia. Superbia in elatione cordis: iactantia in ostentatione operis. Supbia in eo qd̄ sibi placet, alienū testimoniū despicit. Iactantia autē vt magis sibi placeat, alienū testimoniū requirit. Propterea iactantia per leuitatem blandā se simulat: supbia vero in timore crudelē demonstrat. Supbia em̄ timeri vult, iactantia amari: & vtraq̄ tñ in eo qd̄ appetit sibi placens peruerse, diuerso licet modo inordinate cōuincitur gloriari. Si quis igitur superbiā & iactantiā sub vno cōputauerit mēbro septem inuenit vitia capitalia: de quib⁹ p̄ctā oīa, actus iniquitatis & iniustitię opera oriūtur. Peccata autē alia venialia, alia criminalia dicuntur. Venialia sunt quę nec facile vitari possunt, vt aliqñ nō fiant, neq̄ multam turpitudinē, vel lētionē magnam habēt si fiant. Criminalia dicuntur quæ vel lētionē magnā inducūt, vel turpitudinē ingerūt: in quib⁹ vel de⁹ vel pximo multū offenditur: vel ipse qui facit maculatur. Talia sunt homicidia, adulteria, periuria, furta, & quę iis similia adiungūtur, vel cōtinētur in istis: sicut rapine, sacrilegia, incest⁹, & cetera talia. Venialia sunt sicut ira leuis & transitoria, risus & hmōi, q̄ sine de liberatione agentii cōtingunt, siue ex negligentia incaute, siue ex infirmitate precipitantur.

De virtutibus & operibus bonis.

Caput.II.

Micut superius diximus aliud esse vitium, atq̄ aliud peccatū quod ex ipso vitio procedit: ita intellegimus aliud esse virtutes, atq̄ aliud opa iustitię, quę ex ipsis oriūtur. Virtus em̄ quasi quodā sanitas est & integritas aīę rōnalis: cuius corruptio vitium vocat̄. Opus vero iustitię est in motu mentis rōnalis, qui scdm̄ deū incēdit, a cordis cōceptiōe surgēs, & foras vsq̄ ad actiōis corporalis cōpletionē procedēs. Virtutes in scripturis

plurimę numerātur: maximę vero quę in euangelio: quasi quędā antidota vel sanitates contra septem vitiorū corruptionē sub eodē numero disponuntur. Prima est humilitas, secūda mansuetudo, tertia mētis compunctio, quarta desiderii iustitię, quinta misericordia, sexta cordis munditia, septima pax mētis interna. Homo igitur in peccatis iacens agrotus est: vitia sunt vulnera: deus medicus: dona spirit⁹ sancti antidota: virtutes sanitates: beatitudines gaudia: per dona em̄ spiritus sancti vitia sanātur. Sanitas vitiorū integritas est virtutū. Sanus operatur: operas remuneratur. Sic post virtutes opera bona sequūtur: & ex virtutib⁹ opera ipsa oriūtur. Sex opera mīę in euangelio, specialiter a dño enumerātur: in quib⁹ perfectiō bonorū operū significatur. Primū est esurienti pascere: secūdū sitienti potare: tertiū hospitem colligere: quartū nudū vestire: quintū infirmū visitare: sextū ad incarcerationatū & clausum venire. In iis em̄ necessitatib⁹ oīs vitę humanę molestia vel comprehenditur, vel figuratur: in quib⁹ quisq̄ ppter deū pximo cōpatitur, misericordiā a deo in sua necessitate meretur.

De timore & amore.

Ca.III.



Sane duo sunt mot⁹ cordis, quibus anima rationalis ad oē qd̄ facit agēdum impellitur. Vn⁹ est timor, alter amor. Hęc duo cū bona sunt omnē bonū efficiunt. Per timorem em̄ mala cauentur: per amorē bona exercentur. Cum autē mala sunt, omnīū malorū initium & causa existūt. Per timorem em̄ malū a bono recedūt: per amorē vero malū mala perpetrantur. Sunt ergo duo hæc quasi portę duę, per quas mors & vita ingrediuntur. Mors quidem quādo aperiuntur ad malum: vita autem quando ad bonum referantur.

Quid sit timor.

Cap.III.



Timor est effectus mentis quo mouet vt superiori cedat. Amore enim accedit: timore recedit. Si in iniustitia persistisset homo ex voluntate subiceretur meliori. Nunc autē ex necessitate fortiori

subicitur. Hęc est pœna illa timoris ex qua seruilis nominatur. Quādo qui volūrate prius meliori subici noluit: nūc necessitate fortiori subicitur. Quā profecto pœnam tunc caritas foras mittit, qū subiectionem voluntariā facit. Quātomagis crescit caritas, tantomagis crescit voluntas: quātomagis crescit voluntas, tantomagis decrescit necessitas. Et iam perfecta caritate amat ad reuerentiā meliorē voluntarius: nō timet ad pœnam fortiorē inuitus. Querunt de Christo hoīe quō timorē dñi habuerit. Sed facile est demonstrare quō voluntarie patri inquitū ipse homo erat sibi superiori subiciebatur: & spontanea reuerentiā cedebat illi cui superiorē cognoscebat dicēs: pater maior me est. Sicut igitur amor cum sit motus mētis naturaliter vnus scđm diuersas qualitates, diuersa nomina sortitur: & dicit aliquando cupiditas: quādo scilicet ad mundum est: quādo vero ad deū est caritas. Sic timor cū sit mot⁹ mētis naturaliter vnus: scđm diuersos tñ modos quib⁹ habet vel operatur, diuersis nobis significatur.

De quatuor timoribus. Cap. V.

Vatur sane timores facta scriptura discernit: seruilis, mundanū, initialē, filialem. Seruilis timor est, pro euitāda pœna abstinere a malo, retēta voluntate mala. Mundanus timor est pro euitāda pœna abstinere a bono, retēta voluntate bona. Initialis timor est pro euitāda pœna cū peruerso opere etiam prauas cogitationes refecare. Filialis timor est bono firmiter adherere: quia illud amittere nolis. Ex iis quatuor timoribus duo mali sunt. i. seruilis & mundanus: duo vero boni. i. initialis & filialis. Seruilis timor pœnam quæ ab hominibus infertur metuit: & idcirco ei sufficit cessare a malo opere: quia ad oculū famulatur, & reatum cōscientię nō metuit, hominibus placere volens. Mundanus vero timor hominibus placere nō querens tamen displicere metuēs: & ipse fingit quod nō est: tam mendax in negāda veritate, q̄ fallax alter in falsitate tegenda. Et vtrq; in veritate offendit: alter quia timide negat quod est: alter quia peruerse simulat quod non est.

Initialis vero timor quia eā quā deus cōminatur pœnā declinare fatagitur: nequaquā sibi sufficere videt: vt ab illicita se operatione cōtineat: quia ei qui cor intuetur nō est satis ad probationem si innocens fuerit actio: nisi etiā ipsa cordis cogitatio ante eius oculos sincera atq; impolluta appareat. Quia ergo illi displicere metuit quod videt totum ad perfectam innocentiam coram eo necesse esse cōsiderat vt emendet totū. Et ideo iste timor initialis dicitur: quia sub hoc per bonā voluntatem & virtus initium capit: & virtū finem. Necdū tamen perfectio est: quia dum aliud agitur, & aliud intenditur, ipsum adhuc propter se bonū nō amatur. Tunc accedit caritas: & intrat per timorem illum: qui dū monstrat quod fugere debeamus: periculū quodāmodo appetere & desiderare facit p̄sidiū. Conuertit igitur cor ad deū: vt quodāmodo de ipso fugiat ad ipsum: hoc est dum cauet habere iratū studeat habere propitium. Hunc sequitur timor filialis qui ex succedente caritate nascit: vt ipsum timere nihil aliud sit q̄ degustatū in caritate bonum iam nolle amittere. Et hic quidem timor aliquid pœnæ adiūctum habet dum in incerto ambulamus: & potest in vtramq; adhuc partem declinare status vitæ mutabilis. Sed cū mutabilitas nulla erit: tūc nulla ex incerto suspitionis pœna inerit. Et tunc timor quodāmodo sine timore erit: vbi & de stabilitate certi erimus: & tamen reuerentiā creatori exhibere non desistemus.

De caritate.

Ca. VI.

Eminā nobis sacra scriptura caritatem cōmendat: dei videlicet & proximi. Caritatē dei vt sic ipsum diligamus vt in ipso gaudeamus. Caritatem proximi vt sic ipsum diligamus: non vt in ipso, sed vt cum ipso gaudeamus in deo. Hoc est vt deum diligamus propter seipsum: proximi autē propter deū. Deus autem idcirco propter seipsum diligēdus est: quia ipse est bonū nostrum. Proximus autem ideo propter deum diligēdus est: quia cum ipso in deo est bonū nostrum. Illum diligimus vt ad ipsum veniam⁹, & in ipso gaudeamus. Istū diligimus vt cū

ipso curtamus, & cum ipso perueniamus. Illum vt gaudiū, istū vt gaudiū sociū: illum vt requiem, istū vt requieie confortem. Quid est deū diligere? Habere velle. Quid est deū diligere propter seipsum? Ideo diligere, vt habeas ipsum. Quid est proximi diligere propter deū? Ideo diligere quia habet deū. Sicut diligimus hominē propter iustitiā. i. quia habet iustitiā: & sicut diligimus hominē propter sapientiam. i. quia habet sapientiam. Sic diligim⁹ hominē propter deū. i. quia habet deū: vel si forte nondū habet, quia habiturus est eū: vel vt habeat eum. Sic itaq; propter deū hominē diligimus: quē vtriq; propter deū non diligeremus, si deū non diligeremus. Quēadmodū cum hominē propter sapientiam diligo: ideo diligo quia ipsam sapientiam diligo: quem profecto nō diligerē si sapientiam propter quā ipsum diligo, nō diligerē. Ita cum proximi propter deū diligo, ideo diligo quia deum diligo: propter quē ipsum proximi diligo, quem vtriq; nō diligerem si deū propter quē ipsum diligo, nō diligerem. Sic igitur si bene diligo, & bonū diligo: Non em bene diligo nisi cum bonū diligo: & cū bonū quod diligo nō ob aliud q̄ propter bonitatem diligo. Si ergo bene diligo, sic diligo. Quomodo? Amicū in deo, & inimicū propter deū. Quid est amicū diligere in deo? Ideo diligere quia deum habet. Nō in diuitiis suis: nō in fortitudine sua: nō in pulchritudine sua: sed in iustitia sua, in sanctitate sua, in bonitate sua. Illa enim etsi a deo sunt, extra deū diligi possunt: & saepe cum diligitur auertit & peruertunt mentem diligentis se, vt deū non diligant. Idcirco pro iis laudādus est deus: quia cum dantur ab ipso dantur, & dona eius sunt: sed in iis nō est amādus proximus quia virtus eius nō sunt: neq; bonū faciunt ista hominē, etiā si abudauerint: neq; si defuerint, malū. Bonitas autē bonum facit: & iustitia iustum, & veritas verū. Et hæc cū adsunt, adest deus: quia deus bonitas est, & iustitia & veritas. Ideo in bonitate & iustitia & veritate diligēdus est homo. Et quando in istis diligitur, in deo diligitur: quia deus bonitas est, & iustitia & veritas. Si ergo bonū diligimus & bene diligimus, boni sumus. Non enim bonos facit nisi dilectio bona & dilectio bo-

ni. Si autē boni sumus nullos amicos habemus nisi bonos: & nullos inimicos nisi malos: quia si boni sumus, nihil præter bonum diligimus: & nihil præter malū odiamus. Si autem amicos bonos habemus, & inimicos malos: amicos quidem in bonitate sua diligere debem⁹: id est ideo quia boni sunt. Inimicos autē quia in bonitate diligere nō possumus, quia boni nō sunt: tamen propterea diligere debemus, vt bonitatem habeat & boni sint. Et in iis omnibus non nisi bonitas diligitur, quādo nihil diligitur nisi propter bonitatem. Similiter modo cū deus diligitur propter se diligitur quia ab alio nō est, neq; aliud ab ipso quod diligitur in ipso. Cum vero proximus diligitur, nō propter se diligitur: sed propter deum. Alter, i. amicus, quia deum habet: alter, i. inimicus vt deū habeat: & in iis omnibus nō nisi deus diligitur: quia aliud nō est q̄ deus, quod & in illo diligitur quia est: & in isto diligitur vt sit. Ergo cū deus diligitur & proximus diligitur, cū deus diligitur: quare dixit scriptura vt & deū diligas & proximi? Si in deo deum diligis, & in proximo deum diligis: nec aliud in proximo q̄ in deo diligis: quare sunt duo præcepta caritatis? Si enim vtroq; deus diligit, in vtroq; vnū impletur: nec opus fuerat præceptum geminari de opere vno. Succerat si dixisset: Dilige dominū deum tuū. In hoc em totum est. Qui em vere deum diligit, vbiq; diligit. Si vere diligitur, diligit vbiq; inuenitur. In seipso, in proximo, intus & foris, & sursum & deorsum, longe & prope. Si mel dulce est, dulcis est & fauus. Si mel diligit, diligit & fauum, receptaculū mellis. Sed cū mel diligitur ideo diligit: quia dulce ipsum est. Cum vero fauus diligitur, ideo diligitur, quia dulcedo in ipso est. Mel propter seipsum diligitur. Fauus autē propter mel diligitur: & si forte videris fauū nō habentē mel: vides receptaculū vbi mel esse debuerat: & doles vacua esse: & nō placet tibi: quia arida sunt: & cupis mel illuc esse qd diligit: & si videris, amplius diligit. Ita dilige dñm deum tuū: quia dulcedo est ipse: & bonitas & veritas. Proximi autē tuū dilige, quia receptaculū est dulcedinis, bonitatis, & veritatis: & si in eo inuenieris qd habere debet dulce:

dinem & bonitatem & veritatē: dilige in ipso illa & dilige ipsum propter illa. Si autem vacuū iueneris bonis suis: dole quia receptaculum inane vides: & opta ut veniat ad eū & intrēt in eū bona sua: ut fiat ipse bonus habens bona sua: sine quibus bonus esse non potest. Dilige ergo deū quia bonitas est. Dilige proximum quia ex bonitate bonus est: vel si bonus nō est, ut sit bonus qui bonus esse potest. Qui enim iam esse nō possunt boni, diligēdi nō sunt nec proximi sunt: sed alieni & remoti & extranei. Nō des inquit alienis honorē tuum: & annos tuos crudelis ne forte impleantur extranei viribus tuis: & labores tui sint in domo aliena. Isti ergo sunt alieni & extranei nimis remoti & longe facti: quibus amplius reditus non patet ad bonum, demones scilicet & homines maligni cum demonibus damnati. Qui idcirco a nobis amplius diligēdi non sunt: quia ab illo bono propter quod diligitur omnis qui bene diligitur, irrecuperabiliter corruerunt. Nusquam nobis scriptura dicit demones diligamus: neque illos homines qui iam cum demonibus damnati sunt. Illi enim proximi non sunt: sed remoti & alieni facti a nobis. Nos autem proximos diligere debemus non alienos: id est homines nō demones: & illos homines qui vel per bonitatem non recesserunt, vel per arbitriū libertatem redire possunt. Nō enim omnino longe sunt: qui etsi abierunt, adhuc redire possunt. Isti sunt proximi quos diligere debemus, vel in deo si non recesserunt, vel propter deū si redire possunt. Quos quando diligimus, vel in eis deum diligimus quia boni sunt, vel in eis deum diligimus & optamus cum quod nō sunt boni esse possint. Propter hoc duo sunt præcepta caritatis: dei videlicet & proximi, ut per caritatem dei ipsum bonum diligas: per caritatem proximi bonum quod diligit proximo non invidias. Poteras aliquid diligere: & proximo non diligere. Poteras aliquid velle habere tamen non velle ut illud haberet proximus tuus: in deo tamen non poteras. Non enim poteras diligere deum nisi diligeres proximum tuum: quia cum invidia & odio deus diligere non potest: tamen quia in aliis rebus

hoc facere poteras: ut aliquid velles & proximo tuo nō velles: distinctū est ut utrumque tibi faciendum esse intelligas: quibus tamen alterum sine altero facere non possis. Quibus simul sint, tamen duo sunt dilectio dei & proximi: neque ideo debuerunt in præceptione confundi: quibus nō possint in actione separari. Duo igitur sunt præcepta caritatis: unum quo deum diligere præcipimur: alterum quo proximum amare iubemur.

¶ Quare non sunt tria præcepta caritatis. Cap. VII.



Sed dicitis. Quare tria dicitur non sunt præcepta caritatis: ut similiter diligit homo seipsum: sicut diligere iubetur deum & proximum? Sed considera, quod superfluum foret ut illud fieri iuberetur: ad quod faciendum sic homo pronus fuerat ex se, ut illud aut non posset aut non vellet dimittere etsi prohiberetur. Non igitur præcipiendum homini erat ut se diligeret: sed timendum vel cauendum magis erat, ne nimis diligeret. Hoc siquidem naturæ insitum erat: ut se odire non posset: sed quam, nemo carnem suam odio habuit: cuius commo dum qui naturæ insitus est appetitur inseparabiliter diligit, & quod aduersum est illi, semper detestatur & fugit. Tamen quia quaestio aliqua esse videtur quare præceptū nō est homini ut diligit deum & proximum suum: considerare nos oportet, si forte in his duobus mandatis in quibus de dilectione dei & proximi agitur: id etiam quod ad diligendum se homini vel præcipiendum vel faciendum est continetur. Duo in homine sunt: anima & corpus, spiritus & caro. Utrumque deus fecit: & utrumque homo a deo accepit. Quod autem a deo est, totum bonū est: & quod bonum est, totum diligendum est. Itaque diligere debet homo totum quod a deo bonum a deo accepit: quia bonitati ingratus esset, si quod ab ipsa est bonum non diligeret. Bene ergo facit cum diligit corpus suum: ita tamen si bene diligit: id est

si in eo diligit in quo diligendum est. Si milititer eam diligit: animā suam benefacit. Et melius facit cum diligit animā suā, quam facit eam diligit carnem suam: & tanto melius, quanto melior est anima quam caro. Itaque in utroque bene facit, cum utrumque bene diligit. Corpus quippe diligendum est ad necessitatem, anima vero diligenda ad bonitatē. Caro diligenda est ut contra corruptionē foueatur: anima diligenda est ut contra iniquitatem custodiatur. Tamen si necessitas alterius inciderit: & alterum pati necesse sit, melius est ut caro sustineat corruptionē, quam anima faciat iniquitatem. Utrumque ergo diligendum est: sed tamen magis illud quod melius est: quibus autem utrumque esset diligendum, non tamen utrumque ut diligeretur præcipiendum erat. Nam quia per naturā affectū carnis suae amor sufficiens homini inerat: nō erat præcepto prouocandus, ut illum haberet: sed admonitio potius temperandus ne nimis haberet. Carnis (inquit Apostolus) curam ne feceritis in desiderijs. Carnē quippe suam homo ante peccatū per affectum naturā dilexit ad necessitatem: post peccatum autē per vitium concupiscentiæ iam tunc diligere consuevit ad superfluitatē: & idcirco in hac parte præcepto nō eget: ubi per se voluntarius est etiam si nō moneatur: sed prohibitionē potius & comminatione ne in præceptis eat si nō teneatur. Sic ergo dilectio carnis in præcepto ponenda non fuit: de qua constabat quia factis haberetur: etiam si non præciperetur. De dilectione vero animæ quæri potest utrum in mandato constituta sit: & si hoc mandatum est homini ut diligit animam suā utrum hoc mandatum aliud ab illis duobus mandatis quæ supra distincta sunt in dilectione dei & proximi intelligendum sit, aut idem cum illis. Quid est autem animam diligere, nisi bonum eius amare? Sicut enim carnem suam amare dicitur qui bonū illius amat & commodū appetit: & odisse qui ea quæ aduersa illi sunt & noxia aut studiose agit aut voluntarie sustinet: ita quoque animā suā amare dicitur, qui amat ea quæ bona illi sunt & salubria: & quæ ad bonum illius cooperantur & salutē proficiunt. Qui autem quæ illi nocent amat, non illā amat. Qui diligit inquit iniquitatem

odit animā suam. Amas liuores, & percussuras & vulnera: & dicis amo carnem meam: qualis amor? Tu illum ledere & affligere non cessas, & amare te dicis. Si amas illam, ama bonum illius. Si amas illam, bene fac illi si potes: opta si non potes. Hoc est amare benefacere & bonum velle. Qui persequitur odit: qui sonet diligit. Si me diligere vis, sic me dilige: alioquin si amicos persequeris, inimicos foues. Malo te hostē habere quam familiarē. Nos amorem vocamus cum bonum diligitur, commodū operatur, salus quaeritur. Qui hoc facit, diligit. Si autē hoc est amare, ille profecto animam suam diligit, qui bonum illius diligit: & quod bonū illi est diligit. Quid est autem aliud bonum animæ rationalis quam deus? Si ergo verum bonum animæ deus est: ille utique animā suā diligit: qui deum diligit: quia animā suā bonum diligit. Quid enim putasti tibi dictum fuisse quādo tibi dictum est ut deū diligas? Fortassis existimabas tibi dici, ut deum tuū diligas sicut diligis vicinum tuum, cognatum tuum, amicū, vel proximum. Quomodo enim illum diligis, nisi quia bonum cupis illi, & optas & facis si potes: & facis quantum potes si diligis quārum potes. Tantum enim facis quantum diligis. Si tantum potes quantum diligis, tantum facis quantum diligis. Si autem minus potes, facis tamen quantum potes. Si vero plus potes & minus diligis, quantum diligis tantum facis. Quid igitur? Ita putas tibi iuberi ut deum tuum diligas: ut facias vel cupias illi bonum: & nō potius ut cupias illum bonum? Non illum amas ad bonum suum, sed amas illum ad bonū tuum: & amas illum bonum tuum. Neque enim sic illum amas ad bonum tuum, ut ab illo sit bonum tuum, & non ille sit bonum tuum. Itaque amas illum ad bonum tuum, ut ipse quem amas sit bonum tuū. Si enim illum amare vis ad bonum suū: quid illi boni dare potes quod tu habes & ipse nō habeat, qui totum quod habes ab ipso habes? Oblitus es illi dicere Deus meus es tu: quoniam honorū meorum nō eges. Quid ergo illi dabis qui totum habet quod tu habes, & plus habet quam tu habes? Tu pauper es, ille diues est. In hoc mundo pauperes dant diuitibus: &

Eruditionis Theologicae

qui plus habet accipere possunt a min⁹ habentib⁹ quod non habet: hic enim qui ditiores sunt plus habet: qui tamen totum non habent accipere possunt quod non habet. Deus tuus alias diuitias possidet. Quod tu minus habes ille plus habet: & quod alia quid habes ille totum habet. Quomodo ergo illum amas? Quid illi dabis? Sed dicis. Quis dare non possum, tamen optare possum. Cupio ut illi bonum eueniat. Possibilitas quidem mea parua & exigua est ad illum: affectus autem & amor diues in illi. Quod facere non possum, velle possum. Facerem quidem si possem: sed quia non possum, facio quod possum. Quid facis? Amorem deum meum. Quomodo amas? Cupio inquis bonum illi. Quod bonum illi cupere potes qui extra illum bonum inuenire non potes? Deus summum bonum est: & in ipso omne bonum est: & omne bonum ipse est. Quid cupis illi qui totum habet, totum possidet? Bono bonum optas: iustitiae reatum, sapientiae sensum, perfectioni incrementum: Superuacua pietate moueris. Miserere potius tui. Ille satis habet. Tu illi qui optimum est, meliorem facere vis? Cui ergo deum diligis tibi diligis: & bonum tuum est quod diligis: & ad bonum tuum diligis: quia bonum tuum ipse est quem diligis. Cum diligis iustitiam cui diligis? Illi an tibi? Cum sapientiam diligis: cui veritatem & bonitatem diligis cui diligis? Illis an tibi? Ipsum lumen quod iocundum & delectabile oculis est cum diligis, cui diligis? Ipsi an tibi? Sic est deus tuus. Cum diligis eum, intellige quod bonum tuum ipse est. Quid est diligere nisi concupiscere & habere velle & possidere & frui? Si non habetur, velle haberesi habetur, velle retinere: quis verum bonum nunquam diligere possit nisi cum habetur: nec haberi nisi cum diligitur. Bona ista quae foris sunt saepe amantur, cum non habentur: & cum habentur non nunquam despiciuntur. Non tale est bonum quod deus est. Si amatur, habetur: si diligitur, gustatur: praesens est dilectioni. Si potes diligere, potes habere. Si hoc das, hoc recipis. Non aliud pro illo queritur: nec pro alio illud datur.

¶ pure & gratis amat qui deum propter se amat.
Caput. VIII.



Ed forte mercenari⁹ eris A si diligis deum & seruis ei, vt premiu⁹ ab illo accipias. Dicunt hoc stulti quida⁹, & ta⁹ stulti vt se ipsos non intelligat. Diligimus deum & seruimus illi: sed non querimus premiu⁹, ne mercenarii sim⁹: etia⁹, ipsum non querimus. Dabit si voluerit, sed nos non querimus. Intem⁹ enim excutimus manus ab omni munere, vt etia⁹ ipsum non queramus quae diligimus. Pura enim & gratuita & filiali dilectione diligimus: nihil querimus. Ipse cogitet si quid dare voluerit, nos nihil requirimus. Diligimus ipsum, sed non querimus aliquid: etiam ipsum non querimus quem diligimus. Audite homines sapientes. Diligimus inquit ipsum, sed non querimus ipsum. Hoc est dicere diligimus ipsum, sed non curamus de ipso. Ego homo sic diligere nollem a vobis. Si me sic diligeretis vt de me non curaretis, ego de vestra dilectione non curarem. Vos videtis si dignum est vt deo offeratis, quod homo digne respuerit. Quomodo inquit mercenarii non sumus si deum propter hoc diligimus vt premiu⁹ ab eo accipiam⁹? Non est gratis hoc amare, neque amor iste filialis: sed mercenarii & serui, quia precium querit pro seruitute sua. Qui hoc dicunt virtute dilectionis non intelligunt. Quid est enim diligere nisi ipsum velle habere? Non aliud ab ipso sed ipsum, hoc est gratis. Si aliud quereres ab ipso, gratis non amares. Nunc autem non aliud queris pro eo quod amas: & tamen aliquid quae⁹ris & desideras in eo ipse quod amas. Alioquin non amares si non desiderares. Sed aliud est pro ipso: aliud in ipso. Si pro ipso aliquid amas, mercenarius. Si in ipso amas & ipsum amas, filius es: etiam si vitam aeternam aliud aliquid esse cogitaueris: & diuersum ab ipso bono quod deus est: & pro ipso adipiscendo tamen seruiaris non est pura seruitus: neque dilectio gratuita. Filii illi Zebedei qui confessum Beatrix & sinistrae petierunt in regno eius: quiddam aliud cogitauerunt alienum & diuersum a bono isto: & pro eo adipiscendo aliud quod illi adhaeruerunt: donec increpati & mutati veritate cognouerunt: & intentionem correxerunt. Putauerunt enim quod deo seruiendum esset pro eo quod ipse non esset:

quia non intellexerunt ipsum esse bonum, quod solum amandum est propter seipsum: & quicquid amandum est praeter ipsum, amandum est propter ipsum. Quod quidem tanto amatur felicius, quanto ardentius. Qui hoc amat, seipsum amat: quia bonum suum amat & vere amat: quia verum bonum amat. Propterea scriptura non dixit tibi teipsum diligas: ne forte errares & putares indulgendum tibi & studendum tuis quae foris sunt comoda, & carni tuae suauia: & existimares quod sic te diligere deberes, & occasione fumeres a scriptura vt sola carnem tuam foueres, & animam tuam negligeres: propter hoc non dixit tibi vt teipsum diligas ne hoc intelligeres: vbi magis diligeres & hoc negligeres: vbi periculosius deperires. Non ergo tibi dixit, vt teipsum diligas: nec tamen omnino tacuit, cum dixit vt deum tuum diligas. Cum enim diligis deum tuum, diligis bonum tuum: & melius bonum & melioris bonum. Et cum diligis bonum tuum diligis teipsum: qui bonum ipsius diligis: & quod bonum est illi diligis.

¶ De mensura diligendi deum. Cap. IX.



Quantum autem diligere debeamus bonum nostrum quod deus est, scriptura nobis manifestat, cum dicit. Dilige deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua. Quasi si diceret: Non tibi praecipio vt tantum diligas, sed vel tantum diligas deum tuum: quantum potes, tantum dilige. Possibilitas tua erit mensura tua. Quanto plus amas, tanto plus habes. Et quanto plus habes, tanto felicius es. Extendere ergo & dilatare quantum potes, vt totum impleatur quod in te est: etia⁹ si non totum capiatur quod in illo est. Noli timeare quasi tibi desicere debeat ille, si nimis capax fueris. Quantumcumque poteris, nunquam tantum poteris quantum ille est. Si tantum posses, tantus esses. Nunc autem crescere in illo potes, equare illi non potes. Cresce ergo & profice. Quanto maior in bono eris, tanto melior eris. Si summus esses, optimus esses. Nunc quia summus esse non potes, potes esse in summo. Et magnum tibi hoc est, & ex hoc tu magnum es, si in summo es: & tanto vtiq⁹ maior quanto altior. Ascendis autem cum diligis. Sursum pergis in ca-



E dilectione proximi dicit nobis scriptura. Dilige proximum tuum sicut teipsum. Quod mandatum tunc perfectio impletur, si veraciter id quod nobis cupimus bonum: etia⁹ illi cupiamus. In quibus enim nosmetipsos recte diligimus, proximum nostrum siue ad necessitate corporis siue ad aeternam salutem, sine fictione diligere & quantum rationabiliter possumus adiuuare debemus. Querunt autem aliqui si id quod dicitur est: & sicut teipsum secundum similitudinem tantum, an etia⁹ secundum equalitatem intelligendum sit. Na⁹ si proximos nostros tantum diligere iubemur quantum

nosmet ipsos: videtur quoddam scrupulo sum inde oriri quod non leuiter explicare possumus. Ecce duo sunt quorum alterū perire necesse sit. Datur vni optio, quod vel lic eligat e duobus quorū alterū oīno curari nō possit. Si suā salutē magis eligit, minus proximū diligit. Si proximī salutē magis eligit: deum minus diligit quā proximū a quo separari propter proximum vult. Sed forte dicat quis parem dilectionem facere non posse electionem. Vtrūque æqualiter velle & vtrūque æqualiter nolle, nec posse alteri præferre in optio-
 ne, quæ paria oīno constant in dilectione. Sic ergo forte quis hanc obiectionem euitare cōtendat. Sed quid dicimus? Si vnū aliquē hominē tantū diligere debeo quā tuū meipsum: nōne duos aut tres aut quatuor ampli⁹ diligere debeo quā meipsum? Sic vadunt quæstiones hoīm, & inquietāt homines semetipsos cogitationibus suis. Dicunt enim. Quod melius est amplius diligendū est. Ponamus tres homines: vnū hinc, duos inde. Dico quæ perire necesse est aut vnum istum, aut duos istos. Dic ergo tu mihi quid eligis, qui proximum tuū tantū teipsum diligis? Melius est perire vnum quā duos: quia melius est saluari duos quā vnū. Ideo inquis magis eligo vt pereat vnus & duo saluentur. Ergo vis vt magis saluentur duo illi, quā iste vnus? Nonne ergo magis diligis illud quod potius eligis? Ita inquis omnino, magis diligo. Vide ergo quid sequatur. Superius cōfessus es quæ tantum diligis, vel si non diligis tantum diligere debes proximū tuū, quātū teipsum. Si ergo tantū diligis vnū istum quātum teipsum: & rursum duos illos plus diligis quā vnum istū: plus vtrūque duos illos diligis quā teipsum. Et si illos plus diligis quā teipsum, quātum videtur plus illos diligis quā deū propter quos separari vis a deo: vt deum non habeas neque deū diligas & pereas, vt illi salui fiant. Et fortassis aliquis existimabit eiusmodi dilectionē habuisse Moysen, quæ trascēti deo pro salute proximorum se opponēs ait. Si nō dimittis eis hanc noxā dele me de libro quē scripsisti. Et Apūlus pro fratribus anathema esse cupit a Christo, vt illi salui fiant in Christo. Et fortasse etiam hoc aliquis ad amorem dei pertinere credat: vt eum tantum dili-

gamus, vt gloriā eius in aliis potius amplificare quā in nobis coarctari cupiamus. Et propterea pro salute multorum nostram nobis perditionē optandā, vt potius multum saluetur & nos pereamus. Quā multi perierunt, & nos saluemur. Sed cōsiderate quoniam dilectionis ordo talis non est, vt ante se diligit homo proximum suū cuius dilectionem a sua trahere & formare iubetur, cum dicitur. Diliges proximum tuū sicut teipsum. Si enim proximū suū sicut teipsum diligit: quomodo proximum diligit cum seipsum nō diligit? Si enim proximum suum diligit sicut teipsum, profecto hoc illi cupit & optat quod sibi. Si autem hoc illi euenire desiderat quod sibi: quomodo illius salutē desiderat, qui suā perditionem optat? Itaque seipsum primum bene diligere debet: vt postea scdm se bene diligit & proximum suum. Si autem se perdere vult, vt saluum faciat proximum suum, nō est ordinata dilectio: quia nullā cōmutationē dare potest homo pro anima sua. Hoc enim primū requirit a te deus, vt animā tuam des illi: deinde cetera adicias. Si quid pro isto dare volueris non accipitur nisi dederis & istud. Primum istud, reliqua cum isto. Non itaque dico duos aut tres aut quatuor homines: sed nec totum mundum contra animam tuam diligere debes. Si enim aliquid plus quam animā tuam diligis: idem ipsum profecto plus quam deum diligere cōprobaris: quia animā tuā nō diligis nisi in eo solo quod bonū illius quod deus est diligis. Idcirco primū dilige animam tuā, diligendo bonū anime tue. Deinde dilige etiā proximū tuū sicut teipsum diligēdo illi bonū quod diligis tibi. Hoc est enim illū diligere, bonū illi diligere. Nā bonū illius diligere posses etiā si illi non diligeres. Posses enim tibi diligere aut alteri cui libet & non illi: & ita illū nō diligeres, quous bonū diligeres: quia illi nō diligeres. Posses diligere equū illius, vestimētū, domū & agrū, pecuniā, fortitudinem, pulchritudinē, aut sapientiā illius, quous illū nō diligeres: quia tibi diligeres nō illi. Ita bonū illi⁹ tibi diligere poteris: & tū illū nō diligere: quia tibi diligeres nō illi. Tū verū bonū nō poteris tibi diligere, nisi illū diligeres & cuperes proximo tuo. Distinxit ergo scriptura dilectionē istam scdm illā

quæ in aliis & de aliis est dilectionē: primum precipiens homini vt deū diligit: in tendēs vtrūque vt in eo ipso seipsum diligit: quia diligere seipsum nō aliud est quā bonū suū diligere: & bonū suū diligere non est aliud quā sibi diligere: hoc est velle illud & desiderare. Quia enim oīs qui bonū suum diligit sibi diligit: & rursum quia oīs qui deum diligit bonū suū diligit: cōstat profecto quia nemo deū diligit qui sibi illū non diligit. Et oīs qui diligit, sibi diligit: quia desiderat & habere cupit quæ diligit. Item quia non oīs qui bonū alteri⁹ diligit: illū diligit cuius bonū diligit: quia non illi diligit bonū quod diligit. Distinxit scriptura humanæ menti: scdm ea quæ in humanis diuisa aliquotiens inueniuntur: id quod diuina inseparabile habet, dicens homini: vt postquam diligeret deū diligeret & proximum suum, non quod illud sine isto facere posset: sed ne posse putaret. Primum ergo dixit vt deū diligeret: & in eo ipso dixit vt sibi diligeret: quia oīs qui bonū suum diligit: sibi diligit. Quia vero non oīs qui bonū alteri⁹ diligit illi diligit cui⁹ bonū diligit: post dilectionē dei statim subiūxit dilectionē proximi, vt hic homo proximo suo cuperet diligendo illū: quod sibi diligēdo deum. Nemo igit existimet pro eo quod dictū est, dilige proximū tuū, sicut teipsum quantū te & duos, aut tres, aut quatuor: plus quā se. Si nō tantū se diligit quā bonū suū diligit: & tantū bonū suum diligit: quantū diligit deū: consequēs erat vt tantum diligeret proximū: quantum deū: si eum tantū diligeret quantum seipsum. Propterea non illi dicitur vt illū tantum diligit: sed vt in eo in quo se diligit, illum diligit: & quod sibi cupit, illi cupiat. Hoc est enim diligere sicut seipsum, cupere illi & optare quod sibi optat, & cupit bonum, primum quidē sibi: deinde illi. Non enim amat illū sicut se nisi pri⁹ amet se. Et in corporalibus quidem bonis quæ in tantū aliquā coarctant: vt quod ab vno solo possideretur, ad alterius vsu trāsire non possit, nisi ab eo a quo possidet totū recesserit: si gratuita caritate & propter spūalis boni ampliorē remunerationē aut dilectionē homo se supra debitū non extollat: nihil proximo impendere cogit, quod sine necessitate debetur.

Nihil enim proximo debet nisi post illud & scdm illud quod sibi debet. Et idcirco cum vtrūque non potest, primum faciat: quod primum faciendū est. De reliquo enim si deest effectus, sufficit affectus. Et fortassis propter hunc affectū ostendit: Moyses de libro scripto deleri perit: & Paulus pro fratribus anathema a Christo fieri cōcupiuit: non quia deū propter hominē perdere vellent: sed quia deū si fieri posset sine proximo quæ diligebant possidere vellent. Affectus enim loquebatur: & quasi de dilectione securus amato & amati in dulcedine dilectionis de se paratione cōminabatur: non quia illius separationē diligebat: sed quia alterius coniunctionē optabat. In eo autem quod proximi bonū amat & proximo bonū amat bonū suū amat & sibi amat: quia bonū sibi est bonum proximi sui: si amat illud, & cupit illud illi, quod bonū est illi. Verū enim bonū cum inuidia non possideretur: & cum caritate felicitius possideretur. Sed dicit. Quod maius bonum est, magis diligendum est: maius autem bonum est duos saluari quā vnum: quia propter si optio data fuerit quod malim: ego eligere debeo vt multi saluentur quā ego solus. Hic ergo non attendis quod maius bonum mihi est: vt saluus siā ego solus & plures pereant: quā vt pereā ego solus & multi saluentur. Quod autem maius bonum mihi est, a me plus diligendum est: quia mihi primum insitū est vt diligam bonū meum, illud maxime, quod verum est bonū: & post illud & scdm illud diligam bonū proximi mei. Secundū me & post me, aliquid illi debeo: ante me vel contra me nihil. Alioquin non staret. Diliges proximum tuum sicut teipsum, si illum diligerem odio habens meipsum. Secundum hunc itaque modum non nisi duo sunt præcepta caritatis. Primum de dilectione dei: in quo homo veraciter diligit seipsum: secundū de dilectione proximi: in quo proximū diligit sicut seipsum.

Vtrum caritas semel habita amittat,
 Caput. XI.



Vidam de caritate tam multa dicere volunt, vt caritatem laudare incipiant contra veritatē: & non est tamē laus caritatis: vbi est iniuria verita-

tis. Dicunt caritatē talem ac tantā virtutem habere: vt sine illa reliquae virtutes oēs quīs aliquo modo scdm affectū naturae ad bonū procliuē inesse possint: meritorium tñ aeternae retributionis apud deū habere non possint. Quod em̄ sine caritate fit, propter deū non fit: & qđ propter deū non fit, deus remunerare nō habet si vult: etiam si scdm aliquid bonū est illud qđ fit. Naturae em̄ bonū est non gratiae: in natura: non supra naturā. Quod ergo ex natura sola bonū est in sola natura & meritum simul & p̄m̄ium illius est. Itaq; qđ sine caritate in sola natura fit ad illū quod in deo est supra naturā p̄m̄ium nō pertingit. Liquet ergo qđ bonū operando summū bonum nō meretur nisi is solū qđ id quod facit bonū propter summū bonum operat. Vis mereri deū, fac qđ facis propter deū. Hoc ergo dicunt de caritate: qđ virtus est virtutū omnium: & placeant ppter ipsam: qđ sine ipsa & si ad aliquid bona essent, ad summū tamen bonū obtinendum bona esse non possent. Haec oīa de caritate dicta libenter suscipimus quasi principū bonū sententiae veracis. Sed sequitur aliud qđ se quidē. coniūgit veritati cū falsum sit ipsum, vt, cū illa ingrediatur & pro illa suscipiatur. Sed nos lucē discernimus a tenebris: & deridem⁹ obsecrū quod se lumini igerit & stare se putat cum lumine. Si em̄ caritas lumen est: error vero & stultitia tenebrae sunt.

K Vbi em̄ caritas est, claritas est: & non est in ipsa qđ palpando incedit. Qui em̄ in caritate est aut ambulat: aut videt, aut stat & non p̄sumit vltra qđ videt. Qđm̄ vero in lumine est siue stet, siue ambulet, errare non potest: quia videt vbi est. Qui autem p̄sumptione sua se p̄cipitat vbi non videt perdit claritatem: qđ non habet caritatem: & quocūq; vltra procedit: error totū est. Sic isti de caritate meriunt, nescientes caritatem: qđ p̄sumere non debuerūt in eo quod videre nō potuerunt. Dicunt qđ caritas semel habita, deinceps nunq̄ amplius amittat. Ego igitur illos interrogo si ipsi caritatē nunq̄ p̄diderunt: & vti nam iccirco caritatē non perdidissent, quia habitam retinissent. Sed vereor: qđ ideo potius nō perdidissent qđ nunq̄ habuerunt, si autē nunq̄ habuerunt neq;

gustauerunt: quomodo asserere p̄sumūt quod nesciunt? Si autē caritatē aliquando habuerūt: habent adhuc ipsam caritatē quā habuerunt: qđ scdm sententiam ipsorum semel habitā amittere non potuerunt. Si autē habent caritatē, ambulant scdm caritatem, & non operantur iniquitatem. Si autē operantur iniquitatē, non habent caritatē. Si em̄ deum non diligit qui mūdum diligit, & in ea qđ in mundo sunt: quomodo nō multo magis nō deū diligit qui iniquitatē diligit? Qui diligit iniquitatē: odit animā suam. Qui animā suam odit seipm̄ nō diligit, vel si diligit, male diligit: quia scdm solā carnem diligit. Qui autē non diligit seipm̄: non diligit proximū sicut seipsum. Qui autē nō diligit proximum quē videt: quomodo potest diligere deū quem nō videt? Isti ergo qui aliquādo operantur iniquitatē dicant quomodo habeāt caritatem. An forte dicent quia nō ipsi operantur iniquitatem: sed peccatū qđ habitat in eis? Nā & tales fuerunt nonnulli stulti & nō intelligentes id qđ homo est: qđ putabant qđdam peccata etiā cum deliberatione p̄perata eiusmodi esse: vt de ipsis homo veraciter dicere posset. Non ego operor: sed peccatum qđ inhabitat in me: nō attendentes: qđ hoc quidem qđ homo concupiscētiam sentit: qđ ex necessitate est vitae corruptibilis, nō ipse operatur: est vero cōcupiscentia: cōsentit, quia ex voluntate est, nō nisi ipse operatur. Si ergo p̄ propriam voluntatē operatur iniquitatē: nō habet vtiq; caritatem. Et quid dicent? Conueniāt conscientia suā: & moderent scientiam suā. Conscientia humiliet, ne scientia inflatur. Nō ergo de iustitia p̄sumāt ne forte per ipsam falsē iustitia: p̄sumptionē, scientia veritatis amittant. Dicunt qđ semel caritatē habet, deinceps illam amittere non pōt: hoc est dicere, qđ bonus est, malus esse nō pōt. Quare ergo similiter nō dicem⁹ qđ qđ malus est, bon⁹ esse nō pōt, si dicim⁹ qđ qđ bon⁹ est, malus esse nō pōt? Qui em̄ caritatē habet bon⁹ est: & qui caritatē nō habet, bonus nō est. Si ergo bon⁹ qđ habet nō pōt amittere, neq; malus qđ non habet pōt acquirere. Quod si verū esse constiterit: nec stāti timēdū est: nec sperandū iacēt. Nos in tēpore sum⁹

vbi incerta voluntur oīa & tu mihi de tēpore aternitatē facis! Scriptura dicit: qđ homo nunq̄ in eodē statu p̄manet. Et tu nescio vnde contendis qđ qđ stat nunq̄ cadit? Quare ergo dictum est, qui stat videat ne cadat? Vtinā verū esset si tamen iustū esset: vt in hac vita oīs qui bon⁹ est: mal⁹ esse nō posset. Sed nūc vita ista hoc non habere debet: in qua & mali expectatur vt boni fiāt, & boni p̄bant: si ad iniquitatem nō declinat. Extra hāc vitā qđam mali sunt, qđ boni esse nō possunt: & boni qđam sunt qđ similiter mali esse nō possunt: quia illi p̄ malitia ligati sunt: isti p̄ gratiam cōfirmati. Sed & in iis quoq; necessitatem natura quē ex seipsa mutabilis est nullatenus operat: qđ in aliis vt dictū est mutabilitatē naturae nō natura sed malitia in deterius coarctat. In aliis quoq; eadem natura mutabilitatē nō natura: sed grā in meli⁹ cōfirmat. Qui ergo illic mali sunt, boni esse nō pōt. Similiter qđ boni sunt, mali esse non pōt. Hoc em̄ aternitatis est & imutabilitatis: vt illic de alio in aliud trāsit⁹ esse nō possit. Hic autē qđ diu mutabiliter viuunt, & bon⁹ mal⁹, & malus bon⁹ esse pōt. Et si forte aliq; ita bonus intueniatur qđ semp bonus sit: idē ipse tñ qđ bonus est, malus esse pōt: qđ diu ille qui malus est bonus esse pōt. Vterq; em̄ sub tpe vere viuūt: & vtriusq; cōditio vna est in tpe. Sed dicis. Quid ergo sibi vult auctoritas qđ dicit. Caritas nunq̄ excidit? Audi quid: Tu fortassis sic intelligebas: qđ ex quo semel haberes ampli⁹ nō amitteres. Noli hoc dicere scriptura: sed aliē qđ tu quidē iccirco recte non intellexisti: qđ ipsam scripturā nō bene inspexisti. Quid ergo? Quid dicit scriptura illa? Nūquid non manent tria hęc, fides, spes, caritas? Quid est nūc? Hoc est in hac vita, qđ diu qđ non videt credit: & speratur qđ expectatur: & desiderat quod amat. Cum autē finē acceperit vita hęc & oīa facta fuerit manifesta: quid erit occultū quod credat qđ nihil erit quod manifeste nō videat? Quid etiā tunc poterit sperari futurum quādo oīa p̄sentia erunt & nihil futurū erit? Dictū est quia si vides non est fides: & iterū: quod videt quis qđ sperat. Ergo illic nō credes. Nō dico qđ infidelis eris: sed non credes qđ scies. Similiter dico qđ

illic non sperabis: neq; tñ dico, desperabis: sed ideo dico non sperabis: qđ quod sperasti totū habens nihil futurum expectabis. Nunqđ similiter dico qđ illic nō amabis? Ergo qđ adhuc nō habuisti dilexisti & non amabis qđ habebis? Absit. Immo multo magis tunc amabis quādo quem amabis videbis: & quē videbis, habebis. Non em̄ sic est amor iste: vt absens diligatur, & p̄sens fastidiatur. Ergo tūc etiam amabis, & multo magis amabis, & remanebit caritas quando fides & spes amplius nō erunt. Hoc igitur vult quod dictum est: caritas nunq̄ excidit: qđ hic habetur: & illic retinet. Siue p̄phetiae euacuabunt, siue linguae cessabūt, siue sciētia destruet. Oīa em̄ hęc i vita tñ sunt: etiā ipsa scientia nostra qđ modo est, tunc non erit. Nō qđ tūc nulla erit: sed qđ alia erit. Oīa igit ista cum ipsa vita excidit: qđ nō p̄manet postea qđ videbit qui credit: & habebit qui sperat. Caritas autē nunq̄ excidit: qđ hic est & illic erit, & nō habet finē vnq̄ dilectio: sicut finē nō habet vnq̄ inspectio. Sicut nunq̄ separabimur a dilectione: sed semp videbimus & semp diligem⁹. Sic ergo caritas nunq̄ excidit qđ semp manet. Nō em̄ dixit a nullis excidit: sed nunq̄ excidit qđ nō in oībus manet, & tñ semp manet in qbus manet. Nā si p̄petera nō semp manet qđ nō in oībus manet: ergo nec fides aut spes hic manet: qđ nō in oībus manet. Multi em̄ a fide & spe qđ in deū est recesserūt: & fidē & spē ipsam quā habere coeperāt deseruerunt: & excidit ab eis fides & spes etiā in hac vita. Nec tñ iccirco min⁹ verum fuit qđ dictū est: Nunc manet fides spes & caritas tria haec. Si ergo fides & spes qđ hic aliquādo a quibusdā excidit tñ hic manet: qđ hic prorsus nunq̄ excidit qđ in aliis manet: ergo similiter caritas qđ aliqñ hic a quibusdā excidit, tamē manet semper: quia quīs a quodam excidit: nunq̄ tamen prorsus excidit: quia in aliis semper manet. Neq; em̄ iccirco perit: si in me perit: & mihi perit. Neq; propterea destruit: si a me euacuat, & in me destruit: qđ alteri manet qđ mihi nō manet. Sed dicis iterū. Si qđ mali sunt futuri & perituri caritatē aliquando habere

possunt: quōd caritas fons pprii? nofatur: de quo non cōmunicat alienus? Qui em̄ pereunt alieni sunt, & non pertinent ad nos: neq; ad id quod nostrum est. Si ergo alieni sunt, quomodo de illo qd nostrum est propriū communicare possunt? Mirū est. Si em̄ ii qui aliquando fuerunt alieni pximi facti sunt accedēdo: quare nō simi liter ii qui pximi sunt alieni fieri possūt recedendo? Si em̄ accedere possunt q longe sūt: possunt etiā recedere q ppe sunt. Qui accedūt reconciliant: qui recedunt abalienant. Si aut̄ qui reconciliati sunt, pximi sunt: ergo & q abalienati sunt alieni sunt: tamē qdū proximi fuerunt non fuerunt alieni: sicut ii qui alieni fuerunt priusq̄ recōciliarent proximi nō fuerūt. Et qui pximi fuerunt qdū proximi fuerunt de fonte pprio cōmunicauerūt. Et similiter q alieni fuerunt, qdū alieni fuerunt, de fonte pprio non communicauerūt. Cum aut̄ ii q alieni fuerunt proximi esse cōperūt, de fonte pprio cōmunicare cōperunt: & similiter q proximi fuerunt postq̄ abalienari cōperūt, de fonte pprio cōmunicare desierunt. Et remanet semp fons pprius de quo non cōmunicat alienus. Alienus, n. cōmunicare nō pōt: & tñ qui alienus est pximus esse potest. Caritatem malus habere nō pōt: sed q malus est bonus esse potest. Quando bonus esse incipit: caritatē habere incipit: & qñ bonus esse desinit, caritatē habere desinit: & nunq̄ caritatē nisi bonus habere pōt, quia caritatē habere & simul malus esse nemo pōt. Dicis iterū. Si aliquando caritas semel habita amittit: quid est qd dicit scriptura: Qui amicus est, semp diligit: Si em̄ qui diligit amicus est: & q amicus est semp diligit: pfecto q diligit semper diligit: qui aut̄ semp diligit, nunq̄ caritatem amittit. Si igit̄ vera est scriptura & q diligit semp diligit: qui semel caritatem habet, nunq̄ illā amittit. Sic tibi videtur. Multa sunt talia: q possunt quouis deduci: sed magnū non est si aliquid dicās: sed si hoc qd dicis: vtrum sic sit dicendum intelligas. Qui amicus est semp diligit. Verum est hoc qd amicus semp diligit: & inimicus semp odit: & tamē qui amicus est inimicus potest esse & odire: & qui inimicus est, amicus potest esse: &

diligere. Quidū amicus est diligit: & qdū inimicus est, odit. Sunt aut̄ qdam nō veri amici q in prosperitate amare se simulant, & in aduersitate probātur quales sunt: Propter eiusmodi dictū est: qd verus amicus semper diligit: hoc est non in prosperitate tm̄, sed etiā i aduersitate: hoc est semp. Nō em̄ est verus amicus etiam qñ amicus esse videt: qui scdm tēpus nūtat: & in vtrāq; partē post fortunam mouetur. Non talis est ille q semp diligit: q hominē amat nō pecuniā: amicū non lucrū. Qui em̄ propter solā pecuniā amat: qdū pecunia abūdat, amat: qñ pecunia deficit, dilectio deficit: & nō est amic⁹ iā qui amic⁹ esse videbat: imo q pri⁹ amic⁹ nō fuit, sed putabat: nūc manifeste amic⁹ nec esse nec fuisse cōprobat. Illi ergo iure dī q amicus est semp diligit. Si amicus fuisti in prosperitate: dilige in aduersitate. Quid em̄ in prosperitate dilexeris, in aduersitate ostēdis. Si em̄ amicū dilexisti ad huc ipse est: dilige ipsum. Cur cesset dilectio, cū quod amat non aufert. Si aut̄ fortunā dilexisti, nō habes iam qd diligas: quia fortuna discessit & mansit homo solus. Hoc sibi vult quod dictū est: q amicus est semper diligit. Instas adhuc quasi maius aliqd adducturus ad cōprobādū, q caritas semel habita non recedat. Ostēdis integrā tunicā Xpi, que scindī nō potuit: etiam qñ Xps pati potuit. Corpus Xpi vulnerabat: & tamē tunica Xpi nō scindebat. Magnū est quod affers si bene intelligas. Quid est em̄ tunica Xpi nisi vnitas ecclesie? Ecce q bonū & q iocūdū habitare fratres in vnū. Quod vnū? Manete in dilectione mea. Ergo caritas, vnitas est ecclesie. Et dicit scriptura: qui in vnitate ecclesie sunt: perire non possunt hoc est quod dicere voluisti: qui in caritate sunt, perire non possunt: siue caritatem siue vnitatē noles: idem est quia vnitas est caritas: & caritas vnitas. Qui ergo in vnitate ecclesie sunt, semp in caritate sunt: & q in caritate sunt perire omīno non possunt. Manifesta est veritas. Nemo fidelis cōtradicit. Nullus in caritate perire potest. Ibi perire non potest: sed inde exire & perire potest. Qui ibi manet, perditionem non timet. Caueat ipse

ne egrediatur foras. Intus positus perditio non est, sicut iis qui foris sunt salus non est. Qui incipit exire: incipit perire. Cum aut̄ foris positus ad caritatē reuertitur, ad salutē reparat. Quid ampli⁹ queris? Fortassis aliā vnitatē ecclesie interptari voles: de qua veraciter dicere possis: qd iccirco in illa nullus peribit, qm̄ de illa nullus exibit. Est em̄ vnitas prædestinationis de qua dicit: mouit dñs qui sunt eius. Et verum est, qd oēs qui in hac vnitate sunt, salui erunt: quoniā ex iis q preuisi sunt ad vitā, nullus peribit. Sicut em̄ dicit scriptura: quos pdestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: & quos iustificauit, hos & glorificauit. Isti ergo sunt diligentes deum qbus oīa cooperantur in bonū: qui scdm propositum vocati sunt sancti. Nam q scdm propositum vocati nō sunt, & qui ad vitam pdestinati non sunt: etsi aliquando ad tempus deū diligāt, vsq; ad finem in dilectione dei non pseruant. Qui ppter ea amissa caritate pereunt: qm̄ cū ad iniquitatem ceciderint: ad caritatē non resurgunt. Prædestinati autē postq̄ deum diligere cōperint, vel perseuerāter diligunt, vt a dilectione non cadāt: vel cum a dilectione ceciderint, iterū ad illam resurgūt, ne pereāt. Quid tibi videt? Credis ne ita esse vt dico? Fortassis nō tibi sufficit apl's qui hoc dicit: propterea non q ita existimes intelligendū esse quod dicit Apostolus non oēs diligentes deū in numero illorum ponere voluit, quibus oīa cooperantur in bonū: nisi eos tm̄ q scdm propositū vocati sunt sancti. Manifesta est veritas, nisi illā impudēter negare volueris. Sed dicēs fortassis non ita intelligendū esse quod dicit apl's. Scimus quia deū diligentibus oīa cooperantur in bonum: iis qui scdm propositū vocati sunt sancti. Dicis ergo non ita intelligendum esse quasi per id qd subiunxit iis q scdm propositū vocati sunt sancti, determinare voluerit: qbus diligentibus deum oīa cooperantur in bonū: sed potius eosdem ipsos diligentes deū oēs scdm propositū vocatos sanctos. Sic ergo fortassis intelligenda putabis verba apostoli: nec mihi credes si dicere volueris: hoc tibi signatū esse q non omnes prædestinati sunt: qui

aliquando deum diligunt, quia non permanent in eo quod diligunt: Verba Augustini sunt hæc. Si mihi non credis, illi crede: vt mihi credas. Immo nō mihi, sed veritati credas. Audi ergo qd dicit. Apostolus inquit cū dixisset: scimus quoniā diligentibus deū omnia cooperantur in bonū, sciens nonnullos deū diligere: & in eo bono vsq; ad finem non manere: mox addidit: his qui scdm propositum vocati sunt sancti. Hi em̄ in eo q diligūt deū permanent vsq; in finem. Et qui ad tempus inde deuiant reuertuntur: & vsq; in finē perducunt quod in bono esse cōperunt. Ecce habes manifeste q quidam ad tēpus caritatē habentes quia in illa vsq; in finem non perseuerant, cadunt & pereunt: & rursum qdam qui ab illa ad tempus cadunt: quia iterum resurgunt, conseruantur & saluātur. Alii vero quia ab illa nunq̄ deficiunt, vsq; in finē perseuerant feruore semel cōceptę caritatis deuotionem perducunt. Quid manifest⁹ queris? Si hoc non vides: quid vides? Sed dicis. Quomodo aliquando veram caritatem habere potuerunt qui in ea perseueraturi non fuerunt? Mirum est. Ergo fides, fides non fuit: q aliquando fides esse desit. Quare non similiter dicis q nunq̄ albus fuit, qui aliquando albus esse cessauit? Nonne intelligis q in eo ipso aliquando illud fuisse dicitur: qui aliquando esse illud desuisse memorat? Quod enim quis nunq̄ fuit nunq̄ esse desit. Quapropter qui aliquando amare desit, constat profecto q prius q amare desineret, amauit. Sed verus inquis amor non fuit qui ad tempus fuit. Ergo nec verū odium fuit qd ad tempus fuit. Nec vere albus fuit, q ad tempus albus fuit. Quis hoc dicat? Ergo vera dilectio fuit, & vere fuit qdū fuit: etiam si scdm aliquem modum vera non fuit: in eo q desit: quādo iam vere non fuit. Si ergo dicis q vera dilectio non fuit quæ aliquando dilectio esse cessauit: sic intellige q quando dilectio esse desit, vera dilectio non fuit: quia in eo ipso q mutabar & defecit vt dilectio nō esset: esse cōcepit & accepit: vt quod prius fuit, iam vera dilectio non esset.

Vtrū omnis dilectio dei caritas sit non

minanda.

Caput.xii.

T Ortassis dices qđ quidā eiusmodi dicit: qđ si qđ nō p̄seueraturī deū diligūt: dilectionē quidē dei habent: sed caritatē nō habent: p̄ eo qđ non oēm dilectionē dei caritatē appellandā putant: nisi eā solam qđ vsq; in finē p̄seuerat. Sed hoc si qđ dicere voluerit: qua ratione vel auctoritate p̄bare possit nō inuenio. Nisi forte iccirco aliud dilectionē, aliud caritatem sonare poterit: qđ alterū latinum, alterum græcū vocabulum esse putet. Sacra scriptura nobis dicit: qđ dilectio dei semp̄ bona est. Non nobis dicit: quia ille diligit bene facit: & qđ iste diligit male facit. Augustin⁹ dicit aplm̄ scisse quosdā deū diligere: & in eo bono vsq; in finē nō p̄manere: & bonam vocat dilectionē dei: etiā in iis qđ nō sunt permāsuri in illa: & isti nescio quot spēs caritatis inuenerūt: more pigmetariorū in nūdinis declamationū stultarū. Dicūt non de omni caritate intelligendū: quod dicit caritas semel habita nō amittitur: sed de perfecta tm̄. Et si ego illos interrogo qđ sit illa p̄fecta caritas, nō mihi respōdēt: nisi illa qđ non amittit. Nō em̄ audēt dicere de illa: sed de p̄fectione caritatis loqui qđ in futuro habebit: ne super suo de illa loqui cōuincāt quæ ad hanc vitā nō pertinet. Ergo nō inueniūt quā caritatē hic perfectā dicant nisi illā qđ non amittitur. Et rursus cum assignare volūt quę sit illa caritas qđ non amittit: nō inueniūt quid dicāt nisi illa qđ perfecta est. Ita citaculum faciūt: inuoluētēs semetipsos: qđ quo exeāt non habēt. Postremo tāta erroris caligine inuoluunt: vt dū p̄naciter caritatē semel habitā cōtendūt nō posse amitti: asserere incipiāt eā a quibusdam nō solū mīnora p̄ctā: sed criminalia quoq; & dānabilia ex deliberatione p̄petrantibus retineri. Dauid adulterū & homicidam, caritatē dei habuisse dicit: quando libidini seruīēs in vxorē pximi sui violādā turpitudinī frena relaxauit, & ad eandem turpitudinē tegendā illum ipm̄ cuius torū fœde violauerat: innocētē & iustū crudeli p̄ditione extinxit. Dicant mihi vbi tunc fuit caritas non agēs per-

perā, vbi innocēs opprimis: non quærens quæ sua sunt, qñ aliena rapiunt. Ostēdāt mihi hic si possunt dilectionē qđ plenitudo legis est, vbi & p̄cepta legis violātur: & ius naturæ corrūpitur. Lex dicit, Non occides. Nō mēchaberis. Nō cōcupisces vxorē proximi tui. Si caritas hic est: plenitudo legis hic est. Si plenitudo legis est, quomodo p̄uaricatio esse potest? Si talia facientem caritatem habuisse dicunt: quare non etiā in hoc faciendo nihil peccasse dicunt: quia scriptura dicit: qui natus est ex deo nō peccat: & qđ rursus alibi dicitur, habet caritatē & fac quicquid vis: Si em̄ hoc verū est qđ talia facientes caritatē retinere possunt: cū iis qui caritatē habent quicquid libet agere concedit, p̄fecto quicquid egerint, peccati non esse comprobāt. Eant ergo cū caritate sua & faciant quicquid voluerint: qđ magnos defensores habēt alios quidē defendētēs qđ caritatē non amittant, alios autē concedētēs: vt quicquid volunt cū caritate faciāt. Sed dicūt. Si Dauid peccādo caritatem amisit: quomodo ergo verū est quod scriptum est de ipso qđ spūs dñi nō recedebat a Dauid ab eo die & deinceps? Si em̄ caritas recessit: quomodo spūs dñi remansit? Quasi vero spiritus dñi scđm̄ multa alia remanere non potuerit: etiā si scđm̄ donum caritatis recesserit. Nonne & in illis siue cū illis remanet quos cadentes custodit ne pereant: quos tamen stantes nō custodit ne cadant? Iustus cū ceciderit, non collidēt: quia dñs supponit manū suam. Quid ergo? Si p̄sens erat dñs stanti: quare lapsus est? Et si si p̄sens non erat cadenti: quare collisus nō est? Si em̄ teneretur: nō laberetur. Itē si manus non supponeret, collideretur. Propter hoc ergo collisus non est: quia cecidit sup manū. Si manus sup eum cecidisset collisus fuisset. Qui ceciderit inquit sup lapidē istū non confringetur: sup quē autē ceciderit cōteret eum. Propter hoc ergo dñs manū nō iacenti supposuit, vt premeret: sed supposuit, vt releuaret. Supposuit vt adiuuando repararet: non supposuit vt iudicando condemnaret. Sic itaq; spiritus domini non recessit a Dauid: qđ cū eo erat: vt abeuntē reduceret, & poenitentem iustificaret: & forte cum

eo erat, sed in eo non erat. Cū eo erat ad custodiā, sed in eo nō erat ad iusticiam. Nō em̄ tunc iustus erat Dauid qñ in tā graui peccato p̄stratus erat: neq; ad eū tunc p̄muit qđ scriptū est: Iustus in die septies cadit: & tñ iusti nomen nō amittit. Propter hoc igit spūs dei & si cū Dauid tunc erat vt peccādo nō periret: nullatenus tñ sic erat, vt dānabiliter nō peccaret. Simile est qđ de Petro asserere negāte conātur, qđ etiā tunc caritatē dei nō p̄diderat, qñ interrogat⁹ Xpm̄ se cognouisse negauit. Non em̄ atēdunt qđ scriptum est. Nemo in spū dei loquēs dicit, anathema Iesu: & nemo pōt dicere dñs Iesus nisi in spū sancto. Quod si forte dicere voluerint: qđ spū dñi tñc quidem Petr⁹ intus in corde habuit: sed qđ foris loq̄batur in spū dei, nō dixit: audiant qđ scriptū est: Ex abūndantia cordis os loq̄tur. Ille ergo spūs foris in ore loq̄batur: qđ intus in corde dñabatur. Qui cor regebat, linguam mouebat. Sed dicent forte: Spūs quidē dei recessit: sed caritas remāsit. Cōsiderate vtrū veritas hoc dictū patiatur. Apłs dicit. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris p̄ spiritū sanctū qđ datus est nobis. Nos caritatē nō habemus: nisi in grū spm̄ sanctū habemus: & tu dicitis: qđ recedere & absente spū sancto caritas manet? Et dicunt. Quid ergo? Nulla scintilla pietatis: nulla affectio dilectiois in Dauid & i Petro remāsit: qñ alter molestia carnalis cōcupiscentiæ victus, alter vero iminentis mortis timore fract⁹, quodāmodo vterq; inuitus peccauit. Immo volūtariē vterq; peccauit: qđ si voluissent vtriq; non peccassent. Sed qđ semetipsos magis qđ deū dilexerunt: suā potius qđ dei voluntatē impleuerūt. Caro aliud suadebat, & aliud deus p̄cipiebat: & elegerunt magis obediēre carnī qđ creatori. Si voluissent, carnis volūtātē contēpissent: & volūtātē creatoris p̄posuissent. Sed nondū magistrū bonū imitabant dicentē: pater nō mea volūtas fiat: sed tua. Et fieri pōt qđ ipsam carnis volūtātē, cuius violētiam senserūt, aut nullā aut nō tā violentam esse voluerūt: tamē qđ eidē tentanti & fatigati cōsenserūt, nō nisi volētes fecerūt: qđ magis creatorē offendere qđ ipam molestiā & fatigationem tolerare volue-

runt: qđ si noluisse oīno nō fecissent. Ergo in hoc volentes id qđ caro voluit fecerunt, id qđ creator voluit, noluerūt: quia si illud voluissent, ad istud faciendū volūtariē nō cōsensissent. Cū em̄ e duobus qđ simul fieri nō possunt vnū voluntate eligit: proculdubio alterū in voluntate non esse cōprobat. In ea ergo voluntate qua contra deū carnī contentire elegerūt, caritatē vtiq; dei nullaten⁹ habuerunt: qñ tñ in eo ipso qđ magnā in tentatione violentiā passi sunt aliquā in peccato suo excusationē habere possunt. De affectu vero pietatis quē huiusmodi peccantes nō nunq; habere vidētur: quando simul & peccare cōsensitūt, & tñ quodāmodo in peccato qđ non deserūt, dolore quodā affici non desistūt: cauendū tñ est oīno ne caritatis siue dilectiois dei nomine dign⁹ existimēt. Si em̄ in iis qui ab iniquitate ad iusticiā cōuertunt: affect⁹ quidā & dilectiones p̄teritorū malorū remanent: qđ tamen in bono p̄posito cōstitutis ad iniquitatē non imputātur: quare non similiter in iis qđ ad iniquitatē declinauerūt ex vsu p̄terita: virtutis etiā in malo p̄posito affectiones quēdā amissæ siue corrupti boni aliquādo superesse dicuntur: qđ quidē sine proposito bonæ voluntatis ex vsu, siue ex natura iesse possunt: sed sine ipso meritū iustitiæ habere non possunt: Vnū em̄ hoc est propositū scilicet voluntatis siue cōsensus animi ex voluntate surgens cui soli iudicium est cū deo. Et hoc solum si bonum est nō est ad malū, quicquid in homine est siue bonū sit siue malū: Item si malū est, non est ad bonum quicquid reliquū est, siue bonum siue malū. Ad hunc ergo oculum ex quo solō totū corpus lucet respicere debuerunt: qđ in affectionibus nescio qualibus quas & incredulis & iniquis aliquotiens siue ex natura siue ex vsu inesse videmus, meritum hoīs constituit. Poterant his satis supstitiosæ q̄stiones finem accipere: si tamen finē accipere poterant. Nunc autem q̄runt & semp̄ querūt: & nunq; inueniūt. Interrogāt vtrū Dauid & Petrus dānari debuissent, si ante poenitentia in p̄ctis suis mortui fuisset. Quæ q̄stio quali r̄sione digna sit vtinā videre possent. Quare, n. perire non debuissent si in p̄ctis suis

mortui fuissent! Sed perire inquit non potuerunt, quoniam ad vitam predestinati fuerunt. Quare ergo similiter non peccare non potuerunt: quoniam peccaturi predestinati fuerunt! Si, non predestinatio impediri non potest, nec predestinatio falli non potest. Si autem prescientia peccandi non infert necessitate: nec predestinatio dationis tollit possibilitatem. Vis adhuc audire quod dicat Augustinus? quia mihi non credis! Audi quod sunt quod diligunt: & qui sunt quod perseverant: & qui sunt unitas dilectionis: & qui sunt unitas predestinationis. Scimus quoniam diligentes deum omnia cooperantur in bonum: & secundum propositum vocati sunt sancti: propositum autem non suum sed dei. Qui etiam predestinati atque predestinati sunt. Vis adeo prorsus omnia, ut etiam si qui eorum deviant & etiam exorbitant: hoc ipsum eis faciat proficere in bonum: quia humiliores redeunt atque doctiores. Horum si quis perit, fallit deus: & vitio humano vincitur. Sed nemo eorum perit, quia nulla re deus vincitur aut fallit. Isti signati sunt ad Timotheum ubi cum dictum fuisset Hymeneum & Philetum fidem quorundam subvertere: mox additum est. Firmum autem fundamentum dei stat habens signaculum hoc: sciuit deus qui sunt eius. Horum fides quae per dilectionem operatur profecto aut omnino non deficit: aut si qui sunt quorum deficit, reparatur antequam vita infirmetur: & deleta quae intercurreret iniquitate: usque in finem perseverantia deputatur. Qui vero perseverantur non sunt, ac sic a fide Christiana & conversatione lapsi sunt: ut tales eos vitam huius finis inueniat: proculdubio neque illo tempore quo bene pieque vixerunt in istorum numero sunt computandi. Non enim sunt a massa illa perditionis prescientia dei & predestinatione discreti: & ideo nec secundum propositum vocati: ac per hoc nec electi. Sed in eis vocati de quibus dictum est: Multi vocati: non in eis de quibus dictum est: pauci vero electi. Et tamen quis eos neget electos cum credunt & baptizantur, & secundum deum vivunt! Plane dicuntur electi a nescientibus quid futuri sint: non ab illo qui eos novit non habere perseverantiam quae ad beatam vitam perducit electos. Scitque illos ita stare ut praescierit esse casuros. Hic si a me queratur cur eis deus perseverantiam non dederit:


qui eam qua christiane viverent dilectionem dedit: me ignorare respondeo. Respondeant & ipsi si possunt. Cur illos deus cum fideliter & pie viverent non tunc de vitia huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum: & ne fictio deciperet animas eorum? Vtrum hoc in potestate non habuit: an eorum mala futura nesciuit? Nempe nihil horum nisi peruersissime me atque insanissime dicitur. De huiusmodi ait Ioannes. Ex nobis exierunt: sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis permansissent utique nobiscum. Et quid aliud dicit, nisi non erant filii etiam quando erant in professione & nomine filiorum? Non quia iustitiam simulauerunt, sed quia in ea non permanserunt. Neque enim ait: nam si fuissent ex nobis, veram non fictam iustitiam tenuissent utique nobiscum. Sed si fuissent inquit ex nobis: permansissent utique nobiscum. In bono utique erant: sed quia in eo non permanserunt, usque in finem non perseverauerunt: non erant (inquit) ex nobis: etiam quando erant nobiscum. Hoc est non erant ex numero filiorum, etiam quando erant in fide filiorum: quoniam qui vere filii sunt predestinati & secundum propositum vocati sunt, ut sint electi. Non enim perit filius promissionis: sed perditio nis. Ac per hoc nullus praedestinatorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam: quoniam sic est ordinatus & ideo Christo datus: ut non pereat, sed habeat vitam aeternam. De quibus ait Ioannes. Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo, non peccat. David grauius peccauit: sed quia natus ex deo ad societatem filiorum dei pertinebat: non peccauit usque ad mortem: sed veniam poenitendo meruit. De hoc siquidem peccato ad mortem, ante meminit idem Ioannes his verbis. Est peccatum ad mortem. Et statim subiunxit. Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo non peccat.

Explicata est. xiii. pars.

INCIPIT
xiii. pars, de confessione & poenitentia & remissione peccatorum.

De confessione & precepto eius.

Caput Primum.



Vita est malitia hominis. Nemo quoniam male agere vult auctoritatem querit: quando autem dicimus hominibus ut faciant bona: & ut confiteantur mala quae fecerunt: dicunt nobis.

A Date auctoritatem. Quae scriptura hoc precipit ut confiteamur peccata nostra. Si ergo scriptura peccata confiteri non precipit: respondete modo si scripturam habetis quae peccata iubeat tacere. Si ergo confiteri non vultis: quia auctoritatem confitendi non habetis, quare tacere vultis cum auctoritate tacendi non habeatis? Tamen quia auctoritate queritis: accipite auctoritatem. Antiqua lex peccata confiteri iubet, & homines ad sacerdotes mittit ut confiteantur peccata sua, ut indulgentiam accipiant. Illic ergo per uariationem legis confessione & oblatione abolet: quando adhuc umbra fuit: & adhuc confessio criminis poenam potius timere debuit: quam misericordiam expectare. Si haec auctoritas non sufficit, audite scripturam alibi manifeste dicentem. Qui abscondit scelera sua non iustificabitur. Quid enim est abscondere nisi tacere, & confiteri nolle? Nam quod scelera sua per impudenciam praue agendi manifestant, non iustificationem merentur sed damnationem. Igitur tegenda sunt mala quantum pertinet ad impudenciam prauae operis, & reuelata sunt per humilitatem confessionis. Vultis adhuc scire periculum taciturnitatis, & utilitatem confessionis? Quonia tacui inquit psalmista: inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Et iterum. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me in iustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Vide ergo & considera si taces peccata tua, inueterant: si confiteris, condonantur. Sed dicis. Ecce dico peccatum meum: sed deo, non homini. Scripturam sequor. Illa mihi dicit: ut deo confitear peccatum meum: non me ad hominem mittit in quo salus non est, sed illum trahit confessionem, unde promittit remissionem. Dixi confi-

tebor &c. Quid facit homo? Audi quod facit. Nonne ille homo fuit: qui dixit: fili remittunt tibi peccata tua: & verum est, quod ille homo fuit qui dixit hoc. Propter ea qui illum hominem esse viderunt: deum autem non cognouerunt, murmurauerunt inter se dicentes. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Sciebant enim quod peccata dimittere, dei erat: sed nesciebant quia quod dei erat: homo a deo acceperat: & ille quidem homo quod habebat in quantum homo erat: ideo habebat quae acceperat. In quantum vero deus erat: hoc idem ipsum habebat, & non acceperat. Propterea autem voluit accipere aliquando in humanitate, quod semper habuit in diuinitate: ut et vicino homini appropinquaret in eo quod hominis erat. Et in eo ipso quod hominis erat homini exhiberet quod dei erat. In eo namque quod hominis erat, familiari? homi iungebat. In eo vero quod dei erat, potenter in homine operabatur. Propterea. Ut sciatis, inquit, quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge & ambula. Ostendit quod videre poterant, ut per hoc crederent quod videre non poterant. Propter hoc ergo deus factus est homo: ut se ad consabulam dum homini proximum & familiare exhiberet: ut in una eademque persona & sui generis homo inueniret: cui fiducialiter in similitudinem suam reuelaret, & supra hominem deum credens, de accepta ab illo remissione peccatorum suorum non diffideret. Deinde ut dispensationis gratia largi? multiplicaret: deus homo homines quae puri homines erant participes fecit potestatis suae: ut officium eius impleteret poenitentium confessionem suscipiendo, & potestatem eius exercerent, poenitentibus & confitentibus peccata remittendo. Accipite, inquit, spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta erunt. Ergo Christus homo discipulis suis vicem eius agentibus in terra potestatem dedit dimittendi peccata. Sed dicis fortassis. Quare non similiter Christus preceptum dedit hominibus peccata sua confitendi: sicut discipulis potestatem dedit confitentium peccata dimittendi. Audi quare. Voluit Christus ut a temetipso surgeret: ut non quae

si extorta vel coacta videretur confessio tua. Idcirco quod ad se pertinuit officium suum discipulis suis peragendum iniunxit: ut medicorum more egros ad se venientes exciperet & sanaret. Medicis ergo dixit ut curaret, sed infirmis non dixit ut ad medicos curandi veniret. Hoc quasi certum esse voluit, quod egri libenter salutem quaerent, & se curandos offerrent, si medicos inueniret. Propterea solos medicos admonuit. Infirmum, nisi ipse morbus suus sufficienter admoneretur: neque opus precepto habet si dolet. Tamen ipsi medici postea quia negligentes in curatione sua egrotos inuenirent, eos ad salutem quaerendam, & admonitione sua excitauerunt, & precepto attraxerunt. Confitemini inquit Apollonius Iacobus alterutrum peccata vestra, & orate pro iniuncto ut saluemini. Quid est alterutrum? Alter alteri, homo homini. Non solum homo deo, sicut verus ille confessor ait. Dixi confitebor &c. sed homini propter deum. Plus enim facit quod seruo humiliatur propter dominum: qui ipsi domino humiliatur. Propterea Confitemini alterutrum peccata vestra. Quid est alterutrum? Non tamen unusquisque unicuique, sed alterutrum, hoc est inter vos, homines hominibus, oves pastoribus, subiecti prelati. Ii qui peccata habent, iis qui peccata dimittere potestate habent. Debitum quidem erat ut confessionem facturi ad illum iretis qui est super vos: nunc autem per indulgentiam dispensatione conceditur: ut peccata vestra ad iniunctum vobis confitemini inter vos. Ille quidem qui solus confessionem acciperet, confessionem non faceret quia peccata non haberet: hi autem qui confessionem peccatorum accipiunt: & confitentibus peccata sua dimittunt, necesse habent, ut & ipsi peccata sua confiteantur, ut poenitentibus & confitentibus peccata sua dimittant. Propterea ergo confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro iniuncto. Ad quid? Ut saluemini. Confitemini ut saluemini. Quid est confitemini ut saluemini? Hoc est non saluamini, nisi confitemini. Hoc forsassis tu audire noli: quia larebras queris, & abscondis scelerata tua ut non iustificeris. Non tibi placet quod dicitur: quod si qui confiteri nolunt peccata sua saluari non possunt: propterea forsassis conaris ad aliud dictum apo-

stoli intorquere: ut intelligat confitentibus quidem promississe saluationem: tamen non confitentibus non negasse iustificationem. Audi ergo. Augustinus dicit. Non potest quis iustificari a peccato, nisi confessus fuerit ante peccatum. Item Beda in eadem epistola Iacobi de qua superius testimonium sumpsimus. Sine confessione inquit, nequeunt dimitti peccata. Sed in hoc illa discretio esse debet: ut quotidiana leuiusque peccata alterutrum coequalibus confiteamur: ut omnibus inuicem saluemur. Porro grauioris lepre immunditiam sacerdoti padamus, & ad eius arbitrium iustificari curemus. Videte quomodo concordant testimonia veritatis. Est quedam communis in ecclesia poenitentia, quam quotidie ad iniunctum facimus: in qua omnino solum pro iniuncto per quotidianam & leuioribus peccatis indulgentiam & remissionem coqueamur. Grauioris autem culpe reatum singulari confessione sacerdoti aperimus: & secundum eius consilium munere satisfactionis oblato, indulgentiam peccati obtinemus. Sed dicitur. Si saluari non poterit homo nisi confiteatur peccata sua. Quid est quod scriptum inuenit: Lachryme lauant delictum, quod ore pudor est confiteri. Inuenitur enim quedam eiusmodi dicta & rapitur ea homines gaudentes: non quia veritatem querunt in eis: sed quia malitiam suam defendere volunt ex eis. Dicitur enim. Quid nos costringitis: quod nos arctatis? Pudenda sunt facta nostra: non nos permittit verecundia eloqui, erubescimus confiteri quod fecimus, quod possumus tamen facimus, cor contritum & humiliatum offerimus, dolemus pro eo quod male egimus, lachrymas fundimus, carnis maceratione reatum punimus. Quid verba queritis, ubi bona opera sunt? Habemus scripturam consolantem nos, & dicentem, Lachryme lauant delictum, quod ore pudor est confiteri. Non malitiam excusamus, sed verecundiam parcimus. Quod ergo homini dicere erubescimus deo dicimus, qui non improperat. Eiusmodi ergo occasionibus querunt homines excusationem torpori suo, & peruertere conantur scripturas: quia peruersi sunt ipsi. Quid enim? Si scriptura dicit, lachryme lauant delictum: quod ore pudor est confiteri, nunquid ideo

dixit: si erubescis confiteri peccatum tuum tibi sufficiat si tamen lachrymeris etiam si non confitearis? Nonne multo melius est, ut scripturam hoc potius dicere voluisse intelligas, quod lachryme ex intima cordis contritione prolata illa etiam peccata lauare possunt quae sine pudore & verecundia proferri non possunt? Quid ergo? Si pudenda peccata lachryme lauant, ibi tacendum est: ubi diuinum auxilium magis necessarium est? Immo multo magis ibi confitendum est, ut humilitas confessionis adiuuet lachrymas contritionis. Similiter cum tibi dicitur. Si homini erubescis dicere peccatum tuum, ut dicas deo, quod non improperat, non tibi dicitur: si erubescis dicere homini ut homini non dicas, sed deo. Sed mansuetudo dei tibi demonstratur qui tam mitis & suavis est omnibus ad se confugientibus: ut ab ipso improperium aliquod te non oporteat formidare: etsi talia fuerint peccata tua ut ea te homini manifestare sine erubescencia non posse cogitaret. In eo enim de quo erubescis cum homini dicitis, erubescere te deo non oportet cum deo dicitis: quia non improperat dicenti: sed condonat confitentem. Dic ergo homini ut salubriter confundaris ad tempus coram eo: ut ista confusio gloriam tibi postmodum adducat, & fiduciam praestet: ne improperium timeas cum manifestari coeperis coram deo: Tamen ne forte tibi diceret cogitatio tua, si tam graue est homini reuelare peccata: & si ita erubescimus coram homine, quod faciemus ante deum, cuius maiestatem declinare non possumus, neque iudicium effugere? Ne igitur temetipsum desperares sic de deo cogitando, ostenditur tibi mansuetudo dei erga poenitentibus condonata: & confitentibus non improperat. Sic ergo accipe quod dictum est. Dic deo qui non improperat: quasi diceret etiam si erubescis coram homine ne erubescas coram deo: quonia de poenitio est homine: & mansuetior & compatiens miseris ut non improperet. Secundum hunc itaque modum non tibi dicitur ut peccata tua homini non dicas: sed ut in iis etiam quae coram homine erubescenda sunt de dei pietate confite-

das. Opponis adhuc lachrymas illas Petri, quas legis, confessionem non legis: lachrymae lauant delictum quod ore pudor est confiteri. Has igitur lachrymas opponis non quia amas compunctionem: sed quia fugis confessionem. Dicit ergo quod lachrymas Petri legis, satisfactionem non legis. Audisti quia fleuerit: sed quid dixerit non audisti. Ideo lachrymae lauant delictum, quod ore pudor est confiteri. Quid ergo? Hoc tibi dici putas: ut quia Petrus lachrymarum legitur, confessus non legitur: tu si lachrymeris non confitearis? Nonne multo melius est ut illud potius hic demonstrari intelligas: quod si illic tantum lachrymae valuerunt ubi confessionem oris non habuerunt, quanto magis si vere fuerint, nunc valent ubi cum cordis contritione etiam oris confessionem habent? Hoc enim tibi demonstratur cum subditur. Prius sciedum est: postea confitendum. Hoc siquidem ad veritatem confessionis spectat ut prius compungaris, postea confitearis. Nam sunt quidam sicut impudentes ad faciendum sic inuerecundi ad dicendum: qui quoniam turpitudinem suam in faciendo non vident, verecundiam in dicendo non habent: quibus vix per prophetam dicitur. Frons vultus meretricis facta est tibi, nesciisti erubescere. Isti nonnunquam sine aliquo compunctionis motu, sine aliquo timoris vel amoris dei attractu, per sola consuetudine explenda ad dicenda peccata sua se ingerunt, existimantes se propter solam verborum prolationem a debito peccatorum suorum absolui, quibus recte dicitur: prius sciedum est, post confitendum. In confessione namque peccatorum hominem verecundari oportet ut humiliter quod fecit cognoscat, & tamen non sic verecundari, ut taceat. Hoc bene nouit peccatrix illa quae etiam venit ut peccata sua se abscondere nolle ostenderet: & tamen non ante, sed retro stetit, ut verecundiam turpitudinis suae se attendere demonstraret. Propter hoc recte dicitur prius sciedum, post confitendum.

Hoenitētia alia est interior, alia exterior. Pœnitentia exterior est in afflictione carnis. Pœnitentia interior est in cōtritione cordis. Per pœnitentiā exteriorē castigat culpa prauū operis. Per pœnitentiā interiorē emēdat culpa prauē uolūtatis. Secundū quā titatē delicti, mēsurā correctiōis pēsan da est. Agite, iqt, fruct⁹ dignos pœnitē tiē. Aliud est. n. fruct⁹ pœnitētiā, aliud ip̄a pœnitētia. Sicut aliud est arbor: & aliud fruct⁹ ei⁹ sic aliud est p̄nia, aliud fructus eius. Pœnitētia est dolor cōmissi si p̄teriti, quādo doles te fecisse qd̄ malū est. Quādo ergo ip̄obas & damnas mala tua, pœnitentiā habes: qn̄ aut̄ satisfactiōe sequēte & punis & corrigis mala tua, fruct⁹ pœnitētiē habes. Si dipli cer tibi qd̄ fecisti, pœnitentiā agis. Si p̄se queris & punis qd̄ fecisti, fruct⁹ pœnitē tiē facis. Pœnitētia ē facti ip̄obatio: fructus pœnitētiē delicti correctiō. Sed q̄a secundū mēsurā delicti correctiōis mēsurā pēsan da est: ideo fruct⁹ pœnitē tiē dignos facere oportet. Si in corre ctione minor est afflictio q̄ i culpa fuit delectatio: nō est dign⁹ pœnitētia tuā fruct⁹. Sed dicis mihi. Quomō scire pos sū qn̄ cōdigna sit p̄nia mea? Quia hoc scire nō potes: ideo necesse habes semp pœnitere. Satisfacere potes: nimis face re nō potes. Melius est vt plus facias, q̄ minus. Iccirco sollicitus esto, satage, q̄ operā, studiū impēde: vt culpa sit cū sine, deuotio sine fine. Tū vt aliqñ pecca trix cōsciētia cōsoleat, posit⁹ est modus & mēsurā pœnitētiē exterioris: vt illa expleta vel p̄fecta fiduriā habere incipi as, & sancta quadam p̄sumptione in spe misericordiē diuinē de indulgentiā & remissione peccatorum confidere, & tanto uerius quanto utiq̄ sincerius in iunctam pœnitentiā expleueris.

CDe iis q̄ in hac uita pœnitentiā nō cō plent. Cap. III.
KEd fortassis tacita tibi cogitatione responde as: quomodo iquis cer tus esse possum de uer nia propter pœnitentiā

& satisfactionem ab homine iniunctā: etiam si illam studiose compleuero: cū ipse homo cui peccata mea confiteor se pe aut ignorantia nesciat, aut negligētia non considerat qualem mihi secundū modū & mēsuram delicti debeat satisfactionē iniungere? Ad hoc tibi breuiter respōdeo. Quia si homo nescit, de⁹ scit. Tu tamē fac qd̄ tibi p̄cipit. Obce diēs esto in eo quod tibi iubetur. Vide ar deus deuotionē tuā etiā si homo nō cōdigne modereē afflictionē tuā. Perire nō poteris si deuot⁹ inuētus fueris. Sed decipior inq̄s putās me satisfecisse cū satis nō fecerim. Ille mihi inuixit vt tātū facerē & nō ampli⁹ mihi p̄cepit. Ecce totū feci & nō satisfeci. Vado quasi securus ad deū, putās me satisfecisse il li cū adhuc teneor obligat⁹: q̄a satis nō fecerim. Quare ergo, inq̄s, factum est vt talē sacerdotē non habeā q̄ mihi dicat hoc qd̄ oportet? Audi q̄re. Propter peccata tua factū est hoc q̄bus meruisti vt malū haberes, q̄bus si districte iudicare ris & hoc merueras vt nullū haberes. Qui (inq̄t scriptura) regnare facit hominē hypocritā p̄pter peccata populū. Et ego ait adherescere faciā liguā tuā palato tuo, nec eris quasi uir obiurgās q̄a domus exasperās est. Nā vt scias q̄ malitia tua hoc fecit: uide ubi erat deuotio tua. Si em̄ p̄fectā deuotionem habuisses etiā nullo admonēte cessare tū poruisses. Nunc autem pigritiā tua & negligentia tua occasione torporis q̄si uir, nō correctionē. Et uidit hoc deus & dedit tibi secundū cor tuū, vt nō inuenires qd̄ nō q̄rebas accipere. Ned tū dico q̄ desperes: hoc etiam si contingat vt homo qui exterius curandis uulneribus peccatorū medicamentum apponit aliquid minus sufficiens tribuat. Sa pe qd̄ minus foris agitur, efficacius in tus operatur. In paruo opere magna deuotio potest esse. Homo uidet in facie: deus autem intuetur cor. Et vt mi nus dicam, magnū est si in hac uita incipere possis etiam si non perficias. Nā & post mortē ignis quidā purgatorius dicitur ubi purgantur & mundantur, qui hic corrigi coeperūt & nō perfecterunt. Qui autē in hac uita nec incipere

uoluerunt, ibi cōsummare nō possunt. Quibus autem hic correctionem suam incipere datur: etiam si perficere non datur: illic correctionis p̄fectio reseruat. Tū tutius omnino est vt hic & incipere & perficere contendas: vt illic tibi nihil pariendū vel faciendū superfit. Durū est tormenta illa, vel ad modicū sentire. Propterea tuti⁹ oīno tibi est vt hic & scipias & pficias qd̄ facere debes qd̄ si pficere hic nō poteris si tū inchoaueris nō desperare, salu⁹ eris. Sic tamē quasi per ignē. Ardebis qd̄, donec cōsumptū fuerit qd̄ cremabile portas. Tu autē saluus eris quoniā in te fundamentū permanit caritatis dei.

C Vtrum iterari possit pœnitentiā.

Cap. III.

LVnt q̄ dicant: relapsis in pristina peccata locū ueniē amplius non esse: propterea q̄ quādā scripturarum testi monia iis q̄ post acceptā pœnitentiā ad priora p̄tā redeunt aditū salutis negare uidentur. Et sunt quidem eiusmodi quēdam dicta in q̄b⁹ non hoc quidē dictū est, sed a non bene intelligētib⁹ hoc dictū esse uideat. Apostolus Paulus in illa eplā quā ad Hebrēos scripsit, sic ait. Impossibile est eos q̄ semel sunt illuminati, gustauerūt etiā donū cælestē, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonū donū uerbuū uirtutesq̄ seculi uenturi, & prolapsi sunt: renouari rursus ad pœnitentiā, rursus crucifigētes sibi metipsis filiū dei, & ostēti habētes. Et rursus. Volūtariē em̄ peccātibus post acceptā notitiā ueritatis iā non relinquitur pro peccatis hostia. Et iterū scriptū alibi inuenit. Quia locus nō est secūde pœnitentiæ. Sed siue hęc siue alia talia scripta vel dicta catholicorū uirorū su p̄ hoc inueniant, nulla ratione existimādū est eos q̄ recte sapuerūt hoc astruere uoluisse q̄ in qualiācūq̄ p̄tā lapsi, vel pœnitere nō possent, si p̄ diuinā misericordiā respicerent, aut ueniā conse qui nō ualerēt, si p̄ uerā pœnitentiā compungerent. Hoc. n. fides catholica omīno non recipit: quia qui dixit non dico

tibi septies, sed usq̄ septuagies septies: se nec secundā, nec tertiam: nec quotālibet peccatoris pœnitentiā uerā dūtaxat refutare significauit. Qd̄ ergo dictū est impossibile esse eos q̄ post illuminationē gratiē & gustū donū cælestis & participationē spūs sancti, lapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiā, uel sic intelligendū est: q̄ p se cadere potuerunt sed p se surgere nō possunt, atq̄ ideo illis impossibile esse, deo nō esse. Sicut scriptū est spūs uadēs & nō rediēs, de uia p̄ditionis dictum est: q̄ oēs qui ingrediuntur per eā amplius nō reuertentur: quia homo p se quidē ad malū ite potest: p se redire nō pot, nisi p gratiā adiuuet: & adiuuus sic ad pœnitentiā renouet. Vel sic ergo intelligendū est quod scriptū est. Impossibile esse lapsos, ad pœnitentiā renouari, uel propheticū illud qd̄ dictū est: Virgo Israel cecidit: nō adificiet vt resurgat uirgo Israel (in quo s̄r qd̄ a recta intelligentia errauerūt) his uerbis exp̄ssim conuenienter quis dicat. Nam quia sanctus Hieronymus super hunc locum quēdā uerba ambigua exposuit: qd̄am qui ex scripturis libentius materā erroris q̄ dificationis assumunt: lapsos reparari nō posse conantur astruere. Ait em̄. Qz cū deus omnia possit: de corrupta uirginē facere non potest. Ipse uiderit quid dicere uoluerit: ego a puritate christianē fidei non discedo. Veritas vna est. Apostolū dicentem audio. Si aliud angelus euangelizauerit anathema sit. Ego tamen sic sentio quia aliquid dicere uoluit: etiam si ego nesciam quid dicere uoluit. Sic tamen pium est mihi sentire q̄ uerum dixit, etiā si forte competētius uel euidētius dixisse potuisset qd̄ dixit. Ego dictum catholici uiri ad catholicam ueritatem interpretari conabor. Tamen si de corruptione carnis intelligitur hoc: stultum est sic sentire: q̄ homo carnem suam uitiare possit, de sanare nō possit. Si de corruptione cordis hoc intelligitur, & hoc similiter stultum est dicere: quia homo peccare possit, deus iustificare non possit, & tantū iustificare: quantum ille peccare. Si autē idcirco illud non posse dici dicitur: quia

factum est, & quod factum est, non factū esse non potest: quia quod verum est: falsum esse non potest, & idcirco non potest, quia contra veritatem non potest: quia si contra veritatem posset, contra seipsum posset, qui veritas est. Quod pondus habet hoc dictum magis quam si diceret de alio quolibet: quod factū est, iam non esse factum non potest: etiam si quod factum est, emendari potest: ut factū esse non noceat quod factum est: Certum est quia qui cadit, resurgere potest, & non solum resurgere sed etiam melior resurgere quam fuit, cum cecidit. Multi reciderunt & meliores surrexerunt, quam fuerunt antequam ceciderunt: meliores etiam quam futuri fuissent si non cecidissent: quia ad hoc ipsum cadere permissi sunt, ut ex ipso casu suo & ruina erudirentur, & meliores efficerentur. Nemo tamen melior post casum surrexit, vel surgere potuit, quam fuisset etiam non cecidisset, & hec quæ modo resurgendo bona operatus est, omnia stando operatus fuisset. In hoc secundum aliquid dici potest: quod omnes qui cadit id quod cadendo perdit amplius totum recuperare non potest: quia quicquid post ea ad correctionem vel ad recuperationem adiecerit, facere omnino non potest: quoniam melior fuisset, si hac omnia haberet: & tamen non cecidisset. Propterea nemo in spe correctionis peccare debet: quia quod semel amittitur, amplius ipsum non recuperatur: quia quicquid adiectum postea fuerit per reparationem perditum non est ipsum: sed aliud pro ipso, & plus utique esset si utrumque simul esset. Quod idcirco fieri non potest: quia sicut tempora transacta amplius non redeunt: ita quæ semel perpetrata fuerint amplius non facta esse non possunt. Si igitur virgo es, custodi diligenter quod habes. Noli in spe peccare, noli cadere, quasi melior resurrectura sis. Quicquid postea feceris, facere tamen non potes, quin melior esses si hoc faceres & virgo esses. Sic itaque fortasse secundum hunc modum convenienter intelligitur: quod virgo Israel cecidit & non adiciet: ut resurgat virgo Israel. Et quod ubi mille erant, ceterum erunt, & ubi centum, decem in domo Israel. Si in hunc modum lapsos ad poenitentiam renouari non posse, dicimus: nihil inconueniens fortassis dicimus: neque poenitentibus

viam indulgentiæ claudimus, sed periculum cadendi demonstramus. Si enim magnum est aliquando surgere: maius utique est, nunquam cecidisse. Si bonum est sanatum esse: melius est nunquam corruptum fuisse. Est adhuc alius sensus quem in supradicta sententia eadem veritate intelligere possumus, utrum equali conuenientia: nescio. Impossibile est, inquit, eos qui semel illuminati sunt, & cetera quæ adiecit, prolapsos rursus renouari ad poenitentiam: & quasi causam subiunxit quare eiusmodi ad poenitentiam renouari non possint: rursus, inquit, crucifigentes & ostentui habentes filium dei. In hoc ergo denuo renouari non possunt: quia aliam crucem & aliam mortem filii dei habere non possunt: non quia poenitentibus venia denegatur, sed quia pro peccantibus Christus iterum non morietur. Custodi ergo salutem tuam, semel pro illa Christo: mortuus est. Si illam amiseris non poteris habere Christum alium qui pro te moriatur, vel eiusdem Christi mortem aliam. Dicit tibi Christus. Serua salutem tuam, ego semel pro illa mortuus sum. Si illam amiseris, ego iterum mori non possum, tamen eadem morte, amissam iterum reddere possum. Sed nolo mihi iniuriam facias: quia si salutem tuam morte mea acquisitam voluntarie peccando iterum amiseris, quantum in te est, iterum crucifigi, iterum me mori compellis. Ego carnem meam hostiam obtuli: ut de peccato poenitentes veniam consequerentur: non ut voluntarie peccantes & in peccato persistentes iustificarentur. Qui ergo de peccato poenitent: habet in ea hostiam expiationis. Qui autem in peccatis suis voluntarie permanent, non habent ex ea causam saluationis. Hostia quidem ista data fuit illis ut per eam expiarentur de peccato poenitentes: sed iam nunc non relinquitur eis ipsa hostia ut per eam in peccato voluntarie persistentes iustificentur. Non ergo putent voluntarie peccantes istam hostiam ad se pertinere: quia voluntarie peccantibus iam non relinquitur hostia pro peccato: quia non possunt sibi eam usurpare quam ita oblata est, ut his possit quod de peccatis poenitent: non

qui permanet in peccatis. Sic vna veritate manifesta: alia quoque in lucem venit. Quod autem dictum est quod non est locus secundum poenitentiam: ita quidam intelligere volunt: quia tota hec vita locus est poenitentiam homini peccatori. Qui hic poenitentiam facere voluit locum habet: quia hic locus datus est poenitendi hominibus. Qui autem hic poenitentiam facere noluit: in alia vita etiam si voluerint facere poenitentiam non poterunt: ita ut fructum habeat poenitentiam illorum: quia locum non habet. Prima ergo poenitentia in hac vita locum habet. Secunda poenitentia post hanc vitam locum non habet: nec fructum habet, etiam si dolorem habet. Alii hoc dictum intelligunt de publica poenitentia, quam dicitur iterari non posse propter rigorem & castigationem, ne homines sacramenta dei contemnant. Sed vnusquisque prout potuerit secundum veritatem sentiat. Ego illum qui dixerit ideo locum non esse secundum poenitentiam: quia vna debet esse poenitentia homini, quam diu vivit: ut semper de preteritis doleat, & se a futuris custodiat, & nunquam ad peccata redeat, quæ semel dimisit, & quod hoc facit quod debet facere, facit. Et quod aliter facit, si qui ad peccata preterita reuertitur: ut cum peccauerit quam diu vult iterum ad poenitentiam redeat, & quasi post primam secundam faciat poenitentiam, facit quod facere non debet: nec tamen in eo quod poenitet, male facit, sed in eo quod non perseverat in poenitentia male facit. Qui si dixerit locum non esse secundum poenitentiam: ego illum faciliorem fuisse exitum puto, & sine scrupulo quæstionis molestiam declinasse.

De his qui in extremis poenitent.

Cap. V.

Querunt quidam quod de his sentiendum sit qui in peccatis suis usque ad finem vite perseverant, & tamen in extremis morte imminente terris compunguntur & poenitent: & ex toto corde misericordiam & indulgentiam querunt: etiam si satisfactione articulo temporis preuenti persolvere non possunt. Breuiter, quod mihi videtur, absoluo. Ego puto hominem quam diu in hac vita vivit sicut malum facere potest, ita & emendare posse si fecerit, & nunquam

quocumque tempore etiam in extremis & in articulo necessitatis poenitentiam hominis infructuosam esse, si vera fuerit. Ego scripturam audio dicentem: Quia in quacumque hora ingemuerit peccator, saluus erit. Non dicit biduo aut biennio ante mortem, si ingemuerit, sed quacumque hora ingemuerit, saluus erit. Ergo tu noli ponere tempus misericordie dei: ne forte iudicium tuum tibi ipsi aduersetur. Noli ponere legem quæ tibi non expedit. Peccator es, ama misericordiam: quia si non amas, non mereris. Nec tamen sub hac spe secure tibi peccatum est. Propterea quod in fine si conuersus fueris saluus tibi promittitur. Nam quis etiam tunc venia tibi (si vere poenitueris) promittatur: non tamen tibi ut tunc vere poenitere debeas promittitur. Valde difficile est ut tunc vera sit poenitentia: quando tam fera venit: Quando cruciatur membra ligat, & dolor lessum opprimit: vix homo aliud cogitare potest. Ergo si vis securus esse, poenitentiam age dum sanus es. Dum mens sibi vacare potest, exerce illam in opere suo. Valde suspecta debet esse poenitentia, quæ coacta videtur esse. Facile est ut homo se nolle putet, quod posse non datur. Possibilitas optime voluntate probatur: si non facis dum potes manifeste ostendis quod non vis. Quis autem in tempore sanitatis securior sit poenitentia, tamen melior est sera, quam nulla. Ante finem tamen me poenitere differas: in fine confide: ut vel tunc respicias. Quod si tunc forte tibi suppere non vides tempus boni operis, egredere tamen in spe firma: cum arra bonæ deuotionis. Multum sera fuisse latronis poenitentia, sed indulgentia sera non fuit. Quod tandiu petere distulit: vide cito accipit! Cor contritum & humiliarum deus noster nunquam despiciet: quia mortem non vult peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.

Quia sola bona voluntas sufficit si facultas operandi non datur.

Cap. VI.

Sed ergo bonam voluntatem habes, noli desperare. Angeli de caelo clamant: pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Non dixerunt pax hominibus, dicitur

uitibus, aut nobilibus, aut potētib, siue multa facere valētib. Si hoc dixissent, timēdū tibi esset. Quia hæc oīa etiam inuitis abesse possunt, & adesse non amātib? similiter. Volūtas nulli abesse potest nisi volētī. Tale aliqd est voluntas: qđ nec dari nec auferri possit inuito. Propterea volūtas hoīs est potestas dei. Et ideo volūtas hoīs est qđ velle in potestate hoīs est: & nō potest volūtatē tollere homini aliqua violētīa extrīsecus incurrēs, neq; infīmitas, neq; aduersitas vlla, neq; paupras volūtatē homini tollere potest nisi ipse hō voluerit. Opus ei auferri pōt: etiā qñ ipse nō vult, volūtas nō potest. Propterea non est in ipso qñ possit, sed in ipso est quādo velit: etiā qñ ex ipso nō sit voluntas, quādo vult: qđ & ipsum velle bonū ex deo est. Idcirco tñ in ipso hoīs dicit esse qñ velit, qđ extrīsecus velle hoīs spēdire nō potest. Ad hoc vt velit nihil foris querit, totū in ipso est, qđ ad hoc faciendū opus est. Nō querit aliqd extra se vt velle habeat in se. Idcirco velle est in ipso, posse in ipso non est, nisi aliud foris apponat ad explicandā voluntatē: qđ qñ adesse debeat, vel abesse, in potestate hoīs nō est. Idcirco qñ nō vult bonū nō culpā nisi ipse. Qñ autē nō potest, si vult quidē propter voluntatē impossibilitatē nō impūtat: si autē nō vult ppter impossibilitatē, volūtas non excusat. Totū ergo meritū in voluntate est. Quantū vis, tantū mereris.

Obiectio. Sed dicis, si solū velle meritū est, & si meritū hoīs in sola constat voluntate: Quid ergo opus facit? Habeo voluntatē & sufficit mihi. Quid necesse est operari, si opus nihil facit? Sed volūtatē si ne opere habere non potes, qñ operari potes. Nō est volūtas si non operat qđ potest. Si autē nō potest operari, sufficit ipsa sibi, & habet meritū suū ppter se, in quo sola placet, qđ bona est. Sed dicis iterū. Si totū meritū in volūtatē est: nihil amplius ex opere est: etiā qñ ipsum opus cū volūtatē est: quare ergo opus requirit si p ope merito hoīs nihil adicitur vel auferit? Audi quare. Ideo post voluntatē etiam opus requirit: vt ipso opere voluntas augeat. Tale est cor ho-

minis vt opere suo ampli⁹ inardescat, siue ad bonitātē amandā, si rectū est: siue ad malitiam si prauū est. Ita vtrinq; affectus opere nutrit, vt crescat, & amplior sit: & vix fieri potest vt voluntas opere suo non augeatur. Quantū ergo voluntas crescit, tantū meritū crescit, & tantū ipsum opus voluntati aut pdest in bonū, aut in malū nocet quantū ipsam volūtatē ad affectum bonitatis, siue malitię, accēdēdo exercet. Et si forte contigerit tātā esse voluntatē in eo qui non operatur, quanta est in illo qui opus exercet, vbi eadem voluntas est, meritū dissimile esse nō potest. Sed dicit iterū. Si totū meritū in voluntate est, ergo opus bonū nō remunerat, sed sola voluntas. Vide quomodo hoc intelligere velis. Nā secūdū aliqd & hoc veraciter dicit, qđ hoīs volūtas siue ad bonū siue ad malū sola remunerat. Et rursum conuenienter dicit: qđ opus & voluntas & ipse etiā hō volens & operas p volūtatē & opere remunerat. Dicit volūtas remunerari, qđ in ipsa meritū cōstat. Dicit opus remunerari, qđ in ipso cōstat causa siue occasio merēdi. Volūtas remunerat p opere: opus remunerat p voluntate. Voluntās remunerat p opere: qđ in illo vt placeret meruit. Opus remunerat p voluntate, quia ex illa vt placeret accepit. Voluntās placet qđ ipsa bona est: & in ipsa iustitia est quę placet. Opus placet qđ ex voluntate bona est, & signū iustitię & bonitatis qđ in ipsa voluntate est & placet. Voluntās placet pro eo qđ in ipsa est: opus placet pro eo ex quo ipm est. Sicut ergo sola iustitia est pro qua & voluntas placet & opus voluntatis, sic non duę sed vna retributio est, qua & voluntas remuneratur & opus voluntatis. Vna ergo retributio est qua & homo remunerari dicitur, quia illi datur, & voluntas remunerari dicitur qđ pro illa datur. Et opus remunerari dicitur in quo voluntas ipsa placere meretur. Etiam quando non operatur, voluntas placet in hoc qđ voluit operari, & de ipso opere placet, etiam quando illud facere non potest. Sēper ergo placet volūtas p opere, & homo nūq; placet nisi pro voluntate. Tñ qñ homo pro voluntate placet ideo placet qđ ipsa voluntas placet. Qñ aut volūtas ppter opus placet: non sic placet, quasi opus ppter se placeat, & volūtas ppter opus, cū potius ppter se voluntas placeat, & opus propter voluntatē. Sed dicit ppter opus placere volūtas, qđ ipsa volūtas operis est, & de opere est qđ placet. Velle em̄ semp aliqd velle est, & placet homo, qđ vult aliqd ppter voluntatē iustā: qđ de ali quo est: & ideo iusta est, quia est de quo esse debet. Et talis est, qualis esse debet. Sic ergo in volūtatē totū meritum est etiā si respectu opis sit: qđ opus siue sit siue nō sit: nihil in volūtatē minus est: nisi forte in hoc qđ volūtas ipsa maior fuerit si ipm op⁹ fuerit. Si ergo magnū meritū habere vis, magnā habe volūtatē. Magna fiducia. Tātū mereris quātū vis. Possunt esse volūtatē pares, qđ facultate sūt ipares. Multū dedit Zacchēus qui diues erat, & multum habebat. Vidua illa qđ duo minuta misit: parū habuit & parū dedit: & tñ tātū dedit quātū Zacchēus. Minores facultates ferebat: sed parē volūtatē habebat. Si attēdas qđ dederint diuersa iuenies: si attēdas vnde dederint paria iuenies. Nō autē pēsat deus quātū dat, sed ex quāto def. Si ergo vbi plus dat & vbi minus differēs meritum nō est, si equalis vtrinq; volūtas habeat: ergo vbi aliqd dat, & vbi nihil dat, differēs meritū eē nō pōt: si equalis vtrinq; volūtas habeatur. Ideo dixi tibi, vt nō desperes si facultas deest tibi: ad sit bona volūtas, quātū vis tātū mereris. Fac ergo volūtatē magnā, si vis habere meritū magnū. Bene hoc sciuit peccatrix illa: quę quia multū habuit qđ dimittere, non attulit substātiā magnā: sed dilectionē magnā. Multū contra multū. Si multa pecunia magis qđ caritate multa, iniquitas multa redimeret, feliciores diuites essent qđ pauperes, & secure peccare possent, quātū vellent, & qđ diu vellent. In ipsis em̄ esset redēptio peccatorū suorū. Quādo vellēt darent pecuniā, & haberēt iustitiā. Nūc autē bene facit de⁹ qđ in eo posuit redēptionē nostrā: vbi nullus nisi ipse velit, egere potest. Amare

pos. cet nisi pro volūtatē. Tñ qñ homo pro voluntate placet ideo placet qđ ipsa voluntas placet. Qñ aut volūtas ppter opus placet: non sic placet, quasi opus ppter se placeat, & volūtas ppter opus, cū potius ppter se voluntas placeat, & opus propter voluntatē. Sed dicit ppter opus placere volūtas, qđ ipsa volūtas operis est, & de opere est qđ placet. Velle em̄ semp aliqd velle est, & placet homo, qđ vult aliqd ppter voluntatē iustā: qđ de ali quo est: & ideo iusta est, quia est de quo esse debet. Et talis est, qualis esse debet. Sic ergo in volūtatē totū meritum est etiā si respectu opis sit: qđ opus siue sit siue nō sit: nihil in volūtatē minus est: nisi forte in hoc qđ volūtas ipsa maior fuerit si ipm op⁹ fuerit. Si ergo magnū meritū habere vis, magnā habe volūtatē. Magna fiducia. Tātū mereris quātū vis. Possunt esse volūtatē pares, qđ facultate sūt ipares. Multū dedit Zacchēus qui diues erat, & multum habebat. Vidua illa qđ duo minuta misit: parū habuit & parū dedit: & tñ tātū dedit quātū Zacchēus. Minores facultates ferebat: sed parē volūtatē habebat. Si attēdas qđ dederint diuersa iuenies: si attēdas vnde dederint paria iuenies. Nō autē pēsat deus quātū dat, sed ex quāto def. Si ergo vbi plus dat & vbi minus differēs meritum nō est, si equalis vtrinq; volūtas habeat: ergo vbi aliqd dat, & vbi nihil dat, differēs meritū eē nō pōt: si equalis vtrinq; volūtas habeatur. Ideo dixi tibi, vt nō desperes si facultas deest tibi: ad sit bona volūtas, quātū vis tātū mereris. Fac ergo volūtatē magnā, si vis habere meritū magnū. Bene hoc sciuit peccatrix illa: quę quia multū habuit qđ dimittere, non attulit substātiā magnā: sed dilectionē magnā. Multū contra multū. Si multa pecunia magis qđ caritate multa, iniquitas multa redimeret, feliciores diuites essent qđ pauperes, & secure peccare possent, quātū vellent, & qđ diu vellent. In ipsis em̄ esset redēptio peccatorū suorū. Quādo vellēt darent pecuniā, & haberēt iustitiā. Nūc autē bene facit de⁹ qđ in eo posuit redēptionē nostrā: vbi nullus nisi ipse velit, egere potest. Amare

possunt æqualiter & diues & pauper: etiā si pecuniā æqualiter dare nō possunt. Dilige multū, si vis vt multū tibi dimittat. Dimittunt (ingr) ei peccata multa, quoniam dilexit multū. Cui plus dimittit, plus diligit. Aliqd cōtrarietatis hic esse videt. Si em̄ ei ideo dimittunt peccata multa quoniam dilexit multū: videt dilectio prior esse qđ remissio: & rursum si ille plus diligit cui plus dimittit, videt prior esse remissio qđ dilectio. Sic em̄ dictū est. Duo debitores erāt vni sceneratori. Vn⁹ debebat multū: alius parū. Vnus plus: alius minus. Cū nō haberēt vnde redderēt: donauit vtriusq;. Quis ergo eum plus diligit? Et respōdit. Estimo qđ is cui plus donauit. Videtur hic prior esse remissio: & posterior dilectio. Ideo em̄ multū diligitur: qđ multū dimittit. Postea subiūgit ostēdēs quare istā ppositionē fecerit. Vides, ingr, hanc mulierē? Intraui in domū tuā: aqua pedibus meis nō de disti. Hæc autē postqđ intraui lauit lacrymis pedes meos, & capillis extersit. Et postea. Propterea, ingr, dico tibi: dimittuntur ei peccata multa: quia dilexit multū. Cui minus dimittit, minus diligit: & cui plus dimittitur, plus diligit. Non vident ista coherere: qđ dixit eum plus diligere cui plus dimittit: & huic iccirco multū dimissum qđ multū dilexit. In hoc igit nō videt conueniēs esse similitudo nisi forte. sic dicat: quia in hoc apparet qđ multū ei dimittitur: qđ dilexit multū: quia ille cui pl⁹ dimittit pl⁹ diligit. Dimittunt (ingr) ei peccata multa qđ dilexit multum. Dimittunt illi peccata multa. Et vnde hoc pbo, aut quō illud ostēdo qđ dimittitur ei peccata multa? In hoc ingr qđ dilexit multū. Magna dilectio magnæ remissionis indicium est. Cui em̄ plus dimittit: plus diligit. Debitor em̄ est ille cui plus dimittit, vt plus diligit. Et si plus diligit: facit qđ debet: & ostēdit se multū accepisse i eo qđ multū reddidit. Sic igit mulier ista multum officiosa, multū sedula, multum deuota: diligit multū: quia multū se accepisse agnoscit. Dimittunt ei peccata multa quia dilexit multū. Si qs ergo ita intellige-

re velit quod dictum est: Dimittunt ei peccata multa quia dilexit multum. Nihil inconueniens erit. Sed videtur fortassis alii cui hoc magis ad veritatem pertinere, ut illa hic dilectionem intelligam? qua mulier peccatrix desiderio sanitatis accensa diligere cepit saluatorem: a quo se credidit habere salutem: & quia agnouit multum esse quod sibi ab eo dimittendum esse sperauit: ideo multum dilexit. Nondum adhuc audierat: dimittitur tibi peccata tua. Adhuc quod mulier impetrare desiderauit, postulauit: & tamen quasi iam accepisset, datoris suum amauit, a quo se quod petiit acceptura non dubitauit. Ideo inquit: Fides tua te salutem fecit. Quia enim credidisti, dilexisti: & quia dilexisti, meruisti: ideo Fides tua te salutem fecit. Ex quo fides cepit, salus cepit. Sed tu ne sciebas, quod ego te per fidem & dilectionem ad me traherem, vt credenti & diligenti peccata multa condonarém. Tu autem forte hoc non cogitabas. Ideo vt scias & consolaris: nunc dico: Dimittunt tibi peccata tua. Cui plus dimittis, plus diligit. Alii diligunt postquam accipiunt: & tu prius quam acciperes dilexisti: quia te accepturam credidisti. Ideo fides tua te salutem fecit. Vade in pace. Vide nunc quantum facit caritas, quantum facit bona voluntas. Noli ergo timere. Si bona voluntas pigra non fuerit, indulgentia tarda non erit.

¶ Quod homo opus iudicat: deus voluntatem pensat. Cap. VII.

No sunt, voluntas & opus voluntatis. Deus voluntatem pensat, homo opus iudicat. Sed sunt iterum opera alia occulta que nesciunt, alia dubia que non discernuntur: alia manifesta, id est vel ita mala vt non valeant abscondi, siue ita bona, vt de eis non possit dubitari. Occulta & dubia diuino iudicio referuntur. Quæ autem manifesta sunt si bona sunt per approbationem iudicantur: sed per retributionem non iudicantur: quia premitium & merces illorum in posterum referuntur. Mala voluit deus hic iudicari & puniri: ne si in posterum illorum iudicium referantur: non ad correctionem, sed ad damnationem omne iudicium exerce-

retur. Propterea positi sunt homines iudices vice dei, vt culpas subiectorum examinando castigent, vt in fine cum venerit iudex deus, correctos saluate possit, quos corrigendos humano iudicio subiecit. Data sunt ergo iudicia, & contra culpas diuersas expiandas, correctionum & satisfactionum modus ac mensura rationabili definitione prescriptur: & est scriptus liber poenitentialis, in quo quasi spiritalis medicine ariodota proponitur, vbi medici animarum accipiant quod contra morbos peccatorum agris sanandis mentibus apponant.

¶ De remissione peccatorum: & an sacerdotes qui homines sunt, possunt dimittere peccata. Cap. VIII.

Potentiam remittendi peccata quidam soli deo ita ascribere conantur: vt in ea hominem participem fieri posse nullo modo concedant. Et ad confirmationem huius assertionis adducunt mutationem illius leprosi, quem dominus prius per semetipsum sanitati restituit, ac sic deinde ad sacerdotes misit: non vt eius mutatio virtute illoque prescriberetur: sed vt testimonio illorum confirmaretur. Simili modo nunc in presenti ecclesia dicitur ministeria sacerdotum nihil amplius virtutis habere, nisi quod tamen modo signa esse, vt ille videlicet qui prius per contritionem cordis intus a domino absolutus: postmodum in confessione oris ab eis absolutus esse ostendat. Quod autem in sola cordis contritione etiam ante confessionem oris peccata dimittant: propheticum illo testimonio probare volunt quo dicitur: Quacumque hora ingemuerit peccator, saluus erit. Et alibi. Quia ad huc te loquente dicam: Ecce adsum. Et Psalmista. Dixi (inquit) confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Idcirco tamen post contritionem cordis confessionem quoque oris esse necessariam: quia si quis etiam post imperatam veniam peccatorum confiteri eadem peccata sua neglexerit, quasi institutionis diuine correptor, quis non per peccatis que iam dimissa sunt reus teneatur: tamen per correptur reus erit. Vel fortassis quia ipsa peccata

sam ad corum acie redeunt, que prius per copunctionem humiliato dimissa fuerunt. Hac ergo ratione probantur homines nullo modo potestatem habere dimittendi peccata: sed hanc solius dei esse sicut etiam in euangelio, Iudei contra dominum murmurantes: quia dixerat paralytico: Dimissa sunt tibi peccata tua: aierunt solus deus posse peccata dimittere. Sed fortassis quod hanc de absolutioe peccatorum dicitur: quomodo quisque peccato ligetur, non satis diligenter attendit. Quobus enim modis peccator ligatus est. Ligatus est obduratione mentis, ligatus est debito future damnationis. Quod diuina gratia dei cum homine est, solutus est homo, & ad bene operandum expeditus. Sed cum per peccatum gratia dei subtrahitur: ista ipsa sua obduratione mens intrinsecus obligatur. Ista obduratio siue exceptio mentis, interiores tenebre sunt, in quibus homo per peccatum suo in presenti obligatus tenetur: & nisi ab eis in hac vita solutus fuerit, postmodum ligatus manibus & pedibus in tenebras exteriores precipietur. Sed quia nemo sua virtute post ruinam peccati surgere valeret, nisi diuina misericordia gratuito pueniens eum suscitaret: Ideo necesse est vt deus gratiam suam quam peccatis nobis iuste subtraxerat, quando ad poenitentiam viuificandi sumus, sola misericordia nullis nostris meritis precedebat reddat: quatinus ipsa gratia adueniens cor nostrum a torpore infidelitatis & a peccati morte exscitaret: vt. scilicet dum primam ipsa sola operante ad poenitentiam copuncti a vinculis torporis absoluti sumus, etiam ipsa deinde cooperante, poenitentes a debito damnationis absoluti mereamur. Hoc bene in resurrectione Lazari signatum est, quem ipse dominus per se prius intrinsecus a vinculo mortis absolutus: viuificatus autem de foris ministerio ipsorum apostolorum solui precepit. Sic namque in sancta ecclesia nunc mortuos peccatis per solam gratiam suam interiori viuificans ad copunctionem accedit, atque viuificatos per confessionem foras venire precipit: ac sic deinde confitentes per ministerium sacerdotum ab exteriori vinculo, hoc est a debito damnationis absoluti. Bene autem debitum damnationis exteriori vinculo dicitur: quia pertinet ad tenebras exteriores

res quas euadere dignum non est, quisque prius in hac vita a tenebris interioribus solui non mereatur. Sed male (inquit) de sacerdote dei facitis, qui ei potestatem dimittendi peccata quod soli deo coponitur, tribuitis. Non ego sacerdotes deos facio, sermo diuinus qui metiri non potest, sacerdotes deos dicit. Diis, inquit, non detrahes, & principi populi tui non male dices. Isti vero contra legis preceptum diis detrahunt, quia potestatem diuinitus collatam sacerdotibus auferre volunt. Neque vero ego sacerdotibus potestatem dimittendi peccata tribui. Ille hominibus potestatem diuinam tribuit quod de hominibus deos fecit. Sed tamen ipse sicut ex semetipso deus est, ita etiam per semetipsum quod vult sine humana cooperatione peccata dimittere potest. Hi vero quod ex semet ipsis diis non sunt, etiam nisi eo a quo sunt hoc quod sunt, in eis & per eos operante & eis cooperante peccata dimittere non possunt. Quomodo ergo solus deus bonus est: nec tamen inde sequitur bonos non esse, etiam eos qui deo seruiunt, & quomodo solus deus mirabilia facit, & tamen de iusto homine dicitur: fecit enim mirabilia in vita sua: ita etiam solus deus peccata dimittit: tunc quoque quod sacerdos ab eo & per eum dimittit. Ipse enim hoc in homine facit quod homo per eum facit: nec ideo dicitur est hominem ibi nihil facere: quia per eum deus facit. Immo vero ideo multo melius & multo verius facere, quia per eum deus facit. Hinc est quod Petro principi Apostolorum dicitur: Tibi dabo clauis regni celorum. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in celis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celis. Non dixit, quodcumque solueris: hoc est, vt illi autem solutum ostenderis: fuit solutum, sed erit solutum, quia sententiam Petri non preedit, sed subsequitur sententiam celi. Ne autem hoc soli Petro concessum esse putes: audi quod omnibus apostolis, ac per hoc omnibus apostolorum successoribus & apostolorum vice fungentibus dicat. Accipite, inquit, spiritum sanctum, quorum miseris peccata, remittunt eis: & quorum reueneritis, reuera erunt. Vbi dixit: si ostenderitis, fuit: Nusquam dixit hoc: sed dixit: si feceritis, erit. Audiatur ergo & intelligatur, quorum miseris peccata &c. Quis

bus hoc dicebatur, prius dictū fuerat, Accipite spiritū sanctū: quoz remiseritis peccata &c. ne vel qđ dabat crederetur cōtēptibile, vel qđ accipiētes operātur, existimē ex humana virtute pcedere. Nō ergo mirū est si hoīes peccata dimittere possunt: qđ ut hoc possint, nō ex sua sed diuina virtute accipiūt: & hoc hoībus deū dare nihil est aliud, qđ deū hoc per hoīes facere. Qđ autē de mundatione leprosi opponit, minime eoz opinioni suffragat: qđ si ideo peccator ante cōfessionē absolui credēdus est, qđ leprosus mūdatus est ante demōstrationē, eadē ratiōe peccator post cōpūctiōē ad sacerdotē ire nō debet peccatū suū plangere, sed iustitiā demonstrare: quia & ille ad sacerdotes missus est nō vt sanitatē reciperet, sed vt sanitatē demonstraret: qđ oīno fides Christiana obhorret. Propterea si miraculū qđ dñs operatus est, sacerdotibus non obreuerētia officii, sed ad improprium ostēdit: quid aliud qđ noui quoz sacerdotū i spirituali curatione cōtēptū generat? Sed & illud qđ dicitur: Quacūq; hora ingemuerit peccator saluus erit: ego de iis p̄cipue dictū existimo qđ totā vitā suā in peccato agētes i fine poenitent, & peccata deserūt: quādo iā i hac vitā tēpus satisfactiōis habere nō possunt. Quibus dicit nē tñ villo modo de venia desperent, qđ & tūc quoq; si vere poenituerint misericordiā cōsequi valeūt. Hoc est em̄ quacūq; hora, etiā in extremis, etiā in articulo necessitatis, si peccator ingemuerit, hoc est ex tota cordis cōtritiōe cōuersus fuerit, salu⁹ erit ab aeterna, s. dānatione. Quasi aliis verbis diceret: Quacūq; hora in p̄senti vita peccator vere poenituerit, in futura vita nō peribit. Qđ si qđ cōtēdat illud qđ dictū est, salu⁹ erit nō esse dictū de saluatione, qđ i futuro tribuit, sed de illa potius qđ in p̄senti absolutione peccatorū cōdonat: non necesse est tñ nos dicere qđ peccator ab omni debito absoluat statim ex quo gemere cōeperit, donec totū cōsecutus fuerit remediū qđ deus ad obrinēdam veniā instituit. Hoc est autē remediū vt corde poeniteat, & ore cōfiteatur delictū. Qđ cū fecerit

iam amplius debitor damnationis non erit: etiā si satisfactio restat, quā p peccato persoluat. Qđ si forte peccator vere poeniteat, sed intercurrete articulo necessitatis ad cōfessionem venire non possit, cōfideat p̄ncipio, qđ i eo sum⁹, sacerdos cōplet qđ mortalis nō potuit, & aptid deū iam factū cōstat qđ homo quidē vere voluit, sed nō valuit adimplere, qđ cōfessionē nō cōtēptus excludit, sed impediuit necessitas. Proinde si id qđ dictū est: quacūq; hora ingemuerit peccator saluus erit, de p̄senti saluate accipit: sic intelligēdū est ac si diceret: tūc peccatoris salus incipit, qñ veraciter p delictis suis, ingemiscit: qđ tñ salus tūc plene p̄ficiat: qñ id vnde ingemuerit etiā ore cōfiteat. Itē illud qđ dicitur: quia adhuc te loquēte dicat: ecce adsum: sic cōueniēter potest accipi: qđ prius deus adest p gratiā vt cor ad poenitentiā cōpūgat: deinde adest, vt peccatorū indulgētiā cōfiteri tribuat. Postremo id qđ de Psalmista opponunt, Dixi cōfitebor &c. Sāctus Gregorius de culpa cogitationis tñ modo dictū esse asserit in hęc verba. Sepe misericors deus eo cit⁹ peccata cordis abluuit quo hęc exire ad opa nō pmittit. Vnde recte p Psalmistā dicit. Dixi cōfitebor &c. Et paulo post: qđ facilis sit sup hoc venia ostendit, qđ dū se adhuc pmittit petere hoc qđ se petere promittebat obtinuit quatinus qđ vsq; ad opus non venerat culpa, vsq; ad cruciatū nō pueniret poenitentiā, sed cogitata afflictio mētē tergeret: quā nimirū tñ modo cogitata iniquitas inquinasset. Qđ si qđ hoc de quolibet delicto velit accipere: sciat tñ aliud peccatū esse: aliud impietatē peccari. Impietas namq; peccati ipsa rectissime obduratio cordis accipit: quę primū in cōpūctiōe soluit, vt postmodū in cōfessione peccatū ipsum, i. debitū dānationis absoluat. Sed siue hoc siue alio quocūq; modo p̄dicte auctoritates exponantur: nos verisimile cōfitemur sacerdotes dei in ecclesia potestatem habere ligandi atq; soluēdi: nō perfunctorie & inusitato quodā genere loquendi significatā, sed veraciter a deo cōcessam quib⁹ dictū est: Quoz remiseritis peccata

remittuntur eis: & quoz retinueritis, retēta erūt. Sed forte qđ opponet qđ sacerdotes, multos in ecclesia ligant qui apud deū nō ligant: itē multos soluit, qđ apud deū ligati pmanēt: qđ sepe & innocētes ligat, & in reatu pmanentes absoluit, & sic verū nō erit: quoz remiseritis &c. Sed sciēdū est qđ sepe sacra scriptura sic de re aliqua loquit, vt quid inde euerurū sit p̄ncipiare videat, & tñ virtutē eius magis qđ euetū exprimat: quia nō qđ euenire debeat, sed qđ euenire possit ostendit. Verbi gratia. Dicit quodā loco scriptura. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: & tñ scim⁹ qđ multi credētes baptismū percipiunt, qui postea culpīs suis exētib⁹ reprobati ad salutē aeternā nō p̄tingūt. Item in alio loco, Qui manducat carnē meā & bibit meū sanguinē habet vitā aeternā, & in iudiciū nō veniet, sed transiet a morte in vitā. & tñ Paulus dicit: Qđ quisquis corpus domini indigne māducare & calicē bibere p̄sumperit, iudiciū sibi māducare & bibere. Vbiq; ergo magis virtus sacramētoz exprimit, nec qđ per eā quilibet participātes saluādi sint, sed qđ saluari possint significat: Quasi diceret. Tāta virtus est baptismatis vt qđ illud fideliter & deuote acceperit: per illud ad aeternā salutē p̄tingere possit. Item tāta virtus est in sumptione corporis & sanguinis Christi vt p illud, Quicūq; digne sumpserit, aeternā vitā consequi possit. Simili modo hoc dictū existimo. Quoz remiseritis &c. Ac si apertius diceret. Tāta vobis potestātē in soluēdis & ligandis peccatis tribuo, vt quisq; a vobis ligari meruerit: apud me solutus esse nō possit: & quisquis a vobis solui meruerit iam apud me ligatus nō sit. Audiāt hoīes, intelligāt peccatores qđ p̄sidiū eis a deo concedit: qđ rursus iudiciū p̄parat. Fortassis deū necdum interpellare p̄sumūt, habēt homines sacerdotes vice dei fungētes, cū qbus interim causam suā sine periculo agere possunt. Amēt intercessores, & timeāt iudices. Sed fortassis iterū querit aliquis quid opus sit: deo ad soluēda peccata hominū, hoīes coopatores q̄rere quasi

per se qđ voluerit nō valeat adimplere. Sed certissime scire debemus qđ in abo lēdis peccatis nequa qđ deo humana cooperatio suffragat. Ideo tñ hominē cooperatōre fieri: qđ salus peccatoris eo modo cōpetētius p̄ficiat. Quid em̄ peccata nisi plage qđ sunt: & qđ est poenitentiā nisi medicina? Et scimus qđ in sanandis vulneribus carnis nisi cōgruū adhibeat remediū dolori: nequa qđ segatur effectus curationis. Quia ergo per superbiam omne peccatū geritur, necesse est, vt p humilitatē oīs poenitentia cōdiatur: quatinus in obediētiā obediētia frangat, & elationis tumorē humilitatis deuotio premat. Cōueniēs ergo valde est vt nos qđ peccādo deo contumaces fuim⁹, poenitēdo hoīb⁹ etiā feruis dei supplices simus: & homo qđ ad dei gratiā conseruādā mediatore non eguit: iā eā recuperare nō nisi p hominē mediatōre possit. Nā & hoc saluberrimū est peccatori vt discat qđ lōge peccādo a deo recesserit, cū tam difficulter poenitendo ad deū redit: qđ & cautior de reliquo efficiat, cū nō sine graui labore poenitēdi, aditus indulgētię aperit. Gemat ergo peccator & suspirat, & anxius p peccato suo timeat & expauescat, sollicitus discurrat, auxiliares & intercessores q̄rat, p̄sternat se humiliter hominī, qđ humiliter noluit astare creatori, vt in hoc etiā facto quodāmodo ad deū clamet & dicat: Vide dñe & cōsidera & artēde qđ facio. Scio qđ dñe & fateor qđ tibi subici nolle damnabilis fuit elatio: sed iā ppter te corā hoīe prosterni nō sit q̄so despiciabilis deuotio. Magnū est qđ abstuli, nec parū est qđ reddo. O qđ suauis & iocūda dei nostri miseratio. Torum bonū nostrū ipse in nobis operatur, & velut pater alludens in filiis sic totū facit vt quasi nihil facere videatur. Ecce peccator compunctus gemit, suspirat, lachrymarur, cōfiterur reatū suū, postulat veniā, flagitat misericordiā: & hoc totum quasi ex homine esse creditur. Sed qđ quāso hoc facit nisi ille qui intus p̄sident, & cor hominis ad hoc faciēdum mouet? Obsecro vt non sit onerosum si breue quoddā huius rei exēplū proposuero,

Pater quidam contumacem filium quasi cum magno furore expulit, ut ita affectus humiliari disceret. Sed illo in contumacia sua persistente quadam secreta dispensatione consilii, a patre mater mittitur, ut non quasi a patre missa, sed quasi mater na per pietate ducta veniens muliebri lenitate obstinatum demulceat, contumacem ad humilitatem flectat, vehementer patrem iratum nunciat, se tamen interuenturam spondeat, veniam permittat, consilium salutis suggerat, intercessores querere suadeat, non nisi magnis precibus patrem placari posse dicat: causam tamen rei se suscepturam asserat, & ad bonum finem rem omnem se per ducturam promittat. Videte quomodo si non ita causa nostra agitur. Peccantem filium deus pater quasi expulit iratus, cui tamen in proposito bonae voluntatis suae fortassis nunquam iratus fuit. Sed quia infirmitas humana per se de lapsu surgere non valet, ad cor peccatoris mater gratia mittitur, sacerdos intercessor quaeritur, ut deus qui iratus non fuerat, concipiat. Quid dicat? Quis sapiens, & custodiet haec & intelliget misericordiam domini? Nunquam enim ideo superfluo factum est quod factum est: quia deus ab irato in peccatum non mutatus est, qui suis nunquam propitius non est! Absit. Sed necesse est sic fieri, quia aliter reatus nostri sceleris non potest expiari. Necesse est sic fieri: quia deus hoc etiam quod dare desiderat, a se precepit postulari. Necesse est ergo sic fieri: quia etiam in deo secundum propositum erga nos ira non fuerat: in nobis tamen secundum reatum ira manebat, quae dum debita satisfactione soluitur, ut ita dicam, non deus homini, sed homo deo reconciliatur. De peccatis autem vestris redeant an non, ex quo semel dimissa fuerint, ego interim non asserendum iudico, sed verendum. Quod tamen si fit vel non fit: quia iustitia fiat vel non fiat alterius tractatus operam expectat, eo precipue quod quaedam diuinarum scripturarum testimonia de hac re ambigue edita leguntur: ita etiam ut ex eis non nihil absurditatis nasci videatur, quae certe non leui aut transitoria consideratione discutienda sunt.

De eo vestra peccata redeant postquam semel dimissa fuerint, Cap. IX.



Utra sunt quaestiones hominum: Quod diu viuunt, semper queritur. Qui enim querit nondum inuenit quod querit: & tamen querit quia amisit quod querit: & si non amisit quia forte nunquam habuit: tamen quod diu querit significat se nondum habere quod querit. Propterea quod diu viuimus necesse habemus semper querere, quia nondum totum habemus quod habere debemus. Quid est autem hoc quod querere debemus nisi veritas & bonitas? Quae si perfecte haberemus nihil amplius querere deberemus: Quia si quid forte amplius esset, adiceret, etiam si non quereret. Querite (inquit) primum regnum dei & iustitiam eius: & haec omnia adiacentur vobis. Regnum dei veritas est: iustitia eius bonitas: haec duo si quaeritis sicut debes, cetera omnia gratis apponuntur. Quare ergo querere labores illa quae gratis habere potes? Si ista quaeris sine illis aut non habes: aut si habes, vtiliter non habes. Si illa quaeris sine istis, & illa habes ad salutem, & ista ad utilitatem. Omnia, inquit, haec adiacentur vobis. Multa sunt haec: illa pauca sunt. Duo enim sunt ibi: hic plurima inueniuntur: & tamen plus valent duo illa, quam omnia haec. Noli respicere ad maius, sed ad melius. Noli attendere ad acutum, sed pensa precium. Pauca quaere ut multa inuenias. Haec sunt ergo sola quae querere debet homines, veritas & bonitas. Et utinam tam studiosi essent ad quaerendam bonitatem, quantum ad quaerendam veritatem curiosi inueniuntur. Nescio quo pacto familiare omnibus est veritatem quaerere: etiam iis qui bonitatem non amant. In tantum enim omnes veritatem scire volunt ut nemo inueniatur qui falli velit. Multi sine bonitate veritatem quaerunt: sed socia veritatis est bonitas. Non venit liberum sine bonitate veritas, aut si venit: non venit ex partibus illis, & de regione illa ubi salus est. Querunt homines vestra peccata ipsorum ad eos reuerantem postquam semel dimissa fuerint. Scire hoc volunt, & cauere hoc noli. Quare ergo hoc scire volunt quod cauere nolunt, nisi quia curiositas eos trahit cum bonitas non deleat? Querunt hoc si forte eis dicatur quia non est ita: Pedit ad

nescium torporis sui: si forte quis veniat qui dicat eis quod audire volunt. Querunt quia si veritatem non quaerunt vel ipsam veritatem quia non diligunt bonitatem: sed veritatem esse volunt hoc quod ipsi volunt. Ideo ergo querunt si forte illis respondeat quod ipsi potius audire volunt: & si forte quis testis veritatis veniat qui dicat veritatem contra ipsorum voluntatem non excitant sed consternantur & corrumpunt mentem, quia non audierunt quod audire voluerunt. Idcirco secundum malitiam illorum veritas illis respondet: vel sicut volunt ut amplius errent: vel sicut nolunt ut amplius deserent. Tamen quia & hoc ipsum querendum est propter eos qui excitantur & perficiunt, de veritate non est absurdum si quaerimus quod etiam in hac parte conscientia humana si aliqua ut solet cogitatione pulset, sibi debeat respondere. Sic ergo querit vestra peccata quae semel poenitentia dimissa fuerint amplius imputantur: fortassis qui dixerit asserendum non esse hoc sed timendum, securus iudicabit. Melius est enim aliquando in eiusmodi occultis quae sine periculo salutis nesciri possunt timere, quam aliquid definire. Dicat ergo aliquis quod timendum est hoc, non asserendum. Ego illi qui cogitationem suam castigare potest, ut hoc ei sufficiat, hoc satis esse puto & magis fortassis expedire, ut amplius non quaeratur. Qui vero irgetur & animo sollicitatur neque hic stare potest ut vestra non pergat ad inquisitionem, illi satis faciendum esse puto quantum fieri potest salua reuerentia secretorum. Ecce ergo tu qui cumque certus esse vis vestrum peccata illa amplius redeant, quae semel dimissa fuerint: videamus ergo & discutiamus quod te sollicitet. Peccata (inquit) mea dimissa fuerint: volo scire si amplius debeant imputari. Quid ergo tibi videtur? Mihi (inquit) non videtur quod debeant denuo imputari peccata quae dimissa sunt. Alioquin mutabilis videtur deus qui non tenet sententiam suam, & tam facile mutet iudicium suum. Quomodo mutet? In hoc (inquit) mutet, quia cum prius mihi peccata mea condonauit: dixit quod amplius ea a me non requireret. Non enim condonasset, nisi hoc dixisset. Nunc autem iterum ea requirit, & exigit ad poenam a me quae prius dimiserat. Ideo dico quod si dicitur

deus peccata quae semel dimisit iterum imputare, mutabilis predicatur. & varians verbum suum quod semper constare debet. Propterea igitur quia hoc esse non potest, videtur mihi, quod peccata quae semel a deo dimissa sunt nulla ratione debeant amplius imputari. Sic fortassis tibi videbitur & hac ratione confirmabis te, ut non timeas periculum tui. Sed dic mihi modo quomodo intelligas id quod dicitis: peccata tua tibi dimitti. Si enim non intelligis quomodo recedunt: non intelligis quomodo redeunt, immo si non intelligis quomodo adsunt: non intelligis quomodo recedunt, vel quomodo redeunt. Quid ergo dicit cum dicit deus peccata imputare? Si dicit quia quoniam imputat peccata irascitur: ergo quoniam poenitentia condonat peccata placatur. Si ergo dicimus quod deus aliqui iratus postea placetur: quomodo negare poteris quin in hoc ipso mutetur? Quando ergo imputat & quoniam condonat non mutatione sui, sed mutatione tui, imputat & condonat. Peccata imputat quoniam peccatorum dignum poena iudicat. Peccata condonat, quoniam poenitentiam dignum veniam iudicat. Et utrobique idem imple est. Tu mutaris de alio in aliud: modo peccator per culpam, modo iustus per poenitentiam. Ipse non mutat: sed idem permanet semper: & stans in illo quod ipse est immutabiliter videt, & discernit quod tu variabiliter factus es, siue de bono malus, siue de malo bonus. Et quando te peccatorum videt, imputat tibi peccata tua, quia tale te discernit quem digne poenariat: quando autem poenitentem te videt, peccata tua tibi condonat, quia talem te discernit, cui iuste parcat. Haec autem omnia ipse immutabiliter operatur, quia & cum tu per poenitentiam peccator esse definis: non tamen ipse definit scire qualis fuisti: Et cum iustus esse incipis: non tamen ipse incipit scire quod tu esse incipis: quia & antequam inciperes sciuit qualis tu futurus fuisti, & cum desieris esse quod eras non tamen ignorat ipse qualis fuisti. Non ergo sic intelligas quasi mutetur deus cum tu mutaris: sed quia propterea peccata tibi imputare dicit, quia ira sua & indignatione dignum te discernit: eadem autem postea condonare peccata, quoniam veniam & misericordiam dignum agnoscit. Si ergo hoc

peccata imputari reum esse per culpā: & peccata cōdonari, iustū fieri per pœnitentiā: quare peccata ad hominē reuertī nō dicant, cū ipse homo ad peccata reuertit. Sed dicis mihi, Ego quādo ad peccata reuertor: ita reuertor vt si simile aliqd agā illi qd prius egi: non tñ hoc ipm qd prius egi. Et si idē ago: idē similitudine, non idē veritate. Idem qd simile illi: nō idē quia illud. Vna similitudo agendī, non tñ actio vna. Si ergo dicor p pteritis delictis iccirco puniri debere, quia post illa dimissa ad similia perpetrāda redeo: ego sic iustum esse fateor, si hoc modo p illis puniri dicor quomodo illa ppetrare dicor. Si autem propter hoc solū prima mala agere de nouo dicor, quia alia qdā ago si milia illis: parī modo cū pro illis dicor puniendus: nō aliud intelligēdū ratio suadet, q̄ me puniendū esse pro iis quæ similia prioribus postea perpetravi. Non autē hoc in q̄stione erat: sed vtrū videlicet post prioris delicti indulgentiā si ipm delictū repetit: illa q̄ dimissa fuerat culpa ad subsequētē reuertente reatus duplicetur. Verbi gratia. Quidā p homicidio perpetrato ex toto corde pœnitentiā egit, & indulgentiā consecutus est. Contigit postea, vt homicidiū ppetraret. Ecce iste homo duo homicidia fecit: vel potius homicidiū bis. Sic enim conuenientius & expressius scdm proprietatē locutionis dī. Vnū em̄ quoddā malū homicidiū est, sicut adulteriū & furtū & fornicatio singula mala sūt, quæadmodū caritas & patiētia & castitas singulę virtutes sunt. Et q̄ duos homines diligit, nō duabus dilectionibus diligit: sed vna caritate & vna dilectione. Sic ergo homo iste bis homicidium fecit: primo. q̄n pœnitēdo indulgentiā obtinuit: secūdo quādo post indulgentiā acceptā iterū homicidiū perpetravit. Mortuus est autē homo iste postea sine pœnitētia, & damnatus est p peccatis suis. Queritur ergo de hoc hoīe vtrū debeat puniri p illo homicidio p quo pœnitentiā egit, & indulgentiā accepit. Et si hoc dicis: quia iustitia hoc fiat: nō videtur. Nā si puniit pro eo qd peccauit & non emendauit: iustitia est

manifesta. Si autē iterū requirit qd fuerat condonatu, aut iniustitia vera est, aut iustitia occulta. In hoc ergo demōstrari oportet qua iustitia homo p eo qd iam dimissum fuerat iterū puniat. Sic fortassis pro hac parte obiciendū tibi videat. Dic ergo nūc. Iustū tibi videtur vt ppter subsequētē pœnitentiā pcedens culpa q̄ imputabat cōdonetur, & nō similiter ppter subsequētē culpā illa quæ dimissa fuerat pcedēs culpa iterū impuret. Si substituta virtus plagā peccati hiantē claudit: substituta culpa nō aperit clausam. Si opera bona viuentia p culpā moriunt: & p iustitiā iterū mortua viuificatur, quare similiter opa mala q̄ per virtutē excusantur, per culpā iterū nō imputantur. Vis vt pœnitētia tātū valeat vt q̄ imputabatur cōdonetur: & nō vis vt culpa tātū valeat vt q̄ cōdonabatur imputentur. Pœnitētia sequēs potuit pcedentē culpā excusare, vt nō noceat aliquādo imputatā, & sequēs culpa nō potest pcedentē pœnitentiā euacuare vt nō proficit aliquādo fuisse laudatā. Si sentētia iudicio tuo constare poterit magis cōmodū q̄res q̄ iustū. Maledictus homo q̄ partē suā deteriorē facit. Ideo parrem tuā bonā facis: & iudicas bene p parte tua. Fortassis bene tibi esset si sentētia veritatis tuū iudiciū sequeretur. Nunq̄ te iudice damnareris. Sed timeo ne forte dū tu aliud vis q̄ veritas: aliud veritas faciat q̄ velis. Magis em̄ veritatem impleri oportet q̄ tuā voluntatē. Tu dicis quia qd cōdonatū est iterū imputari nō debet. Ergo similiter qd imputatū est cōdonari nō debet si qd cōdonatū est iterum imputari nō debet. Si pœnitētia quia placet, facit vt imputata cōdonetur malitia, & contēptus qd displicet nō similiter facit vt condonata imputetur. Si humilitas pœnitētiæ dignū te facit, vt p iis etiā q̄ imputabatur nō puniaris, contēptus & transgressio culpę te dignū nō facit vt p iis etiā quæ cōdonabatur culpā dus exigaris. Nonne attrēdis q̄ quāto sepius gratia datur, tanto nequior ingratitude iudicatur. Ecce duo sunt, vnus sepius offendit, & sepius oranti & deprecāti,

venia indulgetur: alter innocenter viuēs & semper voluntari & imperio p̄sidentis domini humiliter obediens, non habet pro quo deprecetur: contingit autem postea qd contingere potest: vt vterq̄ in simili culpa offendat. Dic ergo vter horū amplius reus iudicetur, nisi ille qui post tantam gratiam ingratus cōprobat: leges secūda crimina grauius plectitur: & iterata vulnera difficilius ad sanitatem reducuntur: & tu dicis q̄ nihil interest ad reatum subsequētū qualia aut quanta pcedentiā fuerunt. Si mala prima quæ per posteriora bona excusata fuerant, per subsequentiā iterū mala nō viuificantur ad reatum: ergo prima bona quæ per posteriora mala mortificata fuerāt per subsequentiā iterū bona non viuificantur ad meritum. Recte iudicate filii hominū. Si aliter iudicas pro te aliter cōtra te, iudex iustus nō es. Tantū diligere iustitiam debes, vt nec teipsum diligas cōtra illā. Literatores sunt qui causas transformant, & mutant veritatē propter cōmoditatē. Tales iustitia nō probat. Dñe inquit nō cognoui literaturā: introibo in potētias domini: dñe memorabor iustitię tuæ solius. Hoc est iudiciū iustū in quo sola iustitia ita attenditur vt nihil iustitiæ p̄ponatur. Iustū ergo iudiciū iudica: si vis vt bona tua iam pridem per culpā mortua iterū per iustitiam viuificentur. Noli irasci: neq̄ iniuriā tibi fieri putes, si mala tua iā pridē p pœnitentiā excusata, iterū ppter malitiā tuam tibi imputentur. Sed deus (inquis) dixit de malis meis quādo pœnitentiā egi, q̄ ea mihi amplius nō imputaret. Similiter & deus dixit de bonis tuis quādo peccasti q̄ amplius ea nō remuneraret. Si ergo propter dictū dei stare debet vt illa amplius nō imputentur: quare similiter verbū dei stare nō debet vt ista amplius nō remunerentur. Pro commodo tuo vis vt deus mentiatur. Vbi autē ledi te sentis: pro veritate ipsius cōseruāda laboras. Quare ergo hoc facis, nisi qd peruerse te diligis, & deū nō diligis. Ipse autem recte diligit veritatē suā: & iuste cōdemnat prauitatē tuā. Quia tamen de dicto dei argumētum sumere putas: & eius sponsonē p̄tendens ad defendendā iniquitatē tuā: ipse tibi respōdeat quātū cōfide

re debeas, cū male agis in eo qd prius pœnitentiā veniā promiit: & similiter si bene agis vtrū ideo desperare debeas: pro eo qd male prius agētī mortē & p̄ditionē intēdit. Dñs per prophetā loquitur dicēs. Tu fili hoīs dic ad filios poplī tui: iustitia tuā nō liberabit eū in quacūq̄ die peccauerit: & impietas impiū nō nocebit ei i quacūq̄ die cōuersus fuerit ab impietate sua: & iustus nō poterit viuere in iustitia sua in quacūq̄ die peccauerit: etiā si dixero iusto qd vita viuat & cōfessus in iustitia sua fecerit iniquitatē, oēs iustitię eius obliuioni tradetur: & in iniquitate sua quā operatus est in ipsa morietur. Si autē dixero impio morte morieris & egerit pœnitentiā de peccato suo: feceritq̄ iudiciū & iustitiā, pignus restituerit impius ille, rapināq̄ reddiderit: in mādatis vite ambulauerit, nec fecerit quicq̄ iniustū: vita viuēt, & nō morietur. Oīa peccata quę peccauit nō imputabūtur ei, iudiciū & iustitiā fecit, vita viuēt. Et dixerūt filii poplī tui, Nō est equi p̄deris via dñi: & impiorum via iniusta est. Vide ergo quā iccirco p̄sumendū tibi nō est si peccaueris, qd prius pœnitētiā veniā p̄mittebat: neq̄ ideo desperandū si bene egeris: quia peccati mors & damnatio intētabat. Deus tibi de tuo respōdet: nō de suo. Meritū tuum tibi indicat: cōfiliū suū nō reuelat. Male agenti dicit, morieris. Bene agenti dicit, viues. Quid est dicere morieris, nisi dānaberis. Et quid est dicere viues, nisi saluaberis. Quid est autē dicere dānaberis nisi dignū damnatione iudicare. Et quid est dicere saluaberis, nisi saluatione dignū decernere. Dicit ergo tibi qd tuū est qd tibi debet: qd futurū est quantū ad meritū tuū: non quātū ad cōfiliū suū. Hoc est, n. iustum vt de tuo tibi rñdeat: & hoc tibi pponat qd ad te pertinere videt. Sic Niniūtis scdm ipsorū meritū, nō scdm cōfiliū suū mādauit dicēs. Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertet. Sic em̄ meritū illoq̄ regerebat: & ita futurū fuit scdm meritū illorū. Ad hoc spectabat, & illd etiā qd dictū est Ezechie. Dispone domū tuę quā morieris tu, & nō viues. Ita, n. quātū ad ipsum futurū fuit: & vt ita futurum esset exigebat qd in ipso fuit. Talis em̄ erat infirmitas illius, vt amplius viuere nō posset, nisi

aliunde iuuaretur, & aliunde acciperet ve
posset. Ergo quātū ad illos pertinebat fu
turū fuit qd̄ dicebat: quīs dilātū sit, atq̄
aliter dispēsatū ab illo a quo dicebat. Sic
ergo cū tibi peccatū dicit morieris: meri
tū tuū exprimit: sicut cū tibi bene agenti
dicit, viues: debitū tuū nūciat. Et si qñ di
ctū mutari videt, nō ppter dicentē muta
tur: sed ppter te pro quo dicit: ga tu mu
taris: & non idem permanes: neq̄ mereris,
vt idē tibi semp dicatur. Noli ergo ppter
dictū dei confidere si male egeris: quia cū
tu mutaris ad illum, mutatur ad te dictū
illius. Etia inquit. Si dixero iusto q̄ vita
viuet: & cōfusus i iustitia sua fecerit iniq̄
tate, omnes iustitiæ illius obliuioni tradē
tur. Si omnes iustitiæ eius obliuioni tra
dentur, ergo & pœnitētia eius & humili
tas eius, & cetera bona quæ operatus est
obliuioni tradētur. Si autem pœnitentia
obliuioni traditur, culpa vnde excusat?
Ergo si pœnitētia deletur culpa quæ pro
pter pœnitentiā dimissa fuerat iterū ne
cesse est renascat. Et merito qui post acce
ptā gratiā ingratus extitit: cū illo gratia
ipsa nō permāsit: sed mutata est ab eo, qm̄
ipse ad illā idem esse noluit. Vide quid ti
bi euāgelii dicit de seruo nequā & ingra
to: cui rogāti a dño suo debitū & ingra
tū fuit: sed q̄ ille erga cōseruū suū
misericiordiā habere noluit: rursus ab eo
per dīstricōnē iustitiæ exigitur: quicq̄
per lenitatē gratiæ dimissum fuit. Recte
igit̄ dictū est: q̄ cum peccatib⁹ in nos de
bita sua dimittere nolum⁹: iure iterū exi
gitur id etiā qd̄ nobis dimissum esse gau
debamus. Et merito, q̄ etiā culpa pecca
tori dimittebat, gratia fuit, nō debitum.
Qui si sponte gratiā collatā abiicit, iustū
profecto est vt illi gratiā accipere nō pro
sit. Sed dicit mihi. Si post pœnitentiā factā
peccatū iterū priora denuo peccata impu
tātur: vbi est quod dicit: q̄ nullū bonum
irremuneratū esse pōt: Ecce bonū quod
dā hic est: pœnitētia. s. hoīs huius quæ bo
na fuit, q̄diū vera fuit: & nō habet bonū
illud remunerationē aliquā: q̄a imputant
homini huius peccata sua, quasi nunq̄ pœ
nitentiā egiſset. Aut pœnitētia illa bona
nō fuit: aut si bona fuit: ostēde remunera
tionē eius. Quid ergo? Nōne tibi magna
remuneratio esse videt̄ peccatū remissio?

Ite qñ pœnitentiā egiſt, dimissum est ei pec
catū suū. Quādiū pœnituit, peccatū suū
nō imputabat̄ illi. Quādiū meritū fuit, p
miū permāsit. Volebas tu hāc libertatem
dari hoīb⁹: vt cū meritū dedissent & p
miū accepissent: rursus qñ placeret eis
meritū tollerēt, & premiū retinerent? Nō
esset aqua cōmutatio ista. Inique ageres
aduersus deum si sic tuū dares & suū ac
ciperes: vt iterum tollerēs tuū, & suū re
tinerēs. Si tuum dedisti & suum accep
isti: si tuum recipis, ipse quod suum est ha
bere vult. Nunquid tibi nō ita videtur?
Fortassis dicit q̄ nō est aqua via domi
ni: & senties cōtra veritatem: quia nō in
telligis veritatem. Quomodo inquis sta
bit quod scriptum est: nō iudicabit deus
bis in idipsum, si ea quæ dimissa fuerant,
iterū ad pœnam requiritur? Audi quo
modo. Bis in idipsum de⁹ nō iudicat: q̄a
peccatū quod per condignam satisfactio
nem deletū ostenditur, ab eo nullaten⁹ ad
pœnam imputatur. Sed hoc inquis quod
per satisfactiōnē deletū fuit, iterū ad pœ
nam requiritur. Ideo requiritur q̄a satis
factio iam nō est aliqua, quæ ad excusa
tionem illius opponatur. Quādiū satisfac
tio permāsit, permāsit remissio: & non
puniēbatur, postq̄ semel dimissum fuerat.
Cessauit autem satisfactio, quādo iterata
est malitia quia & hoc ad satisfactiōnem
pertinebat, vt facta corrigerētur, & corre
cta nō iterarent. Postq̄ ergo culpa rediit,
iam quodāmodo idipsum nō fuit: q̄a bis
in reatu esse cœpit peccatū vnum. Quia
autem culpa reuersa est, reuersa est & pœ
na: quæ profecto repetita nō fuisset, si cul
pa reuersa nō fuisset. Quando venit cul
pa, secuta est & pœna. Quando correctā
est culpa, subtracta est pœna. Quando re
uersa est culpa, reuersa est & pœna. Vnū
contra vnum, & duo contra duos: nō vnū
contra duo, nec duo contra vnum. Hęc
est iustitia. Quātum ponitur, tantum re
ponitur. Quid tibi videtur? Responde si
potes. Si autem respondere non potes, no
li contendere, sed deprecare. Non tibi ex
pediit vt intres in iudiciū cū deo. Quæ
re ergo misericordiā, vt iustitiam por
tare possis.


Explicita est, xiiii, pars.

INCIPIT

XV. pars. de vñctione infirmorū.

De tribus generibus olei, & ex
cellentia chrismat̄. Cap. I.


T



Ria sunt genera
olei sancti. Pri
mū est oleū vñ
ctiōis. Secundū
est oleum prin
cipalis chrisma
tis. Tertium est
oleū: quod dicit̄
oleū infirmorū.
Christma grace
dicitur vñctio la tione. Et tñ cū omne oleū
ad vñctionem faciendā sanctificetur: non
omne oleū principalis chrismat̄ vocat̄:
nisi illud solū quo principalis vñctio perf
icitur: qd̄ etiā singulariter chrisma noſat.
Christma. n. est oleū cum balsamo mixtū:
quo vngitur capita regū & pōtificū: quo
etiā baptizatos sacerdos vngit i vertice:
sicut eodē pōtifex per impositionē man⁹
cōfirmādos vngit i fronte. Hoc itaq̄ oleū
cū balsamo mixtū, chrisma vocatur, siue
oleū principalis vñctionis. Hęc. n. vñctio
quæ chrismate fit, principalis vñctio dicit̄
tur: q̄a in ea principaliter paraclitus dat̄.
Vnde & ppter abūdantiā gratiæ duos li
quores mixtos habet: oleū. s. & balsamum.
Oleū conscientie, balsamū fame: oleū quo
intus cōscientiā perungitur, balsamū cui⁹
odore foris proximi resperguntur. Oleum
intus ad pacē cū deo: balsamū foris ad ex
emplū cū pximo. Est aliud oleū quod di
citur oleum vñctiōis quo cathecumini &
neophyti vnguntur in pectore & inter sca
pulas ad sacramentū baptismi percipiendū.
Tertiuū genus olei est qd̄ dī oleū infir
morū: qd̄ ad p̄sens sacramentū pertinet.

Quādo & a quo instituta est vñ
ctio infirmorum. Cap. II.

V



Acramētū vñctiōis in
firmorū ab Apostolis in
stitutū legit̄. Iacobus. n.
Apl's in epla sua scribēs
sic ait. Infirmat̄ q̄s i vo
bis: inducat̄ presbyteros
ecclesie vt orēt pro eo, vngētes eū oleo sa
cro: & si i peccatis est, dimittent̄ ei: & ora
tio saluabit infirmū. In quo ostēditur du

plici ex causa sacramētū hoc institutū: &
ad peccatorū. s. remissionē, & ad corporalis
infirmat̄is alleuationē. Vnde constat q̄
qui hāc vñctionē fideliter & deuote per
cipit per eā sine dubio & in corpore & i aīa
alleuationē & cōsolationē accipere merea
tur: si tñ expedit vt in vtroq̄ alleuet̄. Qd̄
si forte corporis sanitatē & valetudinē ha
bere illi nō expedit: illā proculdubio quæ
est animæ sanitatē & alleuationē in hui⁹
vñctionis perceptione acquirit.

Vtrum iterari possit hoc sacramē
tum. Cap. III.



Varit̄ quidā an vñctio
infirmorū iterari possit:
cū baptism⁹, cōfirmatio
& alia quædā sacra
ta semel suscepta denuo
nō iteretur. Sed mihi in
terim ratio nulla occurrit quare cōueniē
ter iterari nō possit hoc sacramentū. Qui
n. baptizat⁹ est, ideo baptizat⁹ est, vt chri
stianus fit. Qui autē semel christianus fia
ctus est amplius christianus hic esse non
potest: etiā si malus fiat: q̄a & christianus
malus esse potest: nec tñ christianus esse
definit: etiā si bonus esse definit. Præterea
qui semel baptizatus est denuo nō bapti
zatur, etiā si de malo ad bonum cōuertat̄
tur. Qui autē oleo vngitur ideo vngit̄ vt
ei peccata dimittant̄, & infirmitas alleue
tur. Sed qui iustificat̄ potest iterū pecca
re: & qui sanat̄ potest iterū egrotare. Qui
autē christianus efficit̄: q̄a quod habet sa
cramētū noīs perdere nō potest, recipere nō
potest. Nō sic est sacramētū vñctiōis. spī
ritualis est quædā medicina corporis & ani
mę langores mitigās & sanās. Nā oleum
membra doleriā sanat. Ita oleū ad vtrūq̄
curandū prodest: si morbus nō reuertitur
medicina nō iteretur. Si autē morbus nō
potest cohiberi, quare deberet medicina
prohiberi? Si vñctio iterari nō potest, nec
oratio iterari potest. Vtraq̄ em̄ illic com
memorata sunt. Orent inquit pro eo, vñ
gentes eū oleo sacro: Et si in peccatis est,
dimittent̄ ei: & oratio saluabit infirmū.
Sed fortassis dices q̄ vñctio nō pertinet,
nisi ad peccatorū remissionē: & oratio nō
pertinet nisi ad corporis alleuationem: q̄a
dictū est oratio saluabit infirmum. Verre
quo libet. Sed dicit̄: q̄ vñctio cōfert pec
Hh h ii

catorū remissionē: & oratio infirmitatis alleuationē. Ego verū esse cōfiteor: sic tñ vt cōuerſam nō neges: quia vnctio cōfere corporis alleuationē, & oratio peccatorū remissionē. Vtrūq; vadit ad vtrūq;. Vtrū q; operatur & vtrūq; vtrūq; operatur & vtrūq; alteri cooperat: & vni effectū habet vtrūq;. Qd̄ in sacramēto nō diuidit, in virtute sacramēti nō separat. Tñ quia vnctio membrorū dolorē sanat: & contra corporis infirmitatem magis prodesse videtur: ideo fortassis dixit oratio ſaluabit infirmum: vt in vtroq; vtrūq; intelligas. & nō putes vnctionem magis ad ſanitatē corporis pertinere, q̄ ad peccatorū remissionē. Prius anima curatur: poſtea corpus ſanatur. Propter correctionem animę infirmatum eſt corpus. Ideo ad ſanitatē corporis obtinendam: prius curanda eſt anima. Et ſi forte corpus ad priſtinā ſolapitatem nō conualeſcit: nihil periculū eſt, ſi tñ anima ſua ſanitatē receperit. Quare ergo negetur q; vnctionis ſacramentū ſuper infirmū iterari poſſit: ad reparandam ſapius ſanitatē, & ad impetrandā ſapius peccatorum remiſſionem: cum negari non poſſit pro eadem corporis ſanitate, & ſimiliter pro peccatorū remiſſione, ſapius iterandam eſſe orationem? Et vt in ſacramētis idē demonſtremus: quis dicat hominē aqua aſperſionis ſemel luſtratū amplius aſpergi non poſſe: & qd̄ maius eſt ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti ſemel percepto amplius illud ſuſcipere non debere? Sed ſi forte ad hęc reſpondēdū exiſtines: quia corpus ſemel conſecratum denuo in eodem ſacramēto non benedicitur: neq; aſperſionis benedictio ſapius in eadem aqua reiteratur: vide q; ſimiliter idem oleum poſt vnam conſecrationem alia rurfum benedictione aut conſecratione non ſanctificatur: & tamen ſicut ille qui corporis Chriſti ſacramentum iam percepit: nequaquā idcirco a percipiēdo iterum eo prohibetur: ſic ei qui vnctionis ſacramentum accepit: ſi neceſſe fuerit & cauſa ſiue deuotio expoſtulet, vt illud iterum percipiat: rationabiliter non contradicitur.

Explicita eſt decimaquinta pars.

INCIPIT

ſextadecima pars, de morientibus, ſeu de fine hominis.

¶ Quod ſi qui in dño moriuntur etiam cum paruo merito beati erunt.

Caput. I.



Criptura dicit: **M**ortui qui in dño moriuntur. In dño moriuntur qui in carne quidem morientes in domo tamen viuētes inueniuntur. Quid eſt in domino? In fide & ſpe & caritate. Per iſta em̄ viuunt in illa vita qua viuunt in dño. Eſt quaedam vita qua corpus viuunt ex anima: & eſt quaedam vita qua aīa viuunt in deonū quidē fide, ſpe, & dilectione: poſtea vero pro fide & ſpe cōtemplatione, remanēte dilectione. Nō igitur nocere poteſt aīe ſi corpus vitā ſuā perdit, qm̄ ipſa vitā ſuam in fide & ſpe & caritate perſiſtēs nō amittit. Nemo ergo mihi dicat: q; parua fide & ſpem parua, & parua caritatē habēt nō ſaluant. Ego nō menſuro. Creſcāt quātum volūt: quāto maiores, tāto meliores. Tñ ego illos cōdemnare nō audeo: quātūvis parui ſint. Ex quo nati ſunt ex deo, filii ſūt dei. Putas q; magnos filios ſuos deus ſaluabit, & paruos cōdemnabit? Scriptura mihi dicit. Imperfectum meū viderūt oculi tui, & in libro tuo oēs ſcribent. Si oēs, ergo & parui & magni. Quid eſt oculi tui viderūt? Approbauerūt. Quid eſt in libro ſcribētur? Saluabūtur. Ergo imperfecti quoq; ſaluabunt. Qui em̄ imperfecti ſunt aliqd̄ ſunt: & aliqui ſunt, & in numero ponunt & ſcribūtur. Qui nihil ſūt, nulli ſunt, nec ſcribi aut numerati habēt, q; nihil habēt. Ergo oī habētī dabit & abūdabit. Oī habētī meritū dabit premiū: nō dixit habētī magnū meritū, premiū dabit, & parua meritū habenti nō dabit: ſed oī ingratū hntī dabit & abūdabit. Ergo etiā ille q; parua meritū habet: cū premiū acceperit ſatis habebit: quis nō tātū habebit, quātū qui magnū meritū habebit. Solus ille exclu-

ditur a percipiēdo premiū, qui nihil habet de merito. Omnes ergo qui in domino moriuntur beati ſunt: quia poſt meritū virtutis, perueniunt ad premiū beatitudinis.

B De exitu animarum. Ca. II.

Multa quæri poſſūt, ſi tñ oīa quæri debēt quæ quæri poſſunt. Quærit hoies de exitu animarū a corporib; qualiter exeant: & quo exeūtes pergant, vel cū peruenerint quo pergūt, qd̄ inueniant, vel quid percipiāt aut ſuſtineāt. Sed hęc oīa magis tēdē ſunt, q̄ quærenda. Ideo quippe abſcondita ſunt, ne quæratur, aut inueniantur, ſed timeantur. Quis, n. ſecurus eſſe poteſt in incertū perges? Hoc autē ſolū, incertū eſſe non debet, q; bonā vitam mala mors ſequi non poteſt. Mala enim mors nō eſt niſi ea ſola quam mala ſequitur. Qui ergo bene mori vult, bene viuat, quoniā ea quæ poſt mortem veniūt contra ea diſponuntur: & ſcdm̄ ea retribuitur quæ ante mortem in vita præcedunt. Vſq; ad mortem meritū eſt: poſt mortem vero premiū. Mors mediā eſt in qua dies domini incipit, dies hominis finem accipit. In die ſuo homo ſibi reliquitur: vt qd̄ vult operetur. In die vero domini iam in poteſtate ſua nō eſt homo: ſed in illi; poteſtate ad quem venit vt remuneretur. Propterea ad hominē p̄inet vt id ſolum qd̄ ſibi cōmiſſum eſt bene diſponere ſtudeat: illud vero qd̄ nō cōmiſſum ſed promiſſum ſibi eſt illius arbitrio a quo illud impleri oportet relinquat. Multi quærun de exitu animarum quomodo a corporibus egrediantur anime: ſiue ſcilicet hoc modo, vt eſſentialiter & localiter foras egrediantur: vt extra eſſe incipiant quaſi excluſe: ſiue hoc ſolum illis egredi ſit, q; ſe a viuificatione corporū retrahunt: & quaſi ad ſe colligentes a vegetatione corporis ceſſant: vt in ſemetiſiſ ſubſiſtant. Verbi gratia. Qm̄ ſtat; iſte corporeus expiratur egredit a corpore, & incipit eſſentialiter atq; localiter extra corpus eſſe: qui prius eſſentialiter atq; localiter intra corp; cōtinebat. Qm̄ vero cortex areſcere incipit in arbore, exit humor ab illo, & cōtrahit ad interiora, neq; foras egredit, vt extra

ſit, ſed interi; remanet in eo qd̄ intus eſt ſiue in ligno ſiue in medulla vt in cortice ipſo non ſit. Tñ oīno exit a cortice vt in cortice iā nō ſit: neq; exit quaſi ad exteriora effuſus: ſed exit quaſi ad interiora colleat. Et ſi forte humor rurfum ab interiori ſuo prodeat, vt ſe iterū effundat in corticem: rurfum reuiſcit cortex ille, qm̄ humor in ipſo eſt vita ei;. Sic quærūt de aīa qm̄ exit a corpore, vtrū hoc ſolū illi exire ſit q; ſe retrahit ad ſe a viuificatione corporis: & in hoc ipſo iā in corpore nō eſt q; corpus viuificare ceſſat. In hoc em̄ videt q; iā quodāmodo extra omne corpus eſt q; ſola in ſemetiſiſ ſubſiſtēs ad corpis viuificationē effuſa non eſt. Quādo vero in corpore nō eſt, in loco non eſt: quia locus non eſt niſi in corpore. Quādo autem extra corpus eſt & extra locum eſt: quia inter iplam & corpus non eſt locus: & equaliter diſtat ab omni corpore: quia inter iplam & omne corpus, nullum eſt corpus. Si vero inter iplam & omne corpus nullum eſt corpus: conſtat profecto q; inter iplam, & omne corpus nullus eſt locus: quia locus non eſt vbi non eſt corpus. Quādo igitur extra omne corpus eſt: quātum ad locum æqualiter prope eſt omni corpori: quia ſi extra corpus poſita vni corpori propior, & alteri remotior eſſet: inter iplam profecto & corpus ſpatiu eſſet. Si ſpatiu eſſet, locus eſſet: locus eſſet, corpus eſſet. Si autem inter iplam & omne corpus, corpus eſſet, extra omne corpus corpus eſſet: quod fieri nō poteſt. Itaq; dicunt q; anima neq; per corpus a corpore recedit, neq; per corpus ad corpus accedit: & ideo nec loco motetur, vt recedat a corpore quod eſt in loco: nec loco motetur, vt accedat ad corp; quod eſt in loco. Inter omnem enim locum & id quod eſt in nullo loco nullus eſt locus. Propter hoc itaq; dictum putant, q; ſpiritus creatus tempore quidē mouetur, qm̄ mutabilis eſt: ſed loco non mouetur: quia nec loco mouetur recedens a corpore quod eſt in loco: nec loco mouetur accedens ad corpus quod eſt in loco. Neq; enim loco mouetur quando recedit a loco: neq; iterum loco mouetur quādo accedit ad locum: etiā quādo in corpore poſita anima corpus localiter mouet, ipſa tñ localiter

nō mouet. Si em̄ idcirco localiter moueri existimā: q̄a in corpore est quod localiter mouet: quare nō similiter sapiētia localiter moueri dicat: q̄a in corde est qd localiter mouet. Nā si dī q̄a per aīam ipsam in corde est sapiētia, cū aīa ipsa p corpus localiter motum localiter moueri dī: quare nō etiā per ipsam aīam localiter morā sapiētia quę in aīa est localiter moueri dicatur. Si vero hoc ratio nō pbat vt sapiētia localiter moueri dicat, cū sit tñ i aīa: quare aīa localiter mouet: quōis in corpore sit qd localiter moueri cernit: Hmōi cōsideratiōe pbant sp̄m localiter nō moueri: quōis in corpore sit qd localiter mouetur, t̄paliter tñ moueri: quia vicissitudinē subiacēs de alio in aliud mutatur. Sed nos in occultis nimis curiosos esse non oportet: ne forte plus p̄sumam⁹ q̄ possimus. Quę sit via sp̄s deus nouit q̄ fecit eum. Nos autē neq̄ scimus quō venit neq̄ cōprehēdimus quō recedit. Quādo status iste corporeus attrahitur, corporaliter & localiter egreditur: qñ autē spirat, corpaliter & localiter egreditur. Sed alia est natura spiritus, alia corporis. Quādo primo hmōi data est aīa: inspirauit deus in faciem eius spiraculū vitę. Et quis dicere potest quō inspirauit deus aīam corpori viuificādo: siue quia extra creatā ad viuificandū immisit: siue q̄a ibidē fecit vbi posuit: & ab intus creatā in viuificationē prodire iussit: nec alia fuit inspiratio q̄ ipsa viuificatio. Si ergo nescit quō inspirat, quō sciri pōt qualiter expirat. Deus inspirat, homo expirat. Deus mittit, homo remittit. Qua via mittit cū accedit, eadem remittit cū recedit. Hoc vnū scimus q̄ recedere aīa corpus moritur: & ipsa separatio aīę, mors corp̄is est. Hoc nobis sufficit scire q̄ recedit. Quō recedat ex abūdātī est perscrutari. Multis tñ exēplis didicim⁹ in exitu animarū angelorū malorū siue bonorū presentīā adesse, qui illas pro merit̄is vel ad tormenta p̄trahant, vel ad requiem deducant: sed & ipsas animas adhuc in corpore positas ante exitū multa aliquādo de iis quę futura sunt sup eas: siue ex responso cōscientię interioris siue per reuelationes exterius factas p̄scisse cognouimus. Raptas etiā aliquādo & iterū ad corpora reducta, visiones quasdam &

reuelatiōes sibi factas narraſſe: siue de tormentis impiorū siue de gaudiis iustorū: & in his oib⁹ tñ nihil nisi vel corporale vel corporalibus simile recitaſſe: flumina, flāmas, pontes, naues, domos, nemora, prata, flores, homines nigros, candidos &c. quālia in hoc mundo videri & haberi solent: vel ad gaudium amari vel timeri ad tormentum. Se quoq̄ solutas corporib⁹, manibus trahi, pedibus deduci, collo suspēdi, flagellari, p̄cipitari, & alia huiusmodi: quę nō nisi corporali naturę conuenire oīno possunt. Quę oīa si ita illic visibilibiter & corporaliter esse credimus: p̄ter alia quę absurda nascuntur: ipsas vitę animas etiā a corporibus separatas corpora esse ad similitudinē corporū mēbris cōpactas atq̄ distinctas cōstitemur. Ego quidē quod de hac re audiuī tacere non debeo. Quidā p̄bati testimonii frater narrauit mihi se a suo abbate veraciter hoc affirmate audisse: q̄ cū aliqui ille ad quosdam fratres eminens cōstitutos visitādo pergeret: in itinere (vt solet) quodā loco hospitium accepit. Vbi factū tūc apud oēs eiusdem loci habitatores celebre paucis ante diebus cōrigisse didicit. Quidā peregrin⁹ orationis causa ad sanctū Iacobū pergens in eodē loco hospitatus est. Noctē (vt itinerantibus mos est) ante diluculū surrexit: egressus de vico in syluā quę eidē vicina erat deuenit. Ibi a comitib⁹ itineris casu vt solet discrimine vitę distūct⁹ deuiare cepit. Cūq̄ lōgī⁹ p̄cessisset obuiū habet quē dā venerādī habit⁹ & vultu virtū: a quo interrogat⁹ qs aut vnde esset, vel quo pergeret: nomen patriā fil⁹ & causam itineris exposuit. Ille se esse sanctū Iacobū ad quē tēderet p̄testat. Se iā pridē oīa scisse: nunc vero quasi bñplacito & grato venisse obuiā, deuotionē laudat: bonū p̄positū commendat: p̄miū apud se magnū parari, nec longe esse iā remunerationē. Multis post hęc verbis hincinde intercurrentib⁹ tandem miserias & dolores vitę huius quales aut quāta sint exponit: omne quod hęc amat q̄ cito fugiat: & pari modo omne quod timet vel dolet quō sine mora trāseat. Inter hęc & hmōi quasi rōnabili p̄suasione paulatim mentī hoīs nihil sinistrū suspicātis cōtemptū vitę ingerit, metū mortis tollit. Postremo testatur nihil magis viro

virtutis expedit, q̄ vt hinc exire festinet: etsi alia via non detur, manu sua fortiter mortem laceſſat: & nō permittat se in his dolorib⁹ diu teneri, qui gaudiū sibi paratū esse nō dubitat. Quid multa! Decept⁹ fraudulētę p̄suasioni assensum p̄ber: & iniecto ferro semetipm̄ iugulat. Comites eius diu p̄ deuia quęsitū tādē extinctū inueniūt: ad vicū vnde exierāt cadauer exanime reportāt: & q̄a hospes apud quem nocte illa māserat hui⁹ sceleris verisimiliter cōsciū videbat: eisdē falsa criminatiōe ad p̄nā exposcit. Ille dū innocētīā suā sine causa periclitari cerneret & diuinū auxiliū intima cordis deuotiōe sibi adesse imploraret, ecce subito q̄ mortu⁹ fuerat surrexit: & rē gestā cūctis astātibus & mitatibus exponēs innocētē absoluit. Referebat se ab eodē angelo malo a quo ad iterationē sui p̄suasus fuerat ad tormenta deductū. Sed dū duceret quendā splēndidā facie virū (Cipsum autē sanctū Iacobum fuisse aīebat) eūtribus occurrisse: eūq̄ ereptū in cælū ad thronū iudicis deduxisse: illicq̄ precibus p̄ ipso fufis vt vitę denou redderetur obtinuisse. Ibi se multa milia angelorū vidisse affirmabat: de quorū tñ statu & facie interrogat⁹ nihil in hoc mūdo esse dicebat simile illis, quo illam quā in ipsis viderat qualitatem exprimere potuisset, nisi forte ignē aut lucem: ipsam tñ longe & valde dissimiliter. Memor quidē se esse, sed exprimere nullo modo posse quē viderat. Hoc quē cōmemorare voluimus ne mirū videat si aīabus a corpibus egressis signa quędam corpalib⁹ similia ad demonstrationē sp̄aliū p̄sentātur: quā nisi in talib⁹ & p̄ talia ab aīabus corpore exutis viderētur: nullo modo ab eisdē ad corpora reuersis in corpe viuētib⁹ & corpalia tñ sciētibus dicerētur. Quis em̄ illa aliter ibi a corpib⁹ exuta videre possent, nō tñ hic nobis aliter narrare possēt: & manerēt semp̄ occulta illa: nec esset quē de illis nobis a redeūtib⁹ diceret, nisi exutib⁹ & vidētibus fm̄ ista mōstraret. Verū autē aīę quę hinc amplī⁹ nō reuerturę exūt, fm̄ hūc modū illa videāt aut sentiāt, oīno dubiū est: nisi q̄ probabilis videt, q̄ ille quę in corpib⁹ viuētēs p̄ delectationē rerū visibilib⁹ corpalib⁹ imaginib⁹ afficiuntur, a corpib⁹ exūtēs in eisdē illic imagi-

nibus tormēta patiūtur. Neq̄, n. oīno corpalē passibilitatē exūt, qñ corpalitū imaginationibus delectationis p̄nā vsu impressis obuolūtę & iuolūtę exūt. Quę vero hic manētēs se ab eisdē delectationibus & cogitationū phāſis mundare ac spoliare studuerūt: illic postmodū postq̄ a corpib⁹ egressę fuerint, p̄nā in eis & tormēta nō sentiūt: quia in hoc ipso quod dāmodo impassibiles existūt, q̄ nihil p̄nā dignum secum ferunt.

De p̄nā animarū. Ca. III.



Vidā putāt aīas corpalibus p̄nā cruciari nō posse, nisi per corpa & in corpibus manētēs. Quā propter a corpib⁹ exutas aīas nullas alias p̄nās sustinere credit, nisi eas solū quas cōsciētā intus accusatrix irrogat. Sed verisimilitudine auctoritate sacri eloquiū & catholicę veritatis p̄batur testimonio, corpalit & materiali igne aīas etiā nunc ante susceptionē corporū cruciari. Si, n. demonibus q̄ sunt sp̄s, corpalis ignis preparatus dī: quid mirū est si aīę a corpibus exutę corpalit igne cruciētur? Sed quō iniquitate aīę sine corpibus a reb⁹ corpalib⁹ pati possunt? Ecce dicam⁹. Nescimus quō hoc fieri possit: nunq̄ ideo verū nō est q̄ nos nescimus quō est? Tñ quid mirū est si aīę extra corpa patiūtur? Si ledātur dū cedūtur indutę, cur nō ledātur si cedātur exutę? Si affici possunt qñ iter ipsas & illud a quo afficiuntur mediū est illud per quod afficiuntur: nōne probabile est oīno multo magis eas affici debere, qñ illi a quo afficiuntur immediate cōiungūtur? Tñ hoc vbiq̄ quęredū nō est: vt quē iubemur credere nostra semp̄ ratione discutere conuenit. Scriptura sacra magistra fidei nostre hoc nobis dicit. Quid amplius quęrimus? Suscipiamus, nō cōtrādicamus. Beatus Gregori⁹ dicit q̄ in eo ardēt q̄ se ardētēs vident. Quid sibi vult putatis hoc quē dicit, q̄ aīę in eo ipso ardēt q̄ ardorē suū vidēt? In reb⁹ alis corpalib⁹ nō est ita vt ardorē sentiat quicūq̄ ignē conspiciatur. Quę est ergo visio illa aīę qua sentit omne quod videt: vel si nō omne hoc certe quod ad p̄nā videt? An q̄a sensus aīę qñ p̄ corpus egredit: ideo diuersis mō-

dis percipit: quæ per diuersa instrumenta percipit: & ob hoc quædam eminens constituta corporali sensu non percipit: quia ad percipiendâ illa instrumenta corporis sensus non sufficit: ubi enim sensus deficit ubi amplius instrumentum non sufficit. Propterea illi sensus qui instrumenta magis sufficietia habent, maiorem in percipiendo vim habet. Oculus longe posita videt: tactus vero sentire non potest nisi immediate coniuncta. Si instrumentum tangendi eque ut videndi percipax esset æque tactus ut visus eminens constituta perciperet. Quid ergo? Vbi instrumentorum diuersitas nulla erit: quare non omnis sensus equalis erit: ut videlicet idem sit illic videre quod tangere: tangere quod dolere. Hoc tamen non nisi de illis intelligendum est qui idcirco a tormentis affici possunt: quæ hinc exeuntes in corruptione vitiorum seculi ferunt passibilitatem. Nec tamen quæ sensum animæ eminens affici dicimus: idcirco inter poenas corporales & ipsam animam quasi aliqua locorum spatia collocamus: quæ ipsa quæ in sui natura nulla dimensione tenditur: ubi cunctique præsens est sensu per semetipsam etiam præsens esse probatur. Quia enim in ipsa non est locus: inter ipsam & locum nullus est locus. Hæc tamen omnia quæ dictum est ratione humana inuestigari non possunt: in his mentem solidemus: quæ fides non dubia probat. Quod peccatrices animæ quæ culpam non correxerunt in hac vita, poenam habent post hanc vitam: quæ licet qualiter ab illis sentiatur a nobis non intelligatur: quid interest cum non ideo minus ab illis sentiatur, quibus a nobis non intelligatur? Nil etenim refert a quibus rebus patiat, sed quantum patiantur: quia vis doloris non in tormento sed in sensu patientis consistit. Quid enim prodesset etiam si elementorum foris cruciatus materia abesset, & patientium tamen dolor intus propterea non moreretur? Ut quid igne ac flammâ times, nisi quæ vires times? Sed si vulnera & plagæ non dolerent, quis arma aut tela timeret? Vide ergo quod omnia hæc a quibus dolor esse potest non timeant nisi propter ipsum dolorem. Tolle sensum doloris: non est quod timeas. Poterat ergo deus etiam sine elementis etiam materialibus animas cruciatus sensum doloris dare: sed dignum est ut in eis puniatur in quibus peccauerunt prius quidem sine corporibus: sicut in ipsis peruerse sunt delecta

te: postea vero cum corporibus sicut in ipsis per corpora inique sunt operati.

De locis poenarum. Cap. III.



Sicut peccatoribus cruciatus deus poenas corporales præparauit: ita etiam ad ipsas poenas corporales, loca corporalia distinxit. Quia enim ea quæ foris sunt opera eius non solum instrumenta sed etiam documenta esse debent eorum quæ inuisibiliter operatur: idcirco etiam & in corporalibus locis & tormentis impiorum & gaudia iustorum distinxit. Infernus locus tormentorum est. Cælum locus est gaudiorum. Bene etenim locus tormentorum est deorsum & locus gaudiorum sursum: quia & culpa deorsum premit: & iustitia sursum sustollit. Maxima tormenta, locum in infimo habent: maxima gaudia, in summo. Media autem bona & mala in medio: hoc est in hoc mundo mixta sunt. Dicitur infernus esse inferior locus, in imo terræ poenis damnatorum præparatus. De quo tamen omnino certum non est in qua parte eius. Vtrum intra concavitatem illius siue extrinsecus in aliqua regione ambitus ipsius dispositus sit: quis tamen verisimiliter videatur infra terram quasi carcerem quædam: & velut ergastulum tenebrarum collocatum. In hoc inferno dicitur ignem inextinguibilem: & quod ut semper ardeat nutrimento non eget: ab initio mundi daemones aternaliter cruciatus præparatus: in quo si igne etiam homines maligni cum daemones aternaliter poenam passuri sunt: quæ eis in hac vita positi ad culpam consenserunt. Ad hunc infernum autem sceleratorum a corporibus egressa statim retrudi existimatur: sicut ediuerso profectum iustorum, & qui ab hac vita purgati exeunt sine mora ad cælum (ubi secundum humanitatem suam Iesus Christus in dextera patris sedet in gloria) deduci cõtinuo credunt: sicut scriptum est. Vbi quis fuerit corpus illuc congregabunt aquile. Est autem alia poena post mortem quæ purgatoria dicitur. In qua qui ab hac vita cum quibusdam culpis: iusti tamen & ad vitam prædestinati exeunt: ad tempus cruciatur, ut purgetur: cuius locus omnino determinatus non est, nisi quæ multis exemplis & reuelationibus astarti in eiusmodi poena positum sepe numero monstratum

est in hoc mundo illa exerceri: & fortassis probabilius erit ut in illis potissimum locis singulari poenam sustinere credant, in quibus culpam commiserunt: sicut multis sepe documentis probatum est. Alia vero si qua sunt harum poenarum loca non facile assignant. Beatus Augustinus ex epistola Petri ostendit quomodo apostata angeli habentes in huius mundi ima detrusi sunt usque ad futuram in die iudicii ultimam damnationem. Nam quod Petrus carcerem vocat caliginis inferi: idem Paulus tenebras appellasse ostendit dicens. Rectores tenebrarum harum spiritualia nequitia in celestibus. Hinc autem carcerem siue tenebras istas aerem istum intelligimus esse. Unde & acria potestates dicitur: in quo modo ipsi maligni spiritus ante ultimi iudicii diem & secundum alia quid ligati sunt, inquit. Scilicet conscientia future damnationis cõstringunt: & secundum aliquid soluti, inquit videlicet ad tentandos homines secundum moderatam diuinam dispensationis ab illis interim maximis gehennæ tormentis laxati vacare permittunt. De inferno autem ubi ille æternus ignis paratus est cruciatus, beatus Gregorius in libro dialogorum testatur hoc verisimiliter iudicari: ut sicut diximus sub terra esse credat propter scripturam quæ dicit: nec in cælo nec in terra nec sub terra inuentum est qui librum signatum aperire potuisset. Quæri autem non inconuenienter potest, verum animæ damnandorum, eorum, si quæ ab impiis & sceleratissimis quadam viuendi mensura in malitia inferiores fuerunt egressa a corporibus statim ad inferni loca rapiant: an vero in aliquibus aliis locis poenalis secundum occultam dei dispensationem ab illis grauioribus gehennæ tormentis adhuc interim differatur: ut videlicet quæ admodum boni qui cum culpis quibusdam mansionibus detinentur: ut non statim ad gaudia cælorum ascendant: ita quoque minus mali cum hinc egrediuntur quis damnandi: quibusdam tamen leuioribus poenis secundum modum seu mensuram culpam dispositis non statim ad tormenta inferni descendunt. De perfectis quippe bonis dubium non est quin egredientes statim ad gaudia transferant. Similiter etiam & de valde malis dubium non est: quoniam exeuntes hinc sine mora ad inferni tormenta descendunt. De imperfectis quoque bonis certum est quod nunc interim

quibusdam poenis usque ad plenam videlicet purgationem a veteris gaudiis differant. De imperfectis siue minus malis certum non est ubi nunc sint: donec in tempore viuieris salis resurrectionis receptis corporibus ad illa tormenta descendant ubi semper sint. Nam idcirco ab illis differri dicuntur: quia minus mali sunt: poterunt simili ratione non differri credi quæ damnandi sunt. Quid enim facit dilatio ubi emendatio vel purgatio esse non potest? Quod tamen quæ occultum omnino est: nequaquam temere definitum est.

De qualitate tormentorum gehennalis.

Caput. V.



Moc autem valde dignum inquisitione videtur: utrum si solus ignis cruciatus damnandorum præparatus sit: propterea quod illum solum veritas commemorat dicens. Ite maledicti in ignem æternum. Cum enim in hac vita non solum ab igne, sed etiam ab aliis elementis poenæ ac cruciatus proueniat: quare non etiam illic in aliis elementis sicut & in igne poenæ damnandorum consistant? De tormentis quippe impiorum scriptum est. Transiit a frigoribus nimium ad calores ignium. Et iterum alibi. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. Nam si verum quod ad solam commotionem conscientie peccatricis referri velit: & ob hoc quod igne corporale verum autem non corporale sed spirituale intelligendum puter: quid est quod alibi scriptum est. Vindicta carnis spiritus ignis & vermis? Si enim propterea ignis corporalis creditur: quia vindicta carnis est: quare non similiter vermis corporalis dicitur quia in vindictam carnis paratus commemorat? Propter hominem non leuiter vnum aliquid definiari potest. Tamen qui dixerit propterea carnis impii vindicta in verme futura esse & in igne: quia impius pro eo quod etiam in carne male vixit: & in carne cruciabitur per ignem: & in spiritu per conscientiam verum: sane intelliget & verum non moriturum in eternum cruciatus conscientie: & ignem non extinguendum in carne. Sed quod illa frigora nimium & calores ignium interpretabimur: ad quod cruciatus spiritus alternatim transire dicuntur? An forte hoc de illa tamen poena intelligendum est: quæ nunc in spiritu ante ultimi

judicii diē cruciatur: vt videlicet p vārietatē tormētorū ad illā vñā & summā poenā transeat: in qua sicut interminabiliter, ita etiā inuariabiliter subsistat. Vltima q̄ppe dānatorū poena sicut cūctis poenis maior esse non incōuenienter credit: ita quoq̄ in eo qd̄ ceteris oibus acri⁹ est & vehemētius excrucias: tormēto esse nō irrationabiliter putat. Quod p̄pterea fortassis solū erit vt semp̄ sūmū esse possit: q̄a quicq̄d p̄ illo mutaret de illo minueretur. Quidā tñ fuerūt q̄ sicut dictum est tormēta gehēne spūaliter tm̄ & non corporaliter intelligēda putauerūt: p̄pterea q̄ quādā verba scripturarū quali idē asserētia inueniūtur. Dicit̄ em̄ qd̄ scriptura: q̄ substātia inferorū spūalis est nō corporalis: & si stridores dentiū & fletus animarū: spūalia intelligi oportet: flāmas quoq̄ & tormēta nō corporalia sed spūalia sūt cogitāda. Eiusmodi ābiguitatibus verborū fluctuant q̄ non sunt radicati in fide. Quid em̄ necesse fuit propterea tormēta gehēne spūalia tm̄ credere: q̄a substātia inferorū spūalis & nō corporalis dicta est? Quid em̄ sunt inferi nisi spirit⁹ maligni q̄ a summā ad infimā & p̄culam lapsi sunt: & p̄ poenā deplsi? Quorū nimirū substātia etiā post culpā non corporalis sed spūalis esse dicit̄: q̄a licet in eis volūtas per malitiā ad aliud mutata sit: natura tñ etiā post eadē p̄mansit. Animarū quoq̄ nūc in inferis dānatarū substātia nō corporalis sed spūalis recte phibetur: q̄a nūc a corporib⁹ solutē ī sola spūali natura illis in tormentis detinetur. Et ideo qd̄ de ipsis in scriptura sacra scdm̄ naturā rerū corporalium commorant: merito non corporaliter sed spūaliter intelligendū credit. Nā si id qd̄ ipse sunt nō corpus sed spūs est: qd̄ in ipsis est, nō corporale, sed spūale est intelligendū.

○ In hunc ergo modū, veraciter inferorum substātia spūalis & nō corporalis existimatur. Sed & illd̄ quoq̄ qd̄ dicit̄ q̄ si fletus animarū & stridores dentiū spūaliter accipimus: flāmas quoq̄ tormētorū in ipsis non corporales sed spūales credere debemus: sic sane intelligi pōt si cruciat⁹ tus animarū qui ex flāmis corporalibus generari credunt, non corporaliter, id est mediātibus corporib⁹ in ipsis fieri itelligi

gātur. Multa sunt alia q̄ vel ambigūe dicta sunt, vel ābigūe dici possunt. Sed aliqd̄ est rerū veritas: aliud verborū varietas. Neq̄ nos oportet p̄pter multitudinē dī cēdi a simplicitate deuīare credēdi. Dicit̄ Aug⁹, in enchiridīo. Q̄ tēpus qd̄ inter hoīs mortē & vltimā resurrectionē positum est: aīas abdītis receptaculis cōtinet sicut vnaqueq̄ digna est vel requie vel erūna. Ergo abdita sunt receptacula aīarū: nec pōt ab hoīe definiri qd̄ nō pōt ab hoīe sciri. Itē qualis sit intelligēdus ignis ille gehēne: & quēadmodū igne corpora lī incorporei spūs siue aīa corpibus solutē cruciari possunt, nō solū fidei xp̄ianę: sed sacri eloquiū auctoritas non enodat.

Q̄ corporeus ignis gehēne non tm̄ corpora cruciabit sed etiam spūs. Augustinus de ciui. dei de eodem.

Gehenna quod etiam stagnū ignis & sulphuris dictum est, corporeus ignis erit: & cruciabit corpora dānatarum & hominū & demōnū: solida hoīm, aīa demōnū: aut tantū hominū corpora cū spiritibus: demones autē, spūs sine corporibus herentes sumendo poenā nō in percipiendō vitā corporalibus ignib⁹. Cur em̄ non dicamus quīs miris tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi: si spiritus hominū etiā ipsi profecto incorporei & nunc potuerunt includi corporalibus mēbris: & tunc poterūt suorum corporum vinculis insolubiliter alligari?

Si viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore: cur non post mortē cum incorporeus sit spiritus etiā corporeo igne teneatur? Etem̄ per ignē spiritum teneri dicimus: vt in tormento ignis sit videndo atq̄ sentiendo. Ignē nā q̄ eo ipso patitur quo videt: & quia concremari se aspicit concrematur. Sicq̄ fit vt res corporea incorpoream exurat: dū ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: vt per ignem corporeū mēs in corporea etiam corporea flamma crucietur. Et post pauca, Dum ergo peccatorē diuitem damnatum veritas in ignē perhibet: quisnam sapiens animas reproborum teneri ignibus neget?

Q̄ ignis gehēne ad aliqd̄ lucebit & ad aliqd̄ non lucebit, De eodem

Q Gregorius in moralibus. **I**lla vltix flamma vltiorū cremationē habet: & lumen nō habet. Illic ignis & ad consolationē non lucet: & tamē vt magis torqueat ad aliqd̄ lucet. Nā sequaces quoq̄ suos secū in tormento reprobū flamma illustrāte visuri sunt: quorū viuī amore deliquerunt: quatinus quorū vitā carnaliter contra p̄cepta conditoris amauerant: ipsorū quoq̄ intuitus eos in augmēto suā dānationis affligat. Sicut electis ignis ardere nouit ad solatium & tm̄ ardere ad supplicium nescit: ita ediuerso gehēne flāma reprobis, & nequa q̄ lucet ad cōsolationis gratiā: & tamen lucet ad poenā: vt dānatorū oculis ignis supplicii & nulla claritate candeat: & ad doloris cumulū electis qualiter cruciet̄ ostēdat.

Q̄ ignis gehēne ab initio sic creat⁹ est vt nutrimento nō egeat. Idē in eodē.

R Omnipotentis iustitia futurorū p̄scia ab ipsa mundi origine gehēne ignem creauit: q̄ in poena reprobū semel esse inciperet: sed ardorē suum etiā sine lignis nunq̄ finiret. Ignis namq̄ corporeus vt esse ignis valeat corporeis indiget fomentis: qui cū necesse est: vt feruetur per cōgesta ligna proculdubio nutritur: nec valet nisi succensus esse: & nisi refortus subsistere. At contra gehēne ignis cū sit corpore⁹: & vniuersos reprobos corporaliter exurat: nec studio hūano succēditur, nec lignis nutrit: sed creatus semel durat inextinguibilis: & succensione non indiget: & ardore nō caret. Bene ergo de iniquo dicitur. Deuorabit eū ignis qui non succēditur.

Quales sunt purgatorie poenę in hac vita & quales post. Aug⁹, de ciui. dei.

S In hac vita quidē mortali esse quāsdā poenas purgatorias cōstitemur: non quibus affliguntur quorum vita vel nō inde fit melior: vel potius inde fit peior: sed illis sunt purgatorie qui eis coerciti corriguntur. Cetera omnes poenę siue temporales siue sempiternę: sicut vnusquisq̄ diuina providētia tractandus est inferuntur: vel pro peccatis siue in p̄teritis siue in quibus adhuc viuūt ille q̄ plectitur: vel pro exercendis declarandisq̄ virtutibus per hoīes & angelos siue bonos siue malos. Sed tēporales poenas alii

in hac vita tm̄: alii post mortem: alii & nunc & tunc: veruntamen ante iudiciū illud seuerissimū notissimūq̄ patiuntur. Non autē venient omnes in sempiternas poenas: q̄ post illd̄ iudiciū futurę sunt: qui post mortem sustinent tēporales. Nā quibusdā quod in isto non remittitur: remitti in futuro seculo. i. ne futuri seculi aeterno supplicio puniantur, cōstitemur. Rarissimi sunt autē qui nullas in hac vita sed tm̄ post eam poenas luant. Fuisse tamen aliquos qui vsq̄ ad decrepitā senectutem ne leuissimā quidem febriculā senserint: q̄ tamen duxerint vitā: & ipsi nouimus & audiūm⁹: q̄q̄ vitā ipsa mortaliū tota poena sit. Nō. n. parua est poena ipsa insipiciētia vel imperitiā: quā vsq̄ adeo fugienda merito iudicatur: vt per plenas doloribus poenas pueri cogātur, quāq̄ artificia vel literas discere: ipm̄q̄ discere ad quod poenis adiguntur tam poenale est eis: vt nonnunq̄ ipsas poenas per quas cōpelluntur discere, malint ferre q̄ discere. Quis autē non exhorreat & mori eligat si proponat ei aut mors per poenam: aut rursus infantia? Quā quidē q̄ non a risu sed a fletu orditur, hanc lucem, quid malorū ingressa sit nesciēs propherisat quodā modo. Solū quando nat⁹ est ferunt risisse Zoroastrē. Nec tm̄ boni aliquid ei monstruosus risus ille portendit. Nā magicarū artium inuētōr fuisse perhibet. A Nino quippe rege assyriorū bello superatus occubuit. Verū tanta est dei misericordiā in vasa misericordiā: q̄ p̄parauit in gloriam, vt etiā prima hominis aetas, i. infantia quā sine vllō renisu subiacet carni: & secūda q̄ pueritiā nuncupatur: vbi nondū ratio suscepit cōtra vitia pugnā: & fere sub omībus vitiosis delectationibus iacet: quia licet fari iam valeat: & ideo infantiam transisse videatur: nondū in ea est p̄cepti capax infirmitas mentis: si sacramēta mediatoris acceperit: etiam si hanc in eis annis vitam finiāt: trāllata, s. a peccate tenebrarum in regnum dei non solū poenis non p̄paretur eternis: sed nec illa post mortē purgatoria tormenta patiatur. Sufficit. n. sola spūalis regeneratio, ne post mortē obfit qd̄ carnalis generatio traxit cum morte. Cum autē ventū fuerit ad aetatem

Zoroastrē.

V

qua iam pceptum capit, & subdī iā pōr legis imperio: suscipiendū est bellū cōtra vitia & gerendū acriter ne ad dānabilia peccata pducatur: & si quidē nondū victoriarū consuetudine roborata sunt: facili⁹ vincuntur & cedūt. Si autē vincere atq; impetare consueuerūt: laboriosa difficultate vincuntur. Hoc autē bellū nunq̄ vllum esset, si natura humana per liberum arbitrium in rectitudine in qua facta est, perstitisset. Nunc vero qua pacē felix habere noluit, secū pugnāt infelix. Paucissimi autē sunt tantā felicitatis vt ab ipsa inēte adolescentia, nulla dānabilia pēta committant: vel in flagitiis vel in facinorib⁹ vel in nefariā cuiusdā impietatis errore: sed magna spūs largitate opprimant quicq; in eis posset carnali delectatione dñari. Plurimi vero pcepto legis accepto cū prius victi fuerūt pualentibus vitiis & puaricatores eius effecti extūc ad gratiam confugiūt adiuantē: qua fiant & amarius pœnitentē & vehemētius pugnando prius deo subditi, atq; ita carnī pposita mente victores. Quisq; ergo cupit pœnas euadere sempiternas, nō solū baptizet, verū & iustificet in Christo: ac sic vere transeat a diabolo ad Christū Nihil in edificatio pponitur fundamento. Inueniemus ergo qui possit saluari per ignem: si prius inuenerimus qd sit habere in fundamento Christū. Si quis itaq; xpianus diligit meretricē: ei⁹ ad hētens vnū corpus efficitur: iam fundamentum nō habet Christū. Si quis autē diligit vxorem suam scdm Xpm: quis ei dubitet in fundamento esse Xpm? Si vero scdm hoc seculum, si carnaliter, si in morbo concupiscentiæ sicut & gētes quę ignorāt deū: etiam hoc scdm veniā concedit apostolus: immo per aplm Christū. Potest ergo & iste in fundamento habere Christū. Si em̄ nihil ei talis affectionis voluptatisq; pponat: quis supēdificet ligna, scēnū, stipulam, Xps est fundamentū: propter hoc saluus erit per ignē. Delicias gpe huius mundi amoresq; terrenos ppter coniu-galem quidē copulā nō dānabiles, tribulationis ignis exurit. Qui amat patrē aut matrē aut filium aut filiā super me ait dñs, non est me dign⁹. Verū q has necessitudines sic amat carnaliter: vt tamē

Xpo dño nō pponat: malitq; ipsis carere q̄ Xpo: si ad hunc fuerit articulū tentationis adduct⁹: per ignē erit saluus: q̄ & earū amissioe tātū necesse est vrar dolor: q̄tū hēserat amor. Ac p hoc ei q̄ edificauit erit edificatio ista dānosa: q̄ non habebit qd supēdificauit: & eorū amissioe cruciabit quib⁹ fruendo vtq; letabatur. Vide in apli verbis hoīem edificantē su per fundamentū, lapides p̄ciosos, aurū, argentū. Qui sine vxore est ingt, cogitat q̄ sunt dei: q̄no placeat deo. Vide alitū edificantē ligna, scēnū, stipulam. Qui autē matrimonio iūctus est (ingt) cogitat q̄ sunt mūdī, q̄no placeat vxori. Vasa figuli probat fornax: & hoses iustos tētatio tribulationis: & vniuscuiusq; opus quale fuerit ignis pbabit. Si cuius opus p̄māserit: p̄manet em̄ qd quisq; cogitat q̄ sunt dei: q̄no placeat deo, qd supēdificauit, mercede accipiet. i. vnde cogitauit: hoc sumet. Si cuius opus arserit, dānū patiet: qm̄ qd dilexerat nō habebit. Ipse autē salu⁹ erit: q̄ nulla eū tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit. Sic tñ quasi p ignē. Quod em̄ sine illicite amore nō habuit sine vrēte dolore nō pdit. Ecce q̄tū mihi videt, inuētus est ignis: q̄ nullū eorū dānet, sed vnū dicit, alterū dānificet: abos probet. Nullas quidē pœnas nisi purgatorias voluit esse post mortem: qm̄ terris superiora sunt elemēta aer, aqua, ignis. Ex aliquo horū mundet per expiatorias pœnas qd terrena cogitatione cōtractū est. Vnde gētilis poeta. Alię pādunt inanes. Suspēse ad ventos: alīs sub gurgite vasto. Insectū eluit scel⁹: aut exurit igni. Iniustū em̄ putant vt p peccatis qlibet magnis paruo. s. tpe ppetratis pœna qsq; dānetur eterna: quasi vllius id vsq; iustitia attendat vt tāta mora tps quisq; puniatur quāta mora tēporis, vnde punire retur admisit. Nunqd in vinculis tandiu quisq; iudicādus est esse debere q̄diu fecit vnde meruit alligari: cū iustissime an nosas pœnas seruus in cōpedibus pēdat qui verbo aut ictu celerrime transeunte vel laceffiuit dñm vel plagauit: Quod ergo de sempiterno supplicio dānatorum per suū pphētā dñs dixit: fiet oīno fiet. Vermis eorū nō moriet: & ignis eorum nō extinguet. Vtrūq; horū, s. ignem atq;

Aene. 6.

vermē volūt quidā ad aīa pœnas nō ad corporis prinere: q̄ scriptū est. Sicut tinea vestimentū & vermīs lignū: sic mœror excruciat cor viri. Qui vero pœnas & aīa & corpus in illo supplicio futuras nō dubitant, igne vrī corpus: animā autē rodī quodāmodo verme mœroris affirmant. Qd̄ estsi credibilius dī: q̄a vtq; absurdū est ibi dolorē aut corpus aut aīe de futurum. Ego tñ facilius existimo vt ad corpus dicā vtrūq; prinere q̄ neutrū. Legitur gpe in veterib⁹ scripturis. Vindicta carnis ipsi vermīs & ignis. Potuit breuius dici vindicta impij. Cur ergo dictū est carnis impij nisi q̄ vtrūq; .i. vermīs & ignis pœna erit carnis? Quō ergo verū est ingunt qd̄ ait Xps noster: In qua mēsurā mēsi fueritis in eadē remeriet vobis: si tpale peccatū supplicio puniet eterno? Nec attendūt non propter equale spatīū tps: sed ppter vicissitudinē mali. i. vt qui mala fecerit mala patiat dictā fuisse eandē mensurā. De iudiciis em̄ & cōdēnatio nibus dñs loq̄batur. Proinde q̄ iudicat & cōdēnat iniuste: si iudicat & cōdēnat iuste, in eadē mēsurā recipit: quis nō hoc qd̄ dedit. Iudicio em̄ fecit & iudicio patitur q̄uis dānatioe fecerit qd̄ si quis est: patit qd̄ iustū est. Nec quisq; existit q̄ cōfeat tā cito nocentiū finieda esse tormēta: q̄ cito factū est homicidiū, adulteriū, vel sacrilegiū: vel quodlibet aliud scelus, non tēporis lōgitudine sed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendum.

De cura pro mortuis agēda. ex Augu. in enchiridio. Caput. VI.

Negādū est defunctorū aīas p̄ierate suoz viuentiū releuari: cū p illis sacrificiū mediatoris offeratur: vel eleemosynę in ecclesia fiūt. Sed eis hęc pfunt q̄ cū viuerēt hęc sibi vt possint p̄desse meruerūt. Est ei qdā viuenti modus nec tā bon⁹ vt nō req̄rat ista post mortē: nec tā mal⁹ vt ei ista nō pfint post mortem. Est em̄ talis in bono vt hęc non requiratur: & est rursus talis in malo vt nec habēs valeat cū ab hac vita transferat adiuuari. Quocirca omne meritum cōparatur: quo possit post hęc vitā releuari quispiā vel grauari. Nemo autē se speret quod hic neglexerit cū ob-

ierit apud deū promereri. Non igit̄ ista quę p defunctis frequētat ecclesia commendādis, illi apostolicę sententię sunt aduersa qua dictū est. Oēs em̄ astabim⁹ ante tribunal Christi vt referat vnusquisq; scdm ea q̄ per corpus gessit, siue bonum siue malū: quia hoc etiā meritū sibi ḡsq; cum in corpore viueret cōparauit: vt ei possint ista p̄desse. Non em̄ oībus profunt. Et cur nō oībus nisi ppter differētiā vitę quā quisq; gessit i corpore? Quā ergo sacrificia siue altaris siue quarticūq; elemosynarū p baptizatis defunctis oīb⁹ offeruntur: p valde bonis gratiarū actiones sunt: pro nō valde malis propitiatio nes: pro valde malis etiā si nulla sunt adiumenta mortuorū qualescūq; viuorū consolationes sunt. Quibus autē profunt aut ad hoc pfunt, vt sit vera remissio: aut certe vt tolerabilior fiat ipsa dānatio.

Quibus p̄it post mortem: vel quō qd̄ p illis fit. Aug⁹. de ciui. dei. Ca. VII.



St itaq; quidā modus vitę nec tam malę vt iis q̄ in ea viuunt nihil proficit ad capessēdum regnum ccelorū largitas elemosynarū: quibus etiā iustorum sustentatur inopia. Et sūt amici qui eis in eterna tabernacula suscipiant: nec tam bonę vt ad tantā beatitudinem adpiscendā eis ipsa sufficiat, nisi eorū meritū quos amicos fecerunt misericordiam consequantur. Mirari autē soleo etiā apud Virgilū reperiri istā sententiam vbi dñs ait: Facite vobis amicos de māmoma iniquitatis: vt ipsi recipiāt vos in eterna habitacula. Mam cū elisios cāpos poeta ille describeret: vbi putant habitare animas beatorū: non solū ibi posuit eos qui propriis meritis ad illas sedes peruenire poterūt: sed adiecit atq; ait. Quisq; sui memores alios fecere merendo. i. qui promeruerunt alios: eosq; sui memores pmerēdo fecerūt. Prorsus tanq̄ diceret eis quod frequētat ore xpiano cum se cui⁹ sanctorū humilis quisq; cōmendar: & dicit. Memor esto mei atq; vt id esse possit promerendo efficit. Sed quis iste fit modus & q̄ sint ista peccata q̄ ita impediūt perueniēdā ad regnū dei: vt tñ factorū amicorū meritis ip̄erēt indulgētiā: difficillī

num est inuenire: periculosissimū defini re. Ego certe vsq; ad hoc tēpus cū inde saragerē ad eorū indaginē. peruenire nō potui. Nunc vero dum venialis iniquita tis etiā si perseueret ignorat modus: pro fecto & studiū in meliora p̄ficiendū orando & instando vigilantius adhibetur & faciendi de Māmona iniquitatis sanctos amicos cura non spernit. Verū ista libera tio quę sit siue suis qbusq; orationibus siue intercedētib; sanctis, id agit vt in ignē non mittat eternū: non vt cū fuerit missus post q̄tūcumq; tps inde eruat.

De eodem idē libro secundo.

Non existimē ad mortuos p̄ qui bus curam gerimus peruenire nisi qd̄ pro eis siue altaris siue orationū siue elemosynarū sacrificiis solēnter suppli camus: quis non p̄ quibus fiunt omnib; profunt: sed iis tm̄ pro quibus dū viuūt cōparatur vt profunt. Sed quia nō discer nimus qui sint: oportet ea pro regenera tis omnibus facere: vt nullus eorum p̄ter mittatur ad quos hac beneficia possunt & debeant peruenire. Melius em̄ super erunt ista iis quibus neq; obfunt nec profunt: q̄ eis deerunt qbus profunt. Diligē tius tamen facit hoc qsq; pro necessariis suis quod p̄ illo fiat similiter a suis. Cor pori aut̄ humano quicqd̄ impendit non est p̄sidium salutis sed humanitatis offi cium. scdm̄ affectum quo nemo vnq; car nem suā odio habet. Vnde oportet vt q̄ potest p̄ carne proximī curā gerat: cum ille inde recesserit qui gerebat.

De exequiis idē in eodē libro primo. Caput. VIII.

Vratio funeris, conditio sepulture: pompa exega rum, magis sunt viuorū solatia, q̄ mortuorū sub sidia. Si aliquid prodest impio sepultura p̄ciosa, oberit v̄lis aut nulla. pio. Præclaras ex equias in conspectu hominū purpurato illi diuiti exhibuit famulorū turba: sed multo clariore in conspectu dñi vlcero so illi pauperi ministerium p̄buit ange lorum: q̄ eum extrulerunt non in marmo reum tumulū: sed in Abrahę gremiū.

De sacrificio pro defunctis. Gregorius in Dialog. Caput. IX.



I culpa post mortem insolubiles non sunt: multorū solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostię salutaris adiuuare.

Quibus p̄fit. Idē in eodē. Cap. X.



Ed sciēdū est quia illis sacra victime mortuis profunt: q̄ hic bene viuendo obrinuerunt: vt eos etiā post mortē bona adiuuent: que hic p̄ ipsis ab illis fiunt. Hac nāq; singulariter victima ab eterno interitu animā saluat: q̄ illam nobis vnigeniti mortē representat. Qui licet surgens a mortuis iam nō morit̄, & mors ei vltra non dñabitur: tm̄ in seipso inmortali ter atq; incorruptibi liter viuens pro nobis iterū hoc myste rio sacrae oblationis immolat. Eius p̄pe ibi corpus sumit: eius caro populi salute partit: eius sanguis non iā in manus in fidelū sed in ora fidelū funditur. Hinc ergo p̄semus quale sit pro nobis hoc sacrificiū quod p̄ oblatiōe nostra passionē vnigeniti filii semper imitatur. Quis em̄ fidelū habere dubiū possit in ipsa imo lationis hora ad sacerdotis vocē coelos aperiri: in illo Iesu mysterio angelorum choros adesse: summis ima sociari: terre na cœlestibus iungi: vnum quocq; ex v̄si bilibus atq; inuisibilibus fieri!

Vtrū aīa sciūt q̄ i hoc seculo gerūt. c. xi.



Verūt nōnulli de aīa bus carne solutis vtrū cognitionē hēant eorū q̄ in hac vita gerūt: maxie illorū q̄ iā i gau dio dñi sui & in absco dito faciei ei⁹, ver i lūinis illustratione le tantur. Adficiūt quoq; illud de animab; sanctorū qd̄ multi in q̄stionē adducunt: an p̄ces supplicatiū audiūt: & cū ad iter cedendū inuocant: vtrū vota postulatiū vsq; ad ipsorum cognitionē perueniūt. Difficile est de hmōi iudicare. Quō. n. sciētia nostra certa esse p̄t de ipsis: qui eā quā de nobis habent sciētiā nec cape possunt nec inuestigare! Hoc vnū certū est sc̄torū aīas in secreto diuine cōtēpla tionis cōstitutas eorū q̄ foris agunt rātū.

scire q̄tū illis vel ad gaudiū vel nobis ad auxiliū prodesse cōstet. Nos intercesso res q̄rimus apud deū. Quid ampli⁹ vis? Times ne forte non orent, q̄ semp orant? Quō non orabunt p̄ te q̄n tu oras, qui & q̄n tu non oras, orare tm̄ non cessant? Sed non audiunt inq;: & ego in ventū verba infundo, nō audietibus & nō intelligēti bus loquēs. Ecce dicam⁹. Nō audiet fan cti verba postulatiū, neq; ad beatitudinē illorū atinet, ista nosse q̄ foris aguntur. Ecce dicam⁹. Nō audiet. Nunq; de⁹ nō audiet? Quid ergo labores inuestigare, qd̄ audiāt & q̄tū audiāt sancti quos oras: cū ipse deus audiāt p̄pter quē oras? Ipse vi det hūilitatē tuā, q̄ remuneratur⁹ est de uotionē tuā. Tū si audiunt & q̄tum au diūt: qd̄ est audire nisi scire? Vnū em̄ est lumē in quo & audiūt ad percipiendū: & vidēt ad cognoscendū. In quo si qd̄ forte foris agit qd̄ modo interim nō audiunt, aut nō vident mysteriū est disp̄sationis nō detrimentū felicitatis. Inueniūt tm̄ quidā sanctorū patrum q̄dam ita dixisse quasi nihil sit in creaturis quod non vi deant q̄ vident oīa videntē. Ego ampli⁹ iudicare nō p̄sumo: nisi hoc solū qm̄ tm̄ vident quantum illi placitum est quē vi dent & in quo vident.


Explicita est sextadecima pars.

INCIPIT

xvii. pars, de fine seculi.

De tpe aduentus Christi in nouissimo Augustinus ad Esyciū, Caput. I.

H



Desaluatoris ad uentu qui ex p̄ctatur in fi ne, tempora di numerare non audeo: nec aliā quē p̄phetam de hac re nūc rum annorum existimo p̄rxi nisse. Sed potius illud p̄ualere qd̄ ipse dñs ait: Nemo p̄t cognoscere tēpora q̄ pater posuit in sua potestate. Tēpora ergo cōputare hoc est q̄d̄v̄s chronous vt sciam⁹ q̄n sit huius seculi: vel aduēt⁹ dñi nihil aliud mihi videt q̄ scire velle quod

ipse ait, scire neminē posse. Opportunitas vero illi⁹ t̄pis profecto nō erit: anteq̄ p̄di cetur euangeliū vniuerso orbi in testimo nium oibus gētib; . Apertissima em̄ de hac re legit sentētia saluatoris dicentis. Et p̄dicabit hoc euangeliū regni in vni uerso orbe in testimonio oibus gentibus. Tūc veniet finis. Tunc veniet qd̄ est nisi ante nō veniet! Quāto post ergo veniat incertū nobis est. Ante tm̄ non esse v̄tru rum dubitare v̄tis nō debemus. Si ergo latet, q̄n ecclesia fructificāte atq; crescen te: vniuersus oīno a mari vsq; ad mare orbis implebit: proculdubio latet quādo finis erit. Ante quippe non erit. Tūc re uelabitur ille iniquus. i. anti xp̄s quē dñs Iesus Xps interficiet spū oris sui.

De vltima tribulatione. Augustin⁹ de ciuitate dei. Caput. II.



Vnc soluet sathanas de custodia sua & exibat ad seducēdas nationes: que sunt in quatuor angulis terræ: Gog. & Magog: quorū it̄pretationem noīm esse cōperimus: gog tectū: magog de tecto: tanq; domus & ipse q̄ procedit de domo. Gentes ergo sunt in qbus dia bolum velut in abyssō sup̄is intelligē bamus inclusum: & ipse de illis quodam modo sese efferens & procedens: vt illæ sint tectum: ipse de tecto.

Quare modo diabolus ligat. Cap. III.



Ligatio diaboli est non p̄mitti exercere totā tē rationē quā p̄t vel vi, vel dolo ad seducēdos hoīes in partē suā cogē do violēt̄er: fraudulēt̄er ve fallendo. Qd̄ si p̄mitteret in tā longo tpe: & tāta īfirmitate multorū plurimos tales quales de⁹ p̄peti id nō vult: & fide les deiceret & ne crederēt impediret: qd̄ ne faceret alligatus est. Tunc. n. soluetur q̄n & breue tps erit. Nam trib⁹ annis & sex mēsibus legit suis totis suorūq; viri bus sequitur: & tales erūt cū qbus ei bel ligerādū est: vt vincī tāto eius impetu in sidii⁹q; nō possint. Soluet aut̄ sathanas in fine seculi vt q̄ fortē aduersariū dei ciui ras superauerit, cū ingēri gloria sui redē ptoris, adiutoris, liberatoris aspiciat.

Quare in nouissimo soluet. Cap.III.

Exibit aut vt dictu est sa-
thanas in apertā perfec-
tionem: de latebris erum-
pet odiōrū. Hęc em̄ erit
nouissima persecutio no-
uissimo imminente iudici-
cio: quā sancta ecclesia roto terrarū orbe
patietur, vniuersa videlicet ciuitas Xpi
ab vniuersa ciuitate diaboli quantacūq;
erit: vtraq; super terrā. Vnde apls. Refra-
gescet caritas multorū & abūdabit iniq-
tas. Vnde Daniel. Et erit inquit tempus
tribulationis qualis nō fuit ex quo nata
est gens sup terrā: vsq; ad tēpus illud.

Quanto tēpore erit vltima tribulatio.

Caput.V.

Męc persecutio nouissima
futura ab anti xpo tribus
annis & sex mētib; erit.
Nō em̄ veniet ad viuos
& mortuos iudicandos
Xps: nisi prius venerit ad
seducendos in aīa mortuos aduersarius
eius anti xps, quem dñs Iesus interficiet
spiritu oris sui.

De aduētū Helie & Enoch. Cap.VI.

Neniet tūc Helias thes-
bitēs anteq; veniat dies
dñi magnus & illustris
qui cōuertet cor patris
ad filiū, & cor hoīs ad
proximū suū: ne forte
ueniens percūtā terrā penitus. Per hunc
Heliam magnū mirabilēq; pphetam &
posita sibi lege nouissimo tpe ante iudiciū
Iudeos ī Xpm verū. i. in Xpm nostrū
esse credituros celeberrimū est, in sermo-
nibus cordibusq; fidelīū. Ipse qppe ante
aduētū iudicis saluatoris non inmerito
sperat esse venturus: q; etiā nunc viuere
non inmerito creditur. Currū nāq; igneo
raptus est de rebus humanis: qd̄ euiden-
tissime sacra scripturā testatur. Cū vene-
rit ergo exponendo legē spūaliter quam
nūc Iudaei carnaliter sapiūt: cōuertet cor
patris ad filiū. i. corda patrum ad filios.
Sic. n. cor patrū cōuertet ad filios cum
intelligētia patrū perducet ad intelligē-
tiā filiorū: & cor filiorū ad p̄ses eorū dñi
in id quod senserūt illi, cōsentient & isti.
De qualitate personę iudicis. Aug. de

Trini.

Caput.VII.

Vm venerit filius hoīs
in gloria sua & oēs an-
geli eius cū eo: tūc con-
gregabuntur ante eum
oēs gētes. Et iudei qppe
qui in malitia pseueran-
tes in illo iudicio puniendi sunt: sicut ali-
bi scriptum est: Videbūt in quē pupuge-
runt. Cū em̄ boni & mali visuri sunt iu-
dicem viuorū & mortuorū: proculdubio
eum videre mali nō poterunt nisi scdm̄
formā qua filius hoīs est. Sed tū in clari-
tate in qua iudicabit non in humilitate
in qua iudicatus est. Non em̄ Xps iterū
in cruce vidēdus est. Ceterū illā dei for-
mam in qua æqualis est patri: proculdubio
impīi nō videbūt. Non em̄ sunt mū-
dicordes. Beati em̄ mūdīcordes, qm̄ ipsi
deū videbunt. Alioqn̄ si filius dei iudex
in forma in qua æqualis est patri etiā im-
piis cū iudicaturus est apparebit: qd̄ est
quod p̄ magno dilectori suo pollicetur
dicēs: ego diligā eum & ostēdam meis
illi! Quapropter filius hoīs iudicaturus
est: nec tamen ex humana potestate: sed
ex ea qua filius dei est. Et rursus filius
dei iudicaturus est: nec tū in ea forma ap-
parens in qua deus est æqualis p̄ti: sed in
ea qua filius hoīs est. Itaq; vtrūq; dici po-
test: & filius hoīs iudicabit, & non filius
hoīs iudicabit: q; filius hoīs iudicabit
vt verū sit quod ait: Cū venerit fili; ho-
minis tūc congregabūtur ante eum oēs
gentes. Et nō filius hoīs iudicabit, vt ve-
rum sit qd̄ ait: Ego non iudico & ego nō
quero gloriā meā: est q; q̄rat & iudicet.
Nam scdm̄ id quod in iudicio nō forma
dei sed forma filii hoīs apparebit: nec ip-
se pater iudicabit. Scdm̄ hoc. n. dictū est:
pater non iudicat quēq; sed om̄e iudiciū
dedit filio. Scdm̄ autē q; dictum est: dedit
pater filio vitā habere in semetipso: non
vtrūq; dicit pater nō iudicat quēq;. Scdm̄
hoc. n. q; equalē pater genuit filium: iudi-
cat cū illo. Secundū hoc ergo dictum est
q; in iudicio nō forma dei sed forma filii
hoīs apparebit: nō quā nō iudicabit qui
dedit om̄e iudiciū filio: cū de illo dicat
filius: Est qui q̄rat & iudicet: sed ita dic-
tum est pater nō iudicat quēq;: sed om̄e
iudiciū dedit filio: ac si diceret. Patrem

nemo videbitur in iudicio viuorū &
mortuorū. sed oēs filium: quia & filius
hominis est vt possit ab impiis videri:
cū & illi videbūt in quē pupugerunt.

Q Omne igitur iudiciū dedit filio, quia
iudex ī forma filii hominis apparebit,
que forma nō est patris sed filii: nec in
ea filii in qua æqualis est patri: sed in
qua minor est patre, vt sit ī iudicio cō-
spicius bonis & malis. Quādo autē iu-
dicem videbūt mali nō eis videbūt bo-
nus, quia nō ad eū corde gaudebūt, sed
tunc se plangent omnes tribus terrę.
In numero vtrūq; malorū omniū & infi-
deliū: visio illa filii hominis nec bonū
erit impiis qui mittētur in ignē ater-
nū, nec summū bonū erit iustis. Adhuc
enim vocat eos ad regnū qd̄ eis para-
tū est ab initio mundi. Sicut enim illis
dicit. Ite in ignem eternū: sic istis, ve-
nite benedicti patris mei possidete pa-
ratum vobis regnū. Et sicut ibunt illi
in combustionē eternā: sic iusti in vitā
æternam: Quid est autem vita æterna
nisi vt cognoscāt te (inquit) vnū deū
viuū & quem misisti Iesum Christum?
Sed iam ī illa claritate de qua dicit pa-
tri: quā habui apud te prius q̄ mūdus
fletet: Tunc tradet regnum deo & pa-
tri: vt intret seruus bonus in gaudium
domini sui.

De celeritate iudicii. Aug. ad
Consentium. Cap. VIII.

R Natomo dicit Apo-
stolus, hoc est in p̄cto
tēporis, qd̄ diuidi non
potest ī ictu oculi: hoc
est in summa celerita-
te, & in nouissima tu-
ba, hoc est innouissimo signo qd̄ dabi-
tur, vt ista cōpleatur. Canet em̄ (inqt)
tuba, & mortui resurgent incorrupti:
& nos cōmutabimur. Ergo istā cōmu-
tationē in meli; sine dubitatione opor-
tet intelligi, quia oēs & iusti & iniusti
resurrecturi sunt. Sed sicut dñs in euā-
gelio loquitur: Qui bene fecerūt in resur-
rectionē vitę: qui male egerūt in resur-
rectionē iudicis: iudicis appellās poenā
sempiternam: Sicut alio loco: Qui non
credit (inqt) iā iudicatus est. Proinde
illi q; ad iudiciū resurrecturi sunt non

cōmutabūt in illā incorruptelā, que
nec doloris poenā vel corruptionē pati
pōt. Illa nāq; fidelīū est atq; sanctorū.
Isti vero p̄petua dānatione cruciabūt:
quia ignis eorū nō extinguet, & vermis
eorū nō moriet. Ac p̄ hoc incorrupti q;
dē resurgēt integritate mēbroꝝ: sed tñ
corrūpēdi dolore poenarū cū audierit:
Ite in ignē eternū qui paratus est dia-
bolo & angelis eius. A quo auditu ma-
lo iustus non timebit.

De eodem. Cap. IX.

S T vt radi; oculi nostri
nō citius puenit ad p̄-
pinquiora, tardius ad
lōginquiora: sed vtraq;
intualla parili celeri-
tate cōtingit: ita cū in
ictu oculi, sicut Apl's dicit, sit resurre-
ctio mortuorū: oīpotentię dei & ineffa-
bili nutu rā facile est q̄q; recētia, q̄ diu
turno tpe dilapsa cadauera suscitare.

De eodem. Cap. X.

R it iudiciū ipso inopi-
nato dñi aduentu celer-
rimū, qd̄ tardissimū pu-
tabatur: q; ipsas cōsciē-
tias sine sermonis p̄lix-
tate cōuincet. In cogita-
tionibus em̄ sicut scriptū est impīi in-
terrogatio erit. Et apl's. Cogitationib;
(inqt) accusantibus siue excusantib;
in die qua iudicabit deus occulta ho-
minū scdm̄ euangeliū meū, per Iesum
Christum. Etiā sic dñs futurus est testis
intelligendus velox cū sine mora reuo-
caturus est in memoriā, vnde conuin-
cat & punit conscientiam.

De ordine resurgendi. Cap. XI.

R opheta Elaiās. Resur-
gent (inqt) mortui: &
resurgent q; erant in se-
pulchris. Vnde apl's.
Ipse dñs: in iussu & ī vo-
ce archangeli & in tubā
dei descendet de celo & mortui qui in
Christo sunt resurgent primi. Deinde
nos viuētes q; reliqui sumus simul rā-
piemur cū illis in nubibus obuiā Chri-
sto in aera, & ita semp cū dño erimus.
Hęc verba aplica resurrectionē mor-
tuorū futurā quando veniet Christus

vtiq; ad viuos & mortuos iudicandos preclarissime ostendit. Sed queri solet vtrū illi quos hic viuentes inuēturus est Christus: quorū psonas in se atq; illos q tunc secū viuebāt transfigurabat Apostolus, nūq; oīno morituri sint: an ipso tēporis pūcto quo cū resurgenti- bus rapiēnt in nubib; obuiā Christo in aera, ad imortalitē p mortē mira ce- leritate trāsibunt. Si ergo sanctos q re- perientur Christo veniēte viuentes: eiq; in obuiā rapiētur crediderimus in eo dem raptu de mortalibus corporibus exituros: & ad eadē mox imortalia re- dituros, nullas in verbis apostoli patie- mur angustias: siue vbi dicit: tu qd se- minas nō viuificas nisi prius morias: siue vbi dicit: oēs resurgemus aut oēs dormiemus: qā nec illi per imortalita- tē viuificabunt, nisi q̄libet paululū ta- mē ante moriant: ac per hoc & a resur- rectione nō erūt alieni, quā dormitio- ne pcedūt q̄uis breuissima, nō tñ nulla.

¶ Quomodo intelligēdum est qd scriptū est. Viuos & mortuos iudicabit.

Cap. XII.

X **D** Vobis accipit, q viuos & mortuos iudicabit. Siue viuos intelligit quos hic nō dum mortuos: sed ad hūc in istā carne viuentē inuēturus est eius aduentus: mortuos autē q de corpore priusq; veniat: exierūt vel exituri sunt. Siue viuos iustos & mortuos iniustos: qm iudicabit iusti, iudicabuntur iniusti.

¶ De resurrectione corporum qualiter aut qualia resurgent.

Cap. XIII.

Y **S** Vnt nōnulli qui considerantes q spiritus a carne soluit: q caro in putredinē vertit, q putredo in puluerē redigit, q puluis in elemēta soluit vt nequaquā ab humanis oculis videat: resurrectionē fieri posse desperat. Et dū arida ossa inspiciūt: hęc vestri carnib; rursusq; ad vitā viridescere posse diffidunt, q resurrectionis fidē ex obediētia non tenent certe hęc tēnere ex ratione debuerunt. Quid enim

quotidie nisi resurrectionem nostrā in elementis mūdus imitat? Per quotidiana quippe momenta lux ipsa tēporalis quasi morit: dū supueniētib; noctis tenebris ea quā aspiciēbas subtrahit: & quasi quotidie resurgit dū lux ablata oculis suppressa iterū nocte reparatur. Per momenta quippe tēporū cernim; ar- busta viriditatē foliorū amittere: a fructu prolatiōe cessare. Et ecce quasi ex arescente subito ligno velut quadā resurrectione veniente: videm; folia erūpere, fructus grandescere: & totā arbore redituuo decore vestiri. Sed ecce resurrectionē audio, effectū tñ ipsius resurrectionis exquiro. Credo nāq; q resur- rector sum: sed volo vt audiā qualis. Sciēdū quippe mihi est vtrū in quodā alio subtili fortasse vel aërio: an in eo quo maneo corpore surgam. Sed si in aërio corpore resurrexero: iam non ero ego qui resurgo. Nā quomō est vera resurrectio: si vera nō poterit esse caro? Aperta ergo ratio suggerit, q si vera caro nō fuerit: proculdubio resurrectio vera nō erit. Neq; enim recta resurrectio dici potest: vbi nō surgit qd ceciderit. Vnde etiā redēptor noster dubitantibus de sua resurrectione discipulis ostendit manus & latus: palpanda ossa, & carnem prēbuit dicens. Palpate & videte qā spiritus carnē & ossa non habet, sicut me videtis habere. Iā vero de resurrectione carnis, nō sicut quā resurrexerūt iterūq; sunt mortui: sed in vitā eternā sicut Christi ipsius resurrectio, quēadmodū possum breuiter disputare, & omnibus quāstionibus quā de hac re moueri solēt satisficere non inuenio. Resurrecturā tñ carnē omnū quicūq; nati sunt: nascuntur, & mortui sunt, & morientur, nullo mō christian; debet dubitare. Vnde prima occurrit de abortiuis foetibus quāstio: qui iam quidem nati sunt in vteris matrū, sed nōdū ita nati vt iam possint renasci. Si resurrecturos eos dixerim; q iā formati sunt vtrūq; tolerari potest qd dicit. Informēs vero abortiuos q nō pcliui; perire arbitret sicut semina quę concepta nō fuerint: Sed negare qā audeat & si affirmare nō audeat, id acturā resur-

rectionē: vt quod formā defuit impleatur: atq; ita nō sit perfectio q accessura erat tpe quēadmodū nō erūt vitia q accesserūt tpe: vt neq; i eo qd aprū & cōgruū dies allaturi fuerāt, natura fraudet: neq; i eo qd aduersum & cōtrariū dies attulerit, natura turpet: sed intergrabit qd nōdū erat, & itegritū sic istaurabitur qd nōdū fuerat vitiatum.

¶ De abortiuis & monstris vtrū resurgent & qualia. Cap. XIII.

A **S** Vper hoc scrupulosissime qd inter doctissimos qri solet & disputari potest: qd vtrū ab homine iueniri possit ignoro. Quādo incipit homo in vtero viuere vtrū sit qdā occulta vitā, q nōdū motibus viuētis appareat. Nā negare vixisse puerperia q propterea mēbratim excēdatur & eiciunt ex vteris pgnātū, ne matrē quoq; (si mortua ibi relinquant) occidat, impudētia nimia videtur. Ex quo autē incipit homo viuere, ex illo vtiq; iam mori potest. Mortu; vero vbiq; mors illi potuit euenire: quomodo ad resurrectionē non pertineat mortuorū reperire nō possum. Neq; enim monstra quę nascūt & viuūt q̄libet cito moriātur, aut resurrectura negabunt, aut vitata resurrectura credēda sunt, aut non potius correctā emendatāq; natura. Absit enim vt illū bimembrem qui nuper natus est in oriente de quo fratres dilectissimi qui eū viderūt retulerūt: beat; Hieronymus presbyter scriptū reliquit: absit in quā vt vnū duplicē hominē, ac nō pot; duos homines qd futurū fuerat si gemini nascerent, resurrecturos existimemus. Ita & cetera quę singuli quicq; partus vel ampli; vel minus aliqd habēdo quadā nimia deformitate mōstra dicuntur, ad humanę naturę figurā resurrectione reuocantur: ita vt singulę animę singula sua corpora obtineāt: nullis coherentibus etiā quęcūq; coherentia nata fuerant: sed seorsum sibi singulis sua mēbra gestantibus, quibus humani corporis cōplebitur integritas. Non perit deo terrena materies de qua mortalium creat-

caro: sed in quēlibet puluerē cinerēve soluatur, in quōlibet halitus aurascq; diffugiat, in quācūq; aliorum corporū substantiam vel in ipsa elemēta vertatur, in quorūcūq; animalū vel hominū cibum cedat, carnemq; mutetur: illi animā humanā pūcto tēporis redibit quā illā primitus vt homo fieret, atq; cresceret animauit.

¶ De modo resurrectionis. Cap. XV.

M Embrorū omnū reformatio non solū ex terra verū etiā ex aliorū elementorū secretissimo sinu, quo dilapsa cadauera recesserunt in tēporis pūcto reddēda & redintēgranda promittitur. Ipsa itaq; terrena materies quę discedēte anima sit cadauer: nō ita resurrectione reparabit, vt ea quę dilabuntur, & in alias atq; alias aliarū rerū species formatq; verrūtur: quīs ad corpus redeant vnde dilapsa sunt: ad easdem quoq; corporis partes vbi fuerūt redire necesse sit. Alioquin si capillus redit, qd tā crebra tonsura detraxit, si vnguibus qd toties dep̄sit exsectio immoderata & indecēs cogitāribus & ideo resurrectionē carnis non credētib; occurrit informitas. Sed quē admodū si statua cuiuslibet volubilis metalli: aut in igne liquefceret, aut cōtereret in puluerē, aut confunderet in massā, & eā velit artifex rursus ex illius mensurę quātitate reparare, nihil interesset ad eius integritatē q partīcula materię cuiq; mēbro statuę redde- retur dū tñ totū ex quo cōstituta fuerat restituta resumeret: ita deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex de roto quo caro nostra constitat eā mirabili & ineffabili celeritate restituet. Nec aliqd attinebit ad eius rei integritatē, vtrū capilli ad capillos redeant: an vngues ad vngues, an quod eorū perierat mutet in carnē, & i alias partes corporis reuocet curante artificis puidētia ne qd indecēs fiat. Nec illud est consequens vt ideo diuersa statura sit reuiscientium singulorū, quia fuerat diuersa viuentium, aut macri cum eadē macie, aut pingues cū eadē pinguedi-

ne reuiuiscant. Sed si hoc est in cōsilio creatoris: vt in effigie sua cuiuscūq; p prietas & discernibilis similitudo seruetur: in ceteris autem corporis bonis aequalia cūcta reddātur: ita modificabitur illa in vnoquoq; materies, vt nec aliquid ex ea pereat: & qd alicui defuerit ille suppleat q de nihilo poruit qd voluit operari. Si autē in corporibus resurgentū rationalis inaequalitas erit, sicut est vocū quibus implet canus: hoc fiet cuiq; de materia corporis sui, qd & hominē reddat angelicis cōtibus & nihil inconueniens eorū sensibus ingerat. Indecorū quippe aliquid ibi non erit: Sed quicquid futurum est hoc decebit: quia nec futurum est si nō decebit.

Exemplum supradictorū, Cap. XVI.

D I enim statuum potest artifex homo (quā ppter aliquā causam de formē fecerat) cōflare & pulcherrimā reddere ita vt nihil substantiē sed sola deformitas pereat, ac si qd in illa forma priore indecēter extabat, nec parilitati partū cōgruebat: nō de toto vnde fecerat amputare atq; separare: sed ita conspergere vniuersa atq; miscere, vt nec foeditatē faciat nec minuat quantitātē: quid de omnipotente sentiendum est?

Cap. XVII. sanctorū corpora sine vitio resurgent, & incorruptibilia.

E surgent igit sanctorū corpora sine vilo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, diffcultate. In qbus tanta felicitas erit, ppter qd & spiritualia dicta sunt cū pcul dubio corpora futura sint, nō spiritū. Sed sicut nūc animale corpus dicit, qd nūc corpus nō aīa est: ita tunc spūale corpus erit: corpus tñ nō spūs erit. Proinde quātū attinet ad corruptionē q nūc aggrauat animā, & vitiā qbus caro aduersus spiritū cōcupiscit: tūc nō erit caro sed corpus, qd & celestia corpora perhibētur. Propter qd dictū est: Caro & sanguis regnū dei nō

possidebūt. Et tāq; exponēs quid dixerit: neq; incorruptio, inquit, corruptio nem possidebit: Qd prius dixit caro & sanguis, hoc posterius dixit corruptio & qd prius dixit regnū dei, hoc posterius incorruptionē. Quātū autē attinet ad substantiā etiam tūc caro erit. Propter qd post resurrectionē corpus Christi caro appellatū est. Ideo ait apostolus. Seminatur corpus animale: surgit spirituale: quoniam tanta erit cōcordia carnis & spiritus viuificante spiritu sine sustentaculo alicuius indigētis subditam carnem: vt nihil nobis repugnet ex nobis: sed sicut foris neminē, ita nec itus nosmetipsos patiemur inimicos.

Cap. XVIII. infantes non in ea statura resurgent qua mortui sunt.

F id ergo dicturi sumus de infantibus, nisi q nō in ea resurrturi sūt corporis exiguitate, qua mortui.

Sed qd eis tardius accessurū erat tempore, hoc sunt illo deo ope mito atq; celerrimo recepturi? In sentētia quippe domini vbi ait: Capillus capitis vestri non peribit dictū est: non defuturum esse qd fuit: non autē negatum est affuturum qd defuit. Defuit autē infanti mortuo perfecta quātitas sui corporis. Perfectio quippe infanti deest, vtiq; perfectio magnitudinis corporalis, quē cum accesserit iam statura longiore esse non possit. Hunc perfectionis modum sic habent omnes, vt cū illo cōcipiātur atq; nascātur: sed habēt in ratione nō in mole, sicut ipsa mēbra omnia iam sunt latētia in semine, cum etiā natis nōnulla adhuc desint, sicut dentes aut si quid eiusmodi. In qua ratione vniuscuiusq; materia indita corporali iam quodammodo vt ita dicam lineatum videtur esse quod nondum est: immo qd latet: sed accessu temporis erit, vel potius apparebit. In hoc ergo infans iam aut breuis aut longus est, qui longus breuisve futurus est. Restat ergo vt suam recipiat quicq; mēsuram, qualem habuit in iuuetute, etiam si senex est mortuus, vel fuerat

habiturus, si ante est defunctus: vt nec vltra nec citra iuuenilem formā resurgant corpora mortuorū: sed in ea etate de robore vsq; ad quā Christum peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos desinuerunt esse etiam seculi huius doctissimi homines iuuentutē, quē cū fuerit spatio proprio terminata, inde iam hominē in detrimēta vertere grauioris ac sensualis etatis: & ideo nō esse dictū in mensurā corporis vel in mensurā stature: sed in mensurā etatis penitudinis Christi.

Cap. XIX. omnes in eadem statura resurgent quam in perfecta vel iuuenili etate. s. habuerunt vel habituri fuerunt.

Cap. XIX.

G Lud qd ait ap'ls p' designatos conformes fieri imaginis filii dei potest sic accipi, vt quēadmodū nobis ille mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate cōformes. Si autē in his verbis qua forma resurrectionis sint corpora sumus admoniti, sicut illa mēsurā: ita & ista cōformatio nō quātū eis intelligēda est, sed etatis. Resurgēt itaq; omnes tam magni corpore q vel erant vel futuri erant iuuenili etate. Si qd vero in eo corporis modo in quo defunctus est, resurrectionem vnūquēq; contendit, nō est cū illo laboriosa contradictione pugnandum.

Cap. XX. Vtrum reprobi cum vitiis surgent.

Cap. XX.

H Vicūq; vero ab illa perditionis massa q facta est p hominē primū nō liberātur p vnūq; mediatore dei & hominū, resurgent quidē etiā ipsi vnusquisq; cū sua carne, sed vt cū diabolo & eius angelis puniant. Vtrū sane ipsi cū vitiis & deformitatib; suorū corporū resurgāt, quēcūq; in eis deformia & vitiosa mēbra gesta uerūt inquit rēdo laborare qd opus est? Neq; em farrigare nos debet incerta eorū vel habitudo vel pulchritudo, quorū erit certa & sempiterna damnatio. Nec moueat quomodo erit i eis corpus incorruptū

bile, si dolere poterit, aut quomō corruptibile si nō poterit. Nō em est vera vita nisi vbi feliciter viuatur: nec vera incorruptio nisi vbi salus nullo dolore corrumpitur. Vbi autē infelix mori nō sinitur, & vt ita dicā mors ipsa non moritur: & vbi dolor perpetuus nō interimit, sed affigit ipsa corruptio & nō sinitur: hęc in scripturis sanctis scācūda mors dicit. Nec prima tamē qua suū corpus anima relinquere cogitur, nec secūda qua poenale corpus anima relinqre nō pmittit homini accidisset, si nemo peccasset. Mirissima sane omni poena erit eorū, qui ppter peccatū qd originale traxerūt, nullū insuper addiderūt, & in ceteris quā addiderūt tanto quisq; ibi tolerabiliorē habebit damnationem quanto hic habebit minorem iniquitatem.

Cap. XXI. Quomodo terrena corpora in celo manebunt.

I Ecesse est aiunt quidā vt terrena corpora naturale pondus vel in terra teneat vel cogat ad terrā: & ideo in celo esse non possunt. Primi quidē illi homines in terra erāt nemo sola atq; fructuosa quā paradisi nomē obtinuit, & de ponderibus elementorū sic argumētatur. Quoniam, s. a magistro Platone didicerūt: mūdū duo corpora maxima atq; postrema duobus mediis: aere. s. & aqua esse copulata atq; cōstanta. Ac per hoc inquit quoniam terra ab hinc sursum versus est prima, secūda aqua super terrā: tertius aer sup aquā: quartū super aerem celum. Non potest esse terrenū corpus in celo. Momentis enim propriis vt ordinem suū teneant sua elementa librantur. Ecce qualibus argumentis omnipotentia dei humana contradicit infirmitas, quam possidet vanitas. Quid ergo faciunt in aere terrena tor corpora, cū a terra sit aer tertius, nisi forte qui per plumarum & pennarum leuitatem donauit auiū terrenis corporibus vt portentur in aere, immortalibus factis corporibus hominum non poterit donare virtutem qua in celo etiam possunt habitare?

K Nā cū terrenorū corporū sicut onera gestādo sentire cōsueuimus, quāto maior est quātitas tāto fit maior & grauior: tū mēbra suę carnīs leuiora portat aīa cū in sanitate robusta sunt, q̄ in lāgore cū macra sunt, & cū aliis gestātibz onerosior sit salu⁹ & validus q̄ exilis & morbidus: ipse tū ad suū corpus mouēdū & portādū agilior est, cū ī bona ualitudine plus habet molis, q̄ cū in peste, uel fame minimū roboris. Tantū ualeat etiā in habēdis terrenis corporibus quīs adhuc corruptibilibus atq; mortalibz nō quātitatis pōdus: sed tēperationis modus. Et q̄s uerbis explīcet quātū distat inter p̄sentē quā dīcimus sanitate & immortalitate futurā? Nō itaq; redarguūt nostrā fidē philosophi de corporū ponderibz. Est em̄ sic hinc sursum uersus terra prima, aqua, secūda, aer tertius, celū quartū, ut sup̄ oīa sit aīę natura. Nā & Aristoteles q̄r tū corpus eā dixit esse, & Plato nullū. Si qntū esset, certe sup̄ius esset ceteris. Cū uero nullū est, multo magis sup̄at oīa. In terreno ergo qd facit corpore? In hac mole qd agit subtilior oībz: In hoc pōdere qd agit leuior oībz? In hac tarditate qd agit celerior oībz? Itane per huius tā excellētis naturā meritū nō poterit effici ut corpus ei⁹ leue in celū? Et cū ualeat nūc natura corporū terrenorū deprimere animas deorsum aliqñ & animā leuare sursum terrena corpora nō ualebūt? Postremo si ita est elemētōrū ordo dīspōsit⁹, ut scdm Platonē duobz medīs, i. aere & aqua: duo extrema, i. ignis & terra iūgātur, celiq; obtineāt illi summū locū: hac aut̄ imū uelut fundamētū mūdi: & ideo in celo nō potest esse terra: Cur est ignis ī terra? Scdm hanc quippe rationē ista duo elemēta in locis p̄p̄iis: imo ac summo terra & ignis esse debuerunt, ut quēadmodū nolūt ī summo esse posse qd imū est: ita nec in imo esse posset qd summū est. Sicut ergo nullā putāt uel esse uel futurā esse particulā terræ in celo: ita nullā particulā uidere debuimus ignis in terra. Nūc uero nō solū in terris, uerū etiā sub terris ita est, ut eū eructent uertices montium: prāter q̄ in uisibus

hominū & esse ignē ī terra & eū nasci uīdemus de terra: quāquidē & de lignis & lapidibus nascit, q̄ sunt corpora sine dubitatione terrena. Cur ergo nolunt ut credamus naturā corporū terrenorū aliquādo incorruptibilem factam celo cōuenientē futuram sicut nunc ignis corruptibilis his cōuenit terris? Nihil igit̄ asserūt ex ponderibus atq; ordine elemētōrū unde opōtēti deo quo min⁹ faciat corpora nostra talia ut etiā ī celo possint habitare, p̄scribent.

¶ Quale sit futurum iudicium.

Cap. XXII.

Q Uēdam uis intelligēda est diuina qua fiet ut cui q̄ opa sua uel bona uel mala cūcta in memoriā reuocentur, & mētis incuitu mira celeritate cernantur, ut accuset uel excuset scientia conscientia, atq; ita simul & oēs & singuli iudicentur. Quæ nimirū uis diuina libri nomen accepit. In ea quippe quodāmodo legitur quicquid a faciente recolitur.

¶ Quis deus cōsciētia nostra teste utet̄ ad iudicandum nos. Cap. XXIII.

A Dueniente iudice uisus cuiusq; cōsciētia ad testimoniu erit deducta. Tūc omnis ante oculos culpa reducitur, & mēs sup̄ gehēnā incēdia suo grauius igne cruciatur.

N Ecesse est sepius cogitemus quales erimus in die iudicii purissimis angelorū cōspectibus offerēdi: & eterno iudici rōnē de libris cōsciētīę reddīturi. Remotis em̄ omnibus probationibus: certū est in die illa ipsum ante se hominē constituendū, & ipsam sibi animā in cordis speculo demonstrandā, & testes contra eam nō de foris alunde: sed intus de semetipsa p̄ferendos: adicienda erunt non aliqua peregrina, sed nimis nota testimonia, i. opera sua.

¶ Qualiter deus in p̄sentī iudicet. Cap. XXIII.

P UDICAT deus hoc tpe non solū uniuersaliter de genere homin atq; de montū: ut miserī sint p̄pter primorū meritum peccatorū, sed etiam de singulorū opibz p̄p̄iis q̄ gerūt arbitrio uolūtatis. Nescim⁹ em̄ quo iudicio dei bon⁹ ille sit paup: mal⁹ ille sit dīues. Iste gaudeat quē p̄ suis p̄ditis moribz cruciari debuisset: peccator: exeat de iudicio nō solū inultus uerū etiā dānatus: innocens aut̄ iniquitate iudicis pressus, aut falsis obrutus testimoniis. Ecōtrario scelestus aduersari⁹ ei⁹ nō solū impenitus: uerū etiā iudicatus insultet. Impius optime ualeat, pius lāgoribus tabescat, latrocinef sanissimī iuuenes: & q̄ nec uerbo quēq; lādere potuerūt, diuersa morborū atrocitate affligātur. Infantes uiles rebz humanis imatura morte rapiant, & q̄ uidef nec nasci debuisset insup̄ diutissime uiuat: plen⁹ criminibus, sublimetur honoribus, & hominē sine q̄rela tenebræ ignobilitatis abscondant, & cetera huiusmodi.

¶ De eodem. Cap. XXV.

Q UINC quādo nō solū in malo sunt boni, & ī bono mali qd uidef iniustū, uerū etiā plerūq; & malis mala eueniūt, & bonis bona pueniunt: magis inscrutabilia sunt iudicia dei & inuestigabiles uīę eius. Cū uero ad illud dei iudiciū uenerimus, qd tēpus iā prope dies iudicii & aliqñ dies dñi nūcupat, nō solū q̄cūq; tūc iudicabunt, uerū etiā q̄cūq; ab initio iudicata, & quēcūq; usq; ad illud tēpus iudicanda sunt, apparebūt eē iustissima. Vbi hoc quoq; manifestabit: q̄ iusto iudicio dei fiat, ut nūc tā multa ac pene oīa iusta iudicia dei lateāt sensus mētēsq; mortalū, cū tamē in hac re pioz fidem nō lateat iustū esse quod latet.

R ¶ De eodē. Ca. XXVI. Vm ualde occulta sint diuina iudicia cur in hac uita nōnūq; bonis male sit, & malis bene: tunc occultiora sunt

eū & bonis hic bene est & malis male. Nam cum bonis male est, & malis bene: hoc fortasse deprehenditur q̄ & boni si qua deliquerunt hic recipiunt, ut ab æterna plenius damnatione liberentur: & mali bona quæ pro hac uita faciunt hic inueniūt, ut ad sola in posterum tormenta pertrahantur. Unde & ardenti diuiti in inferno dicitur. Memmento sili quia accepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. At cum bonis hic bene est, & malis male: incertum ualde fit utrum bona scircō boni accipiant, ut prouocati ad aliquid melius crescant, an iusto iudicio atq; latēti hic suorum operum remunerationē percipiant, ut a p̄miis uīę sequentis inanescāt. Et utrum malos scircō aduersa feriant, ut ab æternis suppliciis defendant: an hic eorū p̄na incipiat, ut quandoq; complenda ad uirgim gehennę tormenta perducatur.

¶ De eodem. Cap. XXVII.

D VOBIS modis in hac uita hominē iudicat deus: quia aut p̄ mala p̄sēntia irrogare iā tormenta sequētia incipit, aut tormenta sequētia flagellis p̄sēntibus extinguit.

¶ Vbi erunt corporaliter sancti quā mūdus ardebit. Cap. XXVIII.

Q UERAT forsā aliquis si post factū iudiciū iste mūdus ardebit, anteq̄ pro illo celum nouū & terra noua reponatur: eo ipso tempore cōflagrationis eius ubi erūt sancti, cum eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit? Possūmus respōdere futuros eos esse in superioribus partibus quo ita non ascēder flāma illius incēdiū: quēadmodū nec vnda diluuiū. Talia quippe illis inerunt corpora, ut illic sint ubi esse uoluerūt. Sed nec ignē cōflagrationis illius primescēt immortales atq; incorruptibiles facti, sicut uirorum triū illorū corruptibilia corpora atq; mortalia in camino ardenti illę sa uiuere potuerunt.


¶ Explicit. XVII. pars.

¶ Ii iiii

INCIPIT

XVIII.pars de statu futuri seculi.

De inuouatione mundi. Cap.I.



Vidicatis iis q scripti no snt in libro vite, & in eternum ignem missi, qui ignis cuiusmodi & in qua mundi vel terre parte futurus sit hominu scire arbitror nemine, nisi forte cui spiritus diuinus ostenderit. Tunc figura huius mundi mundanorum igniu conflagratione preteribit, sicut factum est mundanaru aquaru inundatione diluuii. Illa itaq vt dixi conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, que corruptibilibus nostris corporibus congruebant ardeno penitus interibunt, atq ipsa substantia eas qualitates habebit, que corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniat: vt. s. mundus inuouatus in melius aperte accommodetur hominibus etia carne inuouatis in melius.

Quid proderit aterna poena malorum, bonis. Cap. II.



Niqui ad aliquid ardebit. vt iusti omnes & in domino videant gaudia que percipiunt, & in illis respiciant supplicia que euaserunt, quatinus tato magis in aternu diuina gratia ditiores se esse cognoscant, quato apertius in aternu mala puniri conspiciunt, que eius adiutorio vicerunt.

boni malos videbunt: non mali bonos: & de secunda morte. Cap. III.



Vi erunt in poenis, quid agatur intus in gaudio dnu nesciunt: q vero erunt in illo gaudio quid agatur foris in tenebris exterioribus sciunt. Non enim nulla, sed semperiterna mors erit, qm nec viuere anima poterit deum non habendo, nec doloribus corporis carere mo-

riedo. Prima mors animam pellit a corpore nolente. Secunda mors animam nolentem tenet in corpore. Ab utraque morte communiter id habetur, vt qd non vult anima de suo corpore patiarur.

malis iccirco semper viuunt, vt semper moriantur. Cap. III.



Licet aia posita beata esse perdidit: & esse non potest. Ex qua re semper cogitur, vt & morte sine morte: defectu sine defectu, & sine fine sine fine patiat: quatinus ei & mors immortalis sit, & defectus indeficiens, & finis infinitus.

ignis aternus non aequaliter cruciabit omnes. Cap. V.



Malet dissimilitudo passio etiam in similitudine passionu, & licet sub eodem tormento, non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub vno igne aurum rutilat, palea fumat: & sub eadem tribula stipule comminuuntur, frumeca purgant, nec ideo cum oleo amurca confundit: quia eodem preli potere exprimit: ita vna eademque vis irruens bonos probat, purgat, eliquat: malos damnat, vastat, exterminat. Tantu autem interest non qualia, sed qualis quisque patiarur.

De eodem. Cap. VI.



Equa negandu est etiam ipsum aternu ignem per diuersitate meritorum quibus malorum aliis leuiores, aliis futurum esse grauiorem: siue ipsius vis atque ardor pro poena digna cuiusque variat, siue ipse aequaliter ardeat, sed non aequali molestia sentiarur.

De eodem. Cap. VII.



Nus quidem est gehennae ignis: sed non omnes vno modo cruciatur peccatores. Vniuscuiusque enim quantum exigit culpa tantu illic sentitur poena. Nam sicut in hoc mundo sub vno sole multi constituntur: nec tamen eiusdem solis ardore equaliter sentiunt: quia alius plus assuat atque alius minus.

ita illic in vno igne non vnus est modus incendii: quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum: vt & ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

Quomodo iustum sit vt pro temporalis culpa, aeterna poena reddat. Cap. VIII.



Vomodo ergo veru est (inquiunt) quod ait Christus vester: In qua mensura mensi fueritis, in eadem remetiet vobis: si temporalis peccatu supplicio punitur aeterno: Nec attendunt non propter equale spatium temporis: sed propter vicissitudinem mali, vt qui mala fecerit mala patiarur, dicta fuisse eandem mensuram. De iudiciis enim & condemnationibus dominus loquebatur. Proinde qui iudicat & condemnat iniuste, si iudicatur & condemnat iuste: in eadem mensura recipit: quis non hoc quod dedit. Iudicio enim fecit, & iudicio patitur. Quis damnationem fecerit quod iniustus est: patitur damnationem quod iustus est. Nec quisquam existit qui concedat tam cito nocentium finem esse tormenta: quod cito factu est homicidii, vel adulterii, vel sacrilegii, nec quod libet aliud scelus, non temporis longitudine sed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendum.

De eodem. Cap. IX.



Hristus ait. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. id est, quod feceris, patieris. Non vt si stuprum fecerit: stuprum patiat: sed quod peccato isto facit legi, hoc ei lex faciat. id est, quia legem talia prohibentem de sua vita abstulit: auferat enim etiam ipsa lex de hominum vita quam regit. Idem. Nolite iudicare & non iudicabimini. In quo enim iudicatio iudicaueritis, iudicabimini. Nisi quod si iniquo iudicio iudicabunt, iniquo iudicabunt. Absit. Nulla quippe iniquitas apud deum: sed ita dictu est. In quo iudicatio iudicaueritis, in eo iudicabimini, tanquam si diceretur. In qua voluntate benefeceritis in ipsa liberabimini, vel in qua voluntate malefeceritis in ipsa pun-

niemini. Ex qualitatibus quippe voluntatum non ex temporis spatiis siue recte facta siue peccata metientur. Alioquin maius peccatum haberet arboris deicere, quam hominem occidere. Illud. nam sit longa mora, istis multis: hoc vno actu, breuissimo tempore. In hac quippe sententia ad hoc solum eadem mensura est, vt quod prestitit, ei non prestetur. Atque ita quod ipse iudicatur erit aeternu quibus quod iudicauerit aeternu esse nequiuert. In eadem igitur mensura quibus uis non aeternoru malefactorum aeterna supplicia remetient: vt quia aeterna voluit habere peccatu perfruitionem, inueniat aeterna vindictae seueritatem.

De eodem. Cap. X.



Circum velim quomodo iustum sit: vt culpa quae cum sine perpetrata est sine fine puniat. Gregorius. Hoc recte diceret, si districtus iudex non corda hominum sed facta pesaret. Iniqui enim ideo cum sine deliquerunt, quia cum sine vixerunt. Nam voluissent utique si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt, nam quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita noluerunt carere peccato.

Quomodo diabolus nunc cruciatur, & quomodo in futuro cruciabit. Ca. XI.



Ntiquus hostis nequitiae suae vinculis astrictus aliud est quam nunc patitur. Quia, nam lucis istius ordine cecidit, nunc semetipsum intrinsicus horroris caligine confundit. Sed posthac amaritudine inuoluet: quia superbius eius supplicia non solum omnimoda, sed etiam infinita preparatur. Quae videlicet eius poena tunc initium accipit, cum districtus ad extremu iudex venit.

De eodem. Cap. XII.



Morte autem carnis alieno diabolo, vnde nimium superbus incedit, mors alterius generis preparatur.

In aeterno igne tartari. Quo nō solum cum terrenis, sed etiam cum aeris corporibus excruciarī spiritus possunt.

¶ **Q**uod post damnationem reprobū sancti plenius cognoscunt gratiam dei. Cap.XIII.

R emanētibus igitur angelis & hominibus reprobis in aeterna poena, tūc sancti scient plenius quid boni contrulerit eis gratia.

¶ **Q**uod damnatis malis, sancti in vitam aeternam intrabunt. Cap.XIII.

Sicut enim impiis dicitur: Ite in ignem aeternum sic iustis, Venite benedicti patris mei possi. &c. Et sicut ibunt illi in cōbustionem aeternam: sic iusti in vitam aeternam. Quid est autē vita aeterna, nisi vt cognoscāt te, inquit, vnū verum deum, & quē misisti Iesum Christum? Sed iam in illa claritate de q̄ dicit patri, quā habui apud te prius q̄ mundus fieret: tunc tradet regnum deo & patri, vt intret seruus bonus in gaudium domini sui.

¶ **Q**uomodo iusti tunc non compatentur malis. Cap.XV.

¶ **Q**uomodo iusti tunc non compatentur malis. Cap.XV.

L ubi est q̄ facti sūt si pro inimicis suis quos tūc ardere videbunt, non orabūt quibus vtiq̄ dictū est: Pro inimicis vestris orate: Orant pro inimicis suis eo tēpore quo possunt ad fructuosam poenitentiam eorum corda conuertere atq̄ ipsa conuersione saluare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc qd̄ ait Apostolus: vt det deus illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem.

¶ **Q**uod eodem.

M lacer quod dicitur. Et quomodo pro illis tunc orabitur, qui iam nullatenus possunt ad iustitię opera ab iniquitate cōmutari. Eadē itaq̄ causa est cur non oratur, tūc pro hominib⁹ igne

aeterno damnatis: quę nunc etiā causa est vt non oretur pro diabolo, angelisq̄ eius, aeterno supplicio deputatis. Quā nunc etiā causa est vt non orent sancti homines pro hominibus infidelib⁹, impiisq̄ defunctis, nisi q̄ eis vtiq̄ quos aeterno supplicio deputatos iam nouerunt ante illū iudicis iusti conspectum orationis suę meritū cassari refugit. Quā nunc quoq̄ viuentes iusti & mortuis & damnatis & iniustis minime cōpatiuntur: quando adhuc aliquid iudicabile de sua causa sese perpeti etiā ipsi nouerunt. Qui tanto districtius tūc iniquorū tormenta despiciunt: quāto ab omni vitio corruptionis exuti ipsi iam iustitię vicinias atq̄ arcus inhaerent. Sic quippe eorum mētes per hoc q̄ iustissimo inherēt iudici, vis districtiōnis absorbet, vt omnino eis non libeat quicquid ab illius aeternę regulę subtilitate discordat.

¶ **Q**uod de visione Dei. Cap.XVI.

S i quæris vtrum possit deus videri: respōdeo. Potest. Si quæris vnde sciam: respōdeo. Quia in verissima scriptura legitur. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Si quæris quomodo dictus sit inuisibilis si videri potest, respondeo. Inuisibilem esse naturā. Videri autem potest cum vult sicut vult. Plurimis enim visus est nō sicut est, sed qualī specie illi placuit apparere. Quid est ergo q̄ eadem dicitur auctoritas: Deum nemo vidit vnq̄. & qd̄ Apostolus planius explicans: Quē nemo, inquit, hominū vidit nec videre potest. Quomodo ergo deum vidit Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Moyses, Michaeas, Esaias, & si qui alii sunt: de quibus veracissima scriptura testatur, quoniam deum viderint: si deum nemo vidit vnq̄ nec videre potest? Magna quæstio est quomodo non sit contrarium q̄ antiqui viderunt deum: si deum nemo vidit vnq̄: quē nemo hominū vidit nec videre potest. Certe refelli non potest vt dicit Ambrosius, vel patrem, vel filium, vel spiritum sanctum: si tamē est sancti spirit⁹ visio eā specie videri quā

voluntas elegerit, non natura formaue rit. Quoniam spiritum quoq̄ visum accepimus in columba, & ideo deū nemo vidit vnq̄, quia eam quę in deo habitat plenitudinē diuinitatis nemo cōspexit nemo mēte aut oculis cōprehēdit. Vnde de Moyse ait deo cum quo vt amico amico facie ad facie loquebat. Si inueni gratiam ante te, ostende mihi temet ipsum. Quid ergo, ille non erat ipse? Si non esset ipse nō ei diceret: ostēde mihi temetipsum: sed ostende mihi deum. Et tamen si eius naturā substantiaq̄ cōspiceret, multo minus diceret ostende mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea specie qua apparere voluerat: nō aut ipse apparebat in natura propria quā Moyses videre cupiebat. Ea quippe pmittitur sanctis in alia vita. Vnde qd̄ respōsum est Moysi: verum est, q̄a nemo potest videre faciem deī & viuere. In nemo potest eū in hac vita viuēs videre sicuti est. Nam multi viderūt, sed quod voluntas elegit, non qd̄ natura formaue rit. Si quæris quomodo eū vidit vel Caym sceleratus: quando de suo scelere ab illo interrogatus & iudicatus est, vel etiam ipse diabolus quando venit cum angelis vt corā illo assisteret: si beati mundi corde: quoniam ipsi deū videbunt? Respondeo: non quidem esse cōsequēs vt etiam videāt deum qui voces ab eo factas aliquando audiūt. Neq̄ enim viderunt eum qui audierunt, quando dixit ad filium: & clarificauit & iterū clarificabo. Verūtamen non est mirādum si aliquando etiam non mūdī corde videant deum in specie: quā voluntas eius fecerit: latēte inuisibili & apud se incōmutabili manēte natura. Si quæris vtrum etiam sicuti est: aliquando possit videri: Respondeo filiis. hoc esse promissum de quibus dictū est. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbim⁹ eum sicuti est. Nō enim quæritur quomodo videatur de⁹ in ea specie qua in isto seculo quibusdā voluit apparere: sed quomodo videat in illo regno vbi eum filii eius videbūt sicuti est. Tunc quippe satiabitur in bonis desiderii eorum. Nō enim indigni deum videbunt, de quibus dictum est:

Tollatur impius ne videat gloriā dei, quib⁹ etiam dicitur. Ite in ignem eternum &c. Promisit autem deus se ostensurum dilectorib⁹ suis cum patre vnū deum non quomodo in hoc seculo in corpore visus est a bonis & malis. In iudicio enim futuro quo sic venturus est quomodo visus est, iens in cælum: hoc est in eadem forma filii hominis, eandē formam videbunt quibus dicitur est. Esuriui & non dedistis mihi manducare: quia & Iudei videbunt in quem putugerunt, nō illam deī formam in qua non rapinam arbitratis est esse aquā: sed in illa deī forma tunc videbūt deum qui videbunt sicuti est. Nec ideo videbunt: quia pauperes spiritu in hac vita fuerunt: quia mites, quia lugētes &c. sed quia mundo sunt corde, quoniam am mundo corde videbitur: qui nec in loco videtur, nec oculis corporalibus queritur, nec circūscribitur visu: nec tactu tenetur, nec auditur affatur: nec sentitur incessu.

¶ **Q**uid distet inter videre & credere. Cap.XVII.

Inter videre & credere hoc distare dicimus: quia presentia videtur, creduntur absentia. Plane forsitan fati est si presentia illa hoc loco intelligamus dicta, quę præsto sunt sensibus siue anime siue corporis. Vnde etiam ducto vocabulo presentia nominatur. Sicut enim hanc lucē corporis sensu, sic & meam voluntatem plane video, quia præsto est animi mei sensibus, atq̄ intus mihi præsens est. Si quis vero mihi indicet voluntatem suam cuius os & vox mihi præsens est: tamen quia ipsa voluntas quā mihi indicat, latet sensu corporis & animi mei: credo, nō video. Aut si eum mentiri existimo, non credo, & si forte vt dicit ita sit. Creditur ergo illa quæ absunt a sensibus nostris si videtur idoneum quod eis testimonium perhibetur. Nec quia dixi ea crediti quæ absunt a sensibus nostris sic accipiuntur, vt inter illa deputentur, quę aliquid quando vidimus & nos vidisse retine-

mus, certiq; sumus: quis tunc non pre-
sto sint cum recoluntur a nobis. Neq;
enim inter credita sed inter visa depu-
tantur, & ideo nota sunt: non quia fi-
dem habuimus aliis testibus: sed quia
nos vidisse sine dubio recordamur &
scimus. Constat igitur noscra scientia
ex rebus visis, & creditis: sed in iis que
videmus vel vidim⁹ nos ipsi testes su-
mus. In iis autē que credimus, aliis te-
stibus mouemur ad fidem: cum earum
rerum quas nec vidisse nos recolimus
nec vidimus, dantur signa vel in voca-
bus vel in literis, vel in quibuscūq; do-
cumentis: quibus visis non visa creda-
tur. Non autem immetito nos scire di-
cimus, non solum ea quae vidimus aut
videm⁹: verum etiam illa quae idoneis
testimoniis vel testibus credimus. Por-
ro si scire non incongruenter dicimus
etiam illud quod credimus, certissimū
hinc factum est vt etiam recte credita
& si non adsint sensibus nostris, videre
mente dicamur. Cum itaq; dicitur ho-
mini crede Christi resurrexisse a mor-
tuis, si credit attende quid videat, attē
de quid credat, & vtrūq; discerne. Vi-
det hominem cui⁹ auditu vocē: & ipsa
vox in visis corporalibus deputatur:
secundū ea quae supra dixim⁹. Hęc duo
sunt testis & testimoniū quorū ad ocu-
los vnum, ad aures alterum pertinet.
Sed hunc testē fortasse aliorū testimo-
niorum autoritate confirmat: diuina
rum scilicet scripturarum vel quorū-
libet aliorum quibus est motus ad fi-
dem. Scripturā ad visa pertinent cor-
poris: oculorum, si eas legit, vel auris,
si audiuit. Quod igitur non sic osten-
dero vt aut corporis aut animi sensu
visum perceptumq; teneatur, & tamen
dixero aliquid quod aut verum quidē
aut falsum esse necesse sit: sed neutro il-
lorum duorum genere videatur: restat
vt tātūmodo credatur vel non creda-
tur. Sed si diuinarum scripturarum ea-
rum, scilicet quae canonicae in ecclesia
nominantur, perspicua firmatur autho-
ritate, sine vlla dubitatione credēdum
est. Aliis vero testibus vel testimoniis,
quibus aliquid credendum esse suade-
tur: tibi credere vel non credere liceat

quantū me ea admonenti ad faciendā
fidem vel habere vel non habere perpē-
deris. Si enim ea que non vidimus hoc
est in præsenti apparentia non sensim⁹
vel mente vel corpore: neq; de scripu-
ris sanctis, vel legendo vel audiēdo di-
dicimus, nulla omnino credidissimus:
vnde sciremus esse ciuitates vbi nunq;
fuimus, vel a Romulo conditā Romā,
vel vt de propinquiioribus loquar Cō-
stantinopolim a Cōstantino: Vnde po-
stremo sciremus quinā parentes nos p-
creassent: quibus patribus, auis, maiori-
bus geniti essemus: Taliū quippe cum
plurima sciamus, non tamen ea vel vlti-
mo sensu presentia sicut solem, sicut no-
stri animi voluntatem, vel canonicorū
eloquiorum autoritatem, sicut Adā
fuisse primū hominem, aut Christū in
carne natum, passumq; resurrexisse di-
dicimus: sed aliis referentibus, de quorū
testimonio in hoc dūtaxat rerum
genere minime dubitandum esse puta-
uimus. Satis, vt puto, ista mea prolocu-
tione recognouisti, quid sit videre vel
mente vel corpore: & quid ab eis distet
credere, qđ quidem sit mente, & videt
mente, quoniam menti nostrae fides no-
stra perspicua est. Sed tamen quod eas
de fide creditur abest, & ab aspectu cor-
poris nostri sicut abest corpus in quo
Christus resurrexit, & ab aspectu men-
tis alterius, sicut abest ab aspectu men-
tis nostrae fides tua, quis eam esse in te
credam, cum non videam corpore: qđ
nec tu potes, nec mente qđ tu potes: si-
cut ego meam quod tu non potes.

De visione corporali & spiritali in
futuro. Cap. XVIII.



Vrū est dicere qđ san-
cti alia corpora tunc
habebunt vt non pos-
sint oculos claudere
atq; aperire cū velint:
durius autēq; ibi deū
quisquis oculos clausit non videbit.
Si enim propheta Heliseus puerū suū
Giezi absens corpore vidit accipientē
munera quae dedit ei Naamā syr⁹, quē
propheta memoratus a lepra deformi-
tate mundauerat: quod seruus nequā
domino suo non vidente latenter se fe-

esse putauerat: quanto magis in illo
corpore spiritali videbunt sancti oia,
non solum si oculos claudant: versuetiam
vnde sunt absentes corpore!

Verum volubiles erunt ibi cogitatio-
nes nostrae. Cap. XIX.



Roinde verbum quod
foris sonat: signum est
verbi quod int⁹ lucet:
cui magis verbi compe-
rit nomē. Nā illud qđ
profertur ore carnis,
vox verbi est. Verbumq; ipsum dicitur
propter illud a quo vt foris appareret
assumptū est. Idem in codē paulo post.
Quapropter ita dicitur illud dei ver-
bum vt dei cogitatio nō dicatur: ne ali-
quid esse quasi volubile credat in deo:
quod nunc accipiat nunc recipiat for-
mam vt verbum sit: eamve non possit
amittere atq; informiter quodāmodo
volitari. Et paulo post. Dicuntur qui-
dem etiam in scripturis sc̄tis cogitatio-
nes dei: sed eo locutionis modo quo ira
& obliuio dei dicitur: quare vtiq; ad p-
prietatē in deo nulla est. Et paulo post.
Et tunc quidem in aeterna vita, scilicet
verbum nostrum non erit falsum: quia
neq; mentiemur neq; falleremur. Fortas-
sis etiam non erunt volubiles nostrae
cogitationes ab aliis in alia eūtes ac re-
deuntes: sed oēm scientiam vno simul
conspicū videbimus. Tamen cū & hoc
fuerit si & hoc fuerit formata erit crea-
tura, quae formabilis fuit vt nihil iam
desit eius formae, ad quā peruenire de-
beret: sed tamen coequanda re erit illi
simplicitati, vbi non formabilis: aliquid
formatum vel reformatum est, sed for-
ma neq; informis: neq; formata ipsa ibi
aeterna est immutabilisq; substantia.

Qualis & quanta erit felicitas & bea-
tudo futura. Cap. XX.



Vanta erit felicitas
vbi nullum erit ma-
lum, nullum latebit
bonum! Vacabitur
dei laudibus qđ erit
omnia in omnibus.
Idem in eodem. Cer-
te vbi volet spiritus, ibi erit protinus

corpus. Nec volet aliquid spiritus: qđ
nec spiritum possit decere nec corpus.
Vera ibi gloria erit: vbi laudantis nec
errore quisq;, nec adulatione laudabit.
Verus honor qui nulli negabitur di-
gno, nulli deferetur indigno. Sed nec ad-
eum ambiet vllus vbi nullus permitte-
tur esse nisi dignus. Vera pax, vbi nihil
aduersi, nec a seipso, nec ab alio quisq;
patietur. Præmissi virtutis erit ipse qui
virtutem dedit: eiq; seipsum quo meli⁹
& mai⁹ nihil possit esse promissit. Quid
enim est aliud quod per prophetā dixit
Ero illorum deus, & ipsi mihi erit po-
pulus: nisi ego ero vnde satientur: ego
ero quēcūq; ab omnibus honeste desie-
derantur, & vita & salus, & vict⁹, & co-
pia: gloria & honor, pax & omnia bona!
Sic enim & illud recte intelligitur qđ
ait Apostolus: Vt sit de⁹ omnia in omi-
bus. Ipse enim erit finis desideriorū no-
strorum: qui sine fine videbitur, sine fa-
stidio amabitur, sine fatigatione lauda-
bitur. Hoc munus, hic affect⁹, hic act⁹,
perfecto erit omnibus sicut ipsa vita æ-
terna communis. Cæterum qui futuri
sunt pro meritis præmiorum etiā gra-
dus honorum atq; gloriarum: quis est
idoneus cogitare, quanto minus dice-
re! Q; tamen futuri sunt non est ambi-
gendum: Atq; ita etiam beata illa ciui-
tas magnum in se donum videbit: qđ
vlli superiori nullus inferior inuide-
bit: sicut non inuident archangelis an-
geli cæteri. Tam nolet esse vnusquisq;
quod non accepit: quis sit pacatissimo
vinculo concordiae ei qui accepit astric-
tus: qđ nec in corpore vult oculus esse,
qui est digitus: cum membrum vtrūq;
contineat totius partis pacata compa-
go. Sic itaq; habebit donum alius alio
minus: vt hoc quoq; donum habeat, ne
velit amplius.

In tribus constare beatitudinē
veram. Cap. XXI.



Ibi esse nostrum, nō ha-
bebit mortem: ibi nosse
nostrum, non habebit
errorem: ibi amare no-
strum, non habebit of-
fensionem.

¶ **Q** sanctis in futuro non ad do-
lorem, sed ad gaudium proficiet
preteritorum memoria.

Cap. XXII.

Non est ergo illius civi-
tatis & vna in omni-
bus & inseparabilis
in singulis volūtas
libera ab omni ma-
lo liberata, & imple-
ta omni bono, fru-
ens indefinenter eternorum iocundita-
te gaudiorum: oblita culparum, obli-
ta poenarum. Tamen nec ideo suę libe-
rationis oblita: vt liberatori suo nō sit
īgrata. Quantum ergo attinet ad sciē-
tiam rationalem memor erit praterita-
torum malorum suorum: quantum au-
tem ad experientis sensum, prorsus im-
memor. Nam & peritissimus medicus,
sicut arte sciūtur, omnes morbos cot-
poris nouit. Sicut autem corpore sen-
tiuntur, plurimos nescit quos ipse non
passus est. Vt ergo sciētia malorum
duę sunt, vna qua potentia mentis nō
latent, altera qua experientis sensibus
inhærent (Aliter quippe sciuntur oīa
vitia per sapientia doctrinā: aliter per
insipientis pessimam vitam) Ita & obli-
uiones malorum duę sunt. Aliter nā
q̄ ea obliuiscitur eruditus & doctus:
aliter expertus & passus. Ille si peritiā

negligat, iste si miseria careat. Secundū
hanc obliuionem quā posteriore loco
posui: non erunt memores sancti præ-
teritorum malorū. Carebunt enim ma-
lis omnibus ita vt penitus deleant ab
eorum sensibus, & tamen potentia sci-
entia quæ magna in eis erit: non solū
sua præterita, sed etiam damnatorum
eos sempiterna miseria non latebit. Ibi
vacabimus & videbimus: videbim⁹ &
amabimus: amabim⁹ & laudabimus. Ec-
ce quid erit in fine sine fine.

¶ **F**inis Secūdi Libri de Sacra-
mentis Eximii & incomparabi-
lis Theologi M. Hugonis de
Sancto Victore, ad Laudē omni-
potentis Dei.

¶ **A**tq̄ ita finis est operum eius quę ha-
ctenus colligere potuimus. Quæ omnia
ad laudem dei & fidei catholicę eluci-
dationem impressa sunt, typis & indu-
stria Iodoci Badii Ascensii: suppeditan-
tibus archetypis & coadiuuantibus re-
ligiosis sane & p̄ eruditis patrib⁹ do-
mus Sancti Victoris in Pomœrio Pari-
sino. Finem autem optatum acceperūt
ad Idus Octob. Anno. 1526. cum Gratia
& priuilegio in fronte positis.

Sit optimo maximo deo nostro
laus & gloria. Amen.